PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS, FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ, TOMUS LXXVIII.

SANCTUS ISIDORUS PELUSIOTA; ZOSIMUS ABBAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM, IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

SÆCULUM V, ANNUS 450.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΣΙΔΩΡΟΥ,

ΤΟΥ ΠΗΛΟΥΣΙΩΤΟΥ,

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕ.

SANCTI ISIDORI,

PELUSIOTÆ,

EPISTOLARUM LIBRI QUINQUE.

POST JAC. BILLII, CUNRADI RITTERSHUSII ET ANDREÆ SCHOTTI CURAS AD CODICES VATICANOS EXEGIT ET PLUS BIS MILLE LOCIS EMENDAVIT, RESTITUIT, SUPPLEVIT

P. POSSINUS,

SOCIETATIS JESU PRESBYTER.

Accedunt

ZOSIMI ABBATIS ALLOQUIA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXVIII CONTINENTUR.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

(Ex tribus indicibus peculiaribus, in quos, magno Eruditorum incommodo, dispescebantur Epistolarum libri, unum et eumdem fecimus, quod quantæ futurum sit utilitatis cuique patet.)

S. ZOSIMUS ABBAS.

Parisiis. — Ex Typis MIGNE.

DE

ISIDORI PELUSIOTÆ

VITA

SCRIPTIS ET DOCTRINA

COMMENTATIO HISTORICA THEOLOGICA.

SCRIPSIT

HERMANNUS AGATHO NIEMEYERUS

THEOL. LICENT. PHIL. DOCT. SEM. THEOL. SENIOR.

(Halæ, in libraria Orphanotrophei. MDCCCXXV.)

—

PRÆFATIO.

—

Commentationis de Isidoro Pelusiota parti primæ et secundæ, quæ ante duos menses in lucem editæ sunt idcirco, ut mihi in academia Fridericiana theologiam docendi potestas concederetur, tertiam partem præter appendices adjunxi. Cum igitur omnis scriptio nunc demum absoluta judicio eruditorum subjicienda mihique verendum sit, ne multi mirantes, quod ego de obscuro sæculi quinti monacho fuse et copiose disserui, inique de me præjudicent, paucis, qui factum sit, ut hoc præ cæteris elegerim argumentum, ante explicare placet, quam instituti rationem exponam.

Nam quod Semlerus, quem nimis severam de Patribus ecclesiasticis sæpenumero tulisse sententiam constat, in Selectis historiæ ecclesiasticæ Capitibus, *vol. 1, p. 284, Isidorum Pelusiotam Theophilo ac Cyrillo repugnasse, ejusque epistolas* ingenuæ plerumque indolis vastis multorum corporibus longe utiliores esse, *tradidit, id imprimis me impulit, ut in hujus viri vitam, scripta et doctrinam singulari studio inquirerem. Neque susceptæ me pœnitet operæ. Nam cum Isidorus, vir et doctrinæ copia, et vitæ integritate excellens, eodem tempore quo potentissimarum Ecclesiarum antistites inter sese certarunt, floreret, primum illæ inter ejusdem epistolas, ex quibus tum quid ipse, tum quid alii de episcoporum dissidiis statuerint, apparet, haud parvi momenti sunt. Quod ut probemus, testificamur quas dedit ille ad Theodosium imperatorem litteras* περὶ τοῦ ποιήσασθαι ἀσφάλειαν τῆς συνόδου, *de securitate synodo præstanda* (*lib.* 1, *ep.* 311, cf. *Comment. p.* 20), *quibuscum quam aptissime connexæ, quæ ad Cyrillum, eo, quo hic Ephesum adiret, tempore scriptæ sunt, in quibus gravissima hæc exstant verba :* Πολλοὶ γάρ σε κωμῳδοῦσι τῶν συνειλεγμένων εἰς Ἔφεσον, ὡς οἰκείαν ἀμυνόμενον ἔχθραν, ἀλλ' οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθοδόξως ζητοῦντα. Ἀδελφιδοῦς ἐστι, φασὶ, Θεοφίλου, μιμούμενος ἐκείνου τὴν γνώμην. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος μανίαν σαφῆ κατεσκέδασε τοῦ θεοφόρου καὶ θεοφιλοῦς Ἰωάννου, οὕτως ἐπιθυμεῖ καυχήσασθαι [cod. Bav. καυχᾶσθαι] καὶ οὗτος, εἰ καὶ πολὺ τῶν κρινομένων ἐστὶ τὸ διάφορον. — *Lib.* 1, *ep.* 310. *Cf. Comment. p.* 20. — *Ex his enim quomodo multi, etsi Nestorii doctrinam rejecerunt, Ægyptiorum episcopi erga Theophilum jam defunctum et Cyrillum animati fuerint, licet colligere. Neque hoc loco prætermittenda sunt silentio, quæ Isidorus ad Simonem monachum de Joanne Chrysostomo scripsit et Theophilo, quem* λιθομανῆ καὶ χρυσολάτρην (*sic enim pro* χρυσολάτριν *scribendum est*), *appellat, nihil aliud his verbis significaturus, quam Theophilum nimia ædificia exstruendi cupidine, nimioque auri amore flagrantem etiam injusto modo sibi comparasse divitias. Quo Isidori judicio mirum in modum confirmatur, quod Palladius, quem multi cum ira et studio scripsisse affirmarunt, tradidit, antistitem Alexandrinum nimiam adhibuisse in ecclesiis ædificandis magnificentiam, eumque vendidisse sacerdotium.* [Dial., de vita S. Joannis Chrysostomi (*a*).] *Reliqua quæ huc spectant in prima commentationis parte aut perstrinxi, aut exposui.*

(*a*) Opp. Chrysost. nostræ edit. tom. I, col. 22. Edit. Patr.

Deinde vero epistolæ, in quibus Pelusiota locos ex antiquitatibus Christianis petiit, memoratu non indignæ sunt. Conferantur præ cæteris quæ dixit ille de diaconorum gravitate (lib. I, ep. 29), de sanctorum reliquiis (lib. I, ep. 55; cf. lib. II, ep. 5), de cantu mulierum in ecclesiis (lib. I, ep. 90), de formula : Εἰρήνη ὑμῖν, *qua sacerdotes illo tempore concionantes uti consueverunt, auditorumque ad illos responsione (lib. I, ep. 122), de linteo quod diaconi sacram celebrantes cœnam adhibuerunt (lib. I, ep. 136), et de parvis, quæ mulieres gestarunt, evangeliis (lib. II, ep. 150; cfr. Comment.* [col. 97 A]). *Neque prætereundum est quod tum aliis testimoniis, tum Isidori potissimum epistola ad Cyrillum data (lib. II, ep. 127), Emmanuel a Schelstrate in* Antiquitate Ecclesiæ dissertationibus et monumentis illustrata, *vol. II, diss. V, cap. 3, § 1, p. 368, 369, ostendit, metropolitæ Alexandrino in omnibus Ægypti provinciis presbyteros ordinandi, proscribendi et abdicandi jus fuisse et potestatem.*

Quibus exemplis, ut equidem arbitror, satis superque probatum est, Isidori Pelusiotæ epistolas historiæ ecclesiasticæ illius ævi studentibus magno esse posse usui, easque singulari non indignas studio habendas esse. Huc accedit, quod nemo eorum qui hucusque de Isidoro scripserunt viri docti, vel quia ab eorum instituto fuit alienum, vel aliam ob causam tanta diligentia, quantam res postulat, de ejus vita, scriptis et doctrina egerit. Consentiet mecum qui perscrutatur quæ Tillemontius, Hist. eccl., *vol. XV, p. 97 et 119; Dupinius,* Nov. auct. eccl. Bibl., *vol. III, parte II, p. 4-14; Fabricius, vol. X, p. 478; Ceillierius,* Hist. auct. sacr. et eccl., *vol. XIII, p. 600-640; Schroeckhius,* Hist. eccl., *vol. XVII, p. 521-529; Richardus Simon,* Crit. commentat. N. T. hist., *cap. 21, p. 307-314; Rosenmuellerus,* Hist. interpr. LL. SS. P. IV, *p. 180-215, et Heumannus,* Diss. de Isid. Pel. ejusque epp., *dixerunt, quæque alii aut paucis omnem de ejus vita, scriptis et doctrina disquisitionem absolventes, aut de his rebus strictim agentes attulerunt.*

Sed ne quis in hac commentatione magis quidpiam requirat quam ipse aut volui præstare aut potui, restat ut de instituti ratione breviter disseram.

Quæ mihi tum ex ipsius Isidori, tum ex aliorum Patrum scriptis de illius vita innotuerunt, in prima exposui commentationis parte, neque hoc loco quidquam addendum aut retractandum est.

Secunda vero in parte de Isidori scriptis disserui. Itaque primum, deperditis ejusdem operibus accurate enumeratis, de epistolarum quæ superstites sunt dixi editionibus illarumque numero. Deinde Heumanni sententia, plerasque specimina esse eloquentiæ, iis imitanda, quos haberet earum auctor artis dicendi discipulos, ita a me, præeunte Schroeckhio, refutata est, ut lectorem quemque meis fauturum esse partibus confitear. Quæ tamen refutatio, cum res facillima esset dijudicatu, non multum laboris habuit et difficultatis. Quo magis mirandum est, quod Christianus Fredericus de Matthæi in admonitione de Isidoro Pelusiota (cf. Nov. ex Joan. Chrysost. eclog. LII, *p. XV), hæc scripsit verba :* Plerasque istarum epistolarum fictas esse, dudum docuerunt viri docti. *Qua de re caute multoque melius judicavit in Historia sua ecclesiastica Weismannus hisce verbis :* Quod si tamen verum esset, quod ven. Heumannus existimat, scripsisse quidem hujusmodi epistolas Isidorum, sed eas re ipsa non misisse ad personas quibus inscriptæ sunt, magno ad hæc scribenda privatim animo opus non fuisset. (Vid. cit. diss. ubi multis et eruditis rationibus pro more hanc hypothesin exornat. — *Cf. Weism.* Hist. eccl., *vol. I, p. 471, ed. alt.*) — *Denique plurimas Isidori epistolas non ea forma qua in editis excusæ sint exemplaribus, ab auctore scriptas esse, sed a monachis excerptas ad nostram usque ætatem pervenisse, probare conati sumus. Qua tamen in re non omnino verum vidimus. Reperiuntur enim, ut Reisigius meus me docuit, inter Isidori epistolas non solum quæ a monachis excerptæ, verum etiam quæ ab eisdem interpolatæ sunt. Quamobrem quæ inter epistolas, quæ bis in exemplaribus typis expressæ inveniuntur, ab Isidoro profecta sit dijudicaturi, caveamus necesse est, ut ullam propterea genuinam esse statuamus, quoniam pluribus contineatur verbis. Hæc enim ab interpolatore aut glossatore possunt esse profecta. Cujus sententiæ veritatem perspiciet haud dubie, qui Isidori litteras infra a me in medium prolatas attento perlegerit animo. Etenim, ut idem ille Reisigius intellexit, in illa quæ est libri secundi epistola glossator addidit primum ut* τὸ ἱερᾶσθαι *explicaret, verba* τὸν δοκοῦντα εἶναι πρεσβύτερον· *deinde perspicuitatis causa pronomen* αὐτόν *ascripsit, idemque pro* ἀντεπιστέλλω *posuit simplicius deteriusque* φήσαιμι· *deinceps* μισοπονήρου *interpretandi causa scholiastarum more addidit* καὶ φιλαγάθου, *atque* εἰκότως *commutavit cum* δικαίως. *Glossa enim apud Hesychium et Suidam exstat :* εἰκότως = δικαίως. *Idem interpolator inculcavit* ἐστίν *ante* ἄξιος. *Nam quod ad extremum pro* ἐκτραγῳδῶν *positum est* ἐκκωμῳδῶν, *videtur ex scripturæ diversitate profectum esse; quæ autem admista* διὸ καὶ — Θεός *acer forsitan interpolatoris animus suapte sponte videatur effudisse. In proximis epistolis autem a me allatis ex libro V, ep. 239, et ex IV, ep. 56, interpolata est prior additamento verborum* μετὰ τὸ προληφθῆναι· *mutilatam alteram librarii errore in* μηδὲ καταδεξάμενος *arguit sententiarum ratio. Antea enim videtur positum fuisse* οἱ δὲ μὴ διδαχθῆναι καταδεξάμενοι. *Denique quam commemoravi col. 49 epistolam 272 libri I, eam putat Reisigius post illam quæ est libri I, 303, scriptam esse; quare* γέγραφα *pro* γέγραφας *ex mss. revocandum ducit.*

Huic autem parti secundæ tres addidi appendices (a); quarum in prima inter complures Isidori epistolas,

(a) Ex his primam et secundam, quia addenda erat catenarum recens editarum collatio, ad calcem epistolarum amandavimus. EDIT. PATR.

quæ et in editione Parisiensi excusæ, et a catenarum auctoribus prolatæ sunt, eo consilio instituta est collatio, ut multas ejusdem epistolas a descriptoribus ad verbum non esse descriptas probaretur. Sunt autem collatæ, quæ ad manus fuere, hæ Patrum Græcorum catenæ :

1. *Σειρὰ ἑνὸς καὶ πεντήκοντα ὑπομνηματιστῶν εἰς τὴν Ὀκτάτευχον καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν, ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα, ἀξιώσει μὲν Γρηγορίου Ἀλεξάνδρου Γκίκα, ἐπιμελείᾳ δὲ Νικηφόρου.* Vol. I, II. Lipsiæ 1772.

2. Expositio PP. Græcorum in Psalmos a Balthasare Corderio concinnata. Antuerp. 1643.

3. Catena Græcorum PP. in beatum Job collectore Niceta, in lucem edita opera et studio Patricii Junii. Lond. 1537.

4. Symbolæ Græcorum PP. in Matthæum collatæ a Balthasare Corderio et Petro Possino. Tolos. 1646. Vol. I, II.

5. Catena PP. Græcorum in S. Joannem in lucem edita a Balth. Corderio. Antuerp. 1630.

6. Cotelerii Monumenta Ecclesiæ Græcæ.

Conferentibus autem nobis quas primo et quarto loco numeravimus Patrum catenas, occurrebant fragmenta ab illarum auctoribus Isidoro nostro ascripta, quæ, cum diu multumque in epistolarum hujus viri editionibus frustra quæsiverim, typis exprimenda curavimus. Etsi equidem non affirmaverim ne unum quidem inter omnia hæc fragmenta neque in Isidori epistolis, neque apud alium scriptorem reperiri, tamen cum illius scripta attento perlegerim animo identidem, neque in ipsis fragmentis quod ejusdem cogitandi aut scribendi rationi repugnet invenerim, liceat mihi omnia ea ab Isidoro profecta esse tandiu contendere, dum meliora non edoctus sum a quoquam. — In secunda vero hujus partis appendice enumeravi catenas Patrumque dictorum syllogas sive eclogas, quæ nondum editæ in bibliothecis asservantur, in quibusque Isidori exstant aut epistolæ, aut epistolarum fragmenta. — In tertia denique, quæ mihi de epistolarum innotuerunt codicibus exposui, et occasione data p. 143 scripturæ diversitatem e codice Gudiano, quem summa doctissimi Eberti mihi concessit liberalitas, diligenter adnotavi.

Tertia autem commentationis pars, in qua de Isidori agitur doctrina, in tria apte dividi potuit capita. In primo enim, quid ille de gravissimis dogmatibus senserit, declaratum est, ita quidem, ut primum quid de fontibus religionis Christianæ, quid deinde de Deo, tum quid de consiliis et institutis divinis, quæ ad hominum salutem per Jesum Christum reparandam spectant, quid denique de rebus futuris statuerit ille, traditum sit. De quibus omnibus ejus sententiam accurate quidem exposuimus, atque gravissima ejusdem de quovis dogmate dicta in notis typis exprimenda curavimus; sed ne nimis longa omnis hæc fieret disquisitio, neque judicium adjectum, neque instituta est cum placitis, quæ aliis ejusdem ævi Patribus accepta fuerunt, comparatio. — In secundo vero hujus partis capite diximus de Isidoro apologeta; itaque ejusdem contra ethnicos, Judæos et hæreticos disputandi ratio paucis declarata est. — In tertio denique de Isidoro egimus librorum sacrorum interprete, atque pluribus probare conati sumus exemplis, eum neque omnino spernendum, uti Croius censuerunt et Heumannus, neque dignum esse laudibus quibus a Dupinio, Simone et Rosenmuellero exornatur.

Sed si quis forte me reprehendat, quod ethica, quæ dedit ille præcepta, omnino neglexerim, is intelligat velim me separatim quidem de his non egisse, sed in unaquaque commentationis parte, quæ ad morum pertineant doctrinam, recurrere Isidori placita. Quo accedit, ut qui hæc in systema velit redigere, omnem haud dubie perditurus sit operam, cum Isidorus, pro consilii ratione mox hanc virtutem, mox illam, mox complures primarias esse docuerit. Cæterum multa quæ huc spectant attulit Neander V. V. in libro de Joanne Chrysostomo, opere non minus quam veteris illius viri cognominis aureo.

Tantum igitur restat, ut de scripturæ diversitate, quæ, ubi Græca Isidori verba a nobis allata sunt, diligenter adnotata est, pauca dicamus. Quam cod. Bav. scripturam notavimus, ea ex editione Rittershusiana (cf. p. 37) repetita est. Reliqua ex Petri Possini Collationibus Isidorianis (cf. p. 39 et p. 40) deprompta sunt; quæ novam harum epistolarum editionem curanti maximæ haud dubie erunt utilitati. Recte enim ille in præfatione, Corriguntur, *inquit*, ex his menda innumerabilia, veri non antea introspecti aperiuntur sensus auctoris, nodi perplexissimi extricantur, multa casu omissa et ad sententiam necessaria supplentur. *Quæ cum ita sint, ut aliquis Isidori epistolas denuo edendi suscipiat munus, optandum est, quo, si hæc mea scriptio aliquid laudis consequetur, ipse fungar lubentissime.*

Scriptum Halis mense Februario MDCCCXXV.

—

COMMENTATIO

DE

ISIDORI PELUSIOTÆ

VITA, SCRIPTIS ET DOCTRINA.

—

PARS PRIMA.

VITA ISIDORI.

—

Isidorus, qui vulgo dicitur Pelusiota (*a*), Ægyptius (*b*), Alexandriæ natus est teste Ephræmo Antiocheno (*c*). Quo vero anno, quibus parentibus procreatus, quibus sit usus cognatis, quo modo educatus, a quibus eruditus sit, nihil certi constat. Quæ enim in Græcorum Menologiis (*d*) traduntur, Isidorum e nobili genere natum, Theophili ac Cyrilli propinquum, magnis opibus relictis in monasterium se contulisse non arguunt. Et quod narrat Nicephorus Callistus (*e*) S. Joannem Chrysostomum Isidori fuisse magistrum, quodque plurimi post eum velut Baronius (*f*), Natalis Alexander (*g*), Caveus (*h*), Fabricius (*i*), aliique (*j*) uno ore tradunt, haud vacat controversia. Negatur enim ab Heumanno (*k*), qui Nicephorum historicum negligentem, et credulum, sæculi decimi quarti scriptorem non idoneum ad hujus rei fidem arbitratur; præsertim cum ipse Isidorus, etsi pluribus in epistolis (*l*) mentionem fecerit Chrysostomi, eamque honorificam, non commemoraverit, eo se usum esse magistro. Cum Heumanno consentit Schrœckhius(*m*). Argumentum vero, quod hic ex temporum notatione repetivit, minoris est momenti. Joannes enim Chrysostomus, septimo demum et quadringentesimo post Christum natum anno defunctus, Isidori illo tempore jam triginta vel adeo quadraginta annos nati magister esse potuit. Neque tamen ego Nicephori traditioni fidem tribuerim; cum, cur hoc tradiderit ille, causa idonea afferri possit. Namque Isidorus, uti Dallæus (*n*) et Rittershusius (*o*) obser-

(*a*) Errorem Dupinii, qui in *Nova* sua *auctorum ecclesiasticorum Bibliotheca*, tom. II, p. II, p. 3, hunc Isidorum appellat, *saint Isidore de Damiète*, Heumannus in Disputatione de Isidoro Pelusiota, p. 6, allatis Cellarii et Holstenii dictis, notavit. Cf. Tillemont. *Hist. eccl.* vol. XV, p. 99 et p. 847.

(*b*) Alegræus quidem in *Paradiso Carmelitici decoris*, statu III, cap. 6, e Græcia ortum esse censet Pelusiotam. Sed hujus sententia in *Actis Sanctorum* mens. Febr., tom. I, p. 468, § 1, n. V, jam dudum explosa est.

(*c*) Ephræmi Antiocheni epistolam, in qua hæc exstant verba : Ἰσίδωρος — Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος ἦν, refert Photius in *Bibliothecæ* suæ codice CCXXVIII, edit. Schotti p. 778.

(*d*) Græc. Menol. d. IV. Febr. Ἰσίδωρος — ὁ ἅγιος Αἰγύπτιος — υἱὸς εὐγενῶν καὶ εὐσεβῶν γονέων· συγγενεῖς δὲ ἔχων Θεόφιλον καὶ Κύριλλον τοὺς τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπους — ἐγένετο σοφός. Ἀγαπήσας δὲ τὸν Θεὸν πλεῖον τοῦ κόσμου, κατέλιπε καὶ γονεῖς καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἐγένετο μοναχός.

(*e*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, cap. 13. Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλουσίου, Νεῖλος — διδασκάλῳ τῷ μεγάλῳ χρησάμενοι. Et cap. 30 : Ὅ τε τοῦ Πηλουσίου Ἰσίδωρος, καὶ Μάρκος Ἰωάννῃ τῷ πάνυ μαθητευθέντες. Eadem tradit Sixtus Senensis in *Bibliothecæ sanctæ* libro IV.

(*f*) Baron. *Annal. eccl.* ad. ann. 431, n. CXVIII, ed. Col. tom. V, p. 363, ad ann. 407, n. XVIII, p. 278.

(*g*) Nat. Alex. *Hist. eccl.*, sæc. V, cap. 4, art. IX, tom. V, p. 150. *Supplem. ad Nat. Alex. Hist. eccl.*, p. 119, Venet. 1777.

(*h*) Cav. *Script. eccl. hist. litter.*, p. 250, ed. Genev. 1705.

(*i*) Fabric. *Bibl. Gr.* ex edit. Harl. vol. X, p. 480.

(*j*) Cfr. Rittershusii *Lect. sacr.* lib. IV, cap. 16, p. 301; Basnagii *Annal. polit. eccl.* tom. III, p. 319, n. V; Spannhemii *Hist. Christ.* sæc. V, Opp. vol. I, p. 1030; (Joh. Georg. Heinsii) *Unpartheyische Kirchenhistorie des alten und neuen Testaments*, tom. I, p. 922, Weismanni *Introductio in memor. eccl. hist. sacr.* tom. I, p. 470, ex edit. Hal. 1745. Arnoldi *Kirchenund Ketzerhistorie* tom. I, lib. V, cap. 3, § 16; *Allgemeines historisches Lexicon*, Lipsiæ 1709; Moreri *Grand dictionnaire historique;* Hofmanni *Lexicon universale*.

(*k*) Heum. *Dissertatio de Isidoro Pelusiota et ejus epistolis*. Gottingæ 1737, p. 7, § 5. — Hæc in ejusdem primitiis Gottingensibus academicis recusa est, p. 210 seq. —

(*l*) Lib. I, ep. 152, ep. 156, ep. 310; lib. II, ep. 42; lib. IV, ep. 221, et lib. V, ep. 32.

(*m*) Schroeckh. *Hist. eccl.* tom. XVII, p. 521.

(*n*) Dallæus *De cultibus Latinorum religiosis*, lib. V, cap. 4, p. 585. *Ut Prosper*, inquit, *Augustinum, ita et Chrysostomum suum sequitur Isidorus;* et post paulo, ubi epist. 52 libri I commemorat, sic pergit: *Hic Chrysostomi ipsa pene verba, mentem quidem totam videmus.*

(*o*) Rittershus. not. ad Isid. ep. 191, lib. III, et lib. IV, ep. 116. — Cf. ejusdem *Lect. sacr.* lib. IV, cap. 16, p. 301 et p. 313, ubi postquam plura de similitudine, quæ inter utriusque viri cogitandi et sentiendi rationem intercedit, locutus est, singula affert, quibus hanc probet sententiam suam, exem-

varunt, post eosque Fabricius (a), Heumannus (b) et Schrœckhius (c), compluribus in locis Chrysostomum imitatus est, cujus scripta diligenter videtur lectitasse (d). Hinc narratio illa facillime potuit oriri; itaque cum aliorum scriptorum nulla accedant testimonia, non temere tanquam vera suscipienda est.

Constat autem Isidorum monasterium in monte non procul a Pelusio urbe, unde Pelusiota (e) dictus, situm adiisse. Nam si ex eo quod Leontius Byzantinus (f) eum nominat eremitam, quodque ipse in epistola ad Thaumasium (g) ἀναχώρησιν suam commemorat, conjecturam faceres eum fuisse eremitam (h), a vero sine dubio aberrares. Etenim ipse in epistola ad Tabennesiæ monachos data (i) se monachum nuncupat, scribitque Calliopio (j) se relicta vita urbana adiisse monasterium; quod ut Cratinus imitetur, hunc alia in epistola (k) magnopere adhortatur. — Deinde ex scripturæ diversitate, quam exhibent codex Vatic. 649, et Altaem. titulum epistolæ libri primi centesimæ quinquagesimæ (l) sic supplentes: Μοναστηρίῳ πρὸ τοῦ Πηλουσίου, extra urbem situm fuisse monasterium quoddam licet colligere. Accedit testimonium Hieronymi (m), qui S. Hilarionem Pelusium adiisse, ibique fratres in deserto non procul ab urbe habitantes visitasse narrat. Cum vero, quod jam a Tillemontio observatum video (n), ex epistola libri primi septima et tricesima constet Isidorum Pelusii in ipsa urbe non habitasse (o), equidem illum hujus cœnobii incolam fuisse arbitror. Neque dubitare possumus, quin monasterium, cujus incola fuit Isidorus, in monte situm fuerit, quoniam, ut notat Heumannus (p), Pelusiota ipse, quemdam ad vitam adhortans monasticam, quam philosophiæ nomine pro more hujus posteriorisque ævi scriptorum ecclesiasticorum ornat sæpenumero (q), Ad montem nostrum, inquit, te confer, ut animæ tuæ saluti consulas (r). — Ipse vero austero huic vivendi generi ita deditus erat, ut Joannis Baptistæ exemplum omnibus monachis imitandum proponeret (s), atque ingentes gratias et ageret et haberet Zenoni presbytero (t), quippe qui tunica ab ipso postulata effecisset, ut δύο χιτῶνας οὐκ ἔχων τὸν νόμον τοῦ Βαπτιστοῦ (u) explere posset. Et revera per omnem vitam videtur explevisse; quod æque ex illa, quam modo laudavimus, atque ex epistola ad Paulum diaconum (v) data apparet. Huic enim Simonem familiarem commendat suum, qui Ægyptum relicturus indigebat vestimento, ab eoque precatur, ut illi dono det vestem. Cujus generis dicta compluria ex Isidori epistolis pla, quorum unum, ut lectores de hac re ipsi judicare possint, huc transcribere placet. Chrysostomus hom. IV ad Rom.: Οὐ γάρ, inquit, ἀπὸ τῶν νοσούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων δεῖ φέρειν τὰς ψήφους. Isidorus, ut ait Rittershusius, hoc bis imitatus est in suis epistolis, ut lib. III, ep. 242: — Οὐ γὰρ ἀπὸ νοσούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων χρὴ λαμβάνειν τὰς περὶ τῶν πραγμάτων ψήφους· et lib. IV, ep. 99: Οὐ χρὴ ταῖς τῶν νοσούντων ἕπεσθαι ψήφοις· ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ὑγιαινόντων κρίσεως λαμβάνειν τὰς ἀποδείξεις. Hactenus ille. — His autem addi possunt, quæ in Isidori ad Serenum epistola exstant verba hujuscemodi: Ἀλλὰ χρὴ τοὺς ἐχέφρονας, μὴ ἀπὸ τῶν ἀῤῥωστούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων λαμβάνειν τὰς ψήφους. Cf. lib. V, ep. 563; cf. præterea Rittersh. *Lect. sacr.* lib. IV, cap. 17, p. 321; lib. V, cap. 13, p. 399; lib. VI, cap. 13, p. 461; lib. VII, cap. 7, p. 514, 515.

(a) Fabric. l. all.

(b) Heumann. diss. cit. § 5.

(c) Schrœckh. *Hist. eccl.* vol. cit. p. 522.

(d) Lib. I, ep. 156; lib. V, ep. 32.

(e) Quo ex cognomine si efficere conaremur Isidorum Pelusii natum esse, sine dubio incideremus in errorem. Πηλουσιῶται enim Pelusii sunt incolæ, sive in hac urbe, sive alibi, nati sunt. His vero monachos quoque cœnobii, in quo maximam vitæ partem degit Isidorus, ascriptos fuisse ex epistola 154 libri I, apparet, quippe quæ scripta est Πηλουσιώταις εἰς τὸ κοινόβιον. Attamen reticere nolo hujus epistolæ titulum, Petro Possino in Collationibus Isidorianis testante, in codd. Vat. 649 et Alt. sic se habere: Πηλουσιώταις ἐν κοινῷ, a quibus recedit paululum cod. Bav. exhibens Πηλουσιώταις εἰς τὸ κοινόν.

(f) Leont. Byzant. in libris adversus Nestorium et Eutychen. Cf. Bibl. PP. ed. Lugdun. 1677, tom. IX, p. 706 D.

(g) Lib. I, ep. 402.

(h) Cui sententiæ favet auctor libri, qui inscribitur: *Allgemeines historisches Lexicon*. Scribit enim ille: *Isidorus, Pelusiota zugenahmet, weil er nahe bey der Stadt Pelusium in einer Einœde lebte.*

(i) Lib. I, ep. 93.

(j) Lib. I, ep. 191.

(k) Lib. I, ep. 268.

(l) Petri Possini Collat. Isidor.

(m) Hieron. Opp. Vol. I, p. 252, ex edit. Paris. 1643, ubi hæc exstant: Quinto igitur die venit Pelusium, visitatisque fratribus, qui in vicina eremo erant, et in loco, qui dicitur Lychnos morabantur, perrexit post triduum.

(n) Tillemont. l. c. p. 100.

(o) In illa enim epistola ita agitur de ecclesiæ ædificatione, quam Eusebius Pelusii illo tempore episcopus suscepit, ut facili opera unusquisque intelligere possit Isidorum non fuisse urbis incolam. Scribit enim ad illum: Κτίζεις, ὥς φασιν, ἐκκλησίαν ἐν Πηλουσίῳ. —

(p) Heum. d. l., p. 4, not. hh.

(q) Heum. d. c. p. 7, not. r. — Jam a Dufresnio in Glossario Græcitatis mediæ observatum est, vitam monachicam ab Isidoro nostro lib. I, ep. 1 appellari φιλοσοφίαν — (addi potest lib. II, ep. 159.); — quem loquendi usum Sozomenum quoque secutum esse, idem pluribus probat exemplis. — Consentit cum eo Suicerus, qui in *Thesauro ecclesiastico* φιλοσοφία vocem apud scriptores ecclesiasticos designare contendit: vitæ sanctæ studium, præsertim vitam austeram, qualis olim monachorum fuerit et ascetarum.

(r) Consentiunt Nicephorus — *Hist. eccl.* l. XIV, cap. 53, — et Galesinius, qui Isidorum in montem sese abdidisse tradunt. Cf. Acta Sanct. Febr., Vol. I, p. 468, § 1, n. 3. — Errat autem Arnoldus, qui *in sua Ecclesiæ hæresiumque historia*, montem, in quo Isidori ædificatum fuit monasterium, appellat Pelusium, sic vol. I, lib. V, cap. 3, § 16, scribens: *In Afrika war Isidorus den Mœnchen auf dem Berge Pelusio vorgesetzt.*

(s) Lib. I, ep. 5.

(t) Lib. I, ep. 216.

(u) Evang. Lucæ, IV, 11.

(v) Lib. I, ep. 475.

facillime possim colligere; sed rem paucis absolvisse satius duco; itaque Evagrii (*a*) utar verbis, qui usque adeo, inquit, corpus suum laboribus maceraverat (Isidorus), et animum sublimioribus doctrinis saginaverat, ut angelicam vitam ageret, et spirans quædam imago esset tam vitæ monasticæ, quam divinæ contemplationis. —

Neque solum propter vitæ sanctitatem, verum etiam propter doctrinæ copiam ab æqualibus honoratus est, magnique æstimatus. Etenim Gregorium Nyssenum litteras ipsi misisse ex eoque quamdam Veteris Testamenti interpretationem quæsivisse Tillemontius (*b*) ex epistola, quæ data est ad Gregorium episcopum (*c*), collegit. Quod etiamsi luculenter demonstrari nequit, tamen cur negetur causam non video; præsertim cum qui maximam in Ecclesia habuere auctoritatem, velut Theophilus, Cyrillus, Hermogenes aliique cum eo per litteras collocuti sint (*d*). Constat adeo Cyrillum honorifico patris nomine Isidorum ornasse (*e*). Quid, quod ex epistola ad Zenonem, quam alia occasione jam attulimus, familiares ejus eo, quo adhuc inter vivos fuit tempore, res, quibus usus erat, habuisse sacrosanctas probari potest (*f*). — Quæ omnia, ut equidem arbitror, perpendens Ephræmus Syrus (*g*), Περίβλεπτος, ait, factus est, καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν αἰδέσιμος. Quæ verba Schottus quidem, uti jam a Basnagio notatum est (*h*), perperam sic vertit : *et inter præsules illustris*, quasi unus episcoporum de grege fuisset Isidorus. Sic, inquit ille, Græca reddi debent : *et episcopis venerandus*. — Episcopali igitur dignitate (*i*) non ornatus fuit; attamen eum munere quodam illustri functum fuisse, et ipsius epistolis et veterum scriptorum testimoniis in promptu est ostendere. Ex illis enim apparet eum monachorum gregi non fuisse ascriptum. Nam in epistola ad Therasium (*j*), Si imperator, inquit, te oppido ab hostibus summa vi oppugnato præfecisset, nonne tu hostium impetum omni modo reprimere tentares? Sic ego a summo Deo Ecclesiæ præceptor constitutus Ario ejusque doctrinæ resistendum et periculum quodque contemnendum esse arbitror. — Porro Heroni (*k*) scholastico scribit, famulum ejus nuper a janitore ad se ductum, et humano, quo soleret, more exceptum multis cum lacrymis genibusque flexis, suum confessum esse peccatum; quamobrem se non posse, quin hisce litteris pro eo preces faciat. — Quibuscum conferendæ sunt litteræ ad Lucam Archimandritam (*l*), cui monachum ex ejus monasterio in suum venisse nuntiat, illumque supplicem a se petivisse, ut verba pro se, qui leve quoddam commisisset peccatum, faceret. Quapropter, ita enim pergit, si in peccandi consuetudinem nondum venit, ignoscas ei. — Apparet autem ex utraque epistola, qui precibus Isidori monasterium adirent, eos ad hunc esse adductos. Nam si quis conjicere velit Heronem et Lucam habuisse cum Isidoro amicitiam, quod, cum scivissent fugitivi illi, a janitore, ut ad Isidorum adducerentur petivissent; hic jure in suspicionem nimium dubitantis incurreret, præsertim cum huic hypothesi obstent verba in epistola ad Heronem : Ὡς δὲ ἑτοίμη ἡ ἡμετέρα συνήθεια πάντας οἴκοι προσίεσθαι, κ. τ. λ.

Quæ omnia si tibi non persuaserunt Isidorum aliquo functum fuisse munere, legas quas scripsit ille ad Lampetium, ad Pelusii monachos et ad Didymum presbyterum epistolas. Quibus perlectis de hac re diutius in dubio non versaberis. Lampetio enim neminem, qui in suo sit monasterio, cum eo si Manis et Marcionis morem sequatur cibum esse sumpturum, annuntiat (*m*). — Monachos vero, de quibus multi multa questi fuerunt reprehendit,

(*a*) Evagrii verba, — cf. ejusd. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 15, — transcripsisse videtur Nicephorus. Scribit enim in *Hist. sua eccl.* lib. XIV, cap. 53, hæc : Ὁ μὲν οὖν θεῖος Ἰσίδωρος, ἐξ ἔτι νέου τοῖς ἀσκητικοῖς οὕτω πόνοις ἐνίδρωσε, καὶ τὴν σάρκα κατέτηξε, τὴν ψυχὴν τοῖς ἀναγωγικοῖς πιάνας τῶν λόγων, ὡς ἀγγελικὸν ἄντικρυς μετελθεῖν βίον· καὶ στήλην ζῶσάν τε καὶ ἔμψυχον τῆς τε μοναστικῆς διαίτης καὶ τῆς εἰς Θεὸν θεωρίας. Cf. Tillem. l. c. p. 98.

(*b*) Tillem. l. I, p. 97.

(*c*) Lib. I, ep. 125.

(*d*) Lib. I, ep. 310, ep. 323; lib. II, ep. 208, ep. 209, ep. 210, ep. 218. — Ex aliis ejusdem viri litteris videmus Cyrillum, Hermogenem aliosque rescripsisse. Cf. lib. I, ep. 370, lib. II, ep. 139, ep. 262, etc. —

(*e*) Lib. I. ep. 370. — εἴτε γὰρ πατήρ εἰμι, ὡς ἔφης — Cod. Bav. ὡς φῄς — αὐτὸς, δέδια τ. Ἠλ. — Idem tradit Facundus, qui in *Defensione trium Capitulorum*, Isidorus, inquit, — qui etiam pro vitæ ac sapientiæ suæ meritis, ut pater ab ipso Cyrillo et honoratus est, et vocatus. — Cf. Max. *Bibl. VV. PP*, tom. X, p. 18.

(*f*) Lib. I, ep. 216, — εἰ δὲ καὶ τοῦτον (sc. χιτῶνα) — Ritt. τούτων. Cod. Bav. τοῦτο — μέλλοις — Cod. Alt. μέλλεις — ὡς τὰ τῶν — Sic codd. Vat. 649, et Alt. vulgo τινῶν — ἁγίων τηρεῖν, ἐμὲ μὲν εἰς ἀπόγνωσιν ὠθήσεις — Cod. Alt. ὤθησας — ἔλεγχον ἐμαυτῷ — Sic codd. Vat. 549, et Alt. vulg. ἐμαυτοῦ — τὴν συνείδησιν ἔχοντα· πάλιν δὲ πέμψας, πάλιν αἰτήσεις· ἡμεῖς δὲ οὐ δώσομεν. —

Præterea notandum est Isidorum Pelusiotam a Græca et Latina Ecclesia inter sanctos relatum, neque ab Usuardo in *sanctorum Catalogo* omissum esse. — Scripta vero, quæ huc pertinent, accurate collecta sunt in *Actis Sanctorum* mens. Febr., p. 468.

(*g*) Photii *Bibl.* cod. CCXXVIII.

(*h*) Basnag. *Ann. polit. eccl.*, tom. III, p. 319. — Heumann. d. c., p. 3, not. c. —

(*i*) In catalogo librorum impressorum Bibliothecæ regiæ Parisiensis, p. I. C. n. 929, pag. 393, exstat libri titulus, ex quo, auctorem putasse, Isidorum nostrum Pelusii fuisse episcopum, consequitur. Est autem hic : *Le combat des Chrétiens, ou la guerre du vice et de la vertu*, traduit du Latin de S. Isidore Archevêque de Séville, et la Vie du même Saint — avec les lettres de S. Isidore évêque de Damiète, traduites en français. Paris, 1676, in 12. Ipsum autem librum inspiciendi deerat occasio. —

(*j*) Lib. I, ep. 389.

(*k*) Lib. I, ep. 142.

(*l*) Lib. I, ep. 318.

(*m*) Lib. I, ep. 52. Græca, quæ huc pertinent verba, hæc sunt : — εἰ δὲ τῆς βδελυκτῆς — Cod. Alt. βδελυρᾶς — Μανιχαίου καὶ Μαρκίωνος τυγχάνεις μερίδος, οὐδεὶς σοι τῆς ἡμετέρας συστήσεται μάνδρας — Profecto autem pro συστήσεται vel συσ-

liisque declarat se eos hortari velle quotidie (*a*).|— Denique Didymo in epistola ad hunc data promittit se, si quæ homines quidam ad se de eo detulissent falsa invenirentur, hos ad necessitatem ipsi satisfaciendi adacturum, et non obedientes a cœtu esse amoturum (*b*). —

Inquirentibus autem nobis paulo accuratius quodnam munus sustinuerit, examinanda sunt veterum scriptorum de hac re testimonia, quibus, ut equidem arbitror, Isidorum monasterii sui fuisse præfectum plane probari potest. Nam etsi auctoritatem Nicephori, una cum Heumanno (*c*), præsertim cum illius verba dubiam habeant interpretationem (*d*), parvi facimus, tamen nostra stat sententia. Namque (*e*) Sirmondus anonymi refert verba e vetere manuscripto deprompta, quæ sic se habent : *Has omnes beati Isidori presbyteri et abbatis Pelusiotæ recensui et transtuli ex epistolis ejus duobus millibus, quæ sunt per quingentas distributæ in Acœmetensis monasterii codicibus vetustissimis quatuor.* Quæ paucis mutatis et additis verbotenus reperiuntur in variorum Patrum epistolis a Christiano Lupo primum editis (*f*), in quibus hæc exstant Irenæi Tyriorum metropolitæ verba : *Has omnes beati Isidori, presbyteri et abbatis Pelusiotæ excerpsi et transtuli ex epistolis ejus duobus millibus, quæ sunt per quingentenas distributæ in Acœmetensis monasterii codicibus quatuor. Ubi etiam per ordinem singularum numerus continetur. Et ultima est, quam ego quoque ultimam posui. Deo gratias.* Quæ Irenæi verba ex ejusdem tragœdia (*g*) repetita, una cum illis epistolis in Latinam linguam transtulit auctor anonymus. Quare Sirmondum memoria lapsum Irenæi verba tribuisse anonymo eorum interpreti statuere

A non dubitarem, nisi Lupus veterem istum, quem Sirmondus laudat, manuscriptum, ab eo, quo ipse usus sit, diversum esse affirmaret. Etenim, inquit, latina translatio non est concepta iisdem verbis. Et præsens noster codex non adducit omnes, sed solummodo quasdam ad Nestorii negotia spectantes S. Isidori epistolas. Et nostri codicis scholion est largius. — Utut hæc sint, id certum est, Irenæum, Isidori æqualem, hunc abbatem appellasse. Hujus auctoritate omnes fere qui hanc rem tetigerunt viri docti, velut Sirmondus (*h*), Sixtus Senensis (*i*), Lupus (*j*), Pagius (*k*), Basnagius (*l*), Tillemontius (*m*), Ceillierius (*n*), Graveson (*o*), Heinsius (*p*), Arnoldus (*q*), Saxius (*r*), Weismannus (*s*), et Rosenmullerus (*t*) Isidorum monasterii sui præfectum fuisse B arbitrantur. Contra quos omnes surgit Heumannus (*u*), qui cum Isidorus ipse in epistola libri primi centesima quinquagesima monasterii sui præfectum a se diversum commemoret, hunc abbatem fuisse negat. At id quidem nihil probat. Nam nisi ad Schrœckhii (*v*) conjecturam, qui Isidorum monachorum adeo consuetudinem fugisse interdum, seque in solitudinem contulisse opinatur, velis confugere, eum hanc epistolam aut nondum in monachorum societatem receptum, aut iter facientem scripsisse monachis, licet existimare. Neque alterum, quod protulit, Heumannus (*x*) sententiæ suæ confirmandæ causa argumentum, magni momenti est. Offenditur enim ille eo, quod Stephanus Gobarus, C Ephræmus, Facundus et Evagrius omnes Isidorum summis laudibus cumulantes de hoc ejus munere ne verbum dixerint. — Sed hi omnes, excepto Facundo (*y*) non magis Pelusiotam ad presbyteri gradum evectum esse, tradiderunt; neque tamen hoc

σιτίσεται (fors. συσσιτήσεται) auctoritate codicis Bav., vel σύσσιτος ἔσται, quod exhibent codd. Vat. 649, et Alt. scribendum est.

(*a*) Lib. I, ep. 154. Πολλὰς ἐνηχούμενοι περὶ ὑμῶν καταβοήσεις, πολλὰς ὑμῖν ἀπαντλοῦμεν καθ' ἡμέραν τὰς παρακλήσεις. Cæterum hæc epistola, ut equidem arbitror, ab Isidoro in itinere scripta est. Etenim eum itinera interdum suscepisse constat ex libri V epistola 256.—Heumannus contra d. c., p. 5, not. i, illam ante conscriptam esse censet, quam Isidorus in monasterium sese contulerit; quam vero sententiam, qui attento animo illam perlegerit, rejiciet sine dubio.

(*b*) Lib. II, ep. 182. — Εἰ δὲ ψευδῆ, μήνυε, ἵν' εἰς ἀπολογίας ἀνάγκην τοὺς καταμηνύσαντας περιστήσωμεν, καὶ ἀπολογουμένους μὲν δεξώμεθα· τοῦτο δὲ μὴ ποιοῦντας, τῆς ἑαυτῶν συνουσίας ἐξοστρακίσωμεν.

(*c*) Heum. d. c. p. 5, p. 6.

(*d*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, cap. 53.—Ἰσίδωρος — ὁ τοῦ Πηλουσίου ὄρους καθηγησάμενος, quibus verbis, etsi negari nequit cœnobiorum præfectus κατ' ἐξοχὴν appellatos esse καθηγουμένους, tamen hæc inesse potest sententia : Isidorus monachorum præceptor. Cf. *Acta Sanct.* Febr., tom. I, p. 468, § 1, n. 7.

(*e*) Sirmondus ad Facundi *trium. cap. Defens.* lib. II, cap. 4. Opp. vol. II, p. 458.

(*f*) Var. patr. epp. ex MS. Cassinensis Bibliothecæ desumptæ, per Christianum Lupum Iprensem. Lovanii 1682. — Cap. 6, p. 22.

(*g*) Scripsit autem, ut notat Lupus in *notis ad variorum Patrum epistolas* p. 16, Irenæus comes, aut potius episcopus, Ephesini concilii juratus hostis et tam doctrinæ, quam ipsius Nestorii acerrimus defensor, de synodo Ephesina libellum, cui tragœdiæ nomen imposuit. Fuit, ut pergit Lupus, opus divisum in plures libros, quorum unus erat de historia, qui plurima continebat, epistolas, synodos, sacras principum jussiones, aliaque istiusmodi.

(*h*) Sirmondus Opp. vol. II, p. 458.

D (*i*) Sixt. Senens. *Bibl. sanct.* lib. IV.

(*j*) Lupus in not. ad var. PP. epp. p. 20.

(*k*) Pagius crit. in *Annal.* Baron. tom. I., p. 433.

(*l*) Basnag. *Ann. pol. eccl.*, tom. III., p. 519.

(*m*) Tillem. l. c., p. 101.

(*n*) Ceillier. *Histoire générale des auteurs sacrés*, tom. XIII, p. 600.

(*o*) *Historia ecclesiastica variis colloquiis digesta* auctore Frederico Ignatio Hyacintho Amat de Graveson. tom. II, p. 41.

(*p*) Heins. *Hist. eccl.*, p. 922.

(*q*) Arnold. *Hist. eccl. et hæres.*, tom. I, lib. VI, cap. 3, § 16.

(*r*) Saxius *Onomast.* p. I. p. 497.

(*s*) Weismann. *Hist. eccl.*, p. 470.

(*t*) Rosenm. *Hist. interpr. libr. sacr.*, p. IV, p. 180.

(*u*) Heumann. d. c. p. 6, not. II.

(*v*) Schroeckh. *Hist. eccl.*, vol. cit., p. 524.

(*x*) Heum. d. c., p. 6.

(*y*) Facundi *Def. trium capit.*, lib. II, cap. 4, in max. *Bibl. VV. PP.*, tom. X, p. 18. — Cf. porro Suidas f. v. Ἰσίδωρος.

negat Heumannus. — Cujus vero Ecclesiæ presbyter fuerit (*a*) et a quonam hanc receperit dignitatem episcopo (*b*), frustra quæritur, neque scire multum interest. —

Suo autem officio summa cum diligentia satisfecit. Doctrinam enim, quam unice veram putavit, contra paganos Judæos et hæreticos, uti secundo partis tertiæ capite demonstrabitur, alacri animo defendit. Sed in hac re sibi non acquiescendum esse opinatus, homines cujusvis ætatis et ordinis, milites, medicos, monachos, presbyteros et episcopos aut epistolis, aut, si fieri potuit, præsens sermone docuit. Illud videbit qui ejus epistolas vel negligenter tractat; hoc ex litteris ad Palladium datis, quem inter discipulos olim insignem fuisse testatur (*c*); et ex epistola Strategio monacho scripta licet colligere, cui se adjuvante Deo mox ad eum venturum esse nuntiat (*d*). — Præterea fervore, qui justissimum quemque decet, sic accensus est, ut eos, qui vitia ponunt, laudando et admonendo corroboraret, injustos vero et impios gravissimis verbis reprehenderet. Sed inter hos magnæ auctoritatis viri, velut Eusebius Pelusii episcopus, Zosimus presbyter aliique ægre ferentes, quod Isidorus eos acriter vituperare auderet, hunc summopere videntur insecuti. Quod ipse Lampetio episcopo (*e*) scribit; et Paulo, se propterea, quod in pravorum hominum mores invectus sit, multa perpessum esse affirmat; summoque Deo agit gratias quod ipsi, ut pro eo patiatur, concesserit. Nam quemadmodum apostoli, ut scribit ad Apollonium (*f*), incredibili animi vigore præditi, atque divino auxilio sustentati cujusvis generis pericula ob Christi gloriam constanter perpessi sunt, sic nos quoque, si pietatis nostræ (*g*) causa multis afficimur injuriis malisque, animum despondere non decet. — Et in epistola ad Theodosium presbyterum (*h*), se ad injurias et contumelias quieto et æquo animo perferendas semper paratum esse declarat; id autem se nondum assecutum esse mœret, quod cuivis maximo fit honori, gratias scilicet injurias inferenti agere et habere, precesque pro adversariorum salute ex animi sententia ad Deum mittere.

Sed quas Isidorus perpessus est vexationes commemoranti mihi illud non prætereundum est, quod tradidit anonymus Vitæ Chrysostomi auctor (*i*), qui causam, cur Theophilus Alexandrinus S. Joanni Chrysostomo summopere iratus fuerit, explicaturus hujusmodi nobis tradidit narrationem : — « Theophilus in certamen venit cum Isidoro Pelusiota (*j*), viro pio, quem magnus Athanasius ordinaverat, nec non cum Dioscoro, Ammonio, Eusebio et Euthymio, quibus antea familiariter usus erat. Nam cum illi impiis suis præceptis parere et obedire nollent, quinque pravos et tenui auctoritate homines donis corrumpit, illosque Origenianismi accusatos et indicta causa damnatos a muneribus amovet atque exsecratur. Hi primum ad Silbanum episcopum, deinde ad Chrysostomum confugiunt, ab eoque benigne recipiuntur. » Quæ cum ab auctore illo multis verbis tradita sint, ego quoque pluribus narravissem, nisi ea omnia Isidoro ei de quo nos agimus non accidisse luculenter demonstrari posset. Nam etsi ex Stephano Gobaro, de quo Photius (*k*) egit, scimus Severum quoque Isidoro quamdam cum Origene consensionem affinxisse, tamen inde non efficitur Pelusiotam hanc ipsam ob rem vexationes esse perpessum; quin potius ex iis quæ addit Stephanus contrarium licet colligere. Quare Severi testimonio illius traditionis veritas nequit probari, contra quam et Isidorus ipse in epistola ad Symmachum data (*l*), omniumque, qui de eo scripsere,

(*a*) Auctor libri : *Abrégé de l'histoire ecclésiastique.* Cologne 1752. Isidorum monasterii sui presbyterum fuisse suspicatur.

(*b*) Tillemontius l. c., p. 101 art. 3. Isidorum presbyteri dignitatem ab Eusebio Pelusii episcopo, in quem multis in epistolis tam acriter invectus sit, recepisse, non verosimile esse putat; neque tamen constare dicit Ammonium Eusebii antecessorem illi hoc munus mandasse.

(*c*) Lib. v, ep. 93.

(*d*) Lib. v, ep. 216.

(*e*) Lib ii, ep. 122, ubi ad finem sic loquitur : — Εἰ μὲν γὰρ ἦν τι ἐκ τοῦ παῤῥησιάσασθαι κέρδος, οὐδενὶ ἂν παρεχώρησα, καίτοι διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπιβουλευθείς· ἀλλ' ἐπειδὴ σιγῆς ὁ καιρὸς, ἀναμείνωμεν — cod. Alt. ἀναβαίνωμεν — τὸν κριτήν.

(*f*) Lib. v, ep. 131, p. 592, lit. C lin. 5 : — Ταῦτα δὲ γράφω, οὐχ ὡς δεδιὼς τι παθεῖν ἐνταῦθα· πολλὰ γὰρ τούτου ἕνεκα, ὡς οἶσθα, πέπονθα· καὶ εἶπον τῷ κατασκευάσαντι· Ἐστεφάνωσας οὐχ ἑκών· κἀμοὶ γὰρ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

(*g*) Lib. ii, ep. 54 : — Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅταν μὴ δι' οἰκείαν σκαιότητα, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην — codd. Vat. 649. Alt. ἀλλ' ἢ διὰ τὴν εὐσέβειαν, ἢ τὴν δικαιοσύνην — πάσχωμεν, ἀλύειν οὐκ ὀφείλομεν.

(*h*) Lib. v, ep. 398.

(*i*) Hujus libelli, ut scribit Savilius in sua Chrysostomi operum editione, tom. VIII, p. 964., unicum invenimus exemplar in bibliotheca Cæs. Vindob. transcriptum ex codice vetustissimo Michaelis Sophanii opera Samburi, anno 1557, Patavii. De auctore nihil habeo certi quod dicam nisi eum Constantino Porphyrogenneta imperatore, h. e. anno Domini 950, posteriorem fuisse, ut ex præfixo auctorum indice statim patet. Multa certe habet communia cum Metaphraste, non dico in re ipsa et argumento operis (hoc enim necesse est, cum utrique eadem subjecta sit materia), sed etiam in verbis. Auctor certe quisquis est, non aspernandus, Metaphraste uberior et copiosior, Georgio γραμματικώτερος.

(*j*) Cf. opp. Chrysost. ex ed. Savilii tom. VIII, p. 344, ubi hæc exstant : Τούτῳ τοίνυν τῷ Θεοφίλῳ διαφορά τις συμβέβηκε πρός τε τὸν Πηλουσιώτην Ἰσίδωρον, ἄνδρα ὅσιον, καὶ ὑπὸ Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου τῆς ἱερατικῆς ἠξιωμένον τιμῆς, κ. τ. λ.

(*k*) Phot. *Bibl*. codd. ccxxxii : Ὅτι Σεβῆρος τὸν ἐν ἁγίοις Ἰσίδωρον μέμψασθαι μὲν ὁρμηθεὶς, οὐκ ἔχων δὲ ὅθεν, φήμην αὐτῷ περιπλάττει Ὠριγενιανισμοῦ· εἰ καὶ ταύτην αὐτὸς πάλιν ἀποσκευάζεται δι' ἑαυτοῦ ὑπὸ τῆς ἀληθείας νικώμενος.

(*l*) Lib. i, ep. 152. — Θεόφιλος — τὸν θεοφιλῆ καὶ θεολόγον κατεπολέμησεν ἄνθρωπον, τὴν περὶ τὸν ἐμοὶ ὁμώνυμον ἀπέχθειαν — ὁρμητήριον, κ. τ. λ.

auctorum pugnat silentium (a). Cæterum bene explicari potest, qui factum sit ut auctor ille anonymus Isidorum a Theophilo fugatum et a Chrysostomo benigne receptum fuisse Pelusiotam crediderit. Habuit enim compertum hujus nominis virum fuisse inter eos, qui Theophili iram fugientes, Ægyptum relinquerent; cumque Pelusiotam S. Joannis defensorem fuisse bene sciret, nihil verosimilius mihi quidem videtur, quam quod ille inde conjecerit, hæc omnia Isidoro accidisse Pelusiotæ.

His, quantum fieri potuit, brevissime expositis, restat tantum ut de anno, quo Isidorus mortuus sit sententiam nostram feramus. Refert autem Evagrius (b) eum regnante Theodosio juniore floruisse; neque hoc addubitare licet. Ipse enim, antequam synodum ab imperatore illo anno 431, convocatam B adiret Cyrillus, huic turbulenti et arrogantis ingenii viro, acerrimo Constantinopolitani antistitis inimico misit epistolam (c), in qua eum admonet, cum omnes homines de rebus dubiis consultantes odio et ira vacuos esse deceat, cumque animus, ubi illa officiant, haud facile verum provideat, ne nimio Nestorii odio intentus violentam contra eum ferat sententiam; precaturque ut integris et incorruptis judicibus rem permittat. — Eodem, ni fallor, tempore scripta est ad Theodosium imperatorem epistola (d) de securitate synodo præstanda; etsi qui Isidorum, cum Eutychis doctrina in Ægypto propagata esset, etiam tum vixisse statuunt, hanc ad Ephesinum concilium anno 449 habitum referre possunt (e). C Sed quoniam Isidorus injusta episcoporum Eutychis ejusque doctrinæ faventium decreta, atque crudelem hæc exsequendi rationem in epistolis ne tetigerit quidem, iidem viri docti, velut Tillemontius (f) et Ceillierius (g), quos Fabricius (h), Hambergerus (i) Schroeckhius (j) et Rosenmullerus (k) sequuntur,

A eum ante mortuum esse censent, quam episcopi in urbe Ephesiorum congregati sint, aut ipsi prava eorum decreta innotuerint.

Attamen equidem diffiteri neque volo nec possum testimonia, quibus viri illi, ut sententiam probarent suam, usi sunt, mihi persuadere non potuisse, Isidorum eo quo Eutychis hæresis invaserit Ægyptum tempore nondum fuisse mortuum. Hic enim si etiamtum inter vivos fuisset, distinctis certe verbis et graviter, ut in Marcionis, Manis aliorumque doctrinam invehitur sæpenumero, contra Eutychen ejusque dogmata dixisset. Quod non factum esse epistolarum, quas Tillemontius et Ceillierius attulerunt, argumento accurate a nobis exposito, unusquisque fateatur necesse est.

Uterque testificatur eam, quam Isidorus Hermogeni (l) episcopo scripsit epistolam, in qua hæc exstant ejusdem verba: « Ægyptus rursum Pharaonis imperium exercet, non illa quidem Jacobi filiis accolis urbium exstruendarum labores imperans, sed a fortissimo quoque hæresium exigens tributum. Videte igitur ne quis vos seducat, verum velut firmum fundamentum consistite. Deus enim, cum humanam indueret formam, neque mutationem, neque commistionem passus est, nec partitionem ullam; sed unus est Filius, qui et caret origine et sempiternus est et ante carnis semina et post ea sic a nobis adoratus. » — Tum ab iisdem scriptoribus affertur Pelusiotæ ad Constantinum quemdam epistola (m), qua hic vituperatur in hunc modum: — « At tu eos, qui divinum numen pie ac sancte colunt, furiose insectaris, confusionem quamdam et permistionem ac Dei Verbi in carnem conversionem docens, aut divinam naturam in carnem et ossa commutans, aut carnis veritatem rejiciens. » — Deinde Tillemontius epistolam ad Timotheum lectorem (n)

(a) Cf. Savilius l. c. p. 967.

(b) Evagr. lib. I, cap. 15. Theodosio, inquit, imperatore regnante, magno in honore fuit Isidorus Pelusiota, cujus gloria ob illius tum facta tum dicta longe lateque pervagata est, omniumque sermone celebrata.

(c) Lib. I, ep. 310, quæ sic incipit: Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδορκεῖ, ἀντιπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ· εἰ τοίνυν, κ. τ. λ. —

(d) Lib. I, ep. 311.

(e) Tillem. l. c., p. 117.

(f) Tillem. l. c, sic de hac re loquitur: S'il est vray que saint Isidore ait vu, comme nous avons cru, l'Egypte infectée de l'eutychianisme, il y a apparence qu'il n'est pas mort avant le 4 de février de l'an 449, ou même 450, puisque l'hérésie ne pouvait pas avoir encore fait un grand progrès en si peu de temps, et que Hermogène à qui S. Isidore se plaint que l'Egypte embrassait l'hérésie était mort quelque temps avant lui, autant qu'on peut juger par quelques-unes de ses lettres.

(g) Ceillier *Hist. Aut. Sacr.* tom. XIII. p. 603, n. 7. — Mais il y a tout lieu de croire qu'il ne vécut point au delà du mois de mars de l'an 449, n'y ayant rien dans ses lettres, qui ait rapport au faux concile d'Ephèse. —

(h) Fabricius *Bibl. gr.* lib. V, p. 5, cap. 34, § 3, vol. IX. p. 253.

(i) Hambergerus in libro, qui inscribitur: *Kurze Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vor dem 16ten Jahrhundert*, p. 889.

(j) Schroeckh. l. c. p. 522.

(k) Rosenm., *Hist. interpr. Libr. Sacr.* pars IV, p. 181.

(l) Lib. I, ep. 419: Αἴγυπτος πάλιν Φαραωνίζεται, οὐκέτι μὲν τοῖς παροικοῦσιν υἱοῖς τοῦ Ἰακὼβ πόνους ἐπιτάττουσα πόλεων, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἐῤῥωμένους φόρους ἀπαιτοῦσα αἱρέσεων. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ, ἀλλ' ὡς στερεὸς — cod. Bav. addit D ὁ — θεμέλιος στήκετε. — Cod. Bav. στηκέτω. — Ὁ Θεὸς γὰρ ἐνανθρωπήσας οὐ τέτραπται, οὔτε συγκέχυται, οὔτε διῄρηται· ἀλλ' εἷς ἐστιν ἄναρχος καὶ ἀΐδιος Υἱὸς, καὶ πρὸ σαρκώσεως, καὶ μετὰ σάρκωσιν οὕτω παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος.

(m) Lib. I, ep. 496. Inscribitur quidem hæc epistola ita in editione Paris. Κωνστανίῳ; sed Chatardus et Ritterhusius recte excudi curaverunt Κωνσταντίνῳ; cui scripturæ codd. Vat. 649, et Alt. favent. Verba Græca quæ huc spectant, sunt: — Σὺ δὲ τοὺς τὸ Θεῖον εὐσεβῶς πρεσβεύοντας διώκεις ἐμμανῶς, σύγχυσίν τινα καὶ ἀνάκρισιν καὶ τροπὴν τὴν εἰς σάρκα τοῦ Θεοῦ Λόγου κατηχῶν, ἢ ἀλλοιῶν τὴν θείαν φύσιν εἰς σάρκα καὶ ὀστέα, ἢ τὴν ἀλήθειαν τῆς σαρκὸς ἀθετῶν.

(n) Lib. I, ep. 102: Πάσῃ τοίνυν φυλακῇ τήρει — cod. Bav. φυλακῇ τοίνυν τήρει — τὴν σὴν καρδίαν μήπως μίαν Χριστοῦ — sic auctoritate cod. Vat. 649, et Alt. scribendum censeo. Cod. Bav. μήπου

sum sententiæ favere arbitratur; in qua de duabus in Christo naturis sic loquitur Isidorus: « Quare vide ne unam tantum post incarnationem in Christo naturam accipias. Alterutram enim tollit, qui unam tantum confitetur, divina scilicet mutata, vel nostra imminuta. » — Idem quarto loco profert epistolam (*a*) ad Cyrillum, ad quem scribit Isidorus: « Quod vero summus omnium rerum Dominus homo vere factus est, neque ab eo, quod erat, demigrans, neque id, quod non erat, assumens, ex duabus naturis unus Filius exsistens, ortus ac finis expers, recens et sempiternus, ne ipse quidem inficias ieris. » — Denique ab eodem laudantur Isidori ad Theodosium diaconum litteræ, in quibus hæc scripta inveniuntur: « Nam etsi Dei Filius carnem assumpsit, Christus tamen non merus homo factus est; quin potius cum humanum indueret corpus, unus exstitit in duabus naturis Dei Filius (*b*). » —

Isidorum in his modo a me allatis contra eo dixisse, qui vel duarum naturarum in Christo confusionem et quasi mistionem statuerent, vel unam tantum agnoscerent Jesu Christi naturam, nemo non videt. Deinde unusquisque concedet Tillemontio aliisque ejus opinioni faventibus, eum sic de his rebus locutum esse, ut qui hæresin Eutychianam refellere velit, illius dictis optume uti possit (*c*); neque tamen inde consequitur Isidorum de Eutychis doctrina in illis egisse epistolis. Etenim Eutyches novam non protulit doctrinam, sed ante eum multi et hæretici et orthodoxi, si non eadem, at certe similia proposuerunt dogmata (*d*). Quare Pelusiotam de Eutychianismo ante Eutychen locutum esse existimo. Nam etsi quod supra jam commemoravimus, scilicet hujus hæretici mentionem in epistolis nunquam factam esse, minoris momenti esse, lubenter fateor, tamen cum aliud, quod paucis explicandum est, accedat argumentum, meam teneo sententiam. — Eutyches valde jam senex, ut ait Moshemius in *Historia sua ecclesiastica* (*e*), quo Nestorium, cui vehementer infensus erat, tanto fortius reprimeret, anno 448 docebat: *unam tantum esse in Christo naturam Verbi vere incarnatam* (*f*). Una autem ex epistolis, quas attulit Tillemontius, data est ad Cyrillum Alexandrinum qui anno 444 diem supremum obiit. Ergo hacce in epistola Isidorus de Eutychis doctrina loqui non potuit. Exposuit autem in illa sententiam suam de duabus in Christo naturis eodem modo atque in reliquis quas ille laudavit. Quare equidem nullam causam video, cur has omnes seriore tempore scriptas esse statuendum sit.

Sed in his nobis non acquiescendum est, verum videndum, num paulo accuratius quo tempore Isidorus hasce scripserit epistolas definire possimus. Scripsit autem, ni fallor, eas omnes eo, quo Orientales episcopi cum Cyrillo de Nestorii condemnatione atque de duabus in Christo naturis certarunt, tempore. Joannes enim Antiochenus, cujus magna erat apud Orientis episcopos auctoritas, Cyrilli contra Nestorium anathemata Appollinaris doctrinam redolere arbitratus, simul cum Theodoreto Cyrensi et Andrea Samosateno, qui jam ante concilium Ephesinum contra episcopum Alexandrinum scripserant, hunc duarum in Christo naturarum mistionem et confusionem docuisse arguebant. Quod etsi ille omni studio a se amoliri conatus Eunomii et Apollinaris doctrinam falsam aperte declaravit, Isidorumque non ab Orientalium partibus stetisse constat, tamen Pelusiota, quam quarto loco posuimus epistolam eo consilio Cyrillo videtur misisse ut ei nimis incaute unam in Christo naturam, Verbi scilicet incarnatam, docenti rectam veramque de duabus in Christo naturis doctrinam in animum revocaret. — Eodem tempore eam, quam altero tetigimus loco, epistolam, eodemque omnes reliquas a nobis commemoratas, exceptis illis ad Hermogenem litteris, scriptas esse censeo. Hæc autem, nempe epistola Hermogeni scripta, tum demum confecta est, ubi Cyrillus in gratiam cum episcopis Orientalibus anno 434 redierat. Quamobrem non dubito quin Isidorus scribens, Ægyptum a fortissimo quoque hæresium exigere tributum, de Cyrillo, qui hucusque strenuissimus fuerat veræ fidei defensor, egerit. Stetit enim Isidorus a partibus eorum (*g*), qui episcopum Alexandrinum propterea, quod pacem inierit, acriter

μίαν τοῦ Χριστοῦ. Vulgo legebatur: μήπου δόκησιν τὴν τοῦ Χριστοῦ — φύσιν μετὰ τὴν σάρκωσιν δέξῃ. Θατέρας γάρ ἐστιν ἀναίρεσις ἡ περὶ μιᾶς — cod. Bav. μίαν, vulg. additur τούτων quod auct. codd. Bav. Vat. 649, et Alt. ejiciendum est, — συγκατάθεσις· ἢ τῆς θείας τραπείσης, ἢ τῆς ἡμῶν μειωθείσης.

(*a*) Lib. I, ep. 323: — Ὅτι δὲ ἀληθινὸς και ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἄνθρωπος γέγονεν ἀληθῶς, οὔτε ὃ ἦν τραπεὶς, καὶ ὃ οὐκ ἦν προσλαβὼν, ἐκ φύσεων δυοῖν — cod. Bav. ἐν φύσεσι δυσί — ὁ εἷς ὑπάρχων Υἱὸς ἄναρχος καὶ ἀπέραντος, πρόσφατος καὶ ἀΐδιος, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀρνηθείης.

(*b*) Lib. I, ep. 405: — Εἰ γὰρ καὶ σάρξ ἀληθὴς ὁ Λόγος γεγένηται, ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός· ἐνανθρωπήσας δὲ μᾶλλον — cod. Bav. μᾶλλον δὲ — Θεὸς ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν εἷς ὑπάρχει — Cod. Bav. ὑπάρχων — Υἱὸς τοῦ — quod omittitur in cod. Bav. — Θεοῦ. —

(*c*) Et revera Leontius Byzantinus in libris contra Nestorium et Eutychen memorat Isidori ad Theodosium presbyterum, Timotheum lectorem, Cyrillum Alexandrinum aliosque epistolas. Cfr. *Maxima bibliotheca VV. PP.* tom. IX, p. 681, 682, 685.

(*d*) Christiani Augusti Saligii de eutychianismo ante Eutychen, sive de eutychianismi vere ac falso suspectis, tractatus historicus et theologicus. Wolfenbuttelæ 1723, in-4.

(*e*) Moshem. *Hist. eccl.* p. 225, § 13.

(*f*) Ipsum Cyrillum hacce formula sæpius usum esse, constat inter omnes.

(*g*) Sic stomachabantur Acacius Melitenensis, Successus Dio Cæsareensis, Valerianus Iconiensis, aliique, omnes Cyrillum vituperantes, quod in Orientalium, qui omnem unionem hypostaticam rejecissent, consenserit voces. Cf. Salig. l. c. cap. 28, p. 275.

vituperarunt (*a*). Scribit enim ad illum alibi (*b*) : A « Oportet te firmum ac constantem semper manere; sic nempe ut nec metu cœlestia prodas, nec tecum ipse pugnare videaris. Sed si quæ nunc abs te scripta sunt cum illis antea a te confessis comparantur, aut adulationi obnoxius esse videberis, aut levitatis minister, ut qui inani gloriæ succumbas, non autem magnorum et sanctorum pugilum certamina imiteris, qui per omnem vitam in extera regione premi ac vexari potius sibi ferendum duxerunt, quam ut perversam aut falsam sententiam vel auribus exciperent (*c*). » — Quapropter Tillemontius omnesque ejus sententiæ faventes, Isidorum anno 449 vel 450 inter vivos adhuc fuisse ex his epistolis temere collegisse videntur.

Sed etiam in eo fallitur ille (*d*), quod ex Isidori B litteris ad Marcionem presbyterum (*e*) et Zenonem (*f*) datis apparere arbitratur, eum Hermogene Rhinocoruræ episcopo jam mortuo diem supremum obiisse. In illa enim duos episcopos, Hermogenem scilicet virum pium justumque, cum Eusebio homine pravo et scelesto, comparat auctor in hunc modum : « Qui virtute clarus est, is geminum habetur sacerdotii decus et ornamentum ; qui vero sacerdotali munere functus solo tumet honore, is revera ad spurios rejectus est. Itaque Hermogenes vir Deo acceptus dignitatem recepit virtuti suæ convenientem (*g*). Ad facultatem enim utramque contendit, tum sacerdotii ornamentum dignum consecutus tum virtutis majestatem, a divina gratia debitam accessionem. At Eusebius Deo infestus omnique C virtute vacuus munere solo sese jactat. Inde fit ut ille tanquam vir, cujus cogitandi et agendi ratio dignitati suæ prorsus conveniat, ab omnibus celebretur; hic tanquam spurius notetur talique munere indignus. » In hac vero ad Zenonem epistola sic de Hermogene loquitur : « Hermogenes episcopus vir probus est, si quis alius. Educatus enim in Christi lege, exemplis apostolicis institutus, episcopo digna sentit et exsequitur. Quare temporibus convenientem gloriam assecutus est et honorem (*h*). Invidia enim, quæ alios virtute præditos palam solet oppugnare, hunc, propter incredibilem morum mansuetudinem ac singularem modestiam, ne aspicere quidem audet. » — Reliqua ut addamus non est necesse : quæ enim allata sunt satis superque probant Isidorum hacce in epistola non de gloria et honore quem ille in futura vita, sed de justa et merita agere gloria, quam Hermogenes apud omnes consecutus sit mortales. Cœlestis enim et qua probus quisque apud Deum gaudet omni superior est invidia. — Ergo uti ex illis epistolis Isidorum Pelusiotam anno 449, vel 450, inter vivos etiamtum fuisse non consequitur, ita ex his eum post Hermogenis mortem diem supremum obiisse probari nequit.

Sed cum equidem in ejus epistolis nihil quo hæc lis omnino dirimi possit, invenerim, satis habeo probasse, eum post annum 434, esse mortuum. Accuratiorem vero anni hujus viri fatalis definitionem viris et sagacioribus et doctioribus relinquo.

(*a*) Ipse Tillemontius in *Historiæ ecclesiasticæ* tom. XV, p. 113, art. VIII. allata hæcce ad Hermogenem epistola, scribit : Auroit-il parlé de la sorte de saint Cyrille ?

(*b*) Lib. I, ep. 324, de qua Lupus quoque in notis ad variorum Patrum epistolas l. c. hæc scripsit : S. Cyrillus licet sua capitula anathematizare aut solemniter recantare noluerit, ea tamen et in datis ad Acacium Berrhoensem, ac item ad Joannem Antiochenum litteris, et suis cum Paulo Emeseno actis, est suaviter moderatus. Hinc in publicum tunc sparsus fuit rumor de Cyrilli pœnitentia. Item sub nomine Philippi Romanæ Ecclesiæ presbyteri et apostolici apud Ephesum legati, sparsa fuit epistola asseverans Sixtum pontificem quidem confirmasse pacem, expunxisse tamen damnationem Nestorii. Ita D ipse Cyrillus queritur in litteris ad Acacium Melitinensem et Donatum Nicopolitanum episcopum. Hæc igitur omnia videns et considerans magnus ille monachus Isidorus — paterno jure illum admonuit, ut esset prudens et constans, ut sermones suos dispensaret in judicio, ut non videretur docere contraria, ut istis rumoribus non daret ansas aut fomenta.

(*c*) Verba Græca sic se habent : Χρή σε, θαυμάσιε, ἄτρεπτον μένειν ἀεὶ, οὔτε φόβῳ προδιδόντα τὰ οὐράνια, οὔτε σαυτῷ ἐναντίον φαινόμενον. Εἰ γὰρ τὰ νῦν γεγραμμένα σοι τοῖς προτέροις ἀντεξετάσειας, ἢ κολακείας φανήσῃ ὑπεύθυνος, ἢ εὐχερείας — Chat. et Rittersh. εὐχερείας ἢ — διάκονος, κενῆς μὲν δόξης ἡττώμενος, τῶν μεγάλων δὲ — abest a cod. Bav. — ἁγίων ἀθλητῶν τοὺς ἀγῶνας οὐ μιμησάμενος, οἳ τὸν ἅπαντα βίον ἐπ' ἀλλοτρίας — cod. Bav. ἀλλοτρίαις — κακουχεῖσθαι ὑπέμειναν, ἢ κακόδοξον φρόνημα κἂν μέχρις ὤτων εἰσδέξασθαι.

(*d*) Tillemont *Hist. eccl.* tom. XV, p. 117, cf. p. 18, not. 4.

(*e*) Lib. V, ep. 378.

(*f*) Lib. V, ep. 466.

(*g*) Ex his, ni fallor, verbis Tillemontius collegit Isidorum de mortuo Hermogene locutum esse. Quare verba græca ascribere non abs re erit. Sunt autem hæc : Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν θεοφιλὴς Ἑρμογένης ὁμολογοῦσαν τῇ ἀρετῇ καὶ τὴν ἀξίαν ἔσχε.

(*h*) Hæc, ni omnia me fallunt verba, induxerunt Tillemontium, ut hanc pro sua sententia afferret epistolam. Sunt autem hæc : Ἐπισκοπῆς δὲ ἄξια καὶ φρονήσας καὶ πράξας, συνηβῶσαν τῷ χρόνῳ τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν κέκτηται. — Codd. Vat. 650. et Alt. inserunt inter συνηβῶσαν et τῷ χρόνῳ — συνακμάζουσαν, quod vocabulum Petrus Possinus voce καὶ cum antecedentibus conjungendum censet, ita ut totus locus sic se habeat : συνηβῶσαν καὶ συνακμάζουσαν τῷ χρόνῳ. Equidem verbum συνακμάζουσαν, quod addunt codd. illi, glossema arbitror.

PARS SECUNDA.

DE SCRIPTIS ISIDORI PELUSIOTÆ.

Isidorus Pelusiota præter epistolas, de quibus fusius agemus postea, alios quoque, qui non ad nostram usque pervenerunt ætatem, conscripsit libros; quod ut probemus ad Suidæ (a) et Nicephori (b) auctoritatem refugere non necesse est, cum ipse librum suum *adversus Græcos* bis commemoraverit. Hermino enim comiti (c) quærenti, qui fiat, ut hominibus improbis et scelestis sæpissime omnia sint secunda, probi contra et pietate insignes in acerbissimis versentur malis et calamitatibus, rescribit: se difficilem hanc quæstionem ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας γραφέντι λόγῳ, quantum fieri posset, solvisse. Eum eodem in libro in Græcorum vaticinandi artem acriter invectum esse, scimus ex initio epistolæ ejus ad Harpocram sophistam (d), in qua de hac re in hunc loquitur modum: Ὅτι ἡ μαντικὴ ὕθλος ἦν παρ' Ἕλλησι καὶ μάτην ἐθρυλλεῖτο, δέδεικται μέν μοι ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ. Constat igitur eum contra Græcos sive gentiles composuisse librum; sed utrum hic liber ab illo περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην, quem in alia ad eumdem Herminum epistola (e) affert, diversus, an idem sit, nova videtur indigere disquisitione. Eumdem esse arbitratur Ritthershusius (f), quocum Dupinius (g) consentit, qui ex ipsius Isidori verbis hunc tribus epistolis illis de uno ejusdem argumenti libro egisse audacter arguit. Negat Fabricius (h), qui ex argumento libri *adversus Græcos*, a me, quantum fieri potest, exposito, contrarium colligit.— Sed libellus, quem Isidorus *De fato* scripsit, contra ethnicos scriptus fuit, in eoque libro contra gentiles, in quo, uti jam diximus, de piorum hominum miseria, pravorumque felicitate agebatur, optuma sine dubio de fato dicendi fuit occasio. — Quare ex utriusque libri argumento colligi non licet utrumque librum inter se fuisse diversum; neque tamen contrarium inde consequi lubenter fateor. Quod si vero quispiam mihi objiciat, Isidorum duos attulisse librorum titulos, ergo necesse esse ut duo quoque

A exstiterint libri, quorum in hoc contra Græcos, in illo de fato egerit, duplicem hunc titulum uni eidemque libro bene convenire posse respondeo, dummodo accipiamus Isidorum λόγον πρὸς Ἕλληνας περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην confecisse (i). Atque quod affert Heumannus (j), qui ob id ipsum, ut ejus utar verbis, quod librum de fato λογίδιον potius quam λόγον vocandum censet Isidorus, ab illo quem contra Græcos scripsit, bis λόγου nomine ornatum, diversum esse statuit, non magni momenti est. Nam Isidorus ab Hermino magnopere laudatus, pro insigni, qua excelluit, modestia (k), librum suum etsi λόγου nomine dignum λογίδιον appellare potuit. Quare his omnibus probari nequit Isidori *adversus Græcos* scriptionem a libro *De fato*
B diversam esse. Quid, si quis propterea, quoniam utraque, ea scilicet quam primo et tertio loco laudavimus, epistola, ad eumdem datæ sunt Herminum, contrarium contendere et probare conaretur? Posset enim non ab omni verisimilitudine alienam instituere ratiocinationem hujusmodi: Ut cum ex illa libri secundi ad Herminum epistola appareat, Isidorum Hermino ipsi quæstionem proponenti respondisse, se de hac re fusius jam in libro *adversus Græcos* egisse, nihil verosimilius sit, quam illum, cui accurata quæstionis dijudicatio accepta esse debuit, blande a familiari suo rogasse, ut librum illum mitteret. Neque hunc, ut ex altera ad Herminum epistola videremus, preces illius repudiasse, sed misisse una cum his litteris quem
C ille postulasset librum.— Quæ sententia etsi primo quidem obtutu placuerit, tamen qui attento animo libri tertii ad Herminum litteras perlegerit, is statim rejiciet. Eæ enim his continentur verbis: « Quoniam scripsisti me nuper libellum de fato composuisse, qui ab aliis magnis laudibus ad cœlum usque elatus, ab aliis omnibus, in quibus idem tractetur argumentum, scriptionibus, sit præpositus, quoniam ut hunc librum ad te mitterem precatus

(a) Suid. Ἰσίδωρος, inquit, — ἐπιστολὰς γέγραφε, καὶ ἄλλα τινά.

(b) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, cap. 53: Καὶ δὴ πολλὰ μὲν αὐτῷ ἐγράφη ὠφελείας ἁπάσης ἔμπλεω· μάλιστα δὲ ἐπιστολαί.

(c) Lib. II, ep. 187.

(d) Lib. II, ep. 228.

(e) Lib. III, ep. 253.

(f) Rittershusius in notis ad ep. 137. lib. II. Liber contra Græcos fortassis idem est, inquit, cum oratione, quam contra fatum scripsit

(g) Du Pin *Bibl. auct. eccl.* tom. XIII, p. II, p. 4, not. c. hæc scribit: Il cite le Traité du destin dans la lettre 253, du livre III. Je ne le crois pas différent du *Traité contre les Gentils* cité dans les lettres 137, et 228, du II. livre, parce que ce qu'il en dit en ces endroits regarde la même matière.

(h) Fabricius l. c. p. 256.

(i) Ita videtur sensisse Dupinius qui l. c.: Il parle lui-même, inquit, d'un *Traité du destin contre les*
D *Gentils*

(j) Heumann. *Diss. de Isid. Pel.* § 6, p. 9.

(k) Cf. lib. IV, ep. 60, p. 446, lit. A lin. 8: — Ἴσως γὰρ εἰ καὶ ἐν τούτῳ πλεονεκτοῦνται, ἐν ἄλλοις πλεονεκτοῦσι, καί τινα ἐνόησαν, ὧν αὐτὸς οὐδ' εἰς ἔννοιαν ἀφικόμην. Ejusdem in sententiis suis exponendis modestia manifesta est in ep. 85, lib. II, ep. 112, et 141, lib. IV. —

es, mittendum duxi (*a*). » Namque apparet, ut equidem arbitror, ex harum litterarum initio, librum de fato non eum esse, quem in epistola Isidorus familiari suo commendaverat. Etenim verba, quibus usus est Herminus : « Tu librum de fato nuper composuisti, » quæ ex Isidori epistola ad illum data enucleare possumus, satis de mea quidem sententia declarant, hunc de hoc libro nondum neque per litteras nec præsente sermone cum familiari suo collocutum esse. Quod si verum est, hic de fato libellus non idem esse potest atque ille, quem Pelusiota contra Græcos composuit librum. Recte igitur senserunt Fabricius et Heumannus, etsi causam, cur ita sentiendum sit, non viderunt (*b*).

Hunc igitur locum relinquere et ad alia Isidori scripta transire liceret, nisi exstaret longa ad Harpocram sophistam epistola (*c*), quam, cum in ea eorum, qui fatum credunt, refellatur opinio, aliquis pro libello περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην, de quo modo locuti sumus, habere posset; præsertim cum Isidorus, aliam quoque, quæ Eulogio scripta est, epistolam λογίδιον (*d*) appellaverit. Quam sententiam cum aliis argumentis neque confirmare nec refellere possim, id tantum moneo, nos ex illa ad Harpocram sophistam epistola modum ac rationem, quam Pelusiota de fato disputans, secutus sit, optime posse intelligere.

Reliqua, quæ de deperditis Isidori scriptis dicenda sunt, brevius queunt absolvi. Quæ enim ab Evagrio (*e*) commemorantur ejusdem scripta ad Cyrillum sunt, uti jam a Dupinio (*f*), Ceillierio (*g*), Fabricio (*h*) et Heumanno (*i*) observatum est, nihil aliud nisi Isidori epistolæ ad hunc virum, quas Facundus, Nicephorus aliique occasione data attulerunt. Quapropter jure vituperatur Caveus (*j*), quippe qui librum adversus Cyrillum deperditis Isidori scriptis adnumeraverit; multo gravius vero reprehendendus est Joannes Langus Nicephori Callisti interpres. Is enim, uti notaverunt Jacobus Billius (*k*) et Joannes Chatardus (*l*), post eosque alii complures, Nicephori verba (*m*) : Οἷος ἐκεῖνος Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλουσίου ὄρους καθηγησάμενος· Νεῖλός τε καὶ Μάρχος — ἔτι δὲ καὶ ὁ τὴν σοφίαν πολὺς Θεοδώριτος — ὧν εὐρὺ κλέος κατὰ τὴν ποίησιν — reddidit in hunc modum : « Talis fuit Isidorus, qui in Pelusii monte monachis præfuit, Nilus et Marcus et sapiens Theodoretus, quorum magna in poetica laus est (*m**) ; itaque eos egregios facit poetas, cum tamen, ut ait Jacobus Billius, nullum ex his poetica laude floruisse litteris ullis proditum sit.

Sed ne quid memoratu dignum a nobis prætermissum videatur, quarto loco monendum est, anonymum illum, de quo in parte hujus commentationis prima jam diximus, Vitæ Chrysostomi auctorem præmisisse scriptorum de Vita hujus viri Catalogum (*n*) sub hoc titulo : Ὅσοι εἰς τὸν βίον τοῦ Χρυσοστόμου συνεγράψαντο· eumque his adnumerasse Isidorum Pelusiotam. Quanquam vero equidem bene intelligo anonymi hujus testimonio probari non posse Pelusiotam (*o*) celeberrimi illius episcopi vitam descripsisse, tamen propterea hanc non prætermittendam esse duxi notitiam quod, ut equidem scio, a nemine, qui de Isidoro ejusque scriptis protulit sententiam, memorata est.

Majoris videtur esse momenti quod Hardtius in suo codicum bibliothecæ Bavaricæ catalogo (*p*), in- tempore vixerit Isidorus.

(*a*) Verba Græca sunt : Ἐπειδὴ γέγραφας λόγον, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ εἰπεῖν τἀληθὲς, λογίδιόν μοι πρώην γεγράφθαι περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην· παρά τινων μὲν ἐχθειασθὲν, παρά τινων δὲ καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων τῶν εἰς τοῦτο παρά τινων πεπονημένων προκριθὲν, καὶ παρεκάλεσας τοῦτό σοι πεμφθῆναι, πέπομφα.

(*b*) Schroeckhius a Fabricii et Heumanni stans partibus, ne unum quidem pro sua sententia affert argumentum. Cf. *H. eccl.* t. XVII, p. 522. — Tillemontius hanc litem dijudicare non audet. Scribit enim in *Hist. eccl.* tom. XV, p. 117, hæc : — Il a composé divers écrits très-utiles, comme celui qu'il fit contre les Gentils. — Je ne scay si c'est le mesme ouvrage, qu'il appelle autre part un livre, ou plutost un petit livre contre le destin. Il avoue que cet ouvrage avoit esté fort estimé et mesme qu'il etc.

(*c*) Lib. III, ep. 154.

(*d*) Lib. IV, ep. 163, p. 505, ubi hæc exstant : καὶ ἄλλα μυρία, ἅπερ, ἵνα μὴ τὸ λογίδιον μηκύνωμεν, παραλείψω.

(*e*) Evagrius *Hist. eccl.* lib. I, cap. 15. γέγραπται δὲ πρὸς Κύριλλον τὸν ἀοίδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δείκνυται τοῦ θεσπεσίου συνακμάσαι τοῖς χρόνοις.

(*f*) Dupin l. c., p. 4.

(*g*) Ceillierius, l. c. p. 604, dubius hæret utrum Cyrillus, de quo loquitur Evagrius, celeberrimus ille sit Alexandriæ episcopus, an alius ejusdem nominis vir. Alexandrinum fuisse constat, tum ex epithetis, quibus hunc ornat Evagrius, tum ex eo quod hac notitia usus est ille ad definiendum quo tempore vixerit Isidorus.

(*h*) Fabricius l. c. p. 256.

(*i*) Heumann. l. c. p. 9, not. aa.

(*j*) Caveus *Hist. litt. script. eccl.* p. 250.

(*k*) Jacobi Billii Observationes sacræ. lib. I, cap. 38, p. 66.

(*l*) Joannes Chatardus in epistola ad Godofredum Billium, quæ præfixa est editioni ejus Isidori Epistolarum a Jacobo Billio Latine redditarum.

(*m*) Fabricius autem in eo errat quod malam hanc interpretationem Joanni quidem Lango, sed huic Evagrii dictum interpretanti tribuit.

(*m**) Fronto-Ducaeus, qui Latinam Joannis Langi interpretationem cum Græcis collatam et recognitam suæ Nicephori adjecit editioni, etiam hoc mendum correxit.

(*n*) Joan. Chrysost. Opp. ex ed. Savilii tom. VIII, p. 293. — Tenet autem in Catalogo illo Isidorus locum decimum et secundum. — Cf. Lambecii Commentarii de bibliotheca Cæs. Vindob. lib. VIII, cod. XXVII, p. 299.

(*o*) Isidorus ipse a Simone monacho rogatus, ut paucis divini Joannis Chrysostomi tragœdiam exponeret, rescribit lib. I, ep. 152 hæc : — φράσαι ταύτην ἀπορῶ· νικᾷ γὰρ — quod e codd. Bav. Vat. 649, Alt. et Sfort. inserendum est — τὸν νοῦν ἡ μέθη τοῦ πράγματος. Sic scribendum censeo auctoritate codd. Bav. Sfort. et Alt. — Vulgo legebatur τὰ τοῦ πράγματος.

(*p*) Cod. CCLXX, inde a folio 154 usque ad finem, vol. III, p. 127.

editum Isidori Pelusiotæ opus in manuscripto quodam exstare testificatur, sic inscriptum : Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις. Continentur autem hoc codice non solum Isidori, sed etiam Chrysostomi, Basilii, Olympiodori, Nili, Marci, Maximi et Theodosii quæstiones et responsa, quæ auctor collegit anonymus. Equidem, quia ipsum codicem inspiciendi mihi non data fuit occasio, num in illo inedita quædam lateant, non audeo decernere ; sed magna mihi est suspicio quæstionum illarum et responsorum, quæ omnia ad interpretationem Librorum sacrorum videntur pertinere, collectorem descripsisse uti ex Chrysostomi, Basilii aliorumque operibus, ita et ex Isidori epistolis, quæ ipsi ad suam rem facere viderentur. Quapropter inedita quædam, uti ex titulo collegit Hardtius (*a*) in illo latere codice exigua tantum mihi spes est.

Neque puto novi quid exstare in libro (*b*) cujus titulus hic est : *Isidorus Pelusiota de nativitate Domini*. Defuit autem hunc libellum inspiciendi occasio. Hæc hactenus.

EPISTOLARUM EDITIONES.

Prodierunt Parisiis anno 1585, in folio : *S. Isidori Pelusiotæ epistolarum amplius mille ducentarum libri tres nunc primum Græce editi. Quibus e regione accessit Latina clarissimi viri Jacobi Billii Prunæi, S. Michaelis in eremo quondam cœnobiurchæ, interpretatio.*

Huic editioni præfixa est Joannis Chatardi epistola ad Godofredum Billium, qua edocemur, Jacobum Billium, illius fratrem, Isidori epistolas MCCXIII Græcas in Latinam linguam transtulisse, ipsum vero præmatura, quo minus hanc ederet interpretationem, morte impeditum esse. Joannes igitur Chatardus hanc suscepit provinciam simulque ut etiam Græce illæ excuderentur epistolæ, curavit. Scripturæ diversitas margini adnotata est. Accedunt Jacobi Billii Sacrarum observationum libri duo.

Sunt autem S. Isidori Pelusiotæ epistolarum amplius mille ducentarum libri tres Jacobo Billio interprete recusi in magna Bibliotheca VV. PP. ed. Colon. ann. 1618, t. V, p. III, p. 476-621.

Tribus his epistolarum libris quartum adjecit Rittershusius, omnesque edidit sub hoc titulo : *S. Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ Scri-*
A *pturæ epistolarum libri quatuor. Quorum tres priores cum Latina interpretatione Jacobi Billii primum ante annos* XX *Parisiis prodiere. Jam vero sub prelum revocati ms. cod. Bavarici ope plurimis in locis insigniter aucti, suppleti, correcti sunt. Quartus nunc primum exit novus ex eodem codice Bav. cui Venetus in bibliotheca S. Marci respondet, descriptus et Latinus factus a Cunrado Rittershusio IC. Ex officina Commeliniana* 1605.

Rittershusius et quam Joannes Chatardus notavit, et quam ipse ex codice suo deprompsit scripturæ diversitatem diligenter margini ascripsit; ita quidem ut, si in codice Bavarico vel unum vel plura addita fuerunt vocabula, locum, quem illa in textu tenuere, stella notaret, vocesque in manuscripto
B isto omissas uncis includeret. Accedunt indices locupletissimi aliaque minoris momenti. Cæterum hæc editio ne linea quidem mutata anno sequente in eadem recusa est officina.

Anno demum 1623 Andreas Schottus Isidori epistolas DLIX e codice Vaticano edidit Antuerpiæ in-8, sub hoc titulo : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐπιστολαὶ ἀνέκδοτοι. *S. Isidori Pelusiotæ epistolæ hactenus ineditæ, de locis sacræ Scripturæ moribusque formandis ; ex Vaticana pontificis bibliotheca nunc primum erutæ notisque et argumentis illustratæ ab Andrea Schotto, societatis Jesu presbytero.*

Anno sequente publicavit idem Latinam harum
C epistolarum interpretationem Romæ.

Francofurti autem anno 1629 eædem ea forma recusæ sunt, ut editioni Rittershusianæ annecti possent, sub hoc titulo : *S. Isidori Pelusiotæ presbyteri epistolarum, quæ in Billii et Rittershusii editionibus desiderantur, volumen reliquum ; quas ex Vaticana S. Patris bibliotheca nuper erutas, nunc primum Græce et Latine conjunxit, notisque et argumentis illustravit R. P. Andreas Schottus, societatis Jesu presbyter.*

Sed Lutetiæ tandem prodierunt quinque Isidori epistolarum libri anno 1638, in folio, sub hoc titulo : *S. Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ Scripturæ libri quinque ; quorum tres priores ex interpretatione Jacobi Billii, quartus autem a Cunrado Rit-*
D *tershusio IC., qui et notas uberiores, et summas, et indices prioribus libris adjecit : et quintus ab Andrea Schotto, nunc primum in Gallia prodeunt.*

In hac editione, quæ multis scatet erroribus typo-

(*a*) Hardtius l. c. Isidori, inquit, Pelusiotæ quæstiones nullibi memoratas inveni. — Quare etiam in indice huic tomo adjecto hunc Isidori librum inter inedita refert.

(*b*) Prodiit hic liber Haganoæ 1529, in-4. Cf. catal. bibl. Andr. Paw. (1).

(1) Liber cujus titulum Niemeyer, p. 36, ex catalogo quodam exhibet : *Isidorus Pelusiota de nativitate Domini* Haganoæ 1529 in-4°, ut facile crediderim, idem opus est, quod proprie inscribitur : *B. Isidori episcopi, theologi vetustissimi, de nativitate Domini*, etc. *libri duo*. Haganoæ 1529, in-4. Isti autem libri, qui mihi præsto sunt, revera S. Isidorum Hispalensem auctorem habent, et cum inscriptione : *Contra Judæos* reperiuntur in optima ejus editione (quam curavit F. Arevalo) Romæ 1797 — 1803, t. VI, p. 1 seqq. Præterquam enim quod locus et annus et forma impressi libri congruunt, imprudens aut sciolus catalogi scriptor, cum prior ex istis duobus libris, prout Haganoæ 1529 editus est, in margine superiori simpliciter notatur : « B. Isidorus de nativitate Domini, » facile *Pelusiotam* de suo addere potuit, sicque Isidoro nostro fetus accrescere, cujus ne minimum alibi, nec antiquo, nec recentiori tempore vestigium occurrit. Eadem igitur fuerit hallucinatio, quam ipse Niemeyer alio in loco p. 146 de codice quodam manuscripto recte deprehendit. — FESSLER, *Instit. Patrol.*, *II*, 623 *Œnipontе* 1850.

graphicis, etiam hoc vituperandum est, quod stellæ quidem, quibus Rittershusius in Bavarico codice aut unum aut complura addita esse vocabula significare voluit, in textum receptæ sunt; neque tamen scripturæ diversitas est indicata. Qui factum est, ut Petrus Possinus in libro, de quo continuo agemus, hisce stellis lacunas indicari arbitratus, glossam pro vera scriptura sæpius habuerit. Simili modo unci, quos certo, uti antea dictum est, consilio adhibuit Rittershusius, in hac editione temere recepti videntur esse.

Cæterum omnes Isidori epistolæ exstant Latine tantum in maxima Bibliotheca VV. PP. tom. VII, p. 499-802.

Sed Romæ prodierunt anno 1670 *Isidorianæ collationes, quibus S. Isidori Pelusiotæ epistolæ omnes hactenus editæ cum multis antiquis optimæ notæ manu scriptis codicibus comparantur, et inde circiter bis mille locis supplentur aut emendantur. Ex bibliotheca Barberina.* Curavit enim Franciscus cardinalis Barberinus per virum, ut ait qui præfatus est Petrus Possinus, eruditionis eximiæ, suum tunc familiarem, τὸν μακαρίτην Fransciscum Arcudium Græcum Calabrum, postea episcopum Nuscanum, cum sex optimis antiquissima manu scriptis codicibus, duobus Vaticanis, totidem Altaemsibus, uno Sfortiano, sexto Barberino conferendas Isidorianas omnes epistolas, exacte ascriptis per margines editionis Parisiensis variis lectionibus et supplementis e regione cujusque tali egentium ope locorum. Hoc editionis Parisiensis exemplar Carolus Moronus, præfectus bibliothecæ Barberinæ, tradidit Petro Possino e societate Jesu, qui hasce Isidorianas edidit collationes, sic ab eo vocatas, quoniam, ut ipsius utar verbis, in iis illa, de qua dixi, Parisiensis Isidori editio cum codicibus haud paulo melioribus confertur. « Studui, ut scribit ille, cuncta sic explicare ut quam facillime quivis lector comparatione mei scripti cum ejus editionis exemplo loca in edito mendosa corrigere, mutila posset supplere. Ad hoc diligenter adnotavi epistolarum, paginarum et versuum, ad quos observationes hæ pertinent, numeros. Plerumque retuli duntaxat quid diversi aut novi exstaret apud codices; nonnunquam judicium meum interposui; nec dissimulavi oborientes e variarum lectionum indiciis de archetypa scriptura conjecturas; raro tamen id feci, contentus κριτικωτέροις quasi aperuisse campum et occasionem felicius pro cujusque acumine divinandi præbuisse.

His vero Collationibus usus est auctor editionis quæ prodiit Venetiis 1745, in folio, sub hoc titulo: *Sancti Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ Scripturæ epistolarum editio prima Veneta Latina auctior et emendatior. Cui præter notas Cunradi Rittershusii et Andreæ Schotti adjiciuntur et notæ aliæ ex Isidorianis Collationibus Petri Possini diligenter excerptæ.*

In his Isidori editionibus, Parisiensem dico et Venetam, excusæ sunt epistolæ bis mille et duodecim. — Liber enim primus quingentas continet (*a*), secundus trecentas, tertius quadringentas et tredecim, quartus ducentas et triginta, et quintus quingentas sexaginta novem. Errat igitur auctor anonymus *Historiæ ecclesiasticæ*, quæ prodiit Coloniæ (*b*), qui Isidori epistolarum duo millia centum et septuaginta novem excusas opinatur. Errant Ignatius Hyacinthus de Graveson (*c*), Caveus et Fabricius, qui omnes Isidori epistolas bis mille et tredecim excusas esse affirmarunt. Qui horum virorum error ex eo procul dubio natus est, quod Schottus epistolæ quingentesimæ sexagesimæ nonæ, quæ libri quinti postrema est, subjecit unam quarti libri a se editam emendatius (*d*).

Sed si ex his colligere velles nos bis mille et duodecim Isidori epistolas habere superstites, quæ typis excusæ sint, haud dubie in errorem incurreres. Præclare enim a Tillemontio (*e*) observatum est, unam in duas nonnunquam discerptam esse epistolam, velut libri IV ep. 206 et 207, et libri I ep. 271 et 272, nonnullasque bis esse positas, quarum duo affert exempla. At multo plura Heumannus, cujus quæ de hac re agit notam huc transcribere liceat: « Schottus, inquit ille, plures e Vaticano suo codice edidit, quæ jam editæ fuerant a Billio vel Rittershusio. » Eadem enim est libri V ep. 239 et libri IV ep. 147; eadem est libri V ep. 91 et libri IV ep. 147; eadem est libri V ep. 138 et libri IV ep. 190; eadem est libri V ep. 43 et libri IV ep. 199; — eadem est libri V ep. 139 et libri IV ep. 122; eadem est libri V ep. 187 et libri IV ep. 124; eadem est libri V ep. 324 et libri I ep. 233. Confer, sic enim pergit ille, etiam libri V ep. 116 cum libri II ep. 162; libri V epistolam 24 cum epistola 567, ejusdemque libri epistolam 374 cum libri II epistola 116, quas parum inter se differre deprehendes. Nec vero solum quinto insunt libro epistolæ jam antea editæ, sed superioribus quoque in libris nonnullæ bis leguntur. Eadem certe est libri II epistola 1 et 39; libri I epistola 29 et libri IV epistola 188. Sic etiam libri I epistola 303 iisdem ferme verbis occurrit, et quidem in duas divisa, n. 271 et 272 (quod jam a Tillemontio observatum fuit). Eadem est etiam libri IV ep. 180 et libri II epistola 185. — His ab Heumanno notatis adnumeranda est, uti jam viderat Petrus

(*a*) Ceillierius in *Hist. auct. sacr. et eccl.* tom. XIII, cap. 22, art. 2, p. 605, librum primum epistolas DXC continere affirmat. Videtur autem ille usus fuisse exemplari Parisiensi, in quo typothetarum negligentia et incuria ultima hujus libri epistola hoc numero insignita est.

(*b*) *Abrégé de l'histoire ecclésiastique.* Cologne 1752, vol. II, p. 467.

(*c*) Hyac. d. Grav. *Hist. eccl. var. coll. dig.* t. II, p. 41.

(*d*) Eadem ratione ab Heumanno l. c. p. 12, not. h. hic error explicatus est. — Cf. p 37. —

(*e*) Tillemont *Hist. eccl.* vol. XV, p. 847, not. 3. Hunc exscripsit Fabricius l. c.

Possinus (*a*), libri I epistola 4, quæ libro IV recurrit, in quo locum tenet 195. — Denique mihi quidem libri V epistola 221 atque libri III epistola 203, de quibus deinceps fusius agemus, eadem visa est.

Itaque his omnibus computatis, Isidori epistolæ mille nongentæ nonaginta septem ad nostram usque ætatem pervenisse videntur; cumque nemo, ut equidem scio, has omnes ab Isidoro scriptas addubitaverit, statim de codicibus in quibus hujus viri epistolæ continentur quæ innotuerunt, addere possemus, nisi Heumannus, quem Hambergerus (*b*) sequitur, plerasque Isidori litteras fictitias esse censeret. Cujus sententia paulo accuratius examinanda est.

Heumannus (*c*) plerasque Isidori epistolas, ut ipsius utar verbis, fictitias esse opinatur, ac rhetorico more compositas, non ut ii quorum præfixa sunt nomina eas acciperent legerentque, sed ut specimina essent eloquentiæ iis imitandæ quos haberet Isidorus artis dicendi discipulos. Antequam vero hujus sententiæ argumenta fusius exponit, Suidæ (*d*) atque Ephræmi Antiocheni (*e*) de Isidoro affert judicia, ex quibus hunc et rhetorem et eloquentiæ laude insignem fuisse apparet. Tum ex ipsis Pelusiotæ Epistolis hunc artis rhetoricæ satis gnarum fuisse ostendit, quippe in epistola ad Nilum (*f*) orationis virtutes ex Hermogene describat, in alia ad Ophelium grammaticum (*g*) de charactere epistolico disserat, scribatque Elaphio episcopo (*h*) acrem amorem studiumqne eloquentiæ illo ævo mortalium invasisse animos. Quibus testimoniis addere potuisset libri quinti epistolam ducentesimam decimam septimam, qua Isidorus, cum de variis rhetorum generibus agat, se hujus artis peritum esse satis superque probat. Denique Heumannus rhetores non solum artem scribendarum epistolarum, verum etiam epistolas effingere suisque discipulis imitandas exhibere consuevisse, pluribus probat exemplis, quæ repetere tædet.

His omnibus vero nihil aliud, ut equidem auguror, voluit demonstrare, nisi *potuisse* Isidorum pro rhetorum illius, quo vixit, ævi consuetudine in discipulorum usum talia edere specimina. Ac ne hoc quidem testimoniis illis satis probatum est. Restat enim, ut ostendatur Isidorum habuisse *artis dicendi* discipulos. Quod mera est Heumanni hypothesis. Sed ne in suspicionem nimium dubitantis incurram, hæc missa faciamus transeamusque ad accuratam argumentorum, quæ ille protulit, expositionem et dijudicationem.

A Primum autem ex eo quod Isidori epistolæ magnam partem forma carent epistolica, collegit (*i*), plerasque ex officina, ut ipse ait, profectas esse rhetorica, in discipulorumque gratiam solerter effictas. At equidem vereor ne discipuli meritas non egerint præceptori suo gratias, qui epistolas ipsis proposuit imitandas, forma adeo epistolica carentes, omisso et χαῖρε et ἔῤῥωσο. Quod igitur ille, uti notavit Schrœckhius (*j*), sententiæ suæ favere opinatus est, obstat multo magis, atque contrarium videtur probare.

Sed cum infra, ubi Schrœckhii de Isidori epistolis sententiam explicabo, plura de hac re dicenda sint, eam missam faciamus, pergamusque reliqua, quæ protulit Heumannus argumenta recensere. B Pergit autem his verbis: « Huc refero nonnullas ejusdem plane argumenti epistolas; quod ipsum certo est indicio, rhetorem nostrum ostendere voluisse suam dicendi copiam. Hujus generis sunt libri quarti epistola secunda, tertia et quarta, in quibus quidam Psalterii locus eodem quidem modo, sed verbis tractatur arte variatis. »

At, etsi negari nullo modo potest in epistola tertia et quarta Psalterii dictum, de quo in secunda jam actum est, recurrere, tamen nobis paulo accuratius in rem inquirentibus, verosimile visum est. Isidorum has tres epistolas Zosimo, cujus nomen omnibus præfixum est, revera misisse. In epistola enim secunda irridet Isidorus Zosimi stultitiam, qui C vino omnibusque voluptatibus deditus precari audeat: Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου. Eorum enim, inquit, hæc est precatio qui æternam salutem vitæ luxuriosæ præferunt; at non convenit illis qui cute bene curata ipsos vincunt athletas. Etenim perinde agere videris ac si in meretriciis hærens amplexibus pudicitiæ compos fieri optes. Desine igitur vitam suavem plenamque voluptatibus degere; comprime cupiditatem infinitam et inhonestam assidue convivandi, ne ridiculum te præbeas, cum alia consequi optes, alia agas. — Hoc est primæ ad Zosimum epistolæ argumentum. — Ex altera vero apparet hominem illum voracem respondisse Isidoro, et defensionis loco, ut fieri D solet, ex eo quæsivisse, quamnam tandem subjiceret verbis illis: *Confige timore tuo carnes meas*, sententiam? Rescribit enim Isidorus: Quoniam per litteras ex me quæsivisti, quid sibi velit dictum illud Psalmistæ, ausculta. Verbis illis hæc subest sententia: Reverentia erga Deum efficiat ut, cupidita-

(*a*) Poss. Collat. Isidor. p. 9.
(*b*) Hambergerus in libro: *Zuverlässige Nachrichten* etc. tom. III, p. 154. Cf. ejusd. libellus: *Kurze Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vor dem 16 Jahrh.* p. 889.
(*c*) Heum. l. c. § 9, p. 15.
(*d*) Suidas appellat Isidorum ἐλλογιμώτατον φιλόσοφόν τε καὶ ῥήτορα.
(*e*) Ephraemi verba, quæ huc pertinere possent, nulla apud Photium inveni; atque magna mihi est suspicio Heumannum memoria lapsum dictum Evagrii afferre voluisse.
(*f*) Lib. V, ep. 145.
(*g*) Lib. V, ep. 133.
(*h*) Lib. V, ep. 201.
(*i*) Heumann. l. c. § 10, p. 16.
(*j*) Schroeckhius in *Historiæ eccles.* volumine XVII, p. 525, paucis quidem, sed egregie de hac Heumanni opinione judicavit.

tibus restinctis, imminuatur corporis in animum perniciosa vis (a). Cognita igitur hac verborum interpretatione desine aut verbis illis Psalmistæ uti, aut, si recte uti velis, mores dissolutos abjice, novosque capta, præsertim cum ventri non tuo cibo servias, sed aliorum sis assecla mensarum. — Utriusque epistolæ argumento sic exposito, quis est qui non videat, diversum esse harum litterarum consilium? quis est qui non intelligat, Isidorum non eodem modo verbisque arte tantum variatis, uti contendit Heumannus, sed modo plane diverso dictum e Psalmis repetitum his in epistolis tractasse? In illa enim Zosimum ridiculum esse ostendit, in hac Psalmistæ dictum interpretatur.

Sed etiam de quarta hujus libri epistola agendum est; quæ sane magnam habet cum secunda similitudinem. Docet enim Isidorus virum virtute præditum ornatumque jure divinum numen ad opem ferendam invocare; eum vero qui, virtute relicta, supremum invocare audeat numen, his precibus nihil esse effecturum. Quæ igitur, ita enim pergit, hæc est amentia, quod, cum vitam flagitiosam degas et scelestam, precari audes: *Confige timore tuo carnes meas*. Quæ precatio te virum petulantem, luxuriosum, ebrium non solum non decet, verum ludibrii, imo periculi plena est (b). Conaris enim Deum ipsum fallere. — Uti igitur Isidorus, cui nihil magis cordi erat quam homines petulantes ad sobrios revocare mores, secunda in epistola Zosimo ostenderat preces ejus esse ridiculas et ineptas, ita in epistola quarta, cujus argumentum modo exposuimus, ei demonstrare conatur invocationem in ejus ore impiam esse et periculosam. Quare, etsi Heumanno concedendum est, magnam intercedere inter utramque epistolam similitudinem, tamen utriusque consilium diversum esse inter sese jure contendi posse arbitramur; itaque Zosimum has litteras revera accepisse censemus. Cui sententiæ id quoque videtur favere, quod multæ ad eumdem hunc Zosimum exstant apud Isidorum epistolæ, ex quibus omnibus apparet, eum fuisse talem qualis et in his describitur litteris (c). Huc accedit, quod ex ejusdem epistola ad Athanasium presbyterum data (d) apparet, vitiosam Zosimi vitam aliis quoque viris, quibus religio Christiana cordi fuit, fuisse offensioni.

Neque reliqua, quæ ad sententiam suam firmandam attulit Heumannus, exempla satis apta sunt. Etenim idem, inquit, reperies, si contuleris in libro quinto epistolas 289 et 519, quas, ut unusquisque de hac re facili opera judicare possit, Græcas ascri-

A bam. Illa autem his verbis continetur: Εἰ καὶ τινες δεινοί εἰσι παραλογιζόμενοι μὲν λαθεῖν, ἁλόντες δὲ παραχρούσασθαι· ἀλλ' ὁ σόφος κρείττων τούτων ὢν φωράσει μὲν τὴν ἀπάτην, διελέγξει δὲ τὴν δεινότητα.

In hac vero de eadem re in hunc modum loquitur Isidorus: Εἰ καὶ εἰσί τινες δεινοὶ μὲν ἀπατῶντες λαθεῖν, δεινοὶ δὲ φωραθέντες παραλογίσασθαι· ἀλλ' ὁ θεοφιλὴς κρείττων τούτων εὑρίσκεται, σοφὸς μὲν ὢν συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, σοφώτερος δὲ διελέγξαι τὴν ἐν τοῖς λόγοις κρυπτομένην δεινότητα.

Nemo certe negabit utrique epistolæ eamdem inesse sententiam; ac nemo consentiet cum Heumanno, qui Isidorum has epistolas scribentem suam dicendi copiam ostendere, eumque discipulis suis B exemplar proponere voluisse audacter affirmat. Insigni scilicet arte in utraque epistola variavit orationem, cum viros fallaces in illa παραλογιζομένους, in hac ἀπατῶντας, eosque, quorum fraudes detectæ sint, in illa appellet ἁλόντας, in hac φωραθέντας; cum deinde, quem in illa σοφὸν nominavit, in hac et θεοφιλῆν et σοφὸν, atque illorum hominum fraudulentiam vituperantem nuncupet σοφώτερον; cum denique in hac pauca minoris momenti addat. Quis vero est, qui talibus artibus suam probet dicendi copiam? quis est, qui hanc probaturus incipiat, ut Isidorus in utraque epistola, cum particula hypothetica; jungat deinde, ut ab Isidoro factum est, primam alteramque verborum enuntiationem particulis μέν et δέ; et pergat, uti Isidorus, cum partiC cula ἀλλά? Hoc certe non rhetoris est, qui discipulis epistolas proponere vult imitandas. — Sed quoniam infra ad has mihi recurrendum est epistolas, nunc missas facere et ad ultimum, quod attulit Heumannus, exemplum transire liceat.

Pergit autem his verbis: « Haud vero facile inveneris epistolam exercitium scholæ rhetoricæ magis sapientem, quam illam libri secundi, quæ locum tenet centesimum quinquagesimum tertium. En aliquod ejus specimen ex ore interpretis: *Vos æquum fuerit rationem inire, qua hanc insectationem obliteretis; obliterabitis autem, si ad meliorem mentem redieritis; redibitis autem, si Scripturas sacras veras esse credideritis; credetis autem, si continenter ipsis* D *fruamini; fruemini autem, si earum mentem intellexeritis; intelligetis autem, si assiduam cum viris divina sapientia præditis consuetudinem habueritis; habebitis autem, si vitium fugeritis; fugietis autem, si pœnas ipsi impendentes timueritis; timebitis autem, si Deum esse credideritis; credetis autem, si e tanto*

(a) Verba Græca sunt: Πῆξον αὐτὰς (sc. σάρκας), νέκρωσον, ἀνικήτους ποίησον πρὸς ἡδονήν, ἀντὶ ἥλων ὁ φόβος ὁ σὸς πηγνύτω αὐτὰς καὶ νεκρούτω, καὶ ἀκινήτους καὶ ἀνενεργήτους πρὸς ἁμαρτίαν παρασκευαζέτω.

(b) Verba Græca sic sese habent: — Οὐ μόνον ἀπρεπὴς αὕτη ἡ εὐχὴ, ἀλλὰ καὶ εἰρωνείας, μᾶλλον δὲ κινδύνου μεστή· quod, etsi genitivi illi aliquo modo explicari possunt, e codice Vat. 650, addendum est sine dubio; — ὅταν γὰρ τὸν ἀκήρατον νοῦν ταῦτα αἰτῇ, ἃ ποιεῖν οὐ θέλει, — καὶ αὐτὸν παρακρούεσθαι θέλει τὸν κρίτην.

(c) Monendum est eas omnes, quæ aut ad Zosimum, aut ad Zosimum presbyterum datæ sunt, epistolas eidem viro scriptas esse. — Cf. lib. I, ep. 61, 128, 134, 135, 140, 184, 223, 313, 347, 382, 436, 465; lib. II, ep. 38, 41, 124, 153, 157, 158, 171, 172, 252, 253, 295; lib. III, ep. 36, 61, 97, 275, 295, 333, 366, 406; lib. IV, ep. 184; lib. V, ep. 4, etc.

(d) Lib. II, ep. 162.

furore emerseritis. Sed ohe, sic enim pergit Heumannus, jam satis est. Et plus altero tanto sequitur gradatione pari. Quis, quæso, serio ita scribat ad quemquam? » — Nostris temporibus certe nemo, qui salem habet. Nec magis nostris temporibus quisquam, cui subactum est judicium, Veteris Novique Testamenti dicta sic interpretabitur, uti multa ab Isidoro explicata sunt. Num inde consequitur, Isidorum epistolarum, quibus ineptæ aut ridiculæ continentur prophetarum vel apostolorum interpretationes, auctorem non esse? Quæ argumentatio a nemine probari potest; quam si rejicimus, simul cadet Heumanni ratiocinatio. Cæterum mihi quidem præceptor talem epistolam discipulis imitandam proponens derisu videtur esse dignior, quam qui hujuscemodi litteras mittit alicui.

Alterum vero argumentum, quo efficere voluit Heumannus, ut ipse ait (*a*), plerasque Isidori epistolas esse fictitias, inde repetitum est, quod nonnullæ scriptæ sint ad eos qui vivere dudum desierant : veluti libri I epistola 437, ad Oribasium, Juliani imperatoris medicum; adeoque dudum, ut ait ille, illuc avectum unde nemo redit. Quod veterum scriptorum testimoniis probandum est. Nam Julianus diem supremum obiit anno 361, quo tempore Oribasius forsitan triginta vel quadraginta annos natus, hujus sæculi finem novique initium videre potuit, neque Isidorum quidquam impediebat, quominus medico illi celeberrimo mitteret epistolam. Sed placet concedere Oribasium Juliani medicum jam mortuum fuisse. Unde tandem Heumannus habet compertum has Isidori ad Oribasium medicum litteras datas esse ad Oribasium Juliani medicum. Nonne alius eodem nomine præditus Pelusiotæ tempore vivere potuit? Quod si statuimus, Heumanni concidit sententia. Licet autem statuere, cum ipsi epistolæ nullum insit vestigium, e quo colligere possimus hanc ad Juliani medicum datam esse.

Quod vero Heumannus contendit ejusdem libri epistolam 391, ad medicum quemdam scriptam esse, ita ut etiam hæc sit documentum variationis rhetoricæ, error est aut ipsius, aut exemplaris, quo usus est. In meo enim hæc epistola data est ad Domestium (*b*) medicum, neque in Rittershusii notis, nec in Petri Possini Collationibus ulla notata est, quæ Heumanni sententiam firmaret, scripturæ diversitas.

Quæ vero de epistola ad Oribasium paulo ante diximus dici etiam possunt de epistola libri I, 108, ad Proæresium sophistam, Oribasii æqualem.

Neque manifesto, uti opinatur Heumannus, fictionem scholasticam prodit libri V epistola 186, scri-

A pta quippe, uti ipse ait, ad Græcorum liberos, eosdemque pueros, qui fugere ludos jubentur et spectacula. Nam si hanc cum ea, quæ antecedit, epistola contuleris, quo modo Isidorus ad adolescentes scribere potuerit, intelliges. Verbis enim hujus epistolæ, quæ data est ad Harpocram sophistam, ultimis Isidorus declarat, se ab eo provocatum etiam ad adolescentes propter malam educationem pravis moribus assuetos scripsisse (*c*). Quod si has ad Harpocram litteras non fictitias esse censes, neque illam, quæ Græcorum liberis scripta est, epistolam rhetorico more compositam esse dices.

Quinto loco affert Heumannus libri II epistolam 251, *Petro* inscriptam *apostolo*. Inscripta autem est B Petro, ad quem aliæ quoque complures datæ sunt epistolæ. Quæritur cur ille addiderit *apostoli* nomen. Respondet ipse : Hunc significare, non alium illius ætatis Petrum, partim ex allocutione cognoscere nobis videmur (*Quonam te nomine appellem*, inquit, *quod tuis par sit meritis*), partim ex epistolæ argumento. Illud nihil est nisi blanda vox, qua Isidorus etiam in aliis epistolis ad alios datis nonnunquam usus est (*d*); hoc adeo probat contrarium. Isidorus enim exponit hacce in epistola causas cur mortales Christi et apostolorum doctrinam lubenter receperint, statuitque has fuisse τὸν λόγον ἀξιόχρεων ὄντα, τόν τε τρόπον τῶν κηρυττόντων. Petro apostolo scilicet hæc omnia explicare debuit quinti sæculi monachus! Quid? quod de apostolis tanquam de viris C jamdudum mortuis, cum illos appellat οὐρανοπολίτας, loquatur Pelusiota; quod certe non fecisset, si discipulis exemplo ostendere voluisset, quo modo ad Petrum apostolum scribendum esset. Hæc ipsa sentiens Heumannus pergit in hunc modum : « Majori clariorique jure inter fictitias epistolas referimus libri V ep. 461, ad mulierem scriptam nomine Theano. Usa quidem hoc nomine est filia vel uxor Pythagoræ. Quæ cum fuisse legatur philosophiæ cultrix, noster Isidorus id nominis haud absurde affinxit mulieri Christianæ professæ philosophiam, quam exhortatur, ut suæ professionis memor, ne studeat placere viris. » In his multa sunt vituperanda. — Primum enim probet Heumannus necesse est, Isi- D dorum id nominis *affinxisse* mulieri Christianam professæ philosophiam. Unde enim habet compertum, Pelusiotæ tempore mulierem hoc nomine ornatam non vixisse? — Deinde illi demonstrandum erat his in litteris de muliere agi *philosopha*, in quibus ne unum est hujus rei vestigium. — Denique id nominis haud absurde mulieri Christianæ affictum esse ostendi oportet. Quid enim? Pythagoræ uxor

(*a*) Heumannus l. c. §. XI, p. 17, 18.

(*b*) Cod. Bav. Δομετίῳ; quod notante Petro Possino et in cod Alt. exstat.

(*c*) Græca, quæ huc spectant verba, hæc sunt : Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν ἐμὴν κινῆσαι γλῶτταν δεῖν ᾠήθης, ὡς μεγάλα τινὰ (ὅπερ οὐκ οἶμαι) ἀνύσουσαν, ἵνα μὴ δόξω σε λυπεῖν, καὶ πρὸς αὐτοὺς γέγραφα.

(*d*) Nolo laudes commemorare quibus ornat Isidorus lib. II, ep. 151, Theophilum, Timothei fratrem, quibusque fratrem, quibusque Theodosium cumulat episcopum lib. II, ep. 231; nolo eorum nomina, quos vocavit ille ὦ φιλοσοφίας ἄγαλμα, ὦ φρονήσεως τέμενος enumerare; satis habeo sententiam paucis probavisse exemplis. Scribit autem Isidorus Cyrillo lib. II, ep. 127, — τῆς σῆς τοίνυν ἐστὶν, (ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσείπω; μεγαλονοίας· quæ loquendi formula recurrit in epistola ad Ammonium lib. II, ep. 166, et Palladium lib. III, ep. 73.

vel filia Theano fuit philosopha; quod de muliere, de qua in his agitur litteris, uti jam diximus, non constat; fuit patris philosophiæ dedita vel mariti; Isidori Theano Christi doctrinæ, quæ de ejus sententia nullam certe habuit cum Pythagoræ placitis similitudinem. Quare absurde egisset Isidorus si Theanus nomine ornasset mulierem Christianam. Neque hoc fecit, sed misit hanc epistolam Theano, viro cuidam; quod ex ipsa inscriptione, Θεανῷ, ut in omnibus libris manuscriptis hucusque collatis exstat, colligi posse arbitror. Etenim si ad mulierem data esset, scribendum fuisset Θεανοῖ; quod et ipse Heumannus sentiens, inscriptionem corrigendam esse censet, causamque hujus correctionis quærentibus nobis, Res ipsa, respondet ille, clamat, muliebrem ornatum nota affici censoria. Quæ verba, ni fallor, initium hujus epistolæ spectant, quod his verbis continetur : Ἡ φιλοκοσμία καὶ ἡ τῶν λίθων ἄνθη, καὶ τοῦ χρυσοῦ ἡ πρὸς τούτους ἀνάκρασις, καὶ πλοκαμοὶ ἑλικτοὶ, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ κάλλους σοφισμὸς, καὶ αἱ περὶ ταῦτα κακοτεχνίαι, ὧν σε, κ. τ. λ. Quæ vero omnia æque viris qui mulieribus, ac mulieribus quæ viris student placere, conveniunt. Nonne multi nostri ævi adolescentes gemmis sese exornant? nonne gemmas auro inclusas gestiunt? nonne calamistrum adhibent, multisque aliis, quæ instrumenta luxuriæ sunt, utuntur. Quare equidem non video cur Heumanno muliebrem ornatum nota affici censoria concedere debeamus. — Sed his quoque concessis nostra res salva erit, dummodo statuamus, mulierem Christianam Theanus nomine ornatam Isidori temporibus vixisse.

Quapropter neque altero hoc argumento, cui tam multum tribuit Heumannus, satis firmavit sententiam suam. Quibus expositis nobis ad tertium, quod protulit, transire licet. « Confirmamus, inquit ille (*a*), sententiam nostram tertio argumento, quod suppeditant nobis epistolæ hujus operis contumeliosæ. Qui enim possimus credere, homines illos, quos tam acri, imo petulanti sæpius censura vexavit Isidorus, omisisse id inultum? Quod si vero multis in malis eum multarunt, qui, quæso, factum est, ut ne levissima quidem occurrat hujus rei mentio? » Quæ verba quomodo Heumannus scribere potuerit, equidem intelligere prorsus non possum. Etenim ex illis, quas parte prima attulimus, Isidori epistolis, hunc ab hominibus, in quorum mores acriter invectus est, exagitatum esse poterat cognoscere, si Chatardi epistolam ad Godofredum Billium non legerat, in qua ille Pelusiotam acerrimum vitiorum insectatorem in multorum incurrisse odium, multasque ei structas esse insidias vel uno probat exemplo.

Sed etiamsi Heumanno Isidorum quietam degisse

A vitam concedere placeret, ex hac re nullum, quo sententiam suam firmaret, argumentum posset depromere. Nam cum se credere non posse dicat, homines illos, quos tam acri, imo petulanti sæpius censura vexaverit Isidorus, id omisisse inultum, rursus in errorem incidit. Cogitanti enim mihi de auctoritate, quam tunc temporis monachi erant adepti, et memoria seditiones, quas cum multis in provinciis tum imprimis in Ægypto illorum exercitus excitasse dicuntur (*b*) repetenti, id certe fieri potuisse, videre mihi videor. Huc accedit quod Isidorus, monasterii sui abbas, vir fuerit morum integritate doctrinæque copia insignis, atque auctoritate gravis. Quare nos omnes eas epistolas, quæ ab Heumanno propterea quod ad viros, ut ipsius utar verbis, vel

B civili vel ecclesiastica dignitate eminentes datæ sint, pro fictitiis numerantur, viris, ad quos scriptæ sunt, revera missas esse statuimus.

Sed redeundum nobis est ad epistolas quas ille appellavit invectivas, quasque exercendi styli gratia exaratas fuisse ex aliqua ad Harpocram sophistam epistola (*c*) conatur probare. « Huic enim, inquit, qui satiram ipsi miserat in Martinianum, Zosimum et Eustathium, rescribit, eam se ad illos missurum haud esse. Cum enim dicantur hi viri esse implacabiles bestiæ, se non effecturum, ut ab aliis Harpocras quasi bello quodam petatur. Jam quod Harpocræ accidere noluit Isidorus, idem nec sibi evenire voluisse credendus est. »

C Quæ Heumanni verba eo tantum consilio huc transcripsi omnia, ut exemplo probarem, virum alioqui prudentem et doctum præjudicata, quam animo concepit, opinione in varios rapi posse errores; adeo ut quæ ipsi contraria sunt, sibi favere opinetur. Id Heumanno his ad Harpocram litteris suam probaturo sententiam accidisse arbitror. Ex his enim apparet Isidorum, scriptionem sibi ab illo missam Martiniano, Zosimo atque Eustathio tradere noluisse propterea, quoniam contineret satyram. Etenim si tu, inquit, viros illos petulantes epistola *adhortatus esses*, hanc illis misissem (*d*); sed *satiram* retinere placuit. Namque vituperandi quidem sunt de Isidori sententia (*e*) qui vitiis laborant, sed verbis duris admiscenda sunt humanitatis plena et

D mansuetudinis. Quibus expositis non necesse est, ut de singulis, quæ protulit ille, exemplis fusius sententiam dicamus.

Cæterum videant, qui Heumanni partibus favent, ne improbos turpesque imputent Isidoro mores. Ipse enim Maroni (*f*) scribit, se non sicut multos de improborum salute omnino desperantes eum irridere velle, sed, cum jam multorum vidisset conversionem, officium suum arbitrari petulantem quemque ad sobrios revocare mores. Quod si vir ille sanctus

(*a*) Heumann. l. c. §. XII, p. 18, 19, 20.
(*b*) Schrœkhii *Hist. eccl.* tom. XVII, p. 525.
(*c*) Lib. v, ep. 52.
(*d*) Εἰ μὲν γὰρ παραίνεσις ἦν, ἔπεμψα ἄν· ἐπεὶ δὲ θρῆνός ἐστι μονοειδὴς, οὐκ ἐδοκίμασα πέμψαι· εἰ δ' αὐτὸς ὄντως βούλει, πέμψον.
(*e*) Lib. IV, ep. 139, χρὴ τοιγαροῦν μιγνύναι τὴν παῤῥησίαν τῇ προσηνείᾳ, καὶ τῷ ἐλέγχῳ κιρνᾷν τὴν ἀγάπην, καὶ οὕτω νουθετεῖν.
(*f*) Lib. II, ep. 16.

revera suum duxit esse officium, Heumannus, si sibi constare vult, eum hypocritis ascribat necesse est, quippe qui epistolas quidem adhortandi causa scripserit, sed has non miserit illis quorum præfixit nomina, contentus eas recitasse coram discipulis. Si vero Isidorus illud suum non esse officium credidit, mendax est illam ad Maronem conscribens epistolam.

Nos ne Isidorum pro simulatore ac dissimulatore habere debeamus, ab Heumanni sententia recedimus, atque lectorem quemque septem illis, quarum enumeratio sequitur, epistolis attento animo perlectis, confidimus nostris fauturum esse partibus. Vide igitur lib. II ep. 21, *Hermogeni episcopo;* lib. III ep. 35, *Hieraci presbytero;* lib. III ep. 70, *Ophelio grammatico;* lib. III ep. 270, *Lampetio episcopo;* lib. III ep. 282, *Archontio remp. gerenti;* lib. IV ep. 205, *Olympio presbytero, scholastico;* lib. V ep. 219, *Theodoro diacono.*

Cum his litteris conferri possunt aliæ permultæ, quibus Isidorus, se viris illis petulantibus et luxuriosis epistolas sæpius misisse, plane declarat; velut, lib. III ep. 67, 90, 323, 397; lib. V, ep. 84, 210, 285, 564.

Cum igitur Isidorus ipse multis locis declaraverit, se Eusebio episcopo, Zosimo, Maroni, Martiniano et Eustathio presbyteris litteras misisse, vix intelligi potest quomodo Heumannus omnes, quæ ad homines istos datæ sunt, epistolas in umbra scholastica, ut ipse ait, compositas, neque ad eos quorum præfixa sunt nomina missas fuisse, statuere potuerit; præsertim cum ipse p. 15 se Isidori epistolas perlegisse, justaque adhibita attentione perlustrasse affirmaverit.

At non sufficit aliorum opiniones refutasse, verum meam de Isidori epistolis sententiam explicabo, quam, si fieri potest, veterum scriptorum testimoniis firmisque, quæ ex ipsis hujus viri litteris deprompta sunt, argumentis, probari oportet. Ego autem verum sensisse arbitror Schrœckhium (*a*), qui plurimas Isidori epistolas non ea forma qua in editis excusæ sint exemplaribus, ab auctore scriptas esse, sed a monachis excerptas ad nostram usque ætatem pervenisse, acute conjecit. Cum vero ipse argumentis hanc suam sententiam probare ab instituti ratione alienum esse censuerit, nobis hæc relicta est provincia.

Favet autem, ut equidem arbitror, Schrœckhii conjecturæ illud Irenæi dictum, quod prima jam attulimus hujus commentationis parte, cujusque verba huc spectantia hæc sunt: «Has omnes beati Isidori (epistolas) — excerpsi et transtuli ex epistolis ejus duobus millibus.» Quæ verba duplici quidem modo explicari possunt. Nam Irenæus, uti Lupus præclare notavit, non omnes Isidori epistolas in vetustissimis illis Acœmetensis monasterii codicibus perscriptas, verum eas tantum quæ ipsi usui

(*a*) Schroeckh. *Hist. eccl.* vol. XVII. p. 526.

A esse poterant, in suum transtulit opus. Inde facillime quispiam colligere possit, Irenæum nihil aliud dicere voluisse, nisi se e multis Pelusiotæ epistolis quasdam suæ opinioni faventes elegisse easque transtulisse. Attamen tum verbis, tum rei mihi quidem videtur esse aptior altera horum verborum explicandi ratio. Statuo enim, Irenæum verbis illis hanc subjecisse sententiam: Has omnes Isidori epistolas non ad verbum descripsi, sed excerpsi, excerptasque in meum transtuli opus. — Et certe operam perdidisset, nisi ea tantum Isidori verba, quibus sententiam suam probari posse judicabat, verum etiam quæ ad rem prorsus non pertinebant, omnia nempe quæ formam spectant epistolicam, salutationes aliaque ejusmodi, descripsisset. Quod
B cum tam facile sit intellectu, non solum Irenæum, verum multos harum epistolarum descriptores idem sensisse arbitror. Neque qui Isidori litteras quæ in editis Patrum exstant catenis, cum illis quæ in editione Parisiensi excusæ sunt, conferet, hanc sententiam pro mera habebit hypothesi. Etenim ex instituta comparatione catenarum auctores Pelusiotæ epistolas non religiose descripsisse facillime intelligitur. Quod etsi exemplis quibusdam statim possim ostendere, tamen, cum ab instituti nostri ratione non alienum sit, omnia quæ catenas cum litteris a Chatardo, Rittershusio et Schotto editis comparantes notavimus, cum lectore communicare benevolo, et cum, probata aliis quoque argumentis Schoeckhii sententia, ad hanc rem recurrendum sit, hic
C nobis omnia illa liceat omittere.

Deinde autem ex eo quod plurimæ Isidori epistolæ omni carent forma epistolica, eas non sic uti in editione Parisiensi exstant, ab auctore scriptas esse jure colligitur. Cf. lib. I, ep. 103, 161, 228, 236, 238, 244, 279, 294, 295, 296, etc.

Tertium et quidem gravissimum, quo hanc de Isidori epistolis sententiam conamur probare argumentum ab epistolis quæ bis in editis exstant exemplaribus petitum est. In his enim maximam partem ad verbum sibi respondentibus interdum fit, ut res in altera multis verbis exposita, in altera paucis absolvatur; ut cogitatum in hac prorsus omissum in illa adjiciatur, ut denique miræ reperiantur multo-
D rum verborum transpositiones. Quæ omnia, ut equidem arbitror, tum demum recte explicare poteris, si Schroeckhii favebis sententiæ. Sed ut lector quisque de hac re judicare possit, exempla quædam afferantur necesse est.

LIB. II, EP. 162.	LIB. V, EP. 116.
Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον τὸν δοκοῦντα εἶναι πρεσβύτερον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως αὐτὸν (*b*) χει-	Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως χειροτονήσαντι· ἀντεπιστέλλω ὅτι σὺ μὲν

(*b*) Αὐτῷ codd. Vat. 649, et Alt.

ροτονήσαντι, φήσαιμι ὅτι αὐτὸς μὲν ἀπὸ μισοπονήρου καὶ φιλαγάθου τρόπου δικαίως ἀγανακτεῖς· οὐδεὶς γὰρ πρὸς τοῦτ' ἀντερεῖ (a). Ἐγὼ δέ σοι κἀκεῖνο παραινέσαι δίκαιον ᾠήθην, καθαρὰν κακηγορίας (b) τὴν γλῶτταν διατηρῆσαι. Εἰ γὰρ κἀκεῖνος μυρίων, ὡς γέγραφας, ἐστὶν ἄξιος θανάτων, μηδὲ (c) τῇ τιμῇ βελτιωθεὶς, ἀλλ' ὅπλῳ κακίας τῇ ἱερωσύνῃ χρησάμενος καὶ τολμῶν τὰ ἀτόλμητα· διὸ καὶ παρὰ τοῦ ἀδεκάστου κριτοῦ, εἰ μὴ γνωσιμαχήσειε, σφοδροτάτας ἀπαιτηθήσεται δίκας· οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεός· ἀλλ' οὖν (d) τὸ σαυτοῦ στόμα μιαίνειν οὐκ εἴης δίκαιος, τὰς μιαρὰς ἐκείνου πράξεις ἐκκωμῳδῶν.

ἀπὸ μισοπονήρου τρόπου εἰκότως ἀγανακτεῖς· οὐδεὶς γὰρ πρὸς τοῦτο ἀντείποι. Ἐκεῖνο δέ σοι παραινέσαιμι, καθαρὰν κακηγορίας τὴν γλῶτταν διαφυλάξαι· εἰ γὰρ ἐκεῖνος μυρίων ἄξιος, ὡς γέγραφας, σκηπτῶν, μηδὲ τῇ τιμῇ βελτιωθεὶς, ἀλλ' ὅπλῳ κακίας τῇ ἱερωσύνῃ χρησάμενος, καὶ τολμῶν ἀτόλμητα· ἀλλὰ σύγε τὸ σαυτοῦ στόμα μιαίνειν οὐκ ὀφείλεις, τὰς μιαρὰς ἐκείνου πράξεις ἐκτραγῳδῶν, καὶ τὴν τῶν τρόπων σκαιότητα διηγούμενος.

LIB. IV, EP. 56.

Ἡ ἐκ φιλαρχίας, οἶμαι, ἢ ἐκ προλήψεως, δύο δυσκαταγωνίστων παθῶν, τὰς αἱρέσεις τετέχθαι· οἱ μὲν γὰρ (e) ἐν τοῖς ὑπηκόοις μὴ ἀξιώσαντες εἶναι, μηδὲ καταδεξάμενοι νεωτέρας διδασκαλίας σπέρμα καταβεβλήκασι, τοῖς καθεστῶσιν ἐμμένειν μὴ καταξιώσαντες.

LIB. V, EP. 239.

Ἡ ἐκ φιλαρχίας, οἶμαι, ἢ ἐκ προλήψεως, δύο δυσκαταγωνίστων παθῶν, τὰς αἱρέσεις τετέχθαι (h). οἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπηκόοις μὴ ἀξιώσαντες εἶναι· οἱ δὲ μετὰ τὸ προληφθῆναι, διδαχθῆναι μὴ καταδεξάμενοι, νεωτέρας διδασκαλίας σπέρματα καταβεβλήκασι, τοῖς καθεστηκόσιν ἐμμεῖναι μὴ ἀξιώσαντες.

LIB. I, EP. 271.

Ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπεία, θαυμάσιε, οὔτε ἀνεπίδεκτός ἐστι κακοῦ, οὔτε φυσικῶς κέκτηται τὰ κακά· ἀλλὰ γνώμη ταῦτα προσιεμένη τὴν τῶν καλῶν (f) ὑπομένει ἀπόπτωσιν.

LIB. I, EP. 272.

Ἐκεῖνο ὁ γέγραφας (g)

LIB. I. EP. 303.

Ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπεία, θαυμάσιε, οὔτε ἀνεπίδεκτός ἐστι κακῶν, οὔτε φυσικῶς κέκτηται τὰ κακά, ἀλλὰ γνώμῃ καὶ ῥαθυμίᾳ τὴν ἀπόπτωσιν ὑπομένει τῶν χρηστῶν· ὅπερ καὶ ὁ πρῶτος πέπονθεν ἄνθρωπος καὶ τῶν ὅρων

A καὶ ὁ πρῶτος πέπονθεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ δεύτερος αὐτῷ τὴν προτέραν μορφὴν ἀποδέδωκεν, ἐν ἐκείνῃ ἀφράστως γενόμενος, καὶ ταύτην θεοπρεπῶς διορθωσάμενος.

τῆς σωτηρίας ἐξέπεσεν, ἣν αὐτῷ πάλιν ὁ δεύτερος ἐξ αὐτοῦ (i) ἀποδέδωκεν ἄνθρωπος, ὁ τὴν ἀληθῆ φύσιν ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ ἐπιδεξάμενος (j). Θεὸς γὰρ ὢν ἀληθῶς, γέγονεν ἄνθρωπος ἀληθῶς· ἐκ δύο φύσεων (k) εἷς Υἱὸς ὢν τοῦ Θεοῦ, οὐ τραπεὶς ὅπερ ἦν ἐν τῷ γενέσθαι ὃ ἐσμεν.

LIB. V, EP. 474.

Παύλῳ.

B Τὰς ἀρετὰς τίμα, μὴ τὰς εὐημερίας θεράπευε· αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατόν εἰσι χρῆμα, αἱ δὲ ῥᾳδίως σβέννυνται.

LIB. II, EP. 116.

Παύλῳ περὶ ἑορτῶν.

Τὰς ἀρετὰς τίμα, μὴ τὰς εὐημερίας θεράπευε· αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατόν εἰσι χρῆμα, αἱ δὲ ῥᾳδίως σβέννυνται. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Μὴ ἀγνόει δὲ ὅτι ὁ Θεὸς ταῖς ἑορταῖς καὶ πάλαι καὶ νῦν ἐγκατέδησε τῶν εὐεργεσίων τὰ ὑπομνήματα, ἵν' οἱ πανηγυρίζοντες ἔναυλον τὴν τούτων μνήμην ἔχοντες, μὴ εἰς μέθην, ἀλλ' εἰς εὐχαριστίαν καὶ ἀρετὴν τρέποιντο.

His, quas ultimo loco attulimus, litteris inter C sese collatis solis luce clarius apparet, virum qui huic Isidori epistolæ addidit inscriptionem περὶ ἑορτῶν, quique longiorem ejus tradidit recensionem, eam si non ad verbum, at certe religiose descripsisse; hunc vero ethicum illud præceptum magni æstimantem, et quid Pelusiota de festis censuerit parum curantem omisisse. Quæ mea sententia mirum in modum eo confirmatur, quod Cotelerius in *Ecclesiæ Græcæ Monumentis* (l) in codice manuscripto, ex quo Patrum apophthegmata ad ethicen spectantia collegit, primam tantum hujus epistolæ partem exstare tradidit.

Postremo in medium proferre placet, quas p. 47 ultimo loco attulimus Isidori epistolas:

D LIB. V, EP. 221.

Εὐτονίῳ διακόνῳ.

Ἴσθι, ὦ ἀγαθὲ, ὅτι εἰ οἰστὰ καὶ φορητὰ καὶ εὐίατα πταίσοιμεν, καὶ πάθοιμέν τι ἐνταῦθα δει-

LIB. III, EP. 203.

Εὐτονίῳ διακόνῳ (m).

Εἰ μὲν οἰστὰ καὶ φορητὰ (n) καὶ εὐίατα ἁμαρτήσαντες, πάθοιμέν τι ἐνταῦθα χαλεπὸν ἀποτριβό-

(a) Ἀντερεῖν codd. iid.
(b) Κατηγορίας cod. Bav.
(c) Μηδὲν cod. Bav.
(d) Οὖν γε Codd. Vat. 649. et Alt.
(e) Οἶμαι addit codd. Bav.
(f) Χρηστῶν cod. Bav.
(g) Γέγραφα cod. Vat. 649. et Alt.
(h) Τετάχθαι codd. Vat. 650, et Alt.
(i) Ἐξ οὐρανοῦ codd. Vat. 649, Alt. et Bavar.

(j) Ἐπιδειξάμενος cod. Bav.
(k) Ἐν δύο φύσεσιν Chat. et Bill.
(l) Tom. I, p. 188.
(m) Εὐσταθίῳ διακόνῳ cod. Vat. 650.
(n) Sic scribendum esse ex illa libri v epistola conjecimus. Chatardus excudi curavit, εἰς τὰ καὶ φορ.; Rittersh., εἰς καὶ τὰ φορ. — Cod. Vat. 650, οἱ καὶ τὰ φορ.

νὸν, ἀποτριβόμεθα τὰ πταίσματα· εἰ δὲ ἀπάνθρωπα καὶ δεινὰ, κἀκεῖσε τιμωρηθησόμεθα, κουφότερον μὲν, εἰ κἀνταῦθά τι πάθοιμεν, βαρύτερον δὲ, εἰ ἀπαθεῖς ἀπέλθοιμεν. Ἀλλ' ἵνα μὴ λέγειν ἔχοις, ὡς αὕτη ἀπόφασίς ἐστι καὶ οὐκ ἀπόδειξις, διὰ μαρτυριῶν ἀξιόχρεων βαδιεῖται ὁ λόγος. Περί οὖν τῶν ἐνταῦθα ἀποτριβομένων τὰ πταίσματα, μάρτυς παραγραφὴν μὴ ἐπιδεχόμενος ὁ θεσπέσιος Παῦλος, λέγων περὶ τῶν ἀναξίως τῶν μυστηρίων μετειληφότων· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Καὶ τὸ εἰρημένον δὲ πρὸς τὸν ἀποτηγανιζόμενον πλούσιον, ταύτης ἐστὶ τῆς ἐννοίας, ὅτι Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, ὁμοίως δὲ καὶ Λάζαρος τὰ κακά· τουτέστιν· Εἰ πέπρακταί σοί τι χρηστὸν, τοῦτ' ἀπείληφας, τρυφήσας καὶ μηδεμιᾶς πειραθεὶς μεταβολῆς· εἰ δέ τι κἀκείνῳ πεπλημμέληται, τοῦτ' ἀπείληφεν ἐν τῇ ἀπαραμυθήτῳ πενίᾳ δεδαπανημένος. Περὶ δὲ τῶν κἀνταῦθα δεδωκότων δίκην, κἀκεῖ δωσόντων, αὐτὸς ὁ κριτὴς ἐν Εὐαγγελίοις ἀπεφήνατο· Ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, ἢ τῇ πόλει

A μεθα τὰ ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ ἀπάνθρωπα καὶ συγγνώμης μείζονα, εἰ μὲν ἐνταῦθα δοίημεν δίκην, κἀκεῖ δώσομεν, κουφοτέραν δέ. Εἰ δὲ τἀνταῦθα διαφύγοιμεν, ἄκρατον καὶ ἀπαραμύθητον ὑφέξομεν ἐκεῖσε τὴν τιμωρίαν. Εἰ δὲ ἀποφάσεις (*a*) ταῦτ' εἶναι ἡγῇ, ἐγγυήσονται αἱ θεῖαι Γραφαί. Περὶ μὲν γὰρ τῶν εὐίατα ἁμαρτανόντων (*b*), ἔφη ὁ Ἀπόστολος· Κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ τοῦ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Περὶ δὲ τῶν ἀνίατα πταισάντων, κἀνταῦθα μὲν δεδωκότων δίκην, κἀκεῖ δὲ δωσόντων, αὐτὸς ὁ κριτὴς ἔφη· Ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας (*c*), ὡς κἀνταῦθα μὲν δεδωκότων, κἀκεῖ δὲ δωσόντων μὲν, ἡμερωτέραν δέ. Περὶ δὲ τῶν ἀπαραμύθητον καὶ ἄκρατον ὑπομενόντων τὴν κόλασιν, φησίν· Ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ, τῇ τοὺς θείους κήρυκας δηλονότι ἀπελασάσῃ. Τοὺς γὰρ ἐνταῦθα δίκην δεδωκότας τοῖς μὴ δεδωκόσι παραβαλὼν, καὶ ἡμερωτέραν φήσας αὐτοὺς δώσειν, ἀσύγγνωστον καὶ ἀργαλεωτάτην ἀπέφηνε τῶν ἐνταῦθα μὴ δεδωκότων δίκην τὴν τιμωρίαν.

ἐκείνῃ. Καίτοι κἀνταῦθα δεδώκασι δίκην καὶ Σοδομῖται καὶ Ἰουδαῖοι, οἱ μὲν πυρὶ δαπανηθέντες, οἱ δὲ πολέμῳ καὶ λιμῷ παραδοθέντες, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπορίαν καταστάντες, ὡς καὶ τῶν οἰκείων γεύσασθαι παίδων. Πάντως γὰρ ὑπ' ὀδόντας ἐλθεῖν ἡ ἀνάγκη ἐξεβιάσατο.

Etsi equidem magnum inter singula harum epistolarum verba intercedere discrimen non inficior, tamen utramque epistolam Eutonio diacono scriptam esse intelligenti, atque cogitanti mihi de ingenti B utriusque, si cogitationum series spectatur et connexus, similitudine, verosimile visum est duos, qui Isidori de pœnarum distributione sententiam afferre voluerunt, viros unam eamdemque illius epistolam diverso modo excerpsisse. — Idem de mea quidem sententia statuendum est de illis, quæ p. 47 a nobis in medium prolatæ sunt epistolæ.

Quo accepto, epistolarum numerus, quem supra indicavi, imminueretur, nisi Fabricius (*d*) notaret Michaelem Glycam in epistola 81, ad Joannicium, citasse Isidorum Pelusiotam οὕτως ἐν ἐπιστολαῖς λέγοντα· « Ὥσπερ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ὑποπεσὸν τοῖς ὀδοῦσι τοῦ ᾅδου φθορὰν μὲν τηνικαῦτα ἐδέξατο, διαφθορὰν δὲ οὐκ εἶδεν, οὕτω C καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τοῖς ὀδοῦσιν ὑποπίπτον τοῖς ἡμετέροις φθορὰν μὲν ὁμοίως ὑφίσταται, διαφθορὰν δὲ οὐκ ἔγνω, ἀλλ' εὐθέως ἀφθαρτιζόμενον τῇ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ δίδοται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπαραμένει ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς. »

Quæ verba equidem inter epistolas a Chatardo, Rittershusio et Schotto editas invenire non potui. Quare, si illa revera ab Isidoro scripta esse censes, habes ejusdem epistolas mille nongentas nonaginta octo superstites typisque expressas.

Sed illum multo plures scripsisse est verosimillimum. Nam ex eo, quod Facundus (*e*) duo tantum epistolarum millia commemoravit, nihil aliud mihi quidem consequi videtur, quam hunc eas omnes non habuisse cognitas. Suidas (*f*) vero novem et D Nicephorus (*g*) decem millia ab Isidoro scriptas esse affirmarunt. Quorum testimoniis, etsi illos numerum auxisse largiamur, apparet tamen multo plures exstitisse Isidori epistolas ac penes nos sunt editæ.

(*a*) Cod. Vat. 650, ἀπόφασιν.
(*b*) Cod. idem, ἁμαρτόντων.
(*c*) Cod. idem, Γομόῤῥων.
(*d*) Fabric. *Bibl. gr.* l. c, p. 254. — Idem eodem loco Isidori epistolas complures a Leontio Byzantino laudatas esse tradit, in illisque unam ad Theonem, quam, ut ipsius utar verbis, in editis diu incassum quæras. Vult autem ut ex indice scriptorum in Leontii contra Nestorium libros (p. 174) apparet, eam Pelusiotæ ad Theonem epistolam significare, quam ille in primo contra Nestorium et Eutychen libro protulit. — Cf. Maxima biblioth. VV. PP. tom. IX, p. 681. — In eo tamen fallitur Fabricius. Exstat enim eadem hæc epistola libro primo ubi locum 360 tenet.
(*e*) Facund. *Defens. trium cap.*, lib. II, cap. 4.
(*f*) Suid. s. v. *Ἰσίδωρος*· Ἐπιστολὰς, inquit, ἑρμηνευούσας τὴν θείαν Γραφὴν γ' γέγραφε, καὶ ἑτέρας ζ', καὶ ἄλλα τινά. Sic ferre codd. emendatos testatur Sirmondus ad Facundi l. c.
(*g*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, cap. 53 : Πολλὰ μὲν αὐτῷ ἐγράφη ὠφελείας ἁπάσης ἔμπλεω· μάλιστα δὲ ἐπιστολαὶ, χάριτος παντοίας μεσταὶ, θείας τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνης, ὡσεὶ χιλιάδες δέκα, δι' ὧν πᾶσάν τε τὴν Γραφὴν σαφηνίζει, καὶ σύμπαν ἦθος παιδεύει διδασκαλικώτερον ποιούμενος τὴν ὑφήγησιν.

PARTIS SECUNDÆ

APPENDIX DUPLEX:

COLLATIO EPISTOLARUM QUÆ IN EDITIS ET INEDITIS PATRUM CATENIS EXSTANT.

Vide infra ad calcem Epistolarum Isidori.

PARTIS SECUNDÆ APPENDIX III.

ISIDORI PELUSIOTÆ. EPISTOLARUM CODICES MANUSCRIPTI.

A *Codices quatuor Acœmetensis monasterii* omnium vetustissimi continuerunt, uti Irenæus et auctor anonymus, quorum testimonia p. 13, 14, a nobis allata sunt, tradidere, duo millia epistolarum, quas easdem fuisse, atque nos habemus excusas, arbitrantur Tillemontius et Fabricius; neque ego, quo doctissimorum virorum sententia aut debilitetur aut confirmetur, quidquam possum proferre.

Billii et Chatardi codices.

Jure autem mireris eorum negligentiam et incuriam, qui Isidori epistolas ediderunt, neque codices, quibus usi sunt, accurate descripsere. Etenim Chatardus in sua ad Godofredum Billium Epistola, quæ editioni ejus præfixa est, p. 4, *Ludovicus*, inquit, *Barus præter alia multa exemplaria hujus nostri Isidori græcas epistolas ex museo Cardinalis Sirleti eleganter scriptas fratri tuo, interpreti nostro, misit. Quæ ei tanto gratius fuere, quanto magis depravati erant et mendis scatebant codices illi, quibus tum utebatur.* Neque alibi accuratiorem horum codicum descriptionem invenire potui.

Rittershusii codex Bavaricus.

Eodem jure Rittershusium quoque vituperare licet, quippe qui in epistola ad Janum Gruterum, editioni ejus præfixa, nihil de codice, quo usus est, dicit, quam sibi illum e bibliotheca principis Bavariæ esse traditum.

Sed Hardtius in catalogo CODD. bibl. reg. Bav., vol. I, p. 247, 248: *Cod.* XLIX, *est chartaceus*, inquit, *charta solida et lævi, titulis et initialibus miniatis, litteris minutis et elegantibus, cum correctionibus marginalibus, in-folio, a Petro Carneade Epidaurio Venetiis exaratus, sæc.* XVI, *foliorum numero* 420, *optime conservatus et inscriptus.* » Continentur autem eo:

fol. 1. — fol. 173.

« Ἐπιστολαὶ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς θείας Γραφῆς περὶ τῆς τοῦ πάντος δημιουργίας εἰς τὸν στέφανον ἐνιαυτοῦ καὶ τροχοῦ γενέσεως. — Sunt epp. 659, quarum prima ad Isidorum episcopum, ultima ad Paulum data est; quæque omnes ex hoc codice in officina Commeliniana anno 1605, græce et latine editæ sunt (curante Rittershushio). In fine codicis habetur index alphabeticus initiorum epistolarum a Gretsero editus. »

fol. 173. — fol. 250.

Exstant aliæ Isidori epistolæ 489, quarum prima ad Nilum (lib. I. ep. 1), ultima ad Zosimum (lib. II. ep. 298.) scripta est, easque Hardtius cum editione Veneta, quæ prodiit anno 1745, contulit, quodque, ut ipse dicit, in illa diversum fuit, notavit. Fieri autem non potuit quin omnes, quas exscripsit ille, scripturæ diversitates ad epistolarum pertinerent inscriptiones, cum latine tantum in illa editione exstent Isidori epistolæ. Quare operam omnino
B videtur perdidisse, præsertim, cum omnia fere a Rittershusio, jam notata essent, his tantum exceptis:

Lib. I. ep. 394, cod. Bav. Ἐκδίκῳ — ed. Ven. Ecdicio. — lib. II. ep. 109. Bav. Μαρῶνι — Ven. Marco. — lib. II. ep. 161. Bav. Ἀφροδισίῳ. — Ven. Aphrasio. — lib. II. ep. 235. Bav. Παύλῳ πρεσβυτέρῳ — Ven. Hermino comiti.

Huic vero libro manuscripto similis est ejusdem bibliothecæ cod. L., in quo inde a fol. 249 eædem exstant Isidori epp. Hardtius enim l. l. p. 277, Quum ab iis, inquit, quæ in cod. 49. habentur, non differant, lectorem ibi remitto plura quæsiturum.

C Cæterum a Hardtio edoctus quæ Montefalconius in *Bibl. bibl.* p. 588. E. n. xcv. et xcvi. de duobus his codd. tradidit facili opera et supplere poteris et corrigere. — Cf. Harles ad Fabr. *Bibl. græc.* vol. X. pag. 482, lin. 2 — lin. 7.

Dicenti vero mihi de Rittershusii codice Bavarico liceat etiam alios ejusdem bibliothecæ commemorare libros manuscriptos, in quibus Isidori epistolarum extant fragmenta.

Cod. CCLXXVII. fol. 332. Τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἀπόκρισις περὶ τῆς βραχυλογίας τοῦ *Πάτερ ἡμῶν*. — cf. Hardt. l. l. Vol. III. p. 163

Cod. CCCLXXVI. Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως. —

Init. Λίαν θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι —

Fin. — μὴ ἠληθευκέναι δυσχυριζόμενοι.

Cf. Hardt. l. l. vol. IV, p. 184.

Schotti Codex.

Uti Chatardus et Rittershusius ita Schottus de codice, quo usus est, Vaticano nihil dixit.

Francisci Arcudii codices sex.

Vaticanus 649.

Vaticanus 650.

Altæmsis 1.

Altæmsis 2.

Sfortianus, qui idem forsitan est atque ille, quem Montefalconius, codices Cardinalis Sfortiæ enumerans, — cf. Ejusd. *Bibl. bibl.* p. 699, D. — Isidori epp. 58. continere tradidit. Cæterum in alio ejusdem bibliothecæ manuscripto exstant Pelusiotæ ad Theognostum presbyterum de triduo resurrectionis, et ad Timotheum lectorem de eadem re epistolæ. Cf. Montefalc. l. l. p. 699, B.

Barberinus 6.

De omnibus his nos quoque accuratius agere non possumus, quia Petrus Possinus, qui Arcudii edidit collationes, ne verbo quidem illos descripsit; neque in aliis codicum catalogis eosdem commemoratos invenimus.

Codex bibliothecæ Cardinalis Ottoboni

continet Isidori epistolas M. — Cf. Montf. l. l. p. 185 A.

Codex monasterii Cryptæ Ferratæ

anno 986 post Christum scriptus, continet Isidori epp. 1600; cf. Montf. l. l. p. 199, B. — Ejusdem diar. Ital. p. 368. — Ejusdem Paleographia græca p. 45, ex ed. Par. 1708.

Codex in aliqua bibliotheca Romana,

cujus nomen excidit Montefalconio, continet Isidori, Synesii et Libanii epistolas. Cf. Montf. l. l. p. 201, D.

Codices Laurentiani.

Bandinius in catalogo codd. gr. bibl. Laurent. vol. II, p. 606, n. VIII. codice XVI. plutei 60. contineri tradit :

Τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου ἐπιστολαὶ σὺν τεχνολογίᾳ. Sunt autem epistolæ decem :

1) Ζηνοδότῳ. inc. Εἰ καὶ Νῶε τῆς οἰκείας —
2) Ζευσίμῳ. inc. Ἡδέως ἂν ἐροίμην σε —
3) Οὐκ ἔστιν ἀδέλφοι ἀσκήσεως πληροφορία —
4) Ὁ τοῦ Θεοῦ ἱερεὺς ἐπειδὴ ἐγγίζει —
5) Ζύμῃ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀφωμοίωται —
6) Χρὴ τοὺς τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν —
7) Ὥσπερ οἱ ναυτικοὶ βρώματι —
8) Εἰ λόγοις ἐτρώθεις —
9) Ἄρτος ὁ Κύριος κέκληται —
10) Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. inc. Ἠδύνασο ἐπικουρεῖν τοῖς βοηθείας προσδεομένοις. Idem Bandinius l. l. vol. III. p. 298, n. IV. Isidori epp. 411 in cod. VIII.

A plut. 86. exstare affirmat, quarum duplicem dedit recensionem, alteram secundum ordinem quo litteræ in codicem exhibentur, appositis singularum initiis, alteram secundum litteras alphabeti. — Nescio autem num hic codex idem sit, atque ille, quem Montefalconius l. l. p. 406, A in eadem bibliotheca exstare, et epp. 312 continere tradidit.

Codices bibliothecæ S. Marci Venetiis.

I) Jam Sixtus Senensis in quarto bibliothecæ sanctæ libro se codicem, Isidori epistolas 1148 continentem, ibi reperisse tradidit, eumdemque, teste Fabricio, Montefalconius, in diario Italico p. 42, sæculo XIV, exaratum memorans, epistolas 1200 continere testatur; quibuscum conferas librorum manuscriptorum, quos Bessarion Venetorum dono B dedit senatui, catalogum, quem idem Montefalconius in *Bibl. bibl.* p. 467-477 exhibet. Commemoratur enim in hoc p. 473, A Isidori epistolarum 1148 codex chartaceus. Finito autem hoc catalogo p. 477, Ex tanta, inquit Montefalconius, suppellectile hanc solum brevissimam codicum notam accipere potui :

« Codex sæculi XIV. Ἐπιστολαὶ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς θείας Γραφῆς· περὶ τῆς τοῦ παντὸς δημιουργίας. — Initium epistolæ primæ est ἐπειδὴ κυκλικόν ἐστι τοῦ χρόνου τὸ σχῆμα — (hoc etiam ab Sixto Senensi notatum fuit.) — Epistolæ igitur, ita enim pergit, ad diversos missæ numero 1200 quæ ad interpretationem sacræ Scripturæ conferunt, secundum ordinem librorum et versuum V. et N. T. digestæ sunt. Quum autem inter C Isidori epistolas, quæ ad ter mille cusæ sunt, multæ in explanandis sacræ Scripturæ locis versentur, non ausim dicere easdem aut diversas esse ab iis, quæ in isto codice comparent. » Hactenus Montefalconius. Fabricius vero ex codicis initio, ἐπειδὴ κυκλικόν ἐστι — quod, uti jam a Caveo notatum sit, nulli ex editis congruat, plures in hoc codice latere Isidori epistolas adhuc ineditas collegit. Sed erravit vir alioqui cautus et diligens. Etenim illud est initium primæ libri quarti epistolæ; quod jam a Rittershusio in nota ad hanc epistolam secunda adnotatum video, in qua ille, Id mihi, inquit, satis argumenti est præter alia, quæ domi habeo, ex codice illo Veneto Bavaricum, unde has epistolas deprom-D ptas publici juris primi fecimus, descriptum esse. Quare et in editionis suæ titulo excudi curavit : « Quartus liber nunc primum exit novus, ex eodem cod. Bav., cui Venetus in Bibl. S. Marci respondet. » Et sane id hujus viri favet sententiæ, quod Hardtius in catalogo CODD. bibl. Bav., cujus verba supra a nobis allata sunt, Rittershusii codicem a Petro Carneade Epidaurio sæc. XVI. Venetiis exaratum esse tradidit.

Sed utut hæc sint, id habeo certissimum, quod Laurentius Theupulus in græca divi Marci bibliotheca affirmat, scilicet, exstare in codice CXXVI. chartaceo, qui sæc. XIV. exaratum sit, S. Isidori Pelusiotæ epistolas 1148, easque omnes in editione Parisiensi jam excusas esse, præter unam Paulo in-

scriptam, cujus initium : Ὅτι δεῖ ἐπιμόνως ἔχειν τῇ μελέτῃ—Priores 484., sic deinde pergit, continent sacræ Scripturæ interpretationes : sequentes 175, circa varia argumenta versantur : postremæ 489 titulis carent, et fere omnes in primo et secundo libro prædictæ editionis reperiuntur; pleræque diversis ac in editis nominibus inscriptæ sunt.

II. Eodem Laurentio Theupulo teste — cf. l. l, p. 283. — Cod. DXXV continet Isidori epistolas 13. 1) Zosimo. inc. Τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτιῶν — 2) Ad ascetas jejunantes. inc. εὐθύνας ὑφέξων — 3) Hieraci clarissimo. inc. βίος ἄνευ λόγου — 4) Eutonio diacono...... πάντα ποιούντων ἡμῶν. — 5) Eidem. inc. τοῖς δεινοῖς ἀνδράσι — 6) Archontio monacho. inc. τῇ λαβίδι λαβὼν — 7) Ermino. inc. ὑποθὲς τὴν χεῖρά σου — 8) Epagatho presbytero. inc. ἐπεγράφη ὁ Κύριος ἐν τῇ μήτρᾳ — 9) Paulo Archimandritæ. inc. πόλλην ὡς ἔγνων — 10) Strategio. inc. ῥάβδον καρυΐνην. — 11) Theopempto. inc. τὴν συχὴν οὐχ ἁπλῶς — 12) Lampecio monacho. inc. πολλαὶ προφάσεις εἰσὶ — 13) Theodulo..... σκανδαλίζῃ ἐπὶ τῇ κόνει — 15) Gorgonio. inc. πολυδύναμον καὶ πολυθρύλλητον —

Codices Vindobonenses.

I. Lambecius in commentariis de bibl. Cæs. Vindob. lib. v, p. 245. « Cod. CCXCI est, inquit, chartaceus, antiquus et bonæ notæ in quarto, sed in principio et fine mutilus, constatque nunc foliis trecentis undecim. » Continentur eo hæc :

« Primo, et quidem a fol. 1, p. 1, usque ad fol. 300, p. 1, S. Isidori Pelusiotæ epp. 1000 de interpretatione sacræ Scripturæ, quarum quinque priores omnino desunt, sexta autem ad Arsenuphium dimidia parte priori est mutila, atque incipit hæc his verbis : ἀλλ' ἵνα μὴ παντελῶς φανταςθῶμεν — Ultima demum sive millesima ad Lampetium episcopum inscribitur, atque incipit hoc modo : Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. Διὰ τὰ περὶ Ζώσιμον. — Ἀλγῶ μὲν καὶ αὐτὸς κομιδῇ — Operæ pretium autem fuerit has Isidori epp. accurate conferre cum editionibus impressis. Forsan enim in hoc codice quædam exstant nondum edita. » — Quam vero Lambecii opinionem falsam esse contendit Kollarius in edit. bibl. Lamb. tom. V, p. 509, ubi hæc exstant ejusdem verba : « Cæterum diligenter collato hocce codice cum Isidori epistolis Parisiis anno 1638, a Morellio vulgatis, ne unam quidem ineditam, imo tres editas in codice nostro desiderari, comperi; scilicet eas quæ in editis lib. II, n. 128, 277 et 297, leguntur. Deinde, sic enim pergit, in libros partitionem codex noster non agnoscit, neque ultra eam, quæ in vulgatis est libro III, ep. 200, progreditur. »

II. Codex CCXCII, ejusdem bibliothecæ est, Lambecio l. l. p. 246; et Kollario l. l. p. 520, 521, testibus, chartaceus, antiquus, in-quarto, constatque foliis trecentis sedecim. — Continentur eo : « S. Isidori Pelusiotæ epp. 93 de interpretatione sacrarum Scripturarum, quarum prima ad Palladium diaconum (lib. III, ep. 216), ultima autem ad Lycænam (lib. I, ep. 179.) data est. Notandum præterea est inter epistolas unam esse, quam inter epp. a Rittershusio et Schotto editas non reperi, nempe duodecimam ad Thalelæum monachum, cujus titulus et principium : Θαλελαίῳ μοναχῷ. Ἂν τῇ σκηνῇ τῶν θεάτρων ἁρμόδιον, τίς σε οὐ κωμῳδήσει κ. τ. λ. » Cf. Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 550. B.

III. Codex CCXIII. duodecim continet Isid. epp., quarum prima ad Theodosium scholasticum sic incipit : Τὸ περισσὸν ἢ ἀλλότριον. — Cf. Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 548, B.

IV. Codex CIV. est Kollario teste chartaceus, foliorum trecentorum et sedecim, sæc. XV. initio scriptus. Continentur autem, ut idem in supplementorum ad Lambecii commentarios libro primo p. 644, 645 tradit, in eo inde a folio 281 Isidori Pelusiotæ epp. 414. — « Auctoris quidem, ita pergit ille, nomen in exempli fronte non comparet, sed cum illud, tum etiam epistolarum numerum indicaverat Cl. Tegnagelius, præscripto suo manu hoc titulo : S. Isidori Pelusiotæ epp. quatuordecim et quadringentæ. 414. Hæc ille. Prima sine epigraphe incipit : Οἱ μὲν ἅγιοι τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας κορυφαῖοι καὶ ἡγεμόνες — Data fuit ad Nilum monachum, quæ in impressis etiam exemplis primum locum occupat. Cæterum de hoc codice Forlosiæ nostri judicium erat hoc : Epistolarum, inquit, ordo idem plane est, ac is, qui in edit. Par. Jacobi Billii servatur; sed multas variantes ab illa lectiones obiter observare nobis contigit. » — Cf. Montef. *Bibl. bibl.* p. 562, A.

Quod vero contendit Fabricius bibl. gr. lib. v. cap. 37, §. 3, p. 255, cf. ed. Harl. vol. x, p. 480, Lambecium libro I, p. 149 testari codicem epp. 2000 græcum in bibl. Vindob. exstare, mihi quidem egregii hujus viri error videtur esse. Nempe Lambecius inde a p. 147 bibliothecam Constantinopolitanam ab Antonio Verderio etiam pluribus scatere mendis conatur probare. Quem ad finem catalogum librorum 174, a grammatico quodam exhibitum, eodem, quo illum excudi curavit Verderius, modo refert, simulque a Cæsareo hujus catalogi codice meliorem adjicit scripturam. Itaque allatis compluribus, quibus sententiam de Verderii bibliotheca suam probet, exemplis p. 149, in hunc pergit modum : « Epistolæ, Isidori Pel. numero mille et duo. In codice Cæsareo scribitur χιλιάδες δύο bis mille, sive duo millia. »

Codices bibliothecæ Parisiensis.

Cod. MDCCCXXXII continet epp. 1213, isque codex sæculo XIII exaratus dicitur. — Cf. Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 732, A, p. 775, D.

Cod. DCCCCCXLIX, epp. aliquot. — Cf. Montefalc. l. I. p. 731, A.

Cod. DCCCCLXVII, n. IX. epp. 7.

Cod. MCCLIX, Isidori fragmentum de libris canonicis. cf. Appendix ad Catal. CODD. Paris. vol. II, p. 619.

Cod. MCCCLXXII, n. 28, ep. 3, n. 33, ep. 1.

Cod. MMMLXVI, n. 6, epistolam ad Cyrum.

Præterea quæ supra jam attulimus conferenda sunt.

Codices Taurinenses.

Codex CLXXII, fol. I — fol. 16. Isidori epistolæ. — Cf. catal. CODD. hujus bibl. auctore Josepho Pasino vol. I, p. 259. — Montefalc. *Bibl. bibl.* p. 1398, E

Idem Montefalconius p. 1397 A codicem exstare tradidit hacce in bibliotheca, in quo exstarent Diadochi et Isidori Pelusiotæ Ascetica.

In bibliotheca monasterii S. Germani

exstat teste Montefalconio — l. l. p. 1128, E, — codex, quo continentur 6 Isidori ad Cyrillum epp.

Codex Gudianus.

In bibliothecæ Marguardi Gudii catalogo, qui prodiit Kiloni 1706, commemoratur p. 543 liber manuscriptus in-8, in eoque complures τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου epistolæ exstare dicuntur. Exstant autem in eo, quem summa doctissimi Eberti mihi concessit liberalitas, epistolæ septem.

1) Lib. I, ep. 209. Inscriptio epistolæ deest in cod. Lin. 1. εἴ τι πλάνης ἔφοδον des. in cod. — 2. P. εἰσέφρησε, C. ἐπεισέφρησε — 6. P. τοῦτο θεοῦ, C. τοῦτο τοῦ θεοῦ — 7. P. τυγχάνειν, C. τυγχάνει.

2) Lib. I, ep. 213.

3) Lib. I, ep. 214. P. Δομιτίῳ, C. Δομετίῳ. Cæterum ep. inscr. deest in cod. lin. 1. τὸ deest in cod. — 4. P. εὐτέλειαν, C. ἀτέλειαν. — 5. P. φεῖσα, C. ἀφεῖσαι. — 8. ἡμῖν deest in cod.

4) Lib. I, ep. 215. Inscriptio deest in cod. Lin. 2. P. ἐφαρμόζει, C. ἀφαρμόζει. — 9. P. μετ' αὐτῶν, C. μὴν —

5) Lib. I, ep. 216. Ζήνωνι πρεσβυτέρῳ deest in cod. Lin. 6. P. καὶ ἐκεῖνος, C. κἀκεῖνος. — 9. P. ἔλεγχον, C. εἰς ἔλεγχον.

6. Lib. I, ep. 217. P. τῷ αὐτῷ, C. Ζήνωνι. Lin. 1. εἰ deest in cod. — 1. τὰ deest in cod. — 2. τὰ deest in cod. — 3. P. ὑπεραίροντα, C. ὑπεραίρονται (fors ὑπεραίρων ταῦτα). — 5. P. ἔλεος, C. ἔλεον. — 5. P. παρά, C. περί.

7) Lib. I, ep. 31. In cod. epistola omni caret inscriptione. lin. 3. ἐν ὀλίγαις ὥραις τὴν αἰώνιον ἑαυτῷ κατασκευάζων κόλασιν des. in cod. — 4. πᾶσαν deest in cod. — 5. πολύτρεπτον deest in cod. — 6. μᾶλλον deest in cod. — 6. γνωρίζεσθαι deest in cod. — 8. P. τυγχάνουσιν, C. εἰσιν.

Codices Upsalenses.

Cf. Catalogus centuriæ librorum rarissimorum manuscriptorum et impressorum, qui asservantur in bibliotheca academia Upsalensi, auctore Sparvenfeldelio. Upsalæ 1706.

1) Codex XLVI, inde a p. 145. Ἐκλογὴ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου. Continet epistolas 131 et quidem :

A Lib. I. ep. 2, 6, 9, 10, 13, 14, 15, 12, 8, 27, 31, 36, 41, 42, 44, 46, 108, 47, 49, 62, 77, 80, 83, 89, 90, 91, 92, 94, 98, 104, 108, 110, 115, 128, 129, 130, 132, 140, 142, 144, 146, 150, 149, 151, 153, 284, 162, 163, 164, 166, 170, 179, 188, 186, 187, 189, 194, 195, 197, 199, 201, 213, 220, 223, 227, 228, 231, 234, 258, 260, 266, 274, 276, 277, 278, 279, 289, 283, 284, 285, 286, 294, 303, 308, 309, 313, 320, 364, 367, 368, 372, 376, 380, 381, 383, 384, 385, 391, 392, 399, 408, 410, 412, 423, 424, 432, 433, 446, 495.

Lib. II. ep. 30, 76, 86, 165, 105, 214, 293.

Lib. III. ep. 49, 66, 67, 68, 74, 124, 129, 137, 138, 140, 143, 144, 145, 146, 157.

II) Codex XLIV. inde a p. 196. Ἰσιδώρου τοῦ Πηλου-
B σιώτου ἐπιστολή, quæ sic incipit : ἀκοαὶ με σκληραὶ ἔξετ. — lib. I. ep. 390. — τοῦ αὐτοῦ. — inc. τὸν μάχαις χαίροντα καὶ θορύβοις τερπόμενον sqq.

Codices Bodleiani.

Montefalconius in *Bibl. bibl.* p. 645 D codicem CXCIX sex Isidori epp. continere tradidit. At in catalogis librorum mss. Angliæ et Hiberniæ in unum collectis, qui prodierunt Oxoniæ 1697, inter quos catalogus bibliothecæ Bodleianæ primum locum tenet, traditum est codicem CXCVII bibliothecæ Barocciana cum Bodleiana conjunctæ continere Isid. Pel. epp. 6 et quidem :

Lib. I. ep. 349, ep. 435, ep. 339, ep. 153, ep. 37, ep. 151.

C Deinde in codice CCXIII exstant Isidori epp. 364.

Cæterum reperiuntur Isidori dicta in cod. V. — cod. LXXVI. — cod. CCXC. n. 19. — cod. CCXCI. n. 5. — cod. DCCX. n. 2.

Codex Wellensis.

In altero catalogorum illorum volumine, quod librorum mss. ecclesiarum cathedralium et aliarum celebrium bibliothecarum continet catalogos, commemoratur p. 104, n. 4034, codex ecclesiæ Wellensis in-folio, in quo exstare dicuntur Isidori Pel. epp.

Codex Nanianus.

Inter græcos codices, qui apud Nanios patricios Venetos asservantur, exstat, ut ex illorum catalogo,
D qui prodiit Bononiæ 1784, videre licet :

Codex CXXVII. n. IX. qui Isidori continet epp.

Cæterum cf. cod. XXXVII. p. 46. — cod. LXX. n. IV. p. 135. — cod. XCI. n. II. p. 180.

Falso autem Harles ad Fabr. *Bibl. gr.* vol. X, p. 481, not. m, col. 2, vers. fin. complures Isidori epistolas in aliquo bibliothecæ Paullinæ codice Lipsiensi exstare affirmat. Male enim hæc verba : « Isidori in libros Scripturæ » quæ e catalogo bibliothecæ illius, a Fellnero edito, Montefalconius in suam *Bibl. bibl.* retulit — cf. p. 595, E, — videtur intellexisse. Continet enim codex, de quo Fellnerus agunt et Montefalconius, commentationes Isidori Hispalensis in multos Scripturæ sacræ libros, aliaque hujus viri scripta philosophica.

PARS TERTIA.

ISIDORI PELUSIOTÆ DOCTRINA.

CAPUT PRIMUM.

ISIDORI DE GRAVISSIMIS DOGMATIBUS SENTENTIA.

§ 1. *Exponitur quid Isidorus de fontibus religionis Christianæ censuerit.*

Novi Testamenti scripta, cum primo et secundo sæculo multis Christianis aut magna ex parte aut omnino incognita fuerint, cumque regula fidei vel veritatis, quam apostolos discipulis suis tradidisse verosimillimum est, non ex illis repetita sit, illis temporibus non habebatur Christi doctrinæ fons. Sed jam tertio, multo magis vero sequente sæculo, post synodum Nicænam horum librorum auctoritas multis de causis, quas hic exponere longum est, ita paulatim amplificabatur, ut Isidorus divinam iis tribuere auctoritatem eosque primarium religionis Christianæ fontem habere posset. Quod, antequam reliqua, quibus ille favebat, dogmata fusius exponantur, paulo accuratius declarasse, ab instituti nostri ratione non alienum est. Sed quoniam in hujusmodi disquisitione etiam de Vetere Testamento agi debet, non magis quid ille de hoc statuerit, quidque de utriusque censuerit congruentia, prætermittendum est.

Deus autem, de illius sententia, veteribus, velut Noæ, Abrahæ, Jobo aliisque viris virtute insignibus, καθαρὰν εὑρίσκων αὐτῶν τὴν γνώμην καὶ τῆς ἄνευ μεσίτου διδασκαλίας ἀξίαν, sese revelaturus, cum his collocutus est ipse. Sed cum ingrata Judæorum natio vitiis C præceps iret, tum per litteras eam admoneri curavit et corrigi. Qua in re summus omnium rerum Moderator eumdem sese priscis illis temporibus præbuit Judæis, atque nostri ævi Christianis. Dei enim Filius, apostolis nihil scripti relinquens, ipsis et piissimo cuique ab initio rerum Christianarum τὴν τοῦ ἁγίου A Πνεύματος χάριν concessit. Posteaquam vero multi inter Christianos vel agendo vel docendo a recta, quam illis summus omnium monstraverat Magister, aberrarunt via (*a*), rursum ἐδέησεν τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων διορθώσεως (*b*). Uti igitur Judæos Vetere, ita benignus omnium mortalium Pater nos Novo edocuit Testamento; itaque utrumque dogmata continet a Deo revelata. Unde apparet Isidorum his libris divinam tribuisse originem et auctoritatem; eumque, quia quæ Deus revelavit inter se certare prorsus non possunt, docere debuisse: Vetus Novumque Testamentum non discordare inter sese. De quibus paulo accuratius dicendum est; et primum quidem de concordia utriusque, Novique Testamenti præstantia, deinde de auctoritate reliquis- B que agere placet sacræ Scripturæ affectionibus.

1. *De concordia utriusque et præstantia Novi Testamenti.* — Jesus Christus, de Isidori sententia, nulla nova proposuit dogmata (*c*). Quare qui Vetus Testamentum attento animo perlustrant, omnia quæ Novo continentur, in illo quoque prædicata esse invenient; itaque ut τὴν τῶν ἀμφοτέρων τῶν Διαθηκῶν ἐνδιάθετον συμφωνίαν concedant necesse est. Cæterum, ut arbitratur Isidorus, Christus ipse declaravit, se novarum rerum non esse cupidum. Homini enim, ut sententiam exemplis quibusdam illustrem, cujus lepram emendavit Jesus, templum adire munusque lege indictum afferre jussit (*d*) eo, uti Pelusiota noster censet, consilio, ut τῶν δύο Διαθηκῶν ἡ ὁμόνοια ostendatur (*e*) Eademque ratione ille Jesu Christi colloquio cum Pharisæis de repudio et conjugio (*f*) utitur, in quo hic Mosen non reprehendisse dicitur, sed excusasse et defendisse (*g*). Quare invehitur quoque in Marcionem maximopere, quippe qui Evangelium corrupisse dicatur Christi

(*a*) Miserum hunc Ecclesiæ Christianæ statum etiam alibi tangit Isidorus, velut lib. III, ep. 408, ubi hæc exstant: Ὅτι μὲν ἀκμαζούσης τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μήπω νενοσηκυίας, τὰ θεῖα περὶ αὐτὴν ἐχόρευε χαρίσματα, τοῦ ἁγίου Πνεύματος δημαγωγοῦντος, καὶ τῶν προεστώτων ἕκαστον κινοῦντος, καὶ οὐρανὸν τὴν Ἐκκλησίαν ποιοῦντος, πᾶσι δῆλόν ἐστιν. Ὅτι δὲ νοσησάσης καὶ στασιασάσης, ἀπέπτη πάντα ἐκεῖνα, καὶ ἀπεπήδησεν, οὐ τὰ χαρίσματα μόνον — ἀλλὰ καὶ βίος καὶ ἀρετή, καὶ τοῦτο πᾶσι δῆλον.

(*b*) Fusius hanc suam sententiam explicat Isidorus lib. III, ep. 106. Illa autem quam sit insulsa, cum æque logica careat veritate atque historica, per se patet; neque, ut pluribus eam explicemus, necesse est.

(*c*) Lib. I, ep. 107, quæ sic incipit: Καινότητα δογμάτων, ὦ φιλότης, οὐδεμίαν τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὑπεισήγαγεν. Sic enim codicis Altaemsis auctoritate scribendum censeo. Vulg. ἐπεισήγαγεν. — Cf. lib. I, ep. 458. — Οὐκ ἀπῳδά, οὐδ' ἀλλότρια τῆς τοῦ νόμου ἐντολῆς, ἡ εὐαγγελικὴ νομοθεσία παρέδωκε.

(*d*) Evang. Matth. VIII, 4. Marc. I, 44. Luc. V, 14. Falso citantur in margine editionis Parisiensis Joann. V, et Matth. XIII.

(*e*) Lib. I, ep. 146. — Τούτου χάριν τὸ δῶρον προσενεγκεῖν ὁ λεπρὸς ἐκελεύετο, ὅπερ ὁ νόμος προσέταξεν, ἵνα δειχθῇ τῶν δύο Διαθηκῶν ἡ ὁμόνοια.

(*f*) Evang. Matth. XIX, 1—15. Marc. X, 1—16.

(*g*) Lib. III, ep. 76, p. 285, lit. C, lin. 5. — Ὁ γὰρ Χριστὸς δεῦρ' ἐπιφοιτήσας, ταύτης αὐτῷ προσενεχθείσης τῆς πεύσεως, οὐ μόνον οὐκ ἐμέμψατο τὸν Μωσέα, ἀλλὰ καὶ ὑπεραπελογήσατο —

verbis : *Equidem huc non eo veni consilio ut legem Mosaicam abrogarem* (*a*), temere in hunc modum mutatis : *Num me propterea in terram venisse creditis, ut legem ac prophetas adimplerem? veni ut everterem, non ut explerem* (*b*). Eamdemque ob causam sæpius declarat Isidorus, unum in utroque Testamento prædicari Deum (*c*), unum eumdemque utriusque esse legislatorem (*d*). — Quæ etsi, uti ostendimus, aperte docuit ille, tamen ingens etiam inter utrumque Testamentum intercedere discrimen (*e*), atque Evangelium Lege multo præstantius esse (*f*), varias ob causas contendit sæpenumero.

Primum enim, cum Lex rudioribus data sit (*g*) et Legislator pro insigni sua sapientia horum debilitati sese accomodaverit (*h*), docet : Deum quæ in Vetere Testamento exstarent leges eo tulisse consilio, ut mortalium animos ad altiora Jesu Christi et apostolorum præcepta præpararet (*i*). Moses igitur eos tantum, qui peccata perpetrarunt, puniendos esse decrevit ; Christus vero peccandi adeo lubidinem et cupiditatem prohibendam censuit (*j*) ; A itaque ille agendi, hic etiam cogitandi regulam dedit (*k*). Quam suam sententiam exemplis illustrare solet Isidorus, in eamque spectat quod legem Mosaicam τὸν σαρκικὸν νόμον, Christi vero doctrinam τὸν νόμον τοῦ πνεύματος appellat (*l*).

Alteram vero causam cur Novum Testamentum Veteri præferendum sit, in eo ponendam esse censet Isidorus, quod dogmata, quæ Moses et prophetæ typis (*m*) et symbolis (*n*) obscure tradiderunt, in illo plane et distincte sint exposita ; quodque veritas in lege occulta Evangelio declarata sit (*o*).

Tertia denique, quæ ad hanc suam sententiam commovit Pelusiotam, causa omnium est gravissima. Optume enim notavit ille legem Mosaicam solis Judæis datam, Christi vero atque apostolorum doc-
B trinam ad omnes pertinere mortales (*p*).

2 *De Scripturæ sacræ affectionibus ejusque lectione*. — Antequam quid Isidorus de variis sacræ Scripturæ affectionibus — auctoritate, veritate, sufficientia, perspicuitate et efficacia, —

(*a*) Evang. Matth. v, 17. — Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

(*b*) Lib. I, ep. 371. — ἀμείψαντες γὰρ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν,—Οὐκ ἦλθον, λέγοντος, καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας,—ἐποίησαν,—Δοκεῖτε, ὅτι ἦλθον πληρῶσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας ; ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλ' οὐ πληρῶσαι. — Ἐκ τούτων δὲ εἴσῃ, ὅπως ἔχθραν ταῖς δυσὶ Διαθήκαις κατασκευάζουσι, ξένον εἶναι τοῦ νόμου τὸν Χριστὸν σχεδιάζοντες. Bene enim scribitur in codd. Vat. 649 et Alt. σχεδιάζοντες pro σχεδιάσαντες.

(*c*) Id verbi causa declarat lib. I, ep. 146, cujus ultima verba hæc sunt : — ἵνα δειχθῇ — ὅτι ὁ νῦν τὴν ἴασιν ἐργασάμενος, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν νόμον ἐνθέμενος. — Codd. Vat. 649, Alt. et Bav. αὐτός ἐστι καὶ τὸν νόμον ὁ θέμενος. — Cf. lib. I ep. 494. — ἵνα εἷς Θεὸς — quæ Rittershusii conjectura auctoritate codd. Vat. 649 et Alt. recipienda est — ἐν ἀμφοτέραις ταῖς Διαθήκαις γνωσθῇ. —

(*d*) Lib. II, ep. 133, p. 184, lit. B, lin. 8. — οὕτω καὶ Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης εἷς νομοθέτης. —

(*e*) Lib. I, ep. 494. — εἰ — sic scribe auct. codd. Vat. 649 et Alt. — καὶ πολὺ τῆς δευτέρας τὸ πρὸς τὴν προτέραν διάφορον.

(*f*) Lib. III, ep. 53. Πολλὴ τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸν Νόμον ἡ ὑπεροχή. — Cf. Lib. III, ep. 335.

(*g*) Lib. IV, ep. 203, ubi Judæos appellat ἀπαιδεύτους, καὶ πρὸς τὰ λίαν σαφῆ ἀπαιδευτοῦντας. Cod. Vat. 650, ἀναισχυντοῦντας.

(*h*) Lib. II, ep. 133, p. 184, lit. B, lin. 9. — εἷς νομοθέτης ὁ σοφῶς καὶ προσφόρως καὶ καταλλήλως τοῖς καιροῖς νομοθετήσας.

(*i*) Lib. IV, ep. 134. Τὰ νομικὰ καὶ προφητικὰ μαθήματα προπαιδεύματά εἰσι — Cod. Vat. 650, ἐστι τῆς νέας καὶ εὐαγγελικῆς φιλοσοφίας.

(*j*) Lib. I, ep. 458. — τοῦ μὲν γὰρ (νόμου) τὴν ἔκβασιν καὶ τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας παιδεύοντος, αὕτη (εὐαγγελικὴ νομοθεσία) τὴν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ, τὴν ἐπιθυμίαν, ἐκώλυσεν.

(*k*) Lib. II, ep. 243. Δύο γενικῶν κακιῶν οὐσῶν, τῆς τε νοουμένης, τῆς τε δρωμένης, ἡ μὲν διὰ τῶν ἔργων, πάλαι διὰ τοῦ Νόμου ἐκολάσθη, ἡ δὲ νοουμένη, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἀνεστάλη, οὐ τὸ ἔργον μετὰ τὴν πρᾶξιν τιμωρουμένου, ἀλλ' ὅπως μηδ' ἀρχὴν λάβοι τὸ κακὸν προμηθουμένου. Τότε μὲν γὰρ τῇ χειρὶ, νῦν δὲ τῇ ψυχῇ ἐνομοθετήθη. — Lib. III, ep. 254. Χριστὸς — οὐ τὴν πρᾶξιν μόνον, (cod. Bav. μόνην), ἀλλὰ καὶ τὴν ἔννοιαν προαναστέλλων, — et post paulo : ὁ μὲν γὰρ τῇ ψυχῇ, ὁ δὲ τῇ χειρὶ νομοθετεῖ, καὶ διὰ τὸ — cod. Bav. τοῦ — μὴ συγχωρῆσαι φῦναι τὴν ῥίζαν καὶ τοὺς κλάδους προαναστέλλει. — Lib. IV, ep. 134, in qua de præceptis a Mose datis Christique doctrina in hunc loquitur modum : τὰ μὲν γὰρ τῇ χειρὶ — cod. Vat. 650, σαρκὶ — ἡ δὲ τῇ ψυχῇ νομοθετεῖ. Καὶ τὰ μὲν τὴν πρᾶξιν, ἡ δὲ τὴν ἔννοιαν εὐθύνει — cod. id. ἰθύνει — καὶ οἰακίζει. Τὰ μὲν γὰρ γραμματιστῇ, ἡ δὲ — sic cum eod. cod. scribendum censeo pro τὰ δὲ — ἄκρως φιλοσόφῳ ἔοικεν. — Lib. IV, ep. 209, quæ sic incipit : Εἷς μέν ἐστιν ἀμφοτέρων τῶν Διαθηκῶν ὁ νομοθέτης· ἀλλ' ὁ μὲν νόμος δυσηνίοις οὖσι τοῖς Ἰουδαίοις, τὰς πράξεις ἀπηγόρευε μόνον· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον, ἅτε φιλοσόφοις δογματίζων, καὶ τὰς ἐννοίας, ἀφ' ὧν αἱ πράξεις φύουσιν, ὥσπερ πηγὰς τῶν κακῶν προαναστέλλει, οὐ γενόμενα μόνον τὰ ἁμαρτήματα κολάζον ἀκριβῶς, ἀλλὰ μηδὲ γενέσθαι, κωλύον ἀσφαλῶς.

(*l*) Lib. I, ep. 106. — ἐκ τοῦ δεῦρο πνεῦμα — codd. Vat. 649, et Alt. πνεύματι, cod. Bav. πνεύματος — μόνον ἐξιλάσκεσθαι βούλομαι· ὁ σαρκικὸς πεπλήρωται νόμος, ὁ τοῦ πνεύματος κρατείτω, καὶ τῆς σωτηρίας ἀρχέτω. Qua ratione priora quæ ascripsimus verba explicari possint, equidem non video. Recipienda forsitan sit, quam suppeditant codd. Vat. et Alt. scripturam ; statuendumque ab Isidoro vocem ἐξιλάσκεσθαι passive esse usurpatam.

(*m*) Lib. I, ep. 494. Ἡ μὲν γὰρ (παλ. διαθ.) τυπικοῖς ἐχρῆτο προστάγμασιν, ἡ δὲ (καιν. διαθ.) τοῖς ἀληθέσιν ἔλαμψε πράγμασί τε καὶ δόγμασι.

(*n*) Lib. IV, ep. 157, p. 501, lit. C, lin. 8. — μάθε παρ' αὐτοῦ νομοθετήσαντος, Μωσέως φημὶ, τοῦ διὰ σκιῶν καὶ συμβόλων τὴν ἀλήθειαν ὑπογράψαντος.

(*o*) Lib. I, ep. 401. — ὧν εἷς ὑπάρχεις — quod Billius margini ascripsit, quodque, cum etiam in codd. Vat. 649, et Alt. et Bav. exstet, vulg. ὑπάρχει præfero — αὐτὸς, ὁ τὴν ἐν τῷ νόμῳ κρυπτομένην, καὶ νῦν δεδηλωμένην μὴ γνούς.

(*p*) Lib. III, ep. 53. — ὁ μὲν γὰρ νόμος εἰς τοὺς ὁμοφύλους μόνους συγκλείει τὴν φιλανθρωπίαν· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον καὶ εἰς τοὺς ἀλλοφύλους ἐπεκτείνει. Cod. Bav. ab hac paululum recedens scriptura exhibet : ὁ μὲν γὰρ νόμος τοὺς ὁμοφύλους μόνους συγκαλεῖ εἰς τὴν φιλανθρωπίαν sqq. — Cf. quæ sequuntur paulo post : καὶ ὁ μὲν τοὺς φίλους ἀγαπᾷν παρακελεύεται· τὸ δὲ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν προτρέπει. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὡς παιδίοις νομοθετεῖ, τοῦτο δὲ ὡς φιλοσόφοις δόγματα ὑπερφυῆ ὑποτίθεται.

quidque de ejusdem censuerit lectione, a nobis exponetur paulo accuratius, effatis ejusdem compluribus eum divinam et Veteris et Novi Testamenti libris tribuisse originem placet ostendere. Quod si probarimus quid de auctoritate bibliorum et veritate statuerit, sponte sua apparebit.

Omnes, ut Isidorus existimat, Scripturæ sacræ auctores divino gavisi sunt auxilio; quod et ex epithetis, quibus biblia ille ornare solet (*a*), et ex eo rite colligas, quod in Veteris Testamenti libris vaticinia exstare opinatur, atque supremi Numinis sapientiam summopere propterea admirandam censet, quod Deus rem aliquam futuram præsignificaturus non simpliciter profuderit vaticinium, sed præsentibus futurarum cognitionem ita miscuerit, ut inde non solum posteri, verum etiam illius temporis auditores magnam percipere potuissent utilitatem fructumque (*b*). Eo autem accedit, quod Deum per Mosen (*c*) cæterosque prophetas (*d*), velut per Ezechielem (*e*), divinumque Spiritum in Psalmis locutum esse (*f*), plane declarat.

Neque alia ratione de Novi Testamenti loquitur scriptoribus. Ex horum enim narrationibus Jesu Christo omnia illa accidisse, quæ de eo olim prædicaverint Moses et prophetæ (*g*), intelligi, et apostolos sanctum, quem illis Jesus promiserat, Spiritum revera accepisse, et e Servatoris veracitate, et e miraculis, quæ ipsi ediderint, concludi posse in epistola ad Archiam (*h*), in qua contra Montanum agit Isidorus, arbitratur. — In quo tamen, sic argumen- A tari possit quispiam, sibi non videtur constare. Etenim in litteris ad Arsenuphium lectorem datis (*i*), Τὰ μὲν, inquit, σημεῖα καὶ ὑπόνοιαν δύναται δέξασθαι πονηράν, quasi illorum auctor non Deus fuerit, sed dæmon sive diabolus. Quæ conjungi inter se nullo modo possunt. Nam si aut Deus aut diabolus miraculorum auctor habetur, e miraculis, quæ apostoli fecerunt, eos a Spiritu sancto sive potius Deo agitatos esse, concludi nequit. — Sed videat strenuus ille judex ne omnino fallatur. Pelusiota enim cum edidisse apostolos miracula, illisque hanc vim a Deo tributam esse persuasum sibi habeat, ubi cum Montani asseclis, qui si non idem, at certe non contrarium docuerunt, certandum fuit, hos optume quæstione illa potuit urgere: Ποίῳ δὲ πνεύματι ἐνήργουν B οἱ ἀπόστολοι τὰ θαύματα? Ubi vero rem habuit cum hominibus μηδεμίαν βίου ὀρθοῦ βουλομένοις ποιεῖσθαι πρόνοιαν, nil melius agere potuit, quam probare non miracula sola (*j*), verum apostolorum vitam integram, eorumque optumos mores effecisse, ut Christi doctrina late propagata esset inter mortales, et quam celerrime. Neque tamen necesse fuit, ut hujus sententiæ causa apostolos Dei Spiritu agitatos esse et adjutos, negaret. Quare illos divino gavisos esse auxilio (*k*) Joannemque Spiritu sancto impulsum Evangelium conscripsisse suum (*l*) docens, mihi quidem a se ipse non videtur dissentire. Idem vero de Paulo tradens (*m*), Divinus, inquit, ille vir, etsi spiritualibus donis ornatus fuit, tamen lectioni operam dedit, atque Timotheum, ne multa-

(*a*) Isidorus Vetus Novumque Testamentum appellare solet τὰ θεῖα χρήσματα — oracula divina; et Evangelii præconium κήρυγμα θεῖον καὶ ὑπερφυές, sacramque Scripturam θείαν θείαν, καὶ οὐράνιον etc. Cf. lib. IV, ep. 30, ep. 67.

(*b*) Lib. IV, ep. 203.

(*c*) Lib. III, ep. 76. — Μωσέως σοφίαν, ἣν ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ.

(*d*) Lib. IV, ep. 205, p. 551, lit. D, lin. 3, 4. Διὰ τί ἐν τῇ Παλαιᾷ διὰ Μωσέως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν λαλήσας ὁ Θεός. — Cf. lib. I, ep. 115. — ὁ προφήτης φησὶν, ἢ μᾶλλον δι' ἐκείνου Θεός.

(*e*) Lib. III, ep. 231. Τίνος ἕνεκεν, ἔφης, εἶπεν ἡ τῆς ἡμερότητος πηγὴ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ περὶ τῶν Ἰουδαίων κ. τ. λ. —

(*f*) Lib. I, ep. 416. — φησὶν τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐν ψαλμοῖς.

(*g*) Lib. I, ep. 107. — ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς — τοῖς πάλαι περὶ αὐτοῦ προφανθεῖσι τὸ πέρας ἐπέθηκε.

(*h*) Lib. I, ep. 500. Τὸ θεῖον καὶ προσκυνούμενον Πνεῦμα τῇ — quod e cod. Bav. inserendum est — δεκάτῃ τῆς ἀναλήψεως — ἡμέρᾳ ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς κατεφοίτησεν, ὡς ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. — καὶ Λουκᾶς ἔγραψε πληρωθὲν ὁ θεσπέσιος, ὅπερ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ὁ δυσσεβὴς μὴ — quod auctoritate codd. Bav. Vat. 649, et Alt. ejiciendum est — γεγενῆσθαι Μοντανὸς διεψεύσατο, καὶ τὸν Κύριον διαβάλλων οὐκ ἀληθεύοντα — ποίῳ δὲ — falso additur a codd. Bav. Vat. 649, Alt. καὶ — πνεύματι ἐνήργουν τὰ θαύματα, ἢ τὰ ἔθνη ἐπαίδευον τὴν εὐσέβειαν.

(*i*) Lib. IV, ep. 80. Isidorus illa, quæ supra attulimus, verba scripsit sententiam suam de vi, quam miracula apostolorum eorumque mores in mortalium animos exercuerint, explicaturus. Sequuntur autem illico hæc: Βίος δὲ ὀρθὸς καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου ἐμφράττει τὸ στόμα. Μὴ τοίνυν ἐκ τῶν σημείων μόνον νομιζέσθωσαν — cod. Vat. 650, νομιζέτωσαν — κεκρατηκέναι τὸ κήρυγμα, οἱ μηδεμίαν βίου ὀρθοῦ βουλόμενοι ποιεῖσθαι πρόνοιαν. Συνέπραττε γὰρ τοῖς γινομένοις καὶ λεγομένοις καὶ ὁ τῶν κηρυττόντων βίος, μηδεμίαν μηδενὶ — quod e cod. eod. addendum est — λαβὴν διδούς. — Uti in his ad Arsenuphium litteris Isidorus optumos apostolorum mores pluris æstumandos esse censet, quam miracula ab illis exhibita, ita in epistola ad Ischyrionem data hanc sententiam plane declarat. Cf. lib. II, ep. 56.

(*j*) Lib. I, ep. 145. Nempe his in litteris Isidorus causam, cur Deus hominibus quibusdam vim miracula perpetrandi concesserit, exponit in hunc modum: — ὅτι διὰ τὴν δόξαν οἰκείου ὀνόματος ἐπλήρου τὰς θεοσημείας ὁ Κύριος, καὶ τῶν δαιμόνων κωλύων ἐπιβουλὰς, καὶ ὁδὸν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁμαλίζων ἀπρόσκοπον.

(*k*) Lib. II, ep. 54. Ὥσπερ οἱ ἀπόστολοι ἀνδρείᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ φραξάμενοι, καὶ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ θωρακισθέντες. Lib. II, ep. 345. — οἱ ἀπόστολοι τῆς θείας ἐμπεπλησμένοι σοφίας.

(*l*) Lib. III, ep. 402. Ὁ θεολόγος καὶ θεοφιλὴς Ἰωάννης, ὁ τῆς βροντῆς ὄντως υἱὸς, θεοφράστῳ γλώττῃ, ὑπὸ ἁγίου γὰρ Πνεύματος ἐκινεῖτο, τὴν τοῦ θείου Λόγου λόγον — quod auctoritate codd. Bav. et Vat. 650 ejiciendum est — ὑπόστασίν τε καὶ ἰδιότητα — ἀνεκήρυξε.

(*m*) Lib. IV, ep. 88. Καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, καίτοι πνευματικοῖς κομῶν χαρίσμασι, τῆς ἀναγνώσεως οὐ μικρὰν ἐποιεῖτο σπουδήν. Διὸ καὶ τῷ θρέμματι αὐτοῦ τῷ περιβλέπτῳ ἔγραφε· Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει. Δεινὸν γὰρ μάλιστα — quod e. cod. Vat. 650, inserendum — τῷ γευσαμένῳ τῆς θείας σοφίας ἐστερῆσθαι ταύτης, κ. τ. λ.

rum rerum memoria deleretur, ut suum sequeretur A exemplum, admonuit. Inde simûl consequitur Isidorum inspirationi non tantum tribuisse, quantum permulti posterioris ævi Patres et theologi. Quod ex eo quoque apparet, quod ille apostolorum de Christo narrationibus non solum inspirationis causa, verum etiam propterea fidem habendam esse censet, quia quæ audiverunt illi et viderunt tradidere nobis, neque, uti ex illorum scribendi genere apparet, falsa pro veris scripsere (*a*). — Quoniam igitur apostoli verum tradere et potuerunt et voluerunt; quoniam inspirati fuere, eorum scriptis summam inesse putat Isidorus veritatem, divinamque illis tribuit auctoritatem. Licet igitur nemini contra apostoli effatum aliquid proferre (*b*) atque mysteria, quæ Bibliis continentur, aggredi nefas est (*c*). Qui enim, inquit, oraculis divinis sapientiores esse volunt, docentque quid ipsis placet, ii non solum seipsos, verum et alios inani spe fallunt (*d*).

His, quæ hactenus dicta sunt, quid Isidorus de Scripturæ sacræ inspiratione, quæque cum hac quam aptissime cohærent, veritate et auctoritate, censuerit, satis declaratum arbitror. Quare restat tantum, ut de illius sufficientia, perspicuitate et lectione agamus. De efficacia enim, cum hæc doctrinæ sit, non Scripturæ, rectius dicetur, ubi Isidori de mediis, quæ vocant, gratiæ exponitur sententia.

Quod vero ad Scripturæ sufficientiam attinet, unum tantum Isidori dictum nobis ejusdem epistolas attento perlegentibus animo huc spectare videbatur; idque exstat in litteris ad Eulogium datis, in quibus Origenis de animarum lapsu sententia duas maxime ob causas rejicienda dicitur, quarum prima est, quod dogma istud neque in prophetarum, neque in apostolorum scriptis perspicue sit propositum (*e*). Unde tamen de mea quidem sententia non consequitur, Isidorum omnia ea, quæ religionem spectent, sacra Scriptura contineri credidisse. Statuit enim alios quoque, de quibus deinceps agendum est, religionis Christianæ fontes, quos, qui strenue Bibliorum docent sufficientiam, rejiciant necesse est. Sed Pelusiota, qui Vetus Novumque Testamentum fontem doctrinæ Christianæ primarium habuit, jam eo offensus, quod illa gravissima Origenis sententia a nullo sacro scriptore plane sit prolata, illam, cum alia quoque, philosophica videlicet, accedant argumenta, falsam esse declarat.

Uti vero Isidorus Scripturæ non docuit sufficientiam, ita et illius *perspicuitatem*, cum ipse compluria prophetarum et apostolorum dicta satis obscura esse haberet cognitum, nullo modo potuit præcipere, neque præcepit. Nam etsi divina, quæ mortalium
B animos excedunt, dogmata et præcepta humano more humanisque exemplis ab apostolis sapienter illustrata esse (*f*); etsi Biblia res et placita, quibus homines plebeii et indocti, mulieres, pueri atque puellæ et edoceri possunt et oblectari, continere (*g*), libere profitetur; tamen iisdem scriptis arcani quoque de ejus sententia insunt λόγοι, quibus doctissimus quisque ita vexatur, ut sapientiæ, quam consequi et percipere nequeat, sibi cedendum esse confiteri debeat (*h*). Atque hoc magnæ et singularis sapientiæ opus esse censet. Nam si omnia, inquit, in Bibliis fuissent clara ac manifesta, nos remota inquisitione prudentia certe apostolorum et prophetarum dicta interpretantes, non usi essemus; si vero omnia fuissent obscura, sic quoque, cum
C nullus esset inventioni locus, excidissemus cognitione. Sunt igitur in Bibliis clara obscuris sapienter mixta; ita ut ex iis quæ manifesta sunt et perspicua etiam ea quæ abdita habentur et caliginosa comprehendantur quodammodo (*i*). Eodem fere modo de his rebus judicavit Dœderlinius, qui, Me quidem, inquit, si aperta statim omnia et evidentia

(*a*) Lib. I, ep. 54. Pluribus Jesu Christi miraculis ab initio hujus epistolæ commemoratis, Ταύτας, inquit, ἡμῖν τὰς θεοσημείας οἱ αὐτόπται αὐτῶν παρέδωκαν, τοσοῦτον κολακείας καὶ χάριτος ἄμοιρον τὴν μαρτυρίαν τηρήσαντες, ὡς καὶ τὰ συμβάντα αὐτῷ ἐπονείδιστα γράψαι, διωγμοὺς, ὕβρεις, κ. τ. λ.

(*b*) Lib. II, ep. 249. Τοῖς θείοις χρησμοῖς, οὔτ' ἀντιβλέπειν χρὴ, οὔτ' ἀντιφθέγγεσθαι.

(*c*) Lib. I, ep. 24. — καὶ μὴ κατατολμᾷν ἁπλῶς τῶν ἀψαύστων καὶ ἀνεφίκτων μυστηρίων.

(*d*) Lib. V, ep. 376. — σοφώτεροι γὰρ εἶναι βουλόμενοι τῶν λογίων, καὶ τὰ δοκοῦντα ἑαυτοῖς δογματίζοντες, οὐ μόνον ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸς αὐτοὺς ὥσπερ εἰς λιμένας καταφεύγοντας, σφάλλουσι τῆς ἐλπίδος, εἰς πέλαγος αὐτοὺς ζητημάτων ἐξακοντίζοντες. — Vox autem λόγιον a scriptoribus ecclesiasticis de oraculis divinis i. e. de Scriptura sacra usurpari, notissimum est.

(*e*) Lib. IV, ep. 163. Τὸν περὶ τῆς ἐκπτώσεως — cod. Vat. addit τῶν ψυχῶν — λόγον, ἀληθῆ μὲν ὡς οἶμαι, οὐκ ὄντα, πιθανὸν δὲ δοκοῦντα, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, δύο δὲ μάλιστα, — quod ex eod. cod. addendum est — κατά γε τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, ἀνατρέπειν δοκεῖ· ἓν μὲν, τὸ μὴ σαφῶς κεκηρύχθαι ἐν ταῖς Γραφαῖς· δεύτερον δὲ, κ. τ. λ.

(*f*) Lib. II, ep. 3. — τὰ θεῖα καὶ ὑπερφυῆ παιδεύματα, λόγοις καὶ παραδείγμασι σωματικοῖς ἐκέρασεν. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ἡμᾶς ἄλλως νοῆσαι. Lib. II, ep. 5, p. 129, lit. B, lin. 9. — τὴν θείαν σοφίαν εὐτελέσι λόγοις καὶ παραδείγμασι κραθεῖσαν, —

(*g*) Lib. II, ep. 5, p. 129, lit. B, lin. 10. — εἰ γὰρ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀξίαν μόνον προσέσχεν ὁ Θεὸς, καὶ μὴ πρὸς τὴν ὠφέλειαν τῶν ἐντευξομένων, οὐρανίοις ἂν καὶ θείοις λόγοις τε καὶ παραδείγμασιν ἐχρήσατο. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνθρώποις ἐνομοθέτει ἀσθενέσι τυγχάνουσι, καὶ ἀνθρωπίνων δεομένοις λόγων· οὕτω γὰρ ῥαδίως τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς νοῆσαι ἠδύνατο· ἰδιωτικαῖς λέξεσιν ἐκέρασε τὰ θεῖα μαθήματα, ἵνα καὶ γυνὴ, καὶ παῖς, καὶ ἁπάντων ἀνθρώπων ἀμαθέστατος κερδάνῃ τι καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκροάσεως.

(*h*) Ep. ead., lin. 1, lit. D. — ἐν τοσαύτῃ γὰρ σαφηνείᾳ οὕτως ἀπόῤῥητοι λόγοι καθάπερ θησαυροί τινες ἐνοικοῦσιν, ὡς καὶ τοὺς σοφωτάτους καὶ ἐλλογιμωτάτους τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ βάθος τῶν νοημάτων ἰλιγγιᾷν, καὶ παραχωρεῖν πολλάκις τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς σοφίας.

(*i*) Lib. IV, ep. 82. — Σοφὸν ἔγωγε καὶ τοῦτ' εἶναι ἡγοῦμαι, ὃ σὺ φῂς παράλογον. Εἰ μὲν γὰρ πάντα ἦν δῆλα, ποῦ τῇ συνέσει ἐχρησάμεθα, μὴ οὔσης ζητήσεως; Εἰ δὲ πάντα ἄδηλα, καὶ οὕτως ἀναπεπτώκειμεν ἂν, μὴ οὔσης εὑρέσεως. Νῦν δὲ διὰ τῶν δήλων, καὶ τὰ ἄδηλα τρόπον τινὰ καταλαμβάνεται· εἰ δὲ διαφύγοι, καὶ οὕτως ἡμᾶς ὠφελεῖ, τὸ φύσημα ἡμῶν καταστέλλοντα.

cernerem in Litteris sacris, si nullo loco hærerem, ipsa perspicuitate offendi posse ingenue profiteor. Nam non minus tædium affert liber, in quo omnis exercendi ingenii materia, per dicta in vulgus nota et plebi apta præciditur, quam opuscula repudiantur, quæ per dictionem tenebris involutam horrore percellunt. Omnium autem utilissima et sapientissima semper habita fuere scripta, quæ gravioribus leviora permiscent, et hoc temperamento lectorum plurimorum studiis satisfaciunt (*a*).

Ex his autem, quæ de librorum sacrorum perspicuitate dicta sunt, satis videtur apparere, Pelusiotam credidisse, Biblia non solum ab episcopis, diaconis, monachis aliisque populi præceptoribus, verum ab omnibus, qui Christi doctrinam receperint, attente et diligenter esse lectitanda. Quare uti illius lectionem Paulo presbytero (*b*), Heroni scholastico (*c*), Timotheo lectori (*d*) aliisque, qui rerum humanarum divinarumque aliquam certe assecuti erant scientiam, ita illam non solum omnibus aliquo vitio laborantibus (*e*), sed omnibus mortalibus (*f*) ideo commendandam esse censet, ut pravi illorum mores emendentur. Quod cum suo tempore neglectum sit, Christianæ religionis statum summopere depravatum esse, mœret Pelusiota in litteris ad Leontium episcopum datis (*g*). Quod enim, inquit, lectio sacrarum Litterarum destructa est et neglecta, quodque unusquisque suos affectus divinis præfert oraculis, ea res tantarum causa est calamitatum.

Neque tamen Isidorus biblia unicum, ex quo religionis haurienda esset cognitio, fontem habebat, sed illam et aliunde, uti jam ante occasione data a nobis dictum est, repetendam esse statuit.

Traditionem enim, etsi hanc uno tantum commemoravit loco (*h*), non rejiciendam arbitratus est; neque ***rationis*** usum atque librorum, quos Græcorum conscripserunt philosophi, studium omnino spernendum duxit. Sed cum plura de hac re, ubi, A quo modo Isidorus contra ethnicos religionem Christianam defenderit, a nobis accuratius exponetur, dicenda sint, nunc ne verbum addendum est. Id vero non prætermittemus silentio, quod Pelusiota *decretis conciliorum* divinam tribuerit (*i*) auctoritatem, quodque etiam ex his doctrinæ Christianæ cognitionem repeti posse opinatus sit.

§. II. *Isidori sententia de Deo.*

I. ***De exsistentia unius Dei.*** — Etsi Isidorus inter epistolas, quas nos habemus superstites, nullam dedita opera ita conscripsit, ut unius Dei existentiam probaret, tamen occasione data ex rerum creatarum magnitudine et ordine Creatorem mundi atque gubernatorem, nempe Deum, esse demonstrare conatus est. Ita Lampetio diacono quærenti ex eo, quid B illud, quod de cœlestibus luminaribus ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου πᾶσι τοῖς ἔθνεσι in Deuteronomio dictum sit, significet, rescribit: Deum illa omnibus mortalibus ad institutionem cognitionemque tribuisse, ut ex rerum creatarum magnitudine Creator, qui oculis cerni nequeat, conspiciatur (*j*). Eodemque argumento, quod vulgo physico-theologicum usurpatur in litteris ad Joannem diaconum datis (*k*) Græcorum philosophos stellas errantes non a Deo factas, sed omnem causam antecedere contendentes, studuit refellere. Quibuscum conferri potest epistola ad Olympiodorum scripta (*l*), quæ his verbis continetur: *Ubicunque ordo aliquis est, ibi ordinis auctor et princeps adsit necesse est; ubicunque* C *equitatus, ibi equitum requiritur præfectus; ubi navis, ibi gubernator et artifex; ubi musica instrumenta, ibi et musicus est manifestus. Oportet igitur in mundi quoque opificio illum invisibilem ejus Creatorem contemplari.* Quem colligendi modum adhibet etiam in litteris ad Didymum presbyterum datis (*m*), in quibus hæc exstant: — *neque enim sine architecto domus ædificatur, neque sine fabro compingitur navis, neque organum sine musico constituitur.*

(*a*) *Institutio Theologi Christiani.* P. I. Proleg. Cap. III, Sect. II, § 49, tom. I, p. 177.

(*b*) Lib. II, ep. 73. Τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ἐφόδιον ἡγοῦ τῆς σωτηρίας. —

(*c*) Lib. IV, ep. 208. Μὴ καταφρόνει, ὦ φίλος, τῆς μελισταγοῦς ἀκροάσεως τῶν θείων Γραφῶν.

(*d*) Lib. II, ep. 3, p. 127, lit. D, lin. 3. — τοῖς δὲ θείοις χρησμοῖς διὰ βίου δίδου σαυτόν.

(*e*) Lib. V, ep. 38. — παραίνει τοίνυν ἐκείνοις περὶ ὧν καὶ γέγραφας, ἔχεσθαι τῆς τῶν Γραφῶν ἀναγνώσεως.

(*f*) Variis atque diversis, quibus mortales laborent, vitiis diligenter enumeratis pergit Isidorus in *epistola ad Nemesium* lib. II, ep. 135, hisce verbis: — εἰ δὲ φαίης, Τί οὖν ποιητέον; φήσαιμι, ὅτι τὸ κάτοπτρον τὸ πνευματικὸν συνεχῶς μεταχειριστέον· φημὶ τὰς θείας Γραφὰς, ἐν αἷς — B. δὴ — καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐστὶν ἡ ἱστορία, καὶ οἱ παρὰ τοῦ Θεοῦ τεθέντες σωτηριώδεις νόμοι.

(*g*) Lib. IV, ep. 133. Τὸ τὴν ἀνάγνωσιν κατερρυθμίσθαι — Vat. 649 κατερρυθυμεῖσθαι — τῶν θείων Γραφῶν, καὶ τὸ ἕκαστον τὰ οἰκεῖα πάθη τῶν θείων προκρίνειν χρησμῶν, τῶν τοσούτων τραγῳδιῶν αἴτιον γέγονε.

(*h*) Lib. I, ep. 51. — ἅμα δέ τις τούτῳ καὶ ἀπόρρητος — codd. V. A. τάχα — συμπέπλεκται — B. συμπλέκεται — λόγος, παρὰ γερόντων εἰς ἡμᾶς σοφῶν διαφοιτήσας.

(*i*) Lib. IV, ep. 99. — καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ συγκροτηθείσῃ κατὰ Νικαίαν, ἀκολουθεῖν, μήτε προστιθέντας, μήτε ἀφαιροῦντας. Ἐκείνη γὰρ θεόθεν ἐμπνευσθεῖσα, τἀληθὲς ἐδογμάτισεν.

(*j*) Lib. III, ep. 391. — Ἀπένειμε πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς παίδευσιν, πρὸς γνῶσιν, ἵν' ἐκ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς ἀόρατος ὢν, θεωρῆται.

(*k*) Lib. IV, ep. 58, p. 444, lit. B, lin. 5. — Εἰ μὲν γὰρ — ἀγενήτους καὶ αἰτίας κρείττους εἶναι φαῖεν Ἕλληνες, μάλιστα μὲν ἐκ τῆς ἐμμελείας αὐτῶν καὶ τῆς εὐταξίας ἐλεγχθήσονται. Ἡ γὰρ τάξις τὸν ταξίαρχον κηρύττει.

(*l*) Lib. IV, ep. 186. Ὅπου τάξις, ἐκεῖ ἀναγκαῖος ταξίαρχος· καὶ ὅπου ἱππικὸν τεταγμένον, ἐκεῖ ἵππαρχος· καὶ ὅπου ἡ ναῦς, δῆλος ὁ τεχνίτης· καὶ ἔνθα μουσικὰ ὄργανα, δῆλος δὴ ὁ ἁρμονικός. Οὐκοῦν χρὴ καὶ ἐπὶ — cod. Vat. 650. ἀπὸ — τοῦ κόσμου τὸν ἀόρατον καθορᾷν λογισμοῖς, οὐκ ὀφθαλμοῖς, νῷ, οὐ βλέμματι.

(*m*) Lib. V, ep. 28, p. 562, lit. D, lin. 6. — Οὐδὲ γὰρ ἄνευ ἀρχιτέκτονος οἰκία οἰκοδομεῖται, οὔτε ἄνευ ναυπηγοῦ ναῦς, οὐδὲ ἄνευ ἁρμονικοῦ μουσικὸν συσταίη ὄργανον.

Vix vero necesse est, ut afferatur Isidori dictum, quo hunc unum credidisse Deum probetur; attamen, ne quid a nobis prætermissum videatur, ejusdem verba : μία γάρ ἐστιν ἡ θεότης, ex epistola ad Herminum comitem deprompta (*a*), protulisse satis erit. Qui enim plura hujus rei testimonia desiderat, legat quæ deinceps exscripsimus Isidori de Deo triuno dicta, inter quæ plura huc spectantia haud dubie inveniet.

II. *De natura et attributis Numinis divini.*— Neque necesse est, ut Isidorus existimat, nec possibile, ut Dei essentia sive natura a mortalibus exploretur (*b*). Credendum enim est esse Deum, non, quid sit curiose investigandum. Quare prætermissa de ipsius natura disputatione, quippe quæ humani ingenii vires longe superet, nos ita comparemus, ut de vita moribusque nostris possimus reddere rationem. Ornati igitur simus fortitudine, temperantia justitia aliisque virtutibus. Quas si omnes adepti erimus, sperare nobis licet quodammodo id, quod hominum excedit captum, comprehendere, quod omnem superat dignitatem consequi, atque communionem cum Deo inire arctiorem, cui nulla aptior est sedes et accommodatior, quam casta et candida hominis anima. Quocirca ipse inhabitabo, inquit, in eis et inambulabo (*c*). Est autem Deus, qui nulla re indiget (*d*), et solus omnis mutationis expers est (*e*), mundi creator (*f*) et moderator (*g*), æternus (*h*), ab omni labe alienus (*i*), mansuetudinis, sapientiæ omnisque virtutis fons (*j*), benignus atque misericors, et idem justus (*k*), omnipotens (*l*), omnium rerum sciens (*m*) et verax (*n*).

Quæ omnia de industria paucis absolvimus, tum quoniam hæc ab apostolis tradita a Christiano quoque ut vera accipiuntur, tum quoniam de quæstionibus, num Deus omnipotens mali quoque auctor sit, num divini Numinis omnium rerum scientia cum libera mortalium voluntate conjungi possit, aliisque hujuscemodi occasione data fusius agetur.

III. *De Trinitate.* — Neque quid Isidorus de Trinitate censuerit multis verbis exponere cordi nobis esse potest, cum orthodoxorum illius ævi partibus favens in epistola ad Eudæmonem presbyterum manifesto declaret, Christianum quemque id credere debere, quod sancti Patres in urbe Nicæa congregati decreverint, quorum fidei formulæ neque addendum aliquid, neque detrahendum sit (*o*). Docuit igitur tres ejusdem naturæ personas in una exstare Deo (*p*); atque hanc doctrinam et a Veteris et a Novi Testamenti scriptoribus jam prolatam esse contendit (*q*). Quare Jesum Christum Θεὸν (*r*), ἀληθῶς Θεὸν (*s*), γνήσιον καὶ φυσικὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς (*t*) appellat, Filioque omnia ea, quæ Patris sunt, tribuit (*u*). Itaque Christus de Isidori sententia omnium rerum creator et imperator (*v*), eamdem habet atque Pater gloriam et majestatem (*x*)

(*a*) Lib. I, ep. 247.

(*b*) Lib. II, ep. 299, p. 256, lit. B. — Ἡ δὲ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ βάσανος, οὔτ' ἀναγκαία, οὔτ' ἐφικτὴ ἀνθρώποις. Εἰδέναι γὰρ χρὴ καὶ πιστεύειν, ὅτι ἐστὶ Θεὸς, οὐ τὸ τί ἐστι πολυπραγμονεῖν. Ἀφέμενοι τοίνυν τοῦ περὶ τῆς οὐσίας λόγου ὡς ἀνεφίκτου, καὶ μηδαμῶς ἁλωσίμου, ἀλλὰ πᾶσαν βάσανον ὑπερνηχομένου, τὸν βίον ἑαυτῶν καὶ τὸν τρόπον ῥυθμίσωμεν, ὡς λόγον πάντως ἀποδώσοντες.

(*c*) Lib. II, ep. 186. — εἰ τοίνυν ἐθέλομεν τὸ πᾶσιν ἀχώρητον χωρῆσαι, καὶ ἀξιωθῆναι χρήματος πᾶσαν ὑπερβαίνοντος ἀξίαν, σωφροσύνῃ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ φρονήσει, καὶ ἀνδρίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἑαυτοὺς κοσμήσωμεν. Ψυχῆς γὰρ ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον καὶ πρεπωδέστερον — Cod. Bav. addit ἐπὶ, et codd. Vat. 649 et Alt. ἐπὶ γῆς — οὐχ ὁρίζεται. Διὸ καὶ ἔφη, Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.

(*d*) Lib. II, ep. 23. Ἡ μὲν εἰλικρινὴς καὶ ἀκριβὴς ἐλευθερία ἐστὶ, τὸ μηδενὸς ὅλως δεῖσθαι, ὅπερ — Codd. Vat. 649. et Alt. addunt καὶ — κρεῖττον ὂν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, θεῖον ἔστω.

(*e*) Lib. V, ep. 359. Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος καὶ ἀήττητος δεξία ἀναλλοίωτός ἐστι, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχει, οὔτε κ. τ. λ. Cf. lib. III, ep. 149.

(*f*) Lib. I, ep. 343.

(*g*) Lib. III, ep. 299, p. 256, lit. A, lin. 7.

(*h*) Lib. III, ep. 18. — Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον καὶ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας φύσεως, ὡς τὸ ἀΐδιον. — Cf. lib. III, ep. 149. Ἡ ἀϊδιότης, οἷον ἀειζωότης ἐστί. Διὸ ἐπὶ μόνης τῆς ἀνάρχου φύσεως, τῆς ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡς αὔτως — Cod. Bav. ὡσαύτως — ἐχούσης, λαμβάνεσθαι εἴωθε· — τὸ δ' ἀΐδιον κυρίως τῆς θείας οὐσίας ἴδιόν ἐστι.

(*i*) Lib. II, ep. 63.

(*j*) Lib. II, ep. 63. — Ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, ἡ τῆς συνέσεως καὶ πάσης ἀρετῆς ἀρχή τε καὶ αἰτία καὶ ῥίζα. — Cf. lib. III, ep. 231, ubi Deus ἡ τῆς ἡμερότητος πηγὴ appellatur.

(*k*) Lib. III, ep. 71. Ὅτι μὲν φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς μάλ' ἀκριβῶς οἶδα. Ὅτι δὲ καὶ ἀπαιτεῖ δίκας σφοδροτάτας τοὺς τῆς φιλανθρωπίας καταφρονήσαντας, καὶ αἱ ἱεραὶ χρησμῳδοῦσι Γραφαὶ, καὶ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ.

(*l*) Lib. IV, ep. 47.

(*m*) Lib. IV, ep. 47. ep. 151. — Θεὸς ἐφορᾷ πάντα καὶ οὐδὲν αὐτὸν διαδιδράσκει. Cf. lib. V, ep. 368.

(*n*) Lib. III, ep. 6. lib. V, ep. 260.

(*o*) Cf. p. 162, not. 2.

(*p*) Lib. I, ep. 247. — μία γάρ ἐστιν ἡ Θεότης, τρεῖς δὲ αἱ ὑποστάσεις. — Lib. II, ep. 142. — Ἥκιστα μὲν χρὴ τὴν — art. cod. Bav. omittit — τῆς θεότητος φύσιν συστέλλειν ἰουδαϊκῶς, εἰς μόνον τὸν ἕνα Θεὸν καὶ Πατέρα· κατευρύνειν δὲ, ὥσπερ εἰς ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα. Προσώπων γὰρ ποιότητι καὶ ὑποστάσεων ἰδιότητι διαστέλλοντες, εἰς ἕνα πάλιν συστελοῦμεν Θεὸν, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταὐτόν. — cf. lib. II, ep. 143; lib. III, ep. 139.

(*q*) Lib. I, ep. 67; lib. II, ep. 143; lib. III, ep. 27; ep. 112.

(*r*) Lib. I, ep. 75, ep. 124.

(*s*) Lib. I, ep. 67.

(*t*) Lib. I, ep. 23.

(*u*) Lib. II, ep. 158. — ταῦτα δὲ ἔλεγεν οὐκ ἀποκληρῶν τῷ μὲν Πατρὶ τὸν Νόμον· τῷ δὲ Υἱῷ τὸ Εὐαγγέλιον· ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, καὶ δόξαν ἀφορῶν. Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρός. — quæ ultima sunt hujus epistolæ verba.

(*v*) Lib. I, ep. 139. — ἀλλὰ Δεσπότης ὑπάρχων, καὶ τῶν ἐπουρανίων, καὶ τῶν ἐπιγείων, καὶ τῶν καταχθονίων, — Lib. I, ep. 460. — Χριστὸς δὲ ὁ πάντων ποιητὴς καὶ Θεὸς. — Lib. III, ep. 126. Ὁ τῶν ὑπερκοσμίων καὶ τῶν ἐπιγείων Βασιλεὺς ἧκεν οὐρανόθεν. — Cf. porro lib. III, ep. 313, ep. 329; lib. IV, ep. 166, ep. 202.

(*x*) Lib. III, ep. 166. — ὧν δὲ μία δόξα, πολλῷ μᾶλλον καὶ ἡ οὐσία.

ejusdemque, quamvis a Patre distinctus, naturæ est. — Quo vero modo hanc suam sententiam contra Arianos, aliosque hæreticos defenderit, capite hujus partis secundo videbimus.

Ut Filio Isidorus, ita et Spiritui sancto divinam tribuit naturam; cujus sententiæ veritatem dilucidis et apertis Scripturæ testimoniis probari posse opinatur. Christus enim, ut scribit in litteris ad Gorgonium (*a*) datis, « Si ego, inquit, in Satanæ nomine dæmones expello, cujusnam nomine filii vestri illos ejiciunt ? » Quod si auctoritate Spiritus divini illud ago, profecto ad vos cœlorum pervenit regnum. Quibus tamen verbis cum dogma illud parum probatum esse Pelusiota ipse sentiret, Lucam producit testem, apud quem Jesus Christus, « Si, inquit, ego in digito Dei dæmones ejicio, cœlorum appropinquavit regnum. » Quo loco, ut pergit Isidorus, per Dei digitum Spiritus sanctus intelligitur. Sed cum digitus, ut a nobis exemplum sumam, ejusdem atque corpus est naturæ, hac voce Spiritus sancti personam a divina essentia inseparabilem eique cognatam esse satis superque declaratum est. — Idemque et Christi verbis : « Accipite Spiritum sanctum » — et baptizandi formula ostendi posse opinatur. In epistola enim ad Hymetium data (*b*), Dominus, inquit, noster Jesus Christus, ut sanctissimi Spiritus secum et cum Patre conjunctionem ostenderet, a morte ad vitam excitatus discipulis dixit : « Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittentur eis, » auctoritate videlicet ejus, qui peccata remittendi divinam habet potestatem. In litteris vero ad Marathonium monachum ita scribit (*c*) : Cum Deus et Servator noster humana forma indutus Spiritum sanctum divinam Trinitatem complere tradiderit, cum idem Spiritus in baptizandi formula una cum Patre et Filio a nobis invocari debeat, cumque panem, quo sacram celebrantes cœnam uti consuevimus, in carnem Christi convertat; quid tu, o vesane atque attonite, hunc Spiritum factum quiddam, aut creatum, aut servilis naturæ,

A ac non herilis et effectricis ac regiæ naturæ cognatum; quidni ei communem esse cum Patre Filioque naturam doces? Si enim servus esset, non cum Domino, si creatus, non cum Creatore conjungeretur.

§ 3. *De consiliis et institutis divinis, quæ ad hominum salutem per Jesum Christum reparandam spectant.*

Homines primigenii, quibus Deus, ne arboris istius comederent fructus, interdixerat, a diabolo eos omnino perdituro seducti contra divini numinis voluntatem egerunt, itaque auctores exstiterunt ingentis infortunii. Nam inde ab eo tempore et ipsorum et omnium hominum corpora non solum morti, verum etiam variis diversisque calamitatibus subjici cœpta sunt (*d*). Neque hoc injustum esse censet Isidorus. Etenim in epistola ad Leontium B diaconum (*e*) causam, cur qui genitoris culpa podagra aliove morbo laborarunt, ex lege non pœna quidem sed ignominia affecti sint, explicaturus, hoc ad emendationem parentium factum esse arbitratur. Quod, ita enim pergit, si quis injuste ac perverse actum esse existimet, quid tandem ille dicet de morte, quæ etsi Eva solum peccavit, omne humanum genus invasit ? — Uti vero lapsus iste hominum corporibus magnum attulit detrimentum, ita animis a Deo creatis (*f*) perquam noxium fuit. Omnes enim mortales ad peccandum reddidit procliviores (*g*). — Neque tamen de Isidori sententia hominum natura, cui semper probitatis inerant semina (*h*), omnino depravata est; ut facillime et Scripturæ sacræ testi- C moniis, et ex historia probatur (*i*). Propheta scilicet, qui, Quonam, inquit, pacto vos poteritis recte facere, cum mala *didiceritis?* Judæos non propter naturam per se malam, sed mala *edoctos* peccasse tradidit. Quod vero didicerunt, dediscere quoque posse nemo negabit (*j*); itaque Davidem, Paulum, Petrum aliosque, qui vitia commiserunt, ad bonam frugem rediisse vidimus (*k*); itaque omnibus temporibus viros pios ἐν τῷ ἐμφύτῳ πολιτευομένους νόμῳ, veluti Melchisedechum, Jobum, Cornelium et alios virtute ornatos vixisse, habemus comper-

(*a*) Lib. I, ep. 60. — ὅτι δὲ τῆς θείας ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐσίας, τοῦτο σὺ ᾔτησας γραφικῶς τρανωθῆναι. ἔξεστι — δὲ inserunt codd. Vat. 649, et Alt. — σοι ἀγχινοῦντι — codd. iid. ἀγχινοώτατε cod. Bav. et Chat. ἀγχινούστατε — καὶ — omittunt cod. Vat. 649. et Alt. — μικρὸν προελθόντι ἐκ τῶν ἐν χερσὶ τοῦ Κυρίου φωνῶν καὶ — codd. iid. omittunt — τὴν λύσιν εὑρεῖν. Εἰ ἐγὼ, φησὶν, ἐν τῷ — cod. Bav. omittit — Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια; οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; — Cod. Vat. 649. ἐκβαλοῦσιν; — εἰ δὲ Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω ταῦτα, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. ἐν τῷ ἑτέρῳ σαφέστερον εἰρηκὼς εὐαγγελιστής. — cod. Vat. 650. εὐαγγελιστῇ. — εἰ δὲ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. δάκτυλον Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα λέγων τὸ ἅγιον. Δάκτυλος δὲ, ὡς ἐν ὑποδείγματι τῷ καθ' ἡμᾶς τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ σώματος. Τὴν τοίνυν ἀχώριστον καὶ συγγενῆ τῆς θείας οὐσίας τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ὑπόστασιν. τῷ τοῦ δακτύλου ὀνόματι ἐφανέρωσε.

(*b*) Lib. I, ep. 97.

(*c*) Lib. I, ep. 109.

(*d*) Lib. IV, ep. 204, Ὑπηνίκα ὁ πρωτόπλαστος D ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς, ὡς ἂν τις εἴποι, γραμμῆς τῆς θείας ἐντολῆς ἀλογήσας τὴν ἀπάτην προυτίμησε τοῦ αὐτὸν ἀπολέσαι παντελῶς μηχανησαμένου, τὸ τηνικαῦτα καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ γέγονεν οὐ μόνον θνητὸν, ἀλλὰ καὶ παθητόν. Πολλὰ γὰρ ἐλαττώματα ἐβλάστησε', καὶ βαρὺς, καὶ δυσήνιος ὁ ἵππος κατέστη.

(*c*) Lib. IV, ep. 141, p. 491, lit. C, lin. 2. — εἰ δέ τις οἴεται, τοῦτο μὴ εὐλόγως νενομοθετῆσθαι, τί φαίη περὶ τοῦ θανάτου, ὅτι μιᾶς ἁμαρτησάσης· φημὶ δὴ τῆς Εὔας· ὅλον, κ. τ. λ.

(*f*) Lib. IV, ep. 121.

(*g*) Lib. III, ep. 162.

(*h*) Lib. II, ep. 2; lib. IV, ep. 53. — ἔχει γὰρ ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὲς καὶ ἀδέκαστον τὸ κριτήριον. — lib. IV, ep. 54.

(*i*) Lib. II, ep. 72, p. 154, lit. A, lin. 8. — πῶς γὰρ, εἰ ἐκ φύσεως εἶχον τὸ εἰδέναι τὰ κακὰ ἔφασκε τὸ — deest in cod. Bav. — μεμαθηκότες τὰ κακά; εἰ δὲ μεμαθήκεσαν, καὶ ἀπομαθεῖν δυνήσονται.

(*j*) Lib. II, ep. 72. p. 154, lit. C. — καὶ βοᾷ μὲν τοῦτο τὰ πράγματα καθ' ἑκάστην ἀμειβόμενα τὴν ἡμέραν· ἐγγυῶνται δὲ καὶ αἱ γραφαί.

(*k*) Lib. II, ep. 72, p. 154, lit. C, lin. 3, lin. 9.

tum (*a*). — Quare ipse Christus πάσης φύσεως πονηρίαν nunquam καταγινώσκων, Probus, inquit, homo bona de bono suo profert thesauro (*b*), atque illos qui ἐμφύτῳ νόμῳ παιδαγωγηθέντες omnibus suis officiis satisfecerint, laude dignos esse intelligens, Omnia, inquit, quæcunque volueritis, ut faciant vobis homines, vos quoque facite illis (*c*).

Attamen omnes fere mortales, mortem metuentes, neque de futura vita ac remuneratione persuasi, gravia commiserunt peccata (*d*). Diabolus autem et dæmones hujus imperio subjecti eos naturalibus, quibus præditi erant, bonis spoliarunt, atque eorum ignavia et inertia sustentati (*e*) illos in omnia flagitiorum genera ingurgitarunt, itaque extremo affecerunt malo (*f*).

Deus igitur, cum alia vana esse videret remedia — nam neque lex a Mose lata, neque prophetarum adhortationes pestilentem, quo omnes fere laborarunt, morbum depellere potuerant (*g*) — Filium misit unigenitum, ut peccata hominibus remissurus justam haberet veniæ causam (*h*). Ergo carnem eo consilio assumpsit Dei Filius ut humanos affectus animique perturbationes, quæ fluctuum instar attolli
A solebant, sedaret (*i*), ut quæ minus recta ipsi videbantur reprehenderet (*j*), ut diaboli omniumque dæmonum frangeret robur nervosque (*k*), ut denique homines sedata divini numinis ira cum Deo reconciliaret (*l*).

Sed ne in exponenda hac, quæ jure omnium gravissima habetur, doctrina nimis leves videamur lectoribus, quid Isidorus de his aliisque dogmatis censuerit paulo accuratius exponendum est, et primum quidem illius sententiam de ratione, qua divina Jesu Christi natura cum humana sese conjunxerit, declarandum videtur.

Deus Filius mortalibus appariturus carnem in Maria virgine ex eaque assumpsit (*m*), obsignatamque
B illius naturam relinquens (*n*) vere homo factus est (*o*). Etsi igitur nobis perquam similis fuit — cibum enim potumque sumpsit, lacrymas effudit, aliaque hujus generis, quæ mortalium naturæ propria habentur, perpessus est — tamen, cum divina ejus natura non immutaretur (*p*), neque erravit, neque vitium commisit ullum, sed omnis mendacii expers fuit, omnisque peccati (*q*). Etenim non merus homo, sed

(*a*) Lib. IV, ep. 61 : — Ἕλληνας δὲ ἐνταῦθά φησιν, οὐ τοὺς εἰδωλολάτρας, ἀλλὰ τοὺς εὐσεβεῖς, τοὺς ἐν τ. ἐμφ. πολιτ. νομ. — πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν βλέποντα παραφυλάσσοντας· οἷ ἦσαν Μελχισεδὲκ, Ἰὼβ, Κορνήλιος.

(*b*) Lib. III, ep. 107, p. 304, lit. A, lin. 10.

(*c*) Lib. IV, ep. 53 : Εὐδόκιμοι μὲν οἱ τῷ ἐμφύτῳ νόμῳ παιδαγωγηθέντες, καὶ τὸ δέον πεποιηκότες. Ἔχει γὰρ ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὲς καὶ ἀδέκαστον τὸ κριτήριον, ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν παραινέσεως μέρει καὶ συμβουλῆς εἰσήγαγε, λέγων· πάντα, ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν, κ. τ. λ.

(*d*) Lib. IV, ep. 146, lit. C, lin. 9. — οὐδὲν ἄπρακτον εἴασαν. Ὡς γὰρ μηκέτι ὄντες μετὰ θάνατον, πάντα δρᾷν τὰ αἰσχύνης καὶ θανάτων — quæ cod. Vat. 650. omittit — καὶ κολάσεως ἄξια ἐπεχείρουν, λέγοντες· αὕτη ἡ μερὶς ἡμῶν, καὶ ὁ κλῆρος οὗτος. Ἧκε τοίνυν ὁ Σωτὴρ, κ. τ. λ.

(*e*) Lib. IV, ep. 15 : Ἀπημφίασε μὲν ὁ κοινὸς ἁπάντων ἐχθρὸς, ἅτε δὴ τυραννίδα νοσῶν, τὸ ἀνθρώπινον γένος τῶν προσόντων αὐτῷ ἐμφύτων πλεονεκτημάτων, καὶ τὴν ἐναντίαν τῆς ἀρετῆς περιέστειλε πολιτείαν, τὴν τῶν ἀνθρώπων ῥώμην — cod. vat. 650. γνώμην — ὑπήκοον δεξάμενος, οὐ γὰρ ἂν τοσαύτην γνώμην — cod. Vat. 650. ῥώμην — εἶχε καθ' ἑαυτὸν, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς τῶν ἀπατηθέντων ῥᾳθυμίας κομιδῇ ἐπεῤῥώσθη. ἀλλ' — Ea, quam e codice Vat. notavimus, scriptura vulgatæ haud dubie præferenda est, eamque conjectura jam assecutus erat Rittershusius.

(*f*) Lib. III, ep. 329 : Ὅτι οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες μετὰ τοῦ στρατηγοῦντος αὐτοῖς διαβόλου, — ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν παθῶν τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλασαν· τότε sqq.

(*g*) Lib. IV. ep. 100 : — Πᾶς γὰρ ἰατρείας ἐξηλέγχθη τρόπος, καὶ οὔτε νόμος, οὔτε προφητικὸς λόγος τὸν ἐπιπολάσαντα λοιμὸν ἀπελάσαι ἴσχυεν, — cod. Vat. 650. ἴσχυσεν. — lib. IV, ep. 53., in qua fusius hanc suam sententiam exponit Isidorus in hunc modum : — ἐπειδὴ δ' ὤκλασεν ἡ φύσις, καὶ ἠμαύρωσε τοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτῆρας, ἐδόθη καὶ ὁ νόμος γραπτός. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς — cod. Vat. 650. οὗτος — παρεβάθη, ὁ τῶν προφητῶν χορὸς ἐνεχειρίσθη τὴν διόρθωσιν. Ὡς δὲ καὶ οὗτος ἀπεῖπεν, —

(*h*) Lib. IV, p. 100. — τότε δὴ λύτρον τὸν Μονογενῆ ἐπεισήγαγεν, ἵν' ἔχῃ λόγον ἡ χάρις, quæ ad verbum fere recurrunt in ep. 73 ejusdem libri, ubi lin. 9 lit. B hæc exstant : — ἀντεισήγαγε γὰρ λύτρον τὸν Μονογενῆ ἵνα ἔχῃ λόγον ἡ χάρις.

(*i*) Lib. IV, ep. 64., quæ sic incipit : Τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐνανθρωπῆσαι καταξιώσαντος, καὶ τὰ πάθη
C τὰ ἀνθρώπινα, κυμαίνοντα πρώην, καταστορέσαντος, —

(*j*) Lib. II, ep, 46, p. 141, lit. A. lin. 6 : — ἀλλὰ ἀνάγκη τὸν ἐθέλοντα κινῆσαι καὶ ἀφανίσαι τὰ φαῦλα, τὰ μήπω νενομισμένα ἀντὶ τῶν πρότερον ἐπὶ ζημίᾳ κεκρατηκότων καταστῆσαι.

(*k*) Lib. IV, ep. 64 : (Χριστοῦ) — τὰς πονηρὰς φάλαγγας ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν οἰκείων φοιτητῶν παρασκευάσαντος· — lib. IV, ep. 108, p. 471. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τὴν διὰ σταυροῦ πρὸς τοὺς δαίμονας κατεδέξατο μάχην. — lib. III, ep. 329. — lib. IV, ep. 166, p. 508, lit. A, lin. 8.

(*l*) Lib. IV. ep. 100. — ἱερεῖον γὰρ προσηνέχθη ἓν ὑπὲρ πάντων, καὶ ὑπὲρ τὴν ἁπάντων ἀξίαν. Καὶ τότε ἡ ὀργὴ ἐλύθη καὶ ἡ καταλλαγὴ γέγονε, καὶ ἡ ἔχθρα εἰς φιλίαν μετεῤῥυθμίσθη, καὶ ἀντὶ τῆς ἀποφάσεως, τὸ ὑπερφυὲς τῆς υἱοθεσίας ἐδόθη χάρισμα, καὶ μυρία δῶρα ἐχόρευσε — Cod. Vat. 650. ἐχορήγησε.

D (*m*) Lib. I, ep. 121 : (Χριστὸς) — τὴν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ πληρῶσαι θέλων ὑπόσχεσιν, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐπιλαβόμενος, καὶ μητέρα ἐκεῖθεν ἐπιλεξάμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθείς.

(*n*) Lib. I, ep. 23. — τὴν δὲ (μήτραν) τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κυήσασαν, αὐτὸς συλληφθεὶς ἀσπόρως προερχόμενος ἤνοιξε, καὶ πάλιν ἐσφραγισμένην κατέλιπεν.

(*o*) Lib. I, ep. 23 : Χριστὸς ἀληθῶς — cod. Vat. 649 et Alt. ἀληθὴς — μὲν γενόμενος ἄνθρωπος. — lib. I, ep. 121. — καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα. — Cf. porro lib. I, ep. 75, lib. ejusd. ep. 102. aliaque innumerabilia Isidori dicta.

(*p*) Lib. I, ep. 416, p. 107, lit. A, lin. 2 : Πέτρα δὲ ὁ Χριστός ἐστιν, ἄτρεπτος μείνας, ὅτε σεσάρκωτο.

(*q*) Lib. I, ep. 121 : — καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα, πλὴν ἁμαρτίας·

unus exstitit in duabus naturis Dei Filius (*a*). A

Quem modo descripsimus Jesum Christum, is dum in terra versatur, herilem formam habitu occultans servili (*b*), mortales quid verum esset, justum atque honestum edocuit, atque, ut auxilium infelicibus, mœstis solatium et incredulis afferret terrorem, diversi generis miracula edidit (*c*); apostolis eos, qui cœtui Christianorum ascribi voluerunt, baptizandi mandavit officium, sacramque cœnam instituit. Tandem opere suo, quod ei a Patre demandatum erat, peracto, se interfectum iri bene intelligens (*d*), ultro hostibus sese dedit (*e*), crucique affixus, si humana ejus spectatur natura, mortem occubuit (*f*); neque tamen omnibus, quibus Judæi eum afficiebant, malis et injuriis, quæque eo graviores fuere, quo major condemnati dignitas fuit (*g*), commo- B tus est (*h*). Detractus vero ab amicis ex cruce atque sepultus, tertio, uti prophetæ prædixerant, die (*i*), clauso sepulcro (*j*), resurrexit; discipulis sæpius apparuit, rediitque, postquam illis Paracletum promiserat, unde venit. — De quibus omnibus singulatim dicendum est; itaque primum de doctrinæ Jesu Christi in animos mortalium efficacia; dein de baptismo et sacra cœna, denique de morte illius expiatoria agemus.

Doctrina, quam Jesus Christus mortalibus tradidit, quamque apostoli docendo et scribendo cum multis communicarunt, scala est, qua ad Deum ascenditur (*k*). Etenim si illam sequimur, animi nostri solertia et alacritas acuitur et augetur (*l*), simul periclitantibus nobis lætam spem, prospere agentibus fiduciam, iisque, qui in malis versantur, affert solatium (*m*). Quare qui vitia commiserunt, nil melius agere possunt, quam sacram Scripturam noctes atque dies versare (*n*). Est enim illa spirituale speculum (*o*), quod deformitatem nobis non modo ostendit, verum etiam efficit, ut hæc, si modo ipsi volumus, in summam commutetur pulchritudinem. Peccatis igitur cujuscunque generis affert remedia (*p*), cum ejus auxilio et morbi vis, et ratio, qua ille sanari possit, cognoscatur (*q*). Huc accedit, quod doctrinæ, quæ Bibliis continetur, hæc peculiaris et propria vis est, ut totum animum ita occupet, ut terrenarum rerum prorsus obliti, ingentem divini numinis sapientiam et benignitatem admirantes (*r*), malisque moribus et ignorantia depositis, fiamus et probi et sapientes (*s*).

Uti vero doctrina sua Christus nos ad æternam consequendam salutem reddidit idoneos, ita et baptismo, qui apte cum Judæorum circumcisione con-

quibuscum conferas lib. I, ep. 416. Χριστὸς — ἄτρεπτος μείνας, ὅτε σεσάρκωτο· ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

(*a*) Lib. I, ep. 23: — ἀληθῶς μὲν γενόμενος ἄνθρωπος, ἀληθῶς δὲ ὢν καὶ Θεὸς — cod. Bav. Θεὸς ὢν — καὶ προσκυνούμενος εἷς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν φύσεων. — Codd. Bav. Vat. 649. et Alt. ἐν ἀμφοτέραις ταῖς φύσεσιν. C

(*b*) Lib. III, ep. 130, lit. E, lin. 1: τὴν Δεσποτικὴν μορφὴν κρύψας, τὴν τοῦ δούλου ἐπεδείκνυτο.

(*c*) Lib. I, ep. 54.— lib. I, ep. 51: — Ἐπειδὴ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς θαύμασιν οὐδὲν αὐτὸν — cod. Bav. οὐδένα τόπον— παρασχόντα τινὶ λυπηρὸν—cod. Bav. λυπηρῷ — ἑωράκεισαν, μόνον εὐεργετεῖν αὐτὸν ὑπελάμβανον δύνασθαι, οὐκ ἔχοντα — codd. Bav. Vat. 649. et Alt. addunt τοῦ — κακοῦν τοὺς πονηροὺς ἐξουσίαν. ἐκ τῆς ἀψύχου τοίνυν οὐσίας, πείθει τὸν ἀχάριστον δῆμον ὅτι καὶ ἀμύνασθαι δύναται, καὶ ὡς ἀγαθὸς οὐ βεβούλευται. — codd. Vat. 649. et Alt. βεβούληται. — ἐξηράνθη οὖν ξύλον, ἵνα φοβήσῃ ἀνθρώπους.

(*d*) Lib. I, ep. 117. ἠγνόησε, φάσκουσι, — codd. Vat. 649. et Alt. φάσκοντες — τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν ὁ Κύριος· οὐκ ἠγνόησεν, ἄπαγε, ἀλλὰ σαφηνίζειν τ. ἀν. κ. τ. λ.

(*e*) Lib. IV, ep. 97: ᾧ μὴ πάθος ἀβούλητον τὸ πάθος. — lib. IV, ep. 98, in qua lin. 3. τὴν ἑκούσιον ὁρμὴν τὴν εἰς τὸ πάθος commemorat Pelusiota. — lib. IV, ep. 128., quæ sic incipit: Πόθεν, ἔφης, δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἑκὼν ἐπὶ τὸν θάνατον ἦλθεν ὁ Χριστός; μάλιστα μὲν, κ. τ. λ.

(*f*) Lib. IV, ep. 166, p. 508, lit. C, lin. 2: — Εἰ δὲ τὸ πάθος σε ταράττει, τὸ κατὰ Θεοῦ μὲν τολμηθὲν, σαρκὸς δὲ ἀψάμενον, ἄκουε τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, λέγοντος· Χριστοῦ οὖν παθόντος σαρκί. Εἰ τοίνυν ὁ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν ἐγκεχειρισμένος, τὴν σάρκα κυρίως ἀπεφήνατο πεπονθέναι, τὴν παθῶν δεκτικήν· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον. — lib. IV, ep. 179, p. 515, lit. B, lin. 2: — Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πάντολμοι Ἰουδαῖοι ἐπιλυττήσαντες ἐδραματούργησαν τραγῳδίαν, κατὰ Θεοῦ μὲν τολμηθεῖσαν, σαρκὸς δὲ ἀψαμένην· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον κυρίως.

(*g*) Lib. IV. ep. 179, lin. 5. — εἰ δὲ καί τις τὰ ὅμοια πέπονθε (δεδόσθω γάρ), ἀλλὰ τὸ μὴ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀξίας ὁρμᾶσθαι τοὺς πεπονθότας, ἄνισα πάλιν δείκνυσι τὰ πάθη. Οὐ γάρ, sqq.

(*h*) Lib. II, ep. 166, in qua causam exponit Isidorus, cur Christus mulieres morti ejus illacrymantes objurgarit, in hunc modum: ὕβρις γὰρ ἐκείνῳ τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ τὸ πάθος — codd. Bav. addit hæc: ἀβούλητον τυγχάνει. Οἱ μὲν γὰρ ἄκοντες πάσχοντες εἰκότως — καταθρηνοῦνται· οἱ δ' ἑκ. — Cf. porro: lib. II, ep. 285, lib. IV, ep. 97, ep. 160.

(*i*) Lib. IV, ep. 125.

(*j*) Lib. I, ep. 404.

(*k*) Lib. I, ep. 360.

(*l*) Lib. II, ep. 106.

(*m*) Lib. II, ep. 299, p. 256: Αἱ ἱεραὶ Γραφαὶ — κινδυνεύουσι μὲν ἀγαθὴν ἐλπίδα ὑπισχνούμεναι, εὖ πράττουσι δὲ θάρσος ὀρέγουσαι· καὶ δυσπραγοῦσι μὲν παραμυθίαν προτεινόμεναι, —

(*n*) Conferantur quæ de Scripturæ sacræ lectione agentes attulimus Isidori dicta.

(*o*) Lib. II, ep. 135. p. 185, lit. A, lin. 10. — εἰ δὲ φαίης, Τί οὖν ποιητέον; φήσαιμι, ὅτι τὸ κάτοπτρον τὸ πνευματικὸν συνεχῶς μεταχειριστέον· φημὶ — codd. Vat. 649. et Alt. addunt δὴ — τὰς θείας Γραφάς — τοῦτο γὰρ τὸ κάτοπτρον, οὐ δείκνυσι τὴν ἀμορφίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετατίθησιν, ἂν ἐθέλωμεν, — desunt in cod. Bav. — εἰς κάλλος ἀμήχανον. D

(*p*) Lib. V, ep. 376. — οἱ μὲν ἱεροὶ χρησμοὶ πᾶσι τοῖς ἁμαρτήμασι τὰ ἰάματα σαφῆ προσάγουσιν.

(*q*) Lib. V, ep. 257. εἰ δὲ ἀπιστεῖς ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐντυχὼν, εἴσῃ καὶ τοῦ νοσήματος τὴν κακίαν, καὶ τῆς κακίας τὴν ἀπαλλαγήν.

(*r*) Lib. III, ep. 388. — εἴσω γὰρ τοῦ γράμματος παραπέμποντες τὸν νοῦν, τοσούτου πίμπλανται θαύματος, καὶ τοσαύτης πληροῦνται χάριτος, ὥστε — cod. Bav. ὡς — μηδὲν ἔτι χωρῆσαι τῶν ἐπιγείων πραγμάτων δύνασθαι, μηδὲ ἂν πάντα πρὸς αὐτοὺς συῤῥέῃ τὰ περιμάχητα, λήθης ὧν πρότερον ἐθαύμαζον ἐκνικησάσης.

(*s*) Lib. IV, ep. 160. — οὕτω καὶ ἡ θεία σοφία τὴν κακίαν καὶ τὴν ἄγνοιαν ἐξοστρακίζουσα, σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην ἐντίθησιν.

ferri (*a*) et janua (*b*) regni cœlestis dici potest, nos redemit (*c*), amplissimisque ornavit beneficiis. De his Isidorus in epistola ad Hermogenem episcopum data (*d*), causam cur infantes baptizentur, expositurus, fusius agit in hunc modum : «Sunt qui spurcitiem eam, quæ propter Adæ lapsum omnium commaculavit naturam, baptismo ablui contendant. Quod etsi non nego, tamen, cum hoc per se nimis leve esset, baptizatos præterea aliis permultis gaudere beneficiis, mihi habeo persuasissimum. Etenim baptismus non solum peccata delet, verum etiam efficit, ut arctiorem cum Deo inire possimus communionem.»

Quod vero attinet ad sacram cœnam ejusque in mortalium animos vim et efficaciam, nullam de hac re inveni Isidori sententiam, nisi quod e loco, quem occasione data alicubi jam attulimus, apparet, eum credidisse, panem et vinum operante Spiritu sancto revera in Jesu Christi carnem commutari et sanguinem.

Sed multa exstant in ejusdem litteris dicta, quibus Jesu Christi mortem nos summo reconciliasse Deo, declaratur ; in quibus igitur Isidorus illi vim tribuit, quam vulgo dicunt expiatoriam. Itaque Christum pro hominibus mortuum (*e*), eumque crucifixum peccato et morti potestatem ademisse (*f*) multis locis docet ; sicut illum et hostiam appellat dignitate et pretio omnibus aliis præstantiorem (*g*).

Qui hæc, quæ modo a nobis exposita sunt dogmata credit, is sempiterna fruetur beatitudine, si cum fide bonas conjungit actiones. Fides enim sola nemini salutem affert (*h*) ; imo ne fieri quidem potest sine virtute manifesta (*i*). Quare utrumque, virtutem inquam et sanam pietatis doctrinam, inter se conjungendum est (*j*). Quod qui agit, ei demum Dei subvenit gratia, quæ virtutem sequitur (*k*), iisque tantum, qui animum ad hæc præpararunt, tribuitur (*l*). Quare suscipientibus nobis cum libidine et mala, quæ carni imperat, consuetudine bellum omnia agenda sunt et movenda (*m*), ita tamen, ut nobismetipsis non nimium confidamus, sed victoriam divino permittamus subsidio (*n*).

§ 4. *Isidori sententia de rebus futuris.*

Si cœlum libri instar convolvitur, si cadunt astra, et Orion omnisque terra igne consumitur (*o*), redibit ad exercendum judicium Jesus Christus (*p*). Is uniuscujusque facinora et cogitata mala bonaque æstimans, impios et improbos pœnis, virtute vero præditos magnis amplisque afficiet præmiis (*q*), quæ cum terrenis ne comparanda quidem sunt (*r*). Sed

(*a*) Lib. I, ep. 125. — ἀντὶ βαπτίσματος γὰρ τῇ περιτομῇ Ἰουδαῖοι ἐκέχρηντο.

(*b*) Lib. III, ep. 37.

(*c*) Lib. II, ep. 61. — δίκην γὰρ ὀφείλοντας διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδικαίωσε, καὶ οὐρανίοις χαρίσμασιν ἐκόσμησεν.

(*d*) Lib. III, ep. 195. — τινὲς μὲν οὐ σμικρολογοῦντές φασιν, ὅτι τὸν διὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ διαδοθέντα τῇ φύσει ῥύπον ἀποπλύνονται· ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μὲν γένεσθαι — cod. Vat. 650. γίνεσθαι — πιστεύω, οὐ μὴν μόνον (οὐδὲν — cod. Bav. οὐδὲ — γὰρ ἂν τοσοῦτον ἦν), ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ μακρῷ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνοντα φύσιν δεδόσθαι χαρίσματα. Οὐ γὰρ ὅσον ἔχρῃζεν ἡ φύσις εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν ἔλαβε μόνον, ἀλλὰ καὶ θείοις ἐκοσμήθη δώροις. Καὶ γὰρ οὐ μόνον κολάσεως ἀπηλλάγη, καὶ πονηρίαν ἀπημφιάσατο πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ ἀνεγεννήθη ἄνωθεν, παλιγγενεσίας θείας, καὶ λόγον ὑπερβαινούσης — καὶ ἀπελυτρώθη, καὶ ἡγιάσθη, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἠνέχθη — cod. Bav. ἀνηνέχθη — κ. τ. λ.

(*e*) Lib. II, ep. 117; ep. 127; lib. IV, ep. 166; lib. V, ep. 147, aliisque locis innumerabilibus.

(*f*) Lib. II, ep. 192, — καὶ ὁ σταυρωθεὶς κατάρας ἐξήρπασε, μᾶλλον δὲ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν θάνατον ἐσταύρωσε. Cf. lib. IV, ep. 73.

(*g*) Lib. IV, ep. 100, — ἱερεῖον γὰρ προσηνέχθη ἓν ὑπὲρ πάντων, καὶ ὑπὲρ τὴν ἁπάντων ἀξίαν.

(*h*) Lib. III, ep. 73. — μὴ γὰρ δὴ νόμιζε, ὅτι ἡ πίστις, εἴγε πίστιν χρὴ καλεῖν τὴν ὑπὸ τῶν ἔργων τῶν σῶν ἐλεγχομένην, σῶσαί σε δυνήσεται. — Cf. lib. III, ep. 158; lib. IV, ep. 65.

(*i*) Lib. V, ep. 162, p. 602, lit. A, lin. 8. — πῶς δὲ ἡ πίστις φανεῖται, μὴ ἔχουσα ἀρετὴν δι᾿ ἧς ἐνεργήσει; Καθάπερ γὰρ μουσικὸς ἄριστος λύραν μὴ ἔχων, οὐδὲ τὴν ἐπιστήμην ἐπιδείξεται· οὕτω καὶ ἡ εὐσέβεια μὴ δι᾿ ἔργων καθάπερ ὀργάνων δεικνυμένη, νεκρὰ καὶ ἀνενέργητος εἶναι δοκεῖ, οὐ τοῖς, κ. τ. λ.

(*j*) Lib. IV, ep. 20. — εἰ τοίνυν ἡ ἀρετὴ τὴν εὐσέβειαν ἐγγυᾶται, σπουδαστέον αὐτὴν ἔχειν, δι᾿ ἣν ἡ εὐσέβεια ἀξιόχρεως ἀποφανθήσεται. — ἀρετῆς τοίνυν καὶ εὐσεβείας ἀνθεκτέον· ὡς ἡ μὲν θεμέλιός ἐστιν, ἡ δὲ στεφάνη καὶ ἐγκαλλώπισμα.

(*k*) Lib. II, ep. 1, ad quam Rittershusius hæc notavit : Quod ad gratiam divinam oporteat accedere industriam humanam, perpetua est vox Scripturæ sacræ, cum qua Isidorus hic et ep. 61, ep. 242, ep. 266, hujus libri, et ep. 13, ep. 51, lib. IV, consentit. Nec aliter alii veteris Ecclesiæ doctores. — Deinde affert Leonis magni aliorumque, quæ huc spectant, dicta. Sed ex Isidori epistolis conferantur porro : lib. III, ep. 271, ep. 406, lib. IV, ep. 165.

(*l*) Lib. II, ep. 70: Οἶμαι μὴ ἁπλῶς τὰ χαρίσματα δίδοσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν προπαρασκευὴν τῆς διανοίας τῶν δεχομένων.

(*m*) Lib. II, ep. 72, s. f. — μαθὼν τοίνυν ὅτι τῆς ἄνωθεν προηγουμένης ῥοπῆς, ὁ βουλόμενος καὶ πονῶν καὶ πάντα κινῶν (οὐ γὰρ ἀρκεῖ ψιλὸν τὸ θέλειν), καὶ μανθάνει, καὶ καρποφορεῖ, καὶ σώζεται. — Cf. lib. II, ep. 266. Ὅταν εὐβουλίας προκαθηγουμένης πᾶσα ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις ὑπουργήσῃ εἰς τὴν ἀρετὴν, πᾶσαν ἐκποδὼν ποιησαμένη σκῆψιν καὶ μέλλησιν· τότε δὴ τότε ὁ Θεὸς εἰς τέλος ταύτην — cod. Bav. αὐτὴν — ἄγει. Cf. lib. III, ep. 22.

(*n*) Lib. II, ep. 242. Ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἱερὸν χρὴ χωρῆσαι πόλεμον, οὐχ ἑαυτοῖς θαῤῥοῦντας, ἀλλὰ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ ἐπιτρέποντας τὸ νικᾷν. Εἰ γὰρ καὶ — deest in cod. Bav. — οὕτως ὁρμήσομεν, πᾶσαν μὲν παρασκευὴν καὶ παράταξιν, καὶ πόνους καὶ ἀγρυπνίας κινοῦντες· τῇ δ᾿ ἄνωθεν ῥοπῇ θαῤῥοῦντες, ῥᾳδίως περιεσόμεθα, — Cf. lib. IV, ep. 51.

(*o*) Lib. I, ep. 188.

(*p*) Lib. I, ep. 51.

(*q*) Lib. I, ep. 222; lib. II, ep. 24. — δῆλον μὲν γὰρ ὅτι τῶν μὲν ἀγώνων καὶ τῶν ἄθλων στάδιόν ἐστι ὁ παρὼν βίος· τῶν δὲ στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων, ὁ μέλλων. lib. III, ep. 60. — τὰ μὲν γὰρ τῇδε, ἀγώνων ἐστὶ καὶ στεφάνων ὑπόθεσις· τὰ δὲ ἐκεῖ γερῶν καὶ τιμῶν. Μὴ τοίνυν τὴν εὐκαιρίαν τῶν πραγμάτων προδῶμεν, ἵνα μὴ ἐκεῖ ἀνόνητα μεταμεληθῶμεν.

(*r*) Lib. V, ep. 72. — ὅτι εἰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀφ᾿ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι μακαριότητα τῷ λόγῳ τις συλλάβοι, καὶ εἰς ἓν ἀθροίσειεν, οὐδὲ μυριοστῷ μέρει τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν εὑρήσει παραπλησίαν· ἀλλὰ

quoniam justum judicem omnia decet circumspicere, Christus quoque utrum nos jam in hac terra viventes præmiis affecti simus, an pœnis, diligenter perpendet. Qui enim levius committentes peccatum adversi quid in hac vita perpessi sunt, in illa non punientur; qui vero vitiis sese contaminarunt, ii, si in hac terra degentes miseriam ærumnasque experti sunt, lenius; sin minus, plectentur vehementius (a). Quod vero de pœnis contendit Isidorus, id eumdem de præmiis docuisse ex alia ad Eutonium diaconum epistola satis superque apparet (b). — At Jesus Christus judex est non solum justus, verum et clemens. Quare virtute et pietate insignes præmiis exornabit eorum dignitatem longe excedentibus (c).

Venient autem anima et corpus, quippe quæ in hac terra conjuncta fuerunt, simul in judicium (d), et de utroque, uti fas est, feretur sententia. Nam si sola anima præclaras edidit officii actiones, sola laude præmiisque afficietur; si vero corpus animæ fuit auxilio, etiam hoc recipiet remunerationem (e). Resurgent enim illo die, omni labe, corruptione vitiisque depositis, omnium mortalium corpora, cœlesti materia concreta (f). Credendum est enim Deum, qui ex nihilo procreaverit mundum, eumdem corpora renovare posse (g).

CAPUT II.

ISIDORUS APOLOGETA.

§ I. *Isidori contra ethnicos disputandi ratio*

Quod libri ab Isidoro de vaticinandi arte et fato contra ethnicos conscripti non ad nostram usque pervenerunt ætatem, ne nobis quidem in Pelusiotæ contra ethnicos disputandi rationem accurate inquirentibus, aliqua dignum videtur esse querimonia. Etenim inter ejusdem epistolas reperiuntur satis multæ, in quibus ille suam de Græcorum mythologia, de placitis philosophorum et de religionis Christianæ obtrectatoribus declarat sententiam. Quam paucis explicasse operæ pretium erit.

Impiis autem et obscenis, quibus poetarum libri referti sunt, de diis narrationibus utitur Pelusiota ad demonstrandum, ethnicorum deos cultu omnino esse indignos. Itaque Theodosio quærenti ex eo, cujusnam sceleris Mars convictus supplicio affectus sit, rescribit (h) se, etsi talia exponere puderet, tamen traditurum esse, cum ejusmodi narratione ethnici optime possent refutari. Nam, ita enim pergit, si deos, quos colunt, neque pudicos, nec justos esse intelligent, eos nec cultu dignos haberi debere concedant necesse est. Quibus præfatis stuprum, quod Mars Agraulæ Cecropis intulit filiæ, atque Halirrothii mortem accurate narrat. — Eodem consilio in epistola ad Nilammonem scholasticum data (i), Apollinem, quippe qui castam non subigere potuerit artibus suis virginem, irridens, Quomodo, quæso, inquit, Apollo, quem vatem optimum esse affirmatis, cuique etiam solis, omnia videntis, nomen affingitis, puellam illam pudicitiæ compotem esse ignoravit? — Sed non solum illorum de diis fabulas narrando, verum etiam comparatione inter illas et Christianorum religionem

πλέον τοῦ ἐν ἐκείνοις σμικροτάτου τὰ τῇδε κατὰ τὴν ἀξίαν λειπόμενα, κ. τ. λ.

(a) Lib. v, ep. 221. Ἴσθι, ὦ ἀγαθὲ, ὅτι εἰ οἰστὰ καὶ φορητὰ καὶ εὐΐατα πταίσοιμεν καὶ πάθοιμέν τι ἐνταῦθα δεινὸν, ἀποτριβόμεθα τὰ πταίσματα· εἰ δὲ ἀπάνθρωπα καὶ δεινὰ, κἀκεῖσε τιμωρηθησόμεθα, κουφότερον μὲν, εἰ κἀνταῦθά τι πάθοιμεν, βαρύτερον δὲ, εἰ ἀπαθεῖς ἀπέλθοιμεν· ἀλλ' ἵνα, κ. τ. λ.

(b) Lib. v, ep. 222. Ὅπερ πρώην περὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἔφην, τοῦτο νῦν περὶ τῶν κατορθωμάτων ἐρῶ· ὅτι μικρὰ καὶ εὐτελῆ κατορθώσας, εἰ ἀπολαύσει τινὸς χρηστοῦ ἐνταῦθα, ἀφέξει τὸν μισθόν· εἰ δὲ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἀξιοθαύμαστα, κἀκεῖσε ἀπολείψεται, μετρίως μὲν, εἰ κἀνταῦθα ἀπείληφε· τὸ γὰρ ἐνταῦθα λαβεῖν ὑποτέμνεται μισθοῦ μέρος οὐ μικρόν· ὑπερβαλλόντως δὲ, εἰ μὴ ἀπείληφεν.

(c) Lib. iv, ep. 136. Τὰ ἔπαθλα μείζονα ὄντα πάσης ἀνθρωπίνης ἀξίας, καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, τὴν τοῖς πόνοις χρεωστουμένην ἀμοιβὴν ὑπερβαίνοντα.

(d) Lib. i, ep. 222. Τὸ κρίνεσθαι ζῶντας καὶ νεκροὺς, τουτέστι, τὸ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς κρίσιν ἐλεύσεσθαι, καὶ οὔτε ἓν θατέρου κεχωρισμένον, ἀλλ' ὥσπερ κοινὴν τὴν ἐνταῦθα συνάφειαν ἐποιήσαντο, — cod. Bav. ἐνταῦθα κοινὴν τὴν συν. ἐπ. — οὕτω καὶ τὴν ἐκεῖθεν δίκην ἡνωμένως ὑφέξουσιν.

(e) Lib. iv, ep. 201. Εἰ μὲν μόνη κατώρθωσεν ἡ ψυχὴ, μόνη καὶ στεφανούσθω· εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα ἐμερίσατο τοὺς ἄθλους, μετ' αὐτοῦ καὶ στεφανούσθω. Δίκαιον γὰρ καὶ εὔλογον καὶ εἰκὸς καὶ πρεπωδέστατον τοῦτο τυγχάνει. lib. v, ep. 179. — ἡ δὲ (ἀνάστασις) τοῦ σώματος ἐκεῖσε τελεσθήσεται, πάντων μὲν ὁμοίως διὰ τὴν ἀθανασίαν, οὐ πάντων δὲ ὁμοίως διὰ τὴν εὔκλειαν. Ἡ γὰρ δόξα ἀναλόγως τοῖς ἐνταῦθα πεπραγμένοις ἑκάστῳ πρυτανευθήσεται, καθὼς τὰ ἀψευδῆ τῆς Γραφῆς περιέχει λόγια.

(f) Lib. ii, ep. 43, p. 140, lit. B lin. 9. οὕτω καὶ τὸ σῶμα ὁμιλῆσαν τῇ ἀθανασίᾳ καὶ τῇ ἀφθαρσίᾳ, ἀνάλωτον ἔσται καὶ ἄβατον πᾶσι τοῖς πάθεσιν, οἷς νυνὶ — cod. Bav. νῦν — εὐάλωτον καθέστηκεν. — lib. iii, ep. 77. Πνευματικὰ ἔσεσθαι τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει, ἔφησεν ὁ θεσπέσιος Παῦλος — cod. Bav. Πνευματικὰ ἔφησεν ὁ Παῦλος ἔσεσθαι τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει — διὰ δύο ταῦτα, διά τε τὸ κοῦφα, καὶ αἰθέρια, καὶ παντὸς κρείττονα πάθους καὶ βάρους, μέλλειν ἔσεσθαι, καὶ διὰ — εἰ δὲ περὶ τῶν σωμάτων τῶν ἁμαρτωλῶν ζητήσει τις, φήσομεν ὅτι ἡ κατὰ τὴν προτέραν ἐκδοχὴν κοῦφα ἔσται καὶ αἰθέρια, ἢ ὅτι ὑπὸ πυρὸς βασανισθήσεται μὲν, οὐκ ἀναλωθήσεται [δέ]· ἢ ὅτι κἂν ἐθελήσωσιν ἁμαρτεῖν, οὐ δυνήσονται.

(g) Lib. ii, ep. 43, cujus ultima verba hæc sunt: — ὁ γὰρ μὴ ὂν — cod. Bav. addit. τοῦτο — ποιήσας, πολλῷ μᾶλλον γεγενημένον ἀναστήσει. — Cf. lib. i, ep. 284.

(h) Lib. ii, ep. 92. Ἐπειδὴ καὶ ἐπί τισιν ἁλοὺς ὁ Ἄρης δίκην ἔδωκεν — sic notante Possino pro δέδωκεν scribendum est. Accedit cod. Bav. auctoritas — ἐθέλησας μαθεῖν, αἰσχύνομαι μὲν φράσαι, ὅμως δ' οὖν ἐρῶ. Ἔλεγχος γὰρ ἔσται Ἑλλήνων σαφὴς τὰ λεγόμενα. Ὅταν γὰρ οὓς φασι τῶν πάντων διανομεῖς εἶναι καὶ ταμίας, ὀφθεῖεν, μήτε σωφροσύνην, — cod. Bav. σωφροσύνης, — μήτε τὸ κρίνειν ἔχοντες — cod. Bav. μετέχοντας — ὀρθῶς, σχολῇ γ' ἂν εἶεν σεπτοὶ, κ. τ. λ.

(i) Lib. iv, ep. 194, lit. B, lin. 4. — πῶς ὃν φατε μαντικώτατον εἶναι, ᾧ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου ἐπιψεύδεσθε ὄνομα, — cod. Vat. 650, ὡς καὶ τὸ τ. ἡλ. ἐπιψεύδεσθαι ὄνομα, — ἠγνόησεν ὅτι σώφρων ἐστὶν ἡ κόρη, καὶ οὐκ ἂν ἁλοίη ἡδονῇ; Εἴτε γὰρ ἐκ τῆς μαντικῆς,

instituta ethnicorum deos risu dignos, eorumque cultum rationi non consentaneum esse conatur probare. Cum enim ex eo quæsierit Theologius scholasticus, num Græci deorum matrem colentes aliud quid docerent, quam Christiani, qui Mariam Dei Matrem crederent, in epistola ad hunc data magnum intercedere audacter affirmat inter utrumque dogma discrimen. Etenim, inquit, Græci deorum matrem colunt, quæ libidine inflammata concepit et peperit. At quam nos confitemur incarnati Dei Matrem, ea sic concepit, ut nec virile semen, nec labes ulla intercesserit (*a*). Quod Isidori de Græcorum mythologia judicium, etsi non omnino potest probari, tamen aliquam sane habet excusationem. Id vero, quod Christianum, poetas et historicos legentem, derisu dignum esse arbitratur ille (*b*), duri est parvique ingenii.

Neque Græcorum philosophiam, de qua altero loco agendum est, magni æstimat ille. Nam etsi complura Socratis, Pythagoræ et Platonis placita, ut deinceps vel uno exemplo ostendam, optima esse concedit, tamen omnes, qui ratiocinationibus et syllogismis, quid honestum sit et utile, sese inventuros arbitrentur, ψυχικοὺς esse declarat (*c*). Itaque studium quidem philosophiæ et librorum a philosophis conscriptorum cum sacræ Scripturæ lectione recte conjungi posse (*d*), tamen neminem magnam ex illo percepturum esse utilitatem fructumque (*e*), recte statui posse opinatur. Auctoritati enim philosophorum, ubi doctrinam in Bibliis propositam rejiciunt, non multum, de ejus sententia, tribuendum est (*f*).

Imprimis vero duo sunt Græcorum placita Isidori Pelusiotæ tempore multis accepta, quæ impia et perquam noxia æstimans ille omnibus refellere conatur viribus; nempe de fato et animæ mortalitate doctrinam. Exposita autem de his Isidori sententia, quænam ejus fuerit contra Græcorum philosophos disputandi ratio, abunde erit declaratum.

A Primum igitur, quibusnam argumentis contra eos, qui fatum credunt, usus sit, exponendum est. Isti vero philosophi, ut existimat, falsam de numine divino habent notionem; statuunt enim, inquit, aut Deum non esse; aut esse quidem, sed eum mundum non condidisse, aut, si condiderit, non gubernare; aut, si gubernet, vitiis oblectari; aut, si non delectetur, imperium aliis concessisse; aut, si non concesserit, invito ereptum fuisse; aut, si ei non ereptum sit, improbos ulcisci nolle; aut, si velit, non posse; aut, si possit, otium charius habere et antiquius; aut, si hoc charius non habeat, ab astrorum motu superari; aut, si non superetur, inertem ac desidem esse velle — aliaque multa æque ridicula et inepta. — Verum, ut pergit, cum
B de divino numine talia præcipiant, rejiciantque sanam et quæ rationi convenit de eo et providentia divina doctrinam, eos etiam omnes disciplinas et artes supervacaneas docere, atque omne inter virtutem et vitium tollere oportet discrimen. Etenim si fatum regnat, nec philosophiæ opera danda est, nec leges condendæ, nec judicandi munus suscipiendum, nec colenda medicina, neque amplectenda virtus, nec vitium fugiendum. — Quis autem eorum, qui mentis compotes sunt et prudentiæ, hoc ferat? quis tandem est, qui feminæ, quæ, cum clavos in manibus gerat, in globo stet, neque oculis suis uti possit, crudelitatem, cæcitatem præ se fert et inconstantiam, quis est, inquam, qui hujus fe-
C minæ arbitrio res suas permittat? Quod cum vir sanus facere profecto nolit, Christianorum de providentia dogma haud dubie suscipiendum est. — Istis vero quærentibus, sic enim pergit, qui fiat, ut nonnulli vitiis laborantes magnis opibus gaudeant, multique virtute excellentes gravissimis vexentur calamitatibus, respondeo multos, qui crimina commiserint, jam hac in terra pœnis, multosque virtute insignes præmiis affici, scelestos vero judicia in hac vita effugientes, in futura pœnam daturos,

εἴτε ἐκ τοῦ σοφὸς — cod. Vat. 650, μουσικὸς — εἶναι, καὶ δυνατώτατος τῶν ταῦτα, ὥς φατε, κατασκευαζόντων ἢ σημαινόντων, ἐχρῆν αὐτὸν εἰδέναι. Εἰ δὲ διὰ πάντων ἄγνοιαν δυστυχῶν ἐφωράθη· παύσασθε ὦ δεινότατοι, δι' ὧν φατε, ἑαυτοὺς ἐλέγχοντες.

(*a*) Lib. I, ep. 54. Τί περισσὸν ἢ ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας, ἔφης, θρησκείας δοξάζουσιν οἱ πολυπλανεῖς καὶ πολύθεοι Ἕλληνες, - - jam inserunt Vat. 649; et Bav. εἰ — μητέρα θεῶν ἀναγράφουσιν, ὁπότε καὶ ἡμεῖς Θεοῦ μητέρα πιστεύομεν. — Ἕλληνες μὲν τὴν τῶν θεῶν αὐτῶν καὶ ὑπάτων μητέρα, ἐξ ἀκολασίας — cod. Alt. et Vat. 649, ἀκολάστων — καὶ — quod Possini cod. aliquis omittit — ἀῤῥήτων παθῶν, καὶ συνειληφυῖαν καὶ τετοκυῖαν ἐγνώρισαν, — cod. Vat. 649. et Alt. ἀνέγνωσαν, — οὐδὲν ὅτι λαγνείας εἶδος ἢ ἀγνοήσασαν, ἢ ἄπρακτον καταλιποῦσαν, ἅτε τοιούτων μητέρα. ἣν δὲ ἡμεῖς — cod. Bav. μητέρα. Ἡμεῖς δὲ — τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ ἡμῶν γενομένην ὁμολογοῦμεν μητέρα, Μονογενῆ — pro quibus omnibus exstat in cod. Vat. 649, μητέρα. Τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μητέρα, Μονογενῆ — καὶ μονότροπον σύλληψιν δεξαμένην, πᾶσαι — cod. Bav. πάλαι — τῶν ἀνθρώπων αἱ γενεαὶ σὺν ἀληθείᾳ ἐπέγνωσαν, οὔτε σπορᾶς γενομένης, οὔτε φθορᾶς μεσιτευσάσης. — Cod. Bav. οὔτε φθορᾶς γενομένης, οὔτε σπορᾶς.

(*b*) Lib. I, ep. 63: Τίς σε οὐ κωμῳδήσει; τίς σε οὐκ ἐλεήσει, ἐν γαλήνῃ φιλοσοφίας τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν — Chat. τὸν τοῦ Κυρίου μαθητὴν — καθεζόμενον, καὶ θόρυβον καὶ βρασμὸν Ἑλληνικῶν συγγραφέων καὶ ποιητῶν ἐφελκόμενον; Τί γὰρ, εἰπέ
D μοι, παρ' ἐκείνοις τῶν καθ' ἡμᾶς προτιμότερον; τί δὲ οὐ ψεύδους γέμει καὶ γέλωτος, ὧν ἐκεῖνοι σπουδάζουσιν; Οὐχ αἱ θεότητες ἐκ παθῶν; οὐχ αἱ ἀνδρεῖαι ὑπὲρ παθῶν; οὐχ οἱ ἀγῶνες ὑπὲρ — cod. Alt. αἰῶνες διὰ — παθῶν; Cod. Bav. Οὐ καὶ θεότητες ἐκ παθῶν, οὐ καὶ ἀνδρεῖαι ὑπὲρ παθῶν, οὐ καὶ οἱ ἀγῶνες διὰ παθῶν. — Φεῦγε τοίνυν καὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς αἰσχρότητος. Δεινῶς γὰρ οἶδεν ἀναστομοῦν — cod. Alt. ἀναστομεῖν — τοὺς τῶν τραυμάτων συνουλώσαντας μώλωπας· μήποτε ὑποστρέψῃ τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας σφοδρότερον, καὶ χείρονά σοι τὴν ἧτταν τῆς προτέρας ἀγνοίας ἢ ῥᾳθυμίας ἐργάσηται.

(*c*) Lib. IV, ep. 127.

(*d*) Lib. II, ep. 3: — Ὅσον μὲν οὖν χρήσιμον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν ἐκ τῆς ἔξωθεν παιδεύσεως, ὥσπερ ἡ μέλιττα δρεψάμενος· πολλὰ γὰρ, εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, ἀρετῆς ἕνεκεν πεφιλοσοφήκασι, κ. τ. λ.

(*e*) Lib. IV, ep. 140.

(*f*) Lib. III, ep. 37.

sed justos injurias æquo animo perferentes meritas recepturos esse coronas. Huc accedit, quod, quid cuique veram afferat utilitatem, dijudicatu est difficillimum. Paupertas enim, mors aliaque, quæ vulgo mala habentur, philosophis, qui magnam apud omnes adepti sunt auctoritatem, aliisque viris virtute præclaris utilia visa sunt et exoptanda. Itaque Socrates mori quam fugere satius habuit; Diogenes Persarum rege ditior sibi visus est et felicior; Antisthenes, Phocio, aliique contempserunt divitias. Quare virum pium, quippe qui hac in terra misere vivat, revera esse infelicem (*a*), affirmari nequit. Quæ cum ita sint, desistant homines isti contra Providentiam dicere, sua cuique bona æque tribuentem.

Quæ hactenus exposuimus Isidori contra eos, qui fatum credunt, argumenta deprompta sunt omnia ex epistola ad Harpocram scripta (*b*). Sed in alia ad Paulum data (*c*) fatum non esse his verbis demonstrare conatur : « Si omnia fatali quadam, ut ais, necessitate fiunt ac dicuntur, exponas velim, qui fiat, ut ipsa seipsam per nos evertat. Nam si ipsa omnia efficit, eadem est, quæ per nos fatum haud esse prædicat. Quin igitur ipsi, quam esse dicitis, se minime esse dicenti, fidem adhibetis ? »

Quibus expositis ad alteram, quam Isidorus refellere conatur de animæ mortalitate doctrinam transire liceret, nisi occasione data, quid ille de providentia divina et libero hominum arbitrio statuerit, ante exponere luberet; præsertim cum gravissimum hoc dogma, in quo, ut equidem arbitror, omnis virtutis fons et fundamentum cernitur, A primo hujus partis capite non tetigerimus.

Pauca autem et minus gravia sunt, quæ de Providentia tradidit Pelusiota. Docet enim Deum solum, quid unicuique utile sit, providere posse (*d*); idque nobis pro insigni, qua abundaret, benignitate et justitia tribuere (*e*), neminem vero incepta, nisi divina nobis auxilium mitteret providentia, exsequi ullo modo posse; illud autem omnibus ad rem, quam expeterent, assequendam nihil prætermittentibus præsto esse (*f*).

Sed multa reperiuntur in Isidori epistolis dicta, quibus unumquemque libero gaudere arbitrio ingenue declarat. Itaque ἡ φύσις, inquit, ἀνάγκῃ καὶ ὅροις δέδεται, ἡ δὲ προαίρεσις ἐλευθερίᾳ καὶ ἐξουσίᾳ τετίμηται (*g*). Quod et Paulus apostolus de ejus sen-B tentia bene sentiens hominem cum luto non propterea comparavit, ut voluntatis humanæ libertatem negaret, sed ut justum quemque divini Numinis voluntati omnibus in rebus obedire debere ostenderet (*h*). Quod si quis repudiare audet, eum Deus, ut ipsi pareat, non cogit, quippe qui liberam hominis voluntatem tollere non velit. Quare non mirandum est, quin Jesus Christus, cui summa sine dubio et incredibilis fuit persuadendi vis, Judam minime adduxerit, ut virtutem rem bonam esse et expetendam existimaret. Etenim ille libero gaudebat arbitrio (*i*). Eamdemque ob causam Isidorus multis in epistolis de amicorum queritur duritie, qui ipsum reprehenderent, quod Zosimo, Maroni, C Martiniano aliisque viris, qui vitiis præcipites abierant, persuadere non potuerit', ut ad sanam frugem redirent (*j*).

(*a*) Cf. lib. v, ep. 362, ep. 363.

(*b*) Lib. III, ep. 154. — Conferatur porro ejusdem libri epistola 191, in qua Isidorus duo, quæ primo loco posuimus, argumenta repetit in hunc modum : — Εἰ γὰρ Θεός, οὐ γένεσις· εἰ δὲ γένεσις, οὔ φημι τὸ ἐναντίον — εἰ γένεσις, οὐ νόμος. Εἰ δὲ νόμος, οὐ γένεσις. Εἰ γένεσις, οὐ παραίνεσις· εἰ δὲ παραίνεσις, οὐ γένεσις. Εἰ γένεσις, οὐ κρίσις· εἰ δὲ κρίσις, οὐ γένεσις. Εἰ γένεσις, οὐ μελέται· εἰ δὲ μελέται, οὐ γένεσις. Εἰ γένεσις, οὐ φιλοσοφία· εἰ δὲ φιλοσοφία, οὐ γένεσις. Εἰ γένεσις, οὐκ ἰατρική· εἰ δὲ ἰατρική, οὐ γένεσις. Εἰ γένεσις, οὐ γεωργία· εἰ δὲ γεωργία, οὐ γένεσις. Καὶ πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, νυνὶ παραλείψω. Αὖθις δὲ συλλογίσομαι. Εἰ μὲν οὖν ἑνὸς ἦν τοῦ — deest in cod. Bav. — πράγματος πρὸς ἓν — deest in cod. Bav. — ὁ — cod. Bav. ὃ — ἀγὼν, ἴσως ἀμφισβητήσιμος ἂν ἦν ὁ στέφανος. Εἰ δ' ἑνὸς πρὸς πολλὰ καὶ D ποικίλα ἡ μάχη, ἀναμφισβήτητος, ὡς οἶμαι, ἡ νίκη. — quod e codd. Vat. 649, et Alt. et Bav. addendum est. — κἂν γὰρ ἓν δόξῃ νενικηκέναι, — cod. Bav. δόξῃ ἓν νενικηκέναι, — ὑπὸ τῶν ἄλλων ἡττηθήσεται.

(*c*) Lib. III, ep. 135. Verba Græca sunt : Εἰ πάντα, ὡς φῄς, ὦ σοφὲ, καθ' εἱμαρμένην γίνεταί τε καὶ λέγεται, εἰπὲ πῶς νῦν δι' ἡμῶν ἑαυτὴν ἀνατρέπει. Εἰ γὰρ αὐτὴ πάντα ποιεῖ, αὕτη ἂν εἴη — jam e cod. Bav. addendum esse censeo ἡ — νῦν δι' ἡμῶν κηρύττουσα μὴ εἶναι γένεσιν. Πῶς οὖν αὕτη, ἣν φατε εἶναι, φάσκουσα μὴ εἶναι, οὐ πιστεύεται παρ' ὑμῶν; — Cf. lib. v, ep. 117.

(*d*) Lib. v, ep. 66 : — Ἐπεὶ οὖν τὸ τὰ συμφέροντα εἰδέναι τε καὶ διδόναι, τῇ θείᾳ ἀνήκει προνοίᾳ, ταῦτα παρ' αὐτῆς αἰτῶμεν, καὶ διδόμενα στέργωμεν, εἰ καὶ ἐναντία δοκοίη εἶναι.

(*e*) Lib. III, ep. 154, p. 318, lit. C, lin. 6. — τῆς Προνοίας — τῆς τὸ συμφέρον ἐπισταμένης, καὶ ἑκάστῳ ἢ συγχωρούσης, ἢ ἀπονεμούσης.

(*f*) Liv. IV, ep. 171.

(*g*) Lib. v, ep. 461.

(*h*) Lib. II, ep. 175 : — Τί θαυμάζεις εἰ τὴν τοῦ πηλοῦ εἰκόνα ἔλαβεν ὁ Παῦλος, οὐχ ἵνα τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, — cod. Bav. λυμήνοιτο, — ὃ πανταχοῦ στεφανοῖ, ἀλλ' ἵνα μὴ μόνον τὴν σφοδρὰν πειθὼ καὶ ὑπακοὴν δείξῃ, ἣν δίκαιος ἂν εἴη ἔχειν ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὸ Θεῖον, ἀλλὰ καὶ τὴν λύτταν ἰάσηται τῶν ἐπισκῆψαι τολμώντων τῇ ἀκηράτῳ καὶ παντὸς ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ ἐπιστήμῃ.

(*i*) Lib. II, ep. 129 : Ἔοικας θαυμάζειν, πῶς τὸν προδότην οὐκ ἔπεισεν ὁ Χριστὸς, καλὸν ἡγεῖσθαι τὴν ἀρετὴν, καίτοι πολλάκις περὶ ἀρετῆς, μᾶλλον δὲ οὐκ D ἔστιν ὅτε οὐχ ὑπὲρ ταύτης ἐν συνουσίαις ἀκούσαντα. Ἐγὼ δὲ θαυμάζω, πῶς τὸν ὅρον τῆς αὐτεξουσιότητος ἐπιστάμενος, περὶ τούτου ἐθαύμασας. Οὐ γὰρ βίᾳ καὶ τυραννίδι, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ προσηνείᾳ ἡ τῶν ἀνθρώπων σωτηρία κατασκευάζεται. Διὸ καὶ τὸ κῦρος ἔχει ἕκαστος τῆς οἰκείας σωτηρίας. Ἵνα καὶ οἱ στεφαν. — cf. lib. v, ep. 20. — Τοῦ γὰρ πεισθῆναι καὶ μὴ, αὐτὸς κύριος καθέστηκεν. Εἰδὲ ἀπιστεῖς, ἑνὶ παραδείγματι χρησάμενος, ᾧ ἕτερον οὐδὲν παραβληθῆναι δυνήσεται, πεῖσαι δυνήσομαι. Τί γὰρ τοῦ λόγου ἐλλογιμώτερον; ἢ τί τῆς σοφίας σοφώτερον τῆς τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα φησάσης — cod. Vat. 650, et Alt. φρασάσης — καὶ προσηνῆ καὶ δραστήρια, ὥστε ἀναστεῖλαι τοῦ Ἰούδα τὴν φιλοχρηματίαν, καὶ μὴ ἀνυσάσης; οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ τὸν ἀκούοντα κύριον εἶναι τῆς οἰκείας γνώμης, διὰ τὸν τῆς αὐτεξουσιότητος ὅρον, δι' ὃν καὶ ὁ τῆς κρίσεως ἀξιόχρεώς ἐστι λόγος.

(*j*) Lib. IV, ep. 205, p. 330, lit. E lin. 6 : Οὐ παρὰ

Contra eos vero, qui animam mortalem esse contenderunt, Græcorum philosophos, veluti Galenum, disputat in epistola ad Proeschium (*a*) medicum data; in qua postquam Pythagoræ, Platonis aliorumque de hoc dogmate sententiam ipsi probatam attulit, illum dehortatur, ne cum sapientissimis certamen ineat philosophis. Quod si suscipiat, eum cum athleta, qui artis musicæ imperitus judicium de ea sibi arroget, comparandum esse censet. Nam ille animam variæ, e qua humanum corpus conflatum sit, materiæ harmoniam esse, et uti lyræ harmonia fracto instrumento cessaret, sic eam una cum illo interituram docens, sibi, ut Isidorus arbitratur, ipse repugnat. Lyra enim, inquit Pelusiota, et fides concinnatæ et aptatæ concentum quidem pariunt; sed ad tempus aliquod dissolutæ instrumentum quidem non fractum, exstincta vero est harmonia. — Quid autem, sic enim pergit, optimus ille Galenus dicturus est de judicio futuro? quid de præmiis, quæ homines pii justique in hac terra summopere vexati optumo jure exspectant? quid tandem de impiorum scelestorumque pœnis? — Deinde allatis Homeri et Euripidis contra Galeni sententiam effatis, eum omne, quod inter vitium et virtutem intercedat, discrimen tollere declarat; cum eum necesse sit omnia hominum dicta factaque non ipsis, sed vario materiæ, qua quisque conflatus sit, temperamento ascribere. — Denique Galeni sententiæ repugnant, quæ quotidie fiunt morum mutationes. Multi nempe adolescentes libidinosi in ipso ætatis vigore ad continentiam redierunt; neque tamen materia, e qua corpus illorum concretum fuit, immutata est; multique virtutem relinquentes, non propterea, quia eorum corpus mutationes perpessum est, vitiis sese contaminarunt. — Quæ omnia videns Plato (*b*), summus Græcorum philosophus, ineffabilem esse, quæ inter animam omnis materiæ A expertem corpusque intercedat, communionem; neque mutuam immortalis animæ et corporis affectionem explicari posse, sapienter docuit; itaque Jesus Christus (*c*) : Ne timete, inquit, illos, qui corpus quidem occidunt, sed animam corrumpendi et perdendi non habent potestatem.

Quibus expositis restat tantum, ut, quid Græcis singula Christianorum dogmata oppugnantibus responderit, exponatur.

Cum his autem, quippe qui sacram rejiciant Scripturam, aut argumentis philosophicis certandum (*d*), aut, si quis pro sua sententia Græci cujusdam scriptoris attulerit testimonium, huic alius Græci auctoris auctoritatem opponendam esse (*e*) existimat. Neque ipse hæc, quæ proposuit præcepta ne- B glexit.

Nam Evangelium propterea rejicientibus, quoniam nova et vivendi et cogitandi ratio a Christo proposita sit, neminem, nisi nova doceret, malam et inveteratam immutare posse consuetudinem ostendit; simulque hoc, dummodo utilitas novitati adjuncta sit, non reprehendendum esse affirmat (*f*). — Deinde ubi rem habet cum Græcis doctrinam de corporum resurrectione irridentibus, hanc exemplis, quæ ex philosophicis eorum scriptis repetita sunt, illustrare et probare conatur (*g*). Etenim ut Græcorum, inquit, philosophi ex igni aera, ex aere aquam, ex aqua terram, ac rursum e terra aquam, ex aqua aera, ex aere ignem fieri contendunt, ita nos corpus, quod nunc maximam partem terrenum C est, post mortem ætherium fieri dicimus.

Cum vero Harpocras scholasticus (*h*) Homeri contra eum protulerit testimonium, rescribit : — Quoniam tu Homerum ut sapientissimum in medium producis testem, ego eumdem adversus te producam; — et Casio scholastico (*i*) Demosthenis dicto, ut Pelusiotæ sententiam refelleret, utenti, Isocratis,

τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ τοὺς ἀκροατὰς κυρίους εἶναι τοῦ τέλους, διὰ τὸν τῆς αὐτεξουσιότητος ὅρον, — lib. v, ep. 442., quæ data est ad Macarium episcopum et his verbis continetur : Εἰ τοιούτοις χρησάμενος λόγοις ὁ Λόγος, οἳ καὶ τὴν ἄψυχον φύσιν εἰκότως ἂν ἔκαμψαν, οὐκ ἔπεισε τὸ ἀμείλικτον ἐκεῖνο θηρίον τὸ κατ' αὐτοῦ ἐπιλυττῆσαν· ἔδειξε λαμπρῶς, ὅτι τὸ πεισθῆναι καὶ μὴ, τῶν ἀκουόντων ἐστὶ, διὰ τὸν τῆς αὐτεξουσιότητος ὅρον, δι' ὃν καὶ ὁ τῆς κρίσεως ἀξιόλογός ἐστι λόγος. — Cæterum cf. lib. v, ep. 357; — ep. 42; ep. 219; ep. 250; ep. 441; — ep. 521; ep. 547; et al.

(*a*) Lib. IV, ep. 125. In cod. Vat. 650, non Προεσχίῳ — Sed Προσεχίῳ scriptum est.

(*b*) Platonis testimonio, ad animæ immortalitatem probandam etiam alibi utitur Pelusiota.

(*c*) Hanc de animæ immortalitate doctrinam tam gravem esse censet Isidorus, ut in epistola ad Isidorum episcopum data — lib. IV, ep. 146 — plane doceat, Jesum Christum etiam propterea a cœlis descendisse, ut hoc dogma in mortalium animos revocaret. Verba Græca, quæ huc spectant, hæc sunt : — Ἧκε τοίνυν ὁ Σωτὴρ, μετὰ τῶν ἄλλων, ὧν κατώρθωσε, καὶ ταύτης ἀπαλλάξων τοὺς ἀνθρώπους τῆς ὑπονοίας. Τὴν γὰρ τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν ὁρισάμενος, ἐν τῷ φάναι· « Τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· » καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν εὐαγγελισάμενος διὰ τοῦ εἰπεῖν· « Ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι· » τήν τε κρίσιν μηνύσας διὰ πολλῶν μὲν ἄλλων καὶ ἐν τῷ φράσαι δέ· « Φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. » — Cf. lib. II, ep. 203; lib. IV, ep. 125.

(*d*) Lib. II, ep. 43 : — Χρὴ, ἐπειδὴ τὰς ἱερὰς παραγράφονται, Γραφὰς ἐκ λογισμῶν καὶ ἀποδεικτικῆς D τάξεως, ἀναγκαστικὸν κατασκευάσαι λόγον παρασκευάζοντα ἡμᾶς τὸ σαφὲς συνιδεῖν.

(*e*) Lib. II, ep. 146, p. 191, lit. D lin. 1 : — Οὐκοῦν ἐπειδὴ Ἕλληνά τε ὄντα, καὶ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντα, χρὴ ἐκ τῶν σῶν σε χειρώσασθαι, ἀντιτακτέον, κ. τ. λ.

(*f*) Lib. II, ep. 46 : Εἶπε τῷ διενεχθέντι — cod. Bav. διαλεχθέντι — πρὸς σὲ, καὶ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντι, — cod. Alt. πρεσβεύσαντι, — φήσαντί τε, ὅτι καινήν τινα καὶ παρὰ τὴν ἀρχαίαν — cod. Vat. 649. ἀρχαίων — συνήθειαν, εἰσηγήσατο πολιτείαν τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι, ὦ σοφώτατε, κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ὅτι τὴν πονηρὰν συνήθειαν καινότης μόνη παύειν πέφυκε. Διὸ, κ. τ. λ.

(*g*) Lib. II, ep. 43.

(*h*) Lib. II, ep. 228 : — Σεμνὴ γὰρ καὶ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία. — quæ verba recurrunt lib. III, ep. 335; lib. IV, ep. 225, et alibi.

(*i*) Lib. II, ep. 146.

Aristidis, Epaminondæ, Cratis, Phocionis, Platonis aliorumque auctoritatem opponit.

Simili modo contra eos agit, qui apostolorum doctrinam non divinam esse ex tenui illorum genere scribendi collegerunt. Hi enim, de Isidori sententia, cum philosophis et poetis, quibus maxima apud Græcos gloria est et auctoritas, minime consentiunt; cum Socrates apud Platonem comptam orationem philosopho indignam esse censeat, et Homerus poeta divinus non esse necesse declaret, ut rerum divinarum doctores vel viri alicujus discipuli sint, vel humanam cognitam habeant sapientiam (*a*).

Sed qui non tam contra celeberrimos agunt poetas et philosophos, quam contra sese loquuntur ipsi, jure deridentur ab omnibus. Ita in epistola ad Æsculapium sophistam (*b*) narrat Isidorus, se aliquando cum philosopho Græco, magnam eloquentiæ gloriam adepto, iniisse certamen; seque, cum ille plura de Jesu Christi cruciatibus et morte palam dixisset, orationemque illius magnus omnium consecutus esset risus, modeste et tranquille quæsivisse ex eo, quo modo Jesum revera mortuum crucique esse affixum posset probare. Tum ille in Evangeliis scriptum esse respondit, itaque illorum agnovit auctoritatem. At hoc ego illi statim opponebam, in iisdem resurrectionem quoque Domini nostri Jesu Christi traditam esse, ejusque ad Patrem reditum. Quod si evangelistis fidem habendam esse censes, ut antea censuisti, si Christum mortuum esse credis, te ejusdem et resurrectionem et ad Patrem reditum credere oportet.

Denique ethnicis religionis Christianæ præstantiam probaturus argumento utitur historico. Etenim ex iis quæ jam evenerint, majora perspici licere contendit (*c*), affirmatque Græcorum philosophiam deorumque cultum a prudentibus doctisque viris defensum et commendatum, inde ab antiquissimis temporibus traditum hominibus, atque inveteratum opibus armisque potentem, magis magisque ex animis mortalium removeri et deleri, Christianorum vero doctrinam plebeiis, pauperibus et abjectis ho- A minibus demandatam, brevi temporis spatio late propagatam, multisque antea ethnicorum fide imbutis (*d*) esse acceptam. Hinc solis luce clarius apparere cœlestia apostolorum dogmata, majorem habere in mortalium animos vim et efficaciam, quam Græcorum de diis fabulas. Quæ cum ita sint, miratur Isidorus (*e*), qui fiat, quod non solum rudes, ignari et impoliti polytheismi defensores, verum etiam philosophi alioqui prudentes et sagaces non sentiant se Jesum Christum, apostolos, eorumque doctrinam irridentes semetipsos habere ludibrio. Nam Servatorem nostrum cruci affixum contemnentes, fatentur, se ab homine contemptu digno victos, et adeo contemptu esse digniores, apostolorum vero inscitiam gravissimis verbis reprehendentes sibi B exprobrant vecordiam, cum a rudibus viris se superatos esse concedant necesse sit. — Si vero, ut pergit, petulantibus Jesu Christi cachinnis excipiunt sepulcrum, illustria ipsorum templa reddunt ridicula, quippe quæ deriso ab ipsis cesserint sepulcro. Si denique Evangelium ut rem vilem rejiciunt, quidquid apud eos illustre est et præclarum derident ipsi, quoniam rerum vilium naturæ succubuerit. — Hæc hactenus.

§ 2. *De Isidori cum Judæis altercandi ratione.*

Quemadmodum Isidorus ethnicis philosophi vel poetæ cujusdam auctoritatem proferentibus aliquod aut ejusdem aut alius scriptoris opponit effatum, ita C contra Judæos disputaturus non solum Vetere Testamento, verum et Philonis et Josephi dictis, ut illorum objectiones refutet, utitur sæpenumero. Itaque Judæos Jesu Christi divinitatem negantes refellit auctoritate Josephi (*f*), qui etsi acerrimus religionis Mosaicæ propugnator, et strenuus popularium fuerit defensor, tamen veritatis amore ductus Christum miracula edidisse, eumque humani generis præceptorem divinitus missum fuisse affirmaverit. — Eademque ratione alia in epistola (*g*) Philonem τῷ Λόγῳ divinam tribuisse naturam compluribus, quæ ex illius scriptis repetita sunt, testimoniis co-

(*a*) Lib. IV, ep. 30.
(*b*) Lib. IV, ep. 31.
(*c*) Lib. I, ep. 270.
(*d*) Lib. IV, ep. 76: — Πόσοι γὰρ Πυθαγόρειοι τύφου καὶ ὑπεροψίας πεφηνότες διδάσκαλοι, φοιτηταὶ γεγόνασι τοῦ λόγου; πόσοι δὲ Πλατωνικοὶ, τὴν ὀφρὺν τὴν ἀπὸ τῆς καλλιεπείας κατασπάσαντες, ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ἱδρύνθησαν; πόσοι Ἀριστοτελικοὶ καὶ Στωϊκοὶ, τὴν, ἐφ' ἧς ἐσεμνύνοντο, σοφίαν ἀτιμάσαντες, ἠγάπησαν ἐν τοῖς ὑπηκόοις τετάχθαι;
(*e*) Lib. IV. ep. 27.
(*f*) Lib. IV, ep. 225., in qua Josephi de Christo testimonium — Archæol. lib. XVIII, cap. 3. (4.) — his verbis comprehenditur: γίνεται δὲ — V. δὴ — κατ' ἐκεῖνον — V. H. κατὰ τοῦτον — τὸν χρόνον — cod. Vat. 650. καιρὸν — Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε αὐτὸν ἄνδρα — H. ἄνδρα αὐτὸν — λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων D ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον — H. οἵγε πρῶτον αὐτὸν — ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε περὶ αὐτοῦ — quæ verba ab H. ponuntur ante εἰρηκότων — καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια εἰρηκότων. Ἴδε τοίνυν — cod. Vat. 650. εἶς δὲ τῶν νῦν... H. εἰς ἔτι νῦν — τῶν Χριστιανῶν, ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἐξέλιπε — cod. Vat. 650. V. H. ἐπέλιπε — τὸ φῦλον. Quam notavimus littera H scripturam, eam Havercampius in sua Josephi antiquitatum editione in textum recepit; quæ vero littera V. insignita est eam ex collatione codicis Vindobonensis repetivimus quam instituit Kollarius in sua Lambecii commentariorum de bibl. Vind. editione. Cf. Lib. VIII, p. 21-22.
(*g*) Lib. II, ep. 143: — ὡς καὶ Φίλωνα, καίτοι Ἰουδαῖον ὄντα καὶ ζηλωτὴν, δι' ὧν ἀπολέλοιπε συγγραμμάτων ἀπομαχήσασθαι τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ. Βασανίζων γὰρ, κ. τ. λ.

natur demonstrare. — Utriusque vero auctoritatem Judæis opponit (*a*) illis, qui allegoricam Veteris Testamenti rejecerunt interpretationem. Hunc enim omnia fere veterum scriptorum dicta allegorice explicasse affirmat, neque illum hanc interpretandi rationem omnino reprobasse contendit. Si igitur Judæi eam rejiciunt, non solum Christianis, verum suis repugnant popularibus, qui maximam apud omnes consecuti fuere auctoritatem.

Sed his, quæ universe disputata sunt, missis, altercandi rationem, quam Isidorus contra Judæos singula doctrinæ Christianæ dogmata oppugnantes secutus sit, quibusdam diversi generis exemplis placet declarare. Ac primum quidem Judæis, qui ex illis, quæ de Josepho, Mariæ marito, apud Matthæum (*b*) exstant verba: « *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum* » colligerent, Josephum deinde cum sua concubuisse uxore, auctorum Alexandrinæ Veteris Testamenti interpretationis usum loquendi revocat in memoriam (*c*). Ex illa enim compluria profert dicta, in quibus particula ἕως ita ad tempus præteritum relata sit, ut de futuro non affirmetur contrarium. Quam illius dicti explicandi rationem Isidori ævo multis theologis acceptam fuisse probat Suicerus (*d*), simul tamen notans errorem Pelusiotæ, quippe qui, quod de corvo in Testamento Vetere sit traditum, columbæ tribuerit. — Ad Adamantium autem, qui cum Judæo de Jesu Christi incarnatione disputaverat, scribit Isidorus (*e*): Judæos fieri posse negantes, ut mulier, quæ non cum viro coierit, pariat infantem, a vero quam longissime abesse, cum libris, quibus ipsi divinam tribuant auctoritatem, aperte repugnent. Narratum enim esse in Genesi Deum ex terra virum, et e viro mulierem procreasse, eum igitur, si modo velit, efficere posse ut virgo procreet filium. — Tertium denique et ultimum, quod prolaturi sumus, exemplum, ad hyperbolicum pertinet scribendi genus. Etenim fuerunt inter Judæos haud pauci, qui hærentes in notissimo Joannis evangelistæ dicto: ne mundum quidem libros, omnia Jesu Christi dicta factaque continentes, capere posse, illum propter hanc dicendi formulam acriter vituperarent. His vero etiam in Vetere Testamento ejusdem generis dicta exstare exemplis probat Isidorus haud absurde electis; velut, *urbes cinctæ sunt muris usque ad cœlum... terra illorum lacte fluit atque melle*. Quod si in his acquievisset, silentium haud dubie imposuisset illis Judæis; sed cum nimio ardore abreptus in eadem epistola (*f*) probare conetur, hyperbolam, qua usus sit Joannes, addito vocabulo οἶμαι, lenitam esse atque dici posse κεκραμένην, eas vero, quæ in Vetere Testamento reperiantur, hyperbolas ἀκράτους esse (*g*), illis disputandi ansam rursum concessit; cumque addat, illud evangelistæ dictum ne hyperbolicum quidem dici posse (*h*), ineptit et ridiculum sese præbuit adversariis.

§ 3. *Isidorus contra hæreticos.*

Diabolus, cujus furor, cum Jesu Christi morte potestatem suam valde imminutam sentiret, magnopere augebatur, omnia, ut Christianos seduceret, instituit. Quos enim rectam veramque fidem servare vidit, eorum mores corrumpere, qui vero a vitiis abstinuerunt, hos mala imbuere studuit doctrina (*i*). Huc accedit, qua omnes fere laborant mortales,

(*a*) Lib. III, ep. 19: Εἰ μηδὲν πλέον τοῦ γράμματος νομίζει τὸν νομοθέτην εἰρηκέναι ὁ πρὸς σὲ, ὡς ἔφης, διενεχθεὶς Ἰουδαῖος, εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ἐλέγχουσιν ὑμῶν τὴν ἀπαιδευσίαν οἱ δύο ἄνδρες οἱ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν συγγραφεῖς παρ' ὑμῖν γεγονότες. Φίλων ὁ θεωρητικώτατος, καὶ Ἰώσηφος ὁ ἱστορικώτατος. Ὁ μὲν πᾶσαν σχεδὸν τὴν παλαιὰν εἰς ἀλληγορίαν τρέπων· ὁ δὲ διαῤῥήδην γράφων, τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξιῶς· τὰ δὲ, ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος· ὅσα δ' ἐξ εὐθείας λέγεσθαι συνέφερε, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντος — τὰς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς δοξάντων σοφῶν μαρτυρίας παραγράφεσθαι, οὐκ ἂν εἶεν δίκαιοι.

(*b*) Evang. Matth. I, 25.

(*c*) Lib. I, ep. 18: Ἐπειδὴ σκάνδαλον εἶπας οἴεσθαι Ἰουδαίοις — codd. Vat. 649. Alt. Bav. Ἰουδαίους — τὸ ἐν τοῖς θείοις χρησμοῖς εἰρημένον, οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν Υἱὸν αὐτῆς, ὡς μετὰ ταῦτά φησι συναφείας τῷ μνηστῆρι πρὸς τὴν Παρθένον γενομένης — codd. iid. γεγενημένης — γινωσκέτω ὁ βλάσφημος καὶ ἀχάριστος λαὸς, ὅτι τὸ, ἕως, πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ διηνεκῶς ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ εὑρίσκομεν κείμενον.

(*d*) Suic, *thes.* p. 1295, n. 2.

(*e*) Lib. I, ep. 141: — ἰδοὺ οὖν ὁ ἀνὴρ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀμφότεροι τῆς συνουσίας χωρίς. Ἐπεὶ οὖν ἐπώφειλεν ἡ γυνὴ χρέος τῷ ἀνδρὶ, ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ δίχα σπορᾶς ὑποστᾶσα, τοῦτο ἀπέτισεν καὶ ἡ — quod e cod. Bav. addendum est — μήτηρ τοῦ Κυρίου, αὐτὸν δίχα σπέρματος ἀποδοῦσα σεσαρκωμένον. Οὐκ ἔστιν οὖν τῇ φύσει ἀδύνατον, ἀλλ' ὥσπερ — codd. Vat. 649. Alt. Bav. ὅπερ — ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων ἤδη γεγένητο, ἐπὶ τῆς Δεσποτικῆς οἰκονομίας τετέλεστο.

(*f*) Lib. II, ep. 99: Ἐπειδὴ, ὡς γέγραφας, Ἰουδαῖός τις ἀπαιδευσίας ἀνάπλεως, ὡς ὑπερβολὴν κατεγνοὺς τοῦ εἰρηκότος θείου εὐαγγελιστοῦ — quæ verba omissa sunt in cod. Bav. — οὐδ' αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία, πράγματά σοι παρέσχεν· ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ἣν καὶ αὐτὸς ἐκκρίνει — codd, Vat. 649. Alt. Bav. ἐγκρίνει — καὶ θείαν ἡγεῖται, τὰ ὑπερβολικῶς εἰρημένα εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ἵνα εἰδῇ ἐκεῖνος, ὅτι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς τῇ Παλαιᾷ ἑπόμενος Γραφῇ. — Sic scribendum est auctoritate cod. Alt. In Bav. exstat: τῇ Παλαιᾷ ἑπόμενος. Vulgo scribitur: τῇ Παλαιᾷ ἐκείνῃ ἑπόμενος Γραφῇ — γέγραφεν ἃ γέγραφε. — cod. Bav. ἔγραφεν ἃ ἔγραφεν, κ. τ. λ.

(*g*) Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄκρατός ἐστιν ἡ ὑπερβολή· ἐνταῦθα δὲ καὶ — recte omissum est in cod. Bav. — κεκραμένη. Οὐ γὰρ ἀφῆκεν αὐτὴν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκόλασεν (ὁ εὐαγγελιστής).

(*h*) Εἰκὸς δὲ μηδὲ ὑπερβολικῶς αὐτὸ — quod addendum est e codd. Vat. 649 Alt. Bav. — εἰρῆσθαι. Οὐ γὰρ ἐῤῥέθη, πολλὰ καὶ ἄλλα σημεῖα πεποιηκέναι τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἀλλ' ἀδιορίστως πεποιηκέναι τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἀλλ' ἀδιορίστως πεποιηκέναι. Ἔστι δὲ, κ. τ. λ.

(*i*) Lib. II. ep. 90: Καὶ παρ' Ἕλλησι μὲν, — καὶ παρὰ Ἰουδαίοις, — πολλὰς αἱρέσεις ἔτεκεν ὁ διάβολος. Εἰ δὲ καὶ παρὰ Χριστιανοῖς πολλῷ πλείους, θαυμαζέτω μηδείς. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ὁρῶν πάντας ὑπὸ τῆς κακίας μεθύοντας, καὶ οὐδένα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καθαρῶς νη-

imperandi novandique lubido et cupiditas, atque præjudicatæ, quas multi animo conceperunt, opiniones (*a*). Quo factum est, ut inter Christianos multo plures exstarent, quam apud ethnicos et Judæos, hæresiarchæ; qui, velut piscatores, esca hamum occultantes, pisces improviso capiunt, rudiores Christi asseclas orationis suavitate fallunt, et ad partes traducunt suas (*b*). Quod cum humani generis Servator ipse præviderit se Patris ornatum majestate, etiam propterea rediturum esse affirmavit, ut illorum ora occluderet (*c*). Quare Isaias quoque omnes, divinam, quam apostoli nobis tradidere doctrinam, suis dogmatis maculantes, velut Manichæos, Simones, Montanos, Novatos, Arios, Macedones, Photinos cæterosque ejusdem ingenii homines optime appellavit caupones, qui vinum aqua miscere, eoque deterius reddere solent (*d*).

Quæ omnia cum docuerit Isidorus, eum de hæreticorum dogmatis, quorum auctorem diabolum esse statuit (*e*), non solum sine ira et studio non judicasse, apparet, sed eum quoque, quæ laudabilis est Tertulliani consuetudo, *hæreticis compendii gratia de posteritate præscripsisse.* Quo factum est ut ipse, saluberrimi illius præcepti, quod Cyrillo dedit (*f*), immemor, cum hæreticis disputaturus, raro verum viderit, omnemque suam perdiderit operam. Cujus sententiæ veritas cum aliis exemplis permultis, tum altercandi ratione probari potest, quam secutus est Isidorus Arii doctrinam refutaturus. Ea igitur exposita, non necesse est, ut multis verbis referamus quæ protulerit ille contra Sabel- A lium et Montanum (*g*), Manichæum et Marcionem (*h*), Novatianos (*i*), aliosque minoris momenti hæreticos.

Male autem pene omnia ab Isidoro, ubi cum Arianis rem habuit, disputata sunt. Primum enim, si de rerum vel magnitudine vel parvitate agatur, eas tantum comparari posse inter sese contendit, quæ unius ejusdemque essent naturæ aut generis. Recte igitur dici hominem homine, equo equum, bovemque bove esse majorem; sed neminem bove virum et equo camelum minores dicturum esse. Quare, hæc est sagacissima Pelusiotæ conclusio, Arium, quippe qui Patrem Filio majorem esse dicat, hunc ejusdem esse naturæ atque illum, oportet concedere (*j*). — Deinde eosdem Filium a Patre B procreatum credentes, in maximo versari errore opinatur ille, quoniam divino numini æternitas propria sit et immutabilitas (*k*). Sed huic argumentationi petitionem inesse principii, quis est, qui non videat? — Speciosius denique quam verius Arium contra seipsum dicere affirmat, cum Deum Patrem, quem cum nemine comparari posse contendit, Filio majorem esse doceat, itaque ipse inter illum et Filium instituat comparationem (*l*). — Hæc gravissima sunt, quæ Pelusiota opposuit Arianis. Nam, etsi illorum mentio in aliis quoque recurrit epistolis, tamen, quæ in his exposita sunt, aut nihil novi continent, aut parum sunt gravia. Id vero silentio non prætereundum est, quod Isidorus quæ illi pro sua sententia e libris sacris protulerunt C apostolorum, ipsius Jesu Christi verba, alio modo

φοντα, ὀλίγα ἐνέβαλλε φιλονεικίας σπέρματα. Ἐπειδὴ δὲ ἧκεν οὐρανόθεν ὁ σωτήριος Λόγος, φέρων μὲν ἡμῖν οὐρανίου πολιτείας δόγματα, τῷ δὲ διαβόλῳ δι' ὧν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἠπείλει προμηνύων τὴν ἀναμένουσαν αὐτὸν δίκην, κ. τ. λ. — Cf. lib. IV, ep. 57.

(*a*) Lib. IV, ep. 55. — lib. IV, ep. 56 : Ἢ ἐκ φιλαρχίας, οἶμαι, ἢ ἐκ προλήψεως, δύο δυσκαταγωνίστων παθῶν, τὰς αἱρέσεις τετέχθαι. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπηκόοις μὴ ἀξιώσαντες εἶναι, μηδὲ καταδεξάμενοι, νεωτέρας διδασκαλίας σπέρμα καταβεβλήκασι, τοῖς καθεστῶσιν ἐμμένειν μὴ καταξιώσαντες. — Cf. lib. IV, ep. 57.

(*b*). Lib. I, ep. 102 : Ὥσπερ οἱ ναυτικοὶ — Ritt. conj. ἁλιευτικοὶ — βρώματι τὸ δέλεαρ κατακρύπτουσι, καὶ τοὺς ἰχθύας ἀπροόπτως ἀγρεύουσιν· οὕτως οἱ πονηροὶ τῶν αἱρέσεων σύμμαχοι τῇ χρηστολογίᾳ τὰς ἑαυτῶν κακονοίας καλύπτοντες ἀγκιστρεύουσι τοὺς ἁπλουστέρους πρὸς θάνατον.

(*c*) Lib. III, ep. 166 : Ἥξειν, ὦ βέλτιστε, ὁ Χριστὸς ἐν τῇ πατρῴᾳ δόξῃ ἐπηγγείλατο, τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράττων στόματα, καὶ τὴν λύτταν αὐτῶν σβεννύς.

(*d*) Lib. I, ep. 169 : — Τοὺς τοίνυν τὴν θείαν παραχαράσσοντας παίδευσιν, καὶ νόθοις, καὶ — deest in cod. Bav. — ἐξιτήλοις ἐντάλμασι τὰ οὐράνια ἐπιθολοῦντας διδάγματα Μανιχαίους, καὶ Σίμωνας, καὶ Μοντανούς, καὶ Ναυάτους, Αρείους, καὶ Μακεδονίους, Φωτεινούς τε καὶ τοὺς τούτοις ὁμόφρονας, καπήλους εἰκότως προσαγορεύει μιγνύντας τὸν οἶνον ὕδατι, τῇ ἀκραιφνεῖ τῶν θείων Λογιων. — codd. Vat. 649. et Alt. λογίων — σοφίᾳ τοὺς οἰκείους σχετλιασμοὺς ἐπεισάγοντας.

(*e*) Cf. supr.

(*f*) Cf. p. 20, not. 1.

(*g*) Lib. I, ep. 67, 138, 242, 245, 499, 500, lib. III, ep. 149.

(*h*) Lib. I, ep. 52, 102, 133, 245, 371, 413.

(*i*) Lib. I, ep. 100, 338, 339.

(*j*) Lib. I, ep. 422 : — Τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται καὶ κρίνεται, ὡς ἄνθρωπος ἀνθρώπου μείζων, καὶ βοῦς βοὸς, καὶ ἵππος ἵππου. Καὶ ἅπαξ ὁ κανὼν τῆς συγκρίσεως τοῖς ὁμογενέσιν ἁρμόζει. Εἰ τοίνυν ὁ τὰ τοῦ Θεοῦ τολμηρῶς περιεργαζόμενος, καὶ μείζονα λέγων τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, τὴν σύγκρισιν ὡς ὁμοουσίων — cod. Bav. ὁμοούσιον — προσίεται, περὶ τοῦ μείζονος αὐτῷ συντόμως ἀποκρινούμεθα. Ἑτερούσια — cod. Bav. ἑτοροούσια — γὰρ ἀλλήλοις συγκρίνεσθαι οὐ δύναται οὔτε λέγεται μείζων ἄνθρωπος βοὸς, ἢ μείζων ἵππος καμήλου, ἢ μείζων ὄνος ἰχθύος.

(*k*) Lib. III, ep. 63 : Οὐδὲν οὕτω τῆς θείας φύσεως ἴδιον, ὡς τὸ ἀΐδιον. Ὁ τοίνυν μεταγενέστερον D τὸν Υἱὸν λέγων — cod. Bav. λέγων μεταγενέστερον τὸν Υἱὸν — τοῦ Πατρὸς, ἐξ οὗ ἀνάρχως ἐξέλαμψεν, οὗτος αὐτὸ τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἀκήρατον οὐσίαν, τόγε αὐτοῦ μέρος, ἀναιρεῖ. Καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνου ἐστὶν ἀνωτέρα· καὶ τοῦ πρὸ, καὶ μετὰ, οὐκ ἀνέχεται, οὐδὲ τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον προσίεται. Ἀπρόσιτος γάρ ἐστιν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τούτοις τοῖς ὀνόμασι, δι' ὧν τὰ κτίσματα χαρακτηρίζεται. Cf. lib. III, ep. 149. — Cæterum huc ea quoque videntur spectare, quæ Isidorus in epistola *ad Martyrium presbyterum* exposuit, — lib. III, ep. 355. — in qua eos vituperat, qui de numine divino loquentes a rebus humanis sumant exemplum. — ὁ θνητὸς οὕτως τίκτει, ὁ ἀθάνατος οὐχ οὕτως — cod. Bav. ὁ θνητὸς ἐμπαθῶς γεννᾷ, ὁ ἀθάνατος ἀπαθῶς.

(*l*) Lib. III, ep. 334, p. 386, lit. A, lin. 2 : ποία γὰρ σύγκρισις τοῦ ἀεὶ ὄντος πρὸς τὰ — codd. Vat. 650. et Bav. τὸν — ἐκ μὴ ὄντων γεγονόια ;

interpretatus est. Itaque Paulum τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ A non πρωτότοκον primo creatum, sed πρωτοτόκον primum creantem appellasse statuit (*a*), et Jesum Christum Patrem se majorem ideo pronuntiasse affirmat, ut apostolos metu confectos et pene exstinctos consolaretur (*b*).

CAPUT III.

ISIDORUS LIBRORUM SACRORUM INTERPRES.

Isidorum de uno et altero Bibliorum libro commentarium non confecisse, constat ex iis, quæ de deperditis et superstitibus ejusdem scriptis parte hujus commentationis secunda diximus; eumdem vero interpretandi munus multis in epistolis suscepisse vel ex ipso Rittershusianæ editionis titulo potes cognoscere. Cui quo modo satisfecerit videndum B est.

Ipse autem in litteris ad Danielem presbyterum datis (*c*) librorum sacrorum interpreti imprimis cavendum esse censet, ne suam sentiendi et cogitandi rationem prophetis et apostolis tribuat, neve, ut in epistola ad Orionem scribit, singula explicet verba, sed cogitationum respiciat nexum (*d*). — Quas interpretandi regulas, quis est qui non probet? neque tamen tam magni ponderis eas habuerim, quam ipse Isidorus, qui interpretes, propriam suam cuique apostolorum et prophetarum dicto subjicientes sententiam, vitium committere arbitratur, quod nemo umquam illis ignoscere debeat (*e*). Itaque nos sancto viro lubenter ignoscimus, quod in eadem epistola, in qua aureum illud repetivit præceptum, in vitium modo acriter ab ipso vituperatum, ipse incurrerit. Etenim Isaiam, de cauponibus vinum aqua miscentibus agentem, de malis interpretibus et Evangelii corruptoribus locutum esse affirmat (*f*). — Neque sibi videtur constare, cum contra Judæos, ut secunda secundi capitis paragrapho vidimus, allegoricam interpretandi rationem defenderit eamque ipse adhibuerit sæpenumero.

Quod antequam compluribus ejusdem viri dictis comprobemus, placet nobis gravissima examinare exempla, quibus Richardus Simon (*g*), Dupinius (*h*) et Rosenmuellerus (*i*), eum interpretem fuisse satis acutum probare conati sunt.

Quam Simon primo loco protulit epistolam, in qua Isidorus, Matthæi verba : οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς, explicaturus, de ἕως particulæ usu agit, illam nos alibi (*j*) jam tetigimus. — Bene autem in epistola ad Timotheum lectorem (*k*) Jesu Christi verba : ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων ἐστὶν Ἰωάννου (*l*), exposuit; bene in litteris ad Pansophium (*m*) et Aphrodisium presbyterum (*n*) contra Marcionem egit et Judæos; optume denique Servatoris dictum : Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί (*o*) ab Isidoro explicatum esse, vel ex epistolæ ad Martinianum presbyterum (*p*) initio, quod his verbis continetur : Ἡ φρόνησις τῇ ἁπλότητι κιρνωμένη (*q*) θεῖόν τι χρῆμα — potest intel-

C (*a*) Lib. III. ep. 31. Verbo πρωτοτόκος hanc inesse notionem et Suidas et vetus ad Homerum scholiasta tradidit, teste Suicero. Et recte quidem. Eadem enim ratione μητρόκτονος recte appellatur, qui a matre interfectus est, μητροκτόνος vero is dicitur, qui matrem interfecit. Sed hæc accentus mutatio in illo Pauli dicto locum habere nequit. Nam qui de primo mundi creatore agit, eum cogitare oportet de secundo universi creatore; cum qui unicus in suo est genere, primus dici non possit.

(*b*) Lib. III, ep. 334, p. 386, lit. A, lin. 8. — οὐ γὰρ διδασκαλίας, ἀλλὰ παραμυθίας — Sic auct. cod. Bav. scribendum est. Vulg. παραμυθίας δ' — ἕνεκεν μόνης τοῦτο εἴρηται τοῖς ἀποστόλοις τεθνηκόσι τῷ δέει, ὡς αὐτίκα μάλα ἀλασσομένοις. — cod. Bav. et Vat. 650. ἀλωσομένοις — ἵνα θαῤῥοῖεν, ὡς πρὸς τὸν δοκοῦντα αὐτοῖς μείζονα, πορευομένου αὐτοῦ.

(*c*) Lib. III, ep. 292 : Τὸν λαμπρᾶς ἁπτόμενον ὑποθέσεως, καὶ τὸν νοῦν τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἑρμηνεῦσαι πειρώμενον, χρὴ τὴν μὲν γλῶτταν ἔχειν σεμνήν D τε καὶ τρανὴν, τὴν δὲ γνώμην εὐσεβῆ τε καὶ εὐαγῆ· ἀκολουθεῖν τε αὐταῖς, καὶ μὴ ἡγεῖσθαι, μηδὲ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα, τὸν ἐκείνων νοῦν ἐκβιάζεσθαι. Τοῖς γὰρ παραποιεῖν καὶ παρερμηνεύειν τολμῶσι, κίνδυνος ἐπήρτηται μέγιστος εἰς αὐτὴν τὴν ψυχὴν βλέπων.

(*d*) Lib. III, ep. 136 : Μὴ ἁπλῶς προφέρων τινὰς ῥήσεις τῶν ἱερῶν χρησμῶν διὰ στόματος σπάραττε. — ἀλλὰ τὰς ὑποθέσεις ἀκριβῶς ζητήσας, ἕξεις τὰς λύσεις. Τυφλώττουσι γὰρ αἱ ἑρμηνεῖαι τῶν ὑποθέσεων χηρεύουσαι. — ὑπόθεσις autem est, ut περικοπή, aliqua libri cujusdam sectio.

(*e*) Lib. II. ep. 244., quæ his verbis incipit : Οἱ τοὺς θείους χρησμοὺς παραποιοῦντες καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα ἐκβιαζόμενοι, συγγνώμης ἁμαρτάνουσι μείζονα.

(*f*) Lib. III, ep. 125 : Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς θείας παρερμηνευόντων Γραφὰς, καὶ τὸ οἰκεῖον μᾶλλον βούλημα, ἢ τὸ ἐν αὐτοῖς κείμενον παριστᾷν πειρωμένων. Τὸ γὰρ ἄκρατον αὐτῶν καὶ εἰλικρινὲς, καὶ εὐφρᾶναι ψυχὴν. — cod. Bav. ψυχὰς — δυνάμενον βούλημα τῷ φαύλῳ καὶ ἐξιτήλῳ τῶν οἰκείων δογμάτων παρακιρνῶντες ὕδατι, τὰ θεῖα καπηλεύειν τολμῶσι. — cod. Bav. τολμῶντες -- καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, Οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι — cod. Bav. σμίγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, κ. τ. λ.

(*g*) Rich. Simon *hist. crit. des princ. commentateurs du N. T.* p. 306. col. 2. *Quoique nous n'ayons aucun commentaire en particulier d'Isidore de Damiète sur l'écriture, il mérite cependant d'être mis au rang des plus habiles commentateurs tant du Vieux que du Nouveau Testament.*

(*h*) Du Pin *Nouv. bibl. des aut. eccl.* tom. IV, p. 8, col. 1. laudat ejusdem *l'habileté dans l'interprétation.*

(*i*) Rosenm. *Hist. interpr. libb. sacr.* pars IV, pag. 184. *In eruendo sensu grammatico haud infeliciter versatus est, et sæpe explicationes proposuit notatu et examine etiamnum dignas.*

(*j*) Cf. p. 200. — Restat autem, ut hoc loco moneam, Rittershusium quoque in nota ad hanc epistolam attulisse dicta Gregorii Nazianzeni, Basilii Magni, Chrysostomi, aliorum, qui omnes eamdem particulam eodem modo explicarunt.

(*k*) Lib. I, ep. 68.

(*l*) Evang. Matth. XI, 11.

(*m*) Lib. I, ep. 371.

(*n*) Lib. II, ep. 99. — Cf. p. 201, not. 1.

(*o*) Evang. Matth. X, 16.

(*p*) Lib. II, ep. 175. — Cf. lib. IV, ep. 137.

(*q*) Cod. Bav. Ἡ φρόνησις κιρνωμένη τῇ ἁπλότητι, κ. τ. λ.

ligi. Neque quod Epimacho, quærenti ex eo, quid φυλακτήρια apud Judæos fuerint, in epistola ad hunc data (a), rescribit, rejiciendum est. Nam ἴσθι, inquit, ὅτι δέλτια (b) ἦν μικρὰ, ἔσω (c) τὸν νόμον ὠδίνοντα, ἅπερ ἐφόρουν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ (d) Εὐαγγέλια τὰ (e) μικρά (f).

Quas vero loco secundo, quinto et sexto, ut Isidorum interpretem satis acutum esse probaret, attulit Simon ejusdem epistolas, his videtur mihi ostendi posse contrarium. Pelusiota enim, cum Jesum Christum in hac terra viventem omnium rerum scientem fuisse opinatus sit, hunc, se ultimum mundi diem accurate definire non posse (g), eo tantum dixisse consilio arbitratur, ut inutiles declinaret quæstiones (h). — Sed multo minus probari potest verborum, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν (i), explicatio. Nempe Christum adjectivo numerali ἕν, se unius ejusdemque naturæ esse, atque Patrem, plurali vero numero ἐσμέν, se a Patre distinctum, significare voluisse, docet in epistola ad Cytherium Sabellianum data (j). — Neque omni reprehensione vacant quæ in epistola ad Nilum (k) de petitione filiorum Zebedæi dicta sunt. Etenim Christi ad eosdem responsioni : Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου (l) — hanc ne quis de Servatoris dubitaret omnipotentia, subjiciendam esse statuit sententiam : Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἁπλῶς τοῖς αἰτοῦσιν, ἀλλὰ παρασχεῖν μισθὸν τοῖς καμοῦσιν.

His a Simone laudatis alias addiderunt Dupinius et Rosenmuellerus Isidori Pelusiotæ epistolas, inter quas præ cæteris memoratu digna est, quam ille

A Alexandro scripsit. In hac enim eos summopere vituperat, qui, cum omne Vetus Testamentum ad Christum trahant, efficiunt, ut etiam ea, quæ recte ad eum referuntur, in suspicionem veniant, ineptoque hoc studio hæreticis ethnicisque disputandi ansa præbeatur (m). — Neque notatu prorsus indignæ litteræ sunt, quas scripsit ille ad Isidorum diaconum (n). Huic enim quærenti, quid sit σάββατον δευτερόπρωτον, respondet, hoc nomine diem δεύτερον τοῦ πάσχα et πρῶτον τῶν ἀζύμων fuisse insignitum. Ἑσπέρας γὰρ, pergit, θύοντες τὸ πάσχα τῇ ἑξῆς τὴν τῶν Ἀζύμων ἐπανηγύριζον ἑορτὴν, et post paulo σάββατον, inquit, πᾶσαν ἑορτὴν καλοῦσι (o). Distinguit igitur inter Paschatis et Azymorum festum; neque negandum est primum hujus festi diem, B quo agnum Paschale edere consueverunt Judæi, κατ' ἐξοχὴν Pascha; reliquos sex dies appellatos esse ἑορτὴν τῶν Ἀζύμων (p). Attamen variis de causis, quas hic exponere longum est, rejecta hac, quam Isidorus proposuit σαββάτου δευτεροπρώτου explicationem, eam de hac re tenendam esse existimo sententiam, quam inde a Scaligero et Casaubono omnes fere interpretes veram habuerunt. — Deinde alia in epistola ad Timotheum lectorem (q) Christi, quæ exstant apud Matthæum (r) verba : Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, explicaturus, nobis dubitare non licere declarat, quin Jesus Christus, ἐπαγγειλάμενος τὸν τύπον C πληρῶν (s) Ἰωνᾶ, tam diu commoratus sit in sepulcro, quam Jonas in ceti ventre. Quibus præmissis illum tres dies totidemque noctes in sepulcro

(a) Lib. II, ep. 150.
(b) Cod. Bav. δέλτα.
(c) Sic scribendum est auct. cod. Alt. pro ἴσω. Cod. Bav. εἴσω.
(d) Verba, αἱ γυναῖκες τὰ, desunt in cod. Bav.
(e) τὰ deest in cod. Bav.
(f) Suicerus in *Thes.* s. v. Εὐαγγέλιον p. 1227. attulit duo Joannis Chrysostomi dicta, quorum unum, quod ex homilia XIX, ad populum Antiochenum repetitum est, huc transcribere placet : Αἱ γυναῖκες καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ἀντὶ φυλακῆς μεγάλης, Εὐαγγέλια ἐξαρτῶσι τοῦ τραχήλου, καὶ πανταχοῦ περιφέρουσιν, ὅπουπερ ἂν ἀπίωσιν.
(g) Evang. Marc. XIII, 32 : Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.
(h) Lib. I, ep. 117. Τί καθ' ἑαυτῶν τὴν τοῦ Κυρίου ἐπισπῶνται κρίσιν οἱ βλάσφημοι; τί τὸ πῦρ τῆς γεέννης οἱ θεομάχοι ἐκκαίουσιν; — Sic Rittersh. eamdemque scripturam tutantur Codd. Vat. 649. et Alt. ἐπικαίουσιν scripsit editor Parisiensis — ἠγνόησε, φάσκοντες, — Sic Codd. Vat. 649. et Alt. vulg. φάσκουσι, — τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν ὁ Κύριος, οὐκ ἠγνόησεν, ἄπαγε, ἀλλὰ σαφηνίζειν τὰ ἀνωφελῆ παρῃτεῖτο προβλήματα· ἐπεὶ πῶς ἀγνοεῖν ἠδύνατο ὥραν ἢ ἡμέραν ὁ Ποιητὴς τῶν αἰώνων; ἐν ᾧ, κ. τ. λ.
(i) Evang. Joann. x, 30.
(j) Lib. I, ep. 138., cujus ultima verba hæc sunt : Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, εἴρηται. Οὐκ — cod. Bav. εἴρηται, ὅτι — ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν εἰμι. — Cod. Bav. ἕνας εἰμί. — Τὸ τοίνυν ἓν τῆς μιᾶς οὐσίας δηλωτικόν· τὸ, ἐσμὲν, τῶν δύο ὑποστάσεών ἐστι — quod ex codd. Bav. Vat. 649, et Alt. addendum est — σημαντικόν.
(k) Lib. I, ep. 137.
(l) Evang. Matth. XX, 20—29.
(m) Lib. II, ep. 195 : Οἱ πᾶσαν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην εἰς τὸν Χριστὸν μεταφέρειν πειρώμενοι, οὐκ ἔξω αἰτιάσεώς εἰσιν, ἐπείπερ καὶ Ἕλλησι, καὶ τοῖς μὴ ἐγκρίνουσιν αὐτὴν αἱρετικοῖς ἰσχὺν — Sic auctoritate cod. Bav. scribendum est vulg. ἰσχύειν — ἐν τῇ καθ' ἡμῶν διδόασι μάχῃ. Τὰ γὰρ μὴ εἰς αὐτὸν εἰρημένα ἐκβιαζόμενοι, καὶ τὰ ἀβιάστως εἰρημένα ὑποπτεύεσθαι παρασκευάζουσι. Δι' ὧν γὰρ ἐκεῖνοι αὐτοὺς ἀνατρέπουσι ὡς παραποιοῦντας — cod. Bav. παραποιοῦντες — διὰ τούτων καὶ ἐν τοῖς διαῤῥήδην D περὶ αὐτοῦ εἰρημένοις νικᾷν νομίζονται. — Cæterum cf. p. 154.
(n) Lib. III, ep. 110.
(o) Et hoc quidem Isidorus probat his verbis : Καὶ διὰ τοῦτ' εἴρηται Σάββατα σαββάτων. Ἐπειδὴ ἔσθ' ὅτε, ἢ ἡ ἀρχὴ τῆς πανηγύρεως, ἢ τὸ τέλος συνέπιπτε τῷ τῆς ἑβδομάδος σαββάτῳ, οἷον εἰπεῖν, καὶ παρ' ἡμῖν πολλάκις γίνεται. Ὥσπερ γὰρ — οὕτω καὶ παρ' αὐτοῖς, εἰ — quod e cod. Bav. recepi. vulg. ἡ — καὶ ἡ πανήγυρις τῷ σαββάτῳ — cod. Bav. τῶν σαββάτων — συνέπιπτε, Σάββατα Σαββάτων ἐκαλεῖτο.
(p) Cf. II, Chron. XXXV, 17.
(q) Lib. I, ep. 114. Errat enim Dupinius, qui l. c., p. 7. col. 2 Isidorum lib. IV, ep. 114., et lib. II ep. 212, de hac re egisse perhibet.
(r) Matth. Evang. XII, 40.
(s) Chatardus edidit πληροῦν. Quam scripturam tutantur codd. Bav. Vat. 659. et Alt.

mansisse, ostendere conatur diversis modis. Et- A enim ἕκτῃ, inquit, ὥρᾳ τῆς παρασκευῆς ἐσταυρώθη ὁ Κύριος, ἀπὸ ταύτης ἕως ἐννάτης σκότος ἐγένετο, τοῦτο νύκτα μοι νόησον· πάλιν ἀπὸ τῆς (a) ἐννάτης φῶς, τοῦτο πάλιν ἡμέραν· ἡ νὺξ αὖθις τῆς παρασκευῆς· τὸ σάββατον πάλιν ἡμέρα· ἡ νὺξ τοῦ σαββάτου ὁ τῆς Κυριακῆς ὄρθρος, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν λέγοντα, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν τῶν σαββάτων. Itaque primam noctem e tribus constitisse horis, ad quas Marco teste (b) istæ duraverunt tenebræ, statuit acutus iste interpres. Quod quam sit insulsum ipse videtur sensisse, cum aliam dicti illius proponat explicationem. Jesus enim, inquit, ἐν τῇ παρασκευῇ cruci affixus, mortuus, eodemque die sepultus est. Quare hic primus, sabbatum vero, quod ὅλον ἐποίησεν ἐν τῷ τάφῳ ὁ Κύριος, secundus, et dominica, qua lucescente resurrexit, dies tertius recte numeratur. Κακομάχοις vero, ita enim pergit, *me neque totos dies, nec tres noctes enumerasse dicentibus*, in hunc respondens modum: imperator, qui etsi captivis, se eos post tres dies e custodia emissurum esse, promisit, eos tamen ante emittit, quam dies abiit constitutus, non solum mendacii argui nequit, verum summopere laudandus est, itaque Dominus noster Jesus Christus *citius, quam promiserat*, resurgens ab omnibus merito adoratur. Quibus verbis cum auctor, Servatorem τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας in sepulcro non remansisse, concedat, eum omnia, ab ipso ad difficultatem solvendam paulo ante allata, rursum tollere, quis est, qui non videat? — Omnem vero operam perdidit, ut etiam a Rosenmuellero (c) observatum est, ea explicaturus, quæ de Joannis Baptistæ cibo tradiderunt evangelistæ. Ἀκρίδας enim non locustas esse, in epistola ad Nilum (d) data opinatur, sed plantarum extremas partes; itaque verbum ἄκρις paroxytonon, et ἀκρίς oxytonon commutavit inter sese. — Neque, si verum esset, quod putat Dupinius (e), Isidorum in una eademque epistola (f) aliquod Pauli apostoli dictum diverso modo decies explicasse, eo ejusdem probari posset in Scriptura sacra explananda solertia, quin potius nos hoc ei verteremus vitio, cui tamen non est obnoxius, cum in illa epistola Pauli verba: Πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει (g) diverso modo declaravit Isidorus. — Cf. Comment. p. II, App. 1, p. 86. cies non explicaverit, sed decem argumentis Apostolum vera scripsisse probaverit.

Apparet igitur ex omnibus his exemplis, Isidorum interpretandi munere interdum bene functum fuisse; eumdem vero difficiliora Christi et apostolorum dicta explicaturum, aut aliorum Patrum vestigia secutum esse, aut parum accurate, quænam verbis insit sententia, exposuisse. Nihilominus tamen inter optimos, qui illo tempore floruerunt, interpretes nos quoque eum numeraremus, si arte critica melius uteretur, et insanis minus delectaretur allegoriis. Etenim a partibus Rosenmuelleri, qui omnes, in quibus Veteris Novique Testamenti loca ab Isidoro allegorice explicata sunt, non esse ab ipso scriptas suspicatur stare non possumus; quia in promptu est, B illum, alioqui satis cautum, aut, quæ Heumanni fuerit sententia, non intellexisse, aut ejusdem de Isidoro ejusque scriptis commentationem ne legisse quidem. Scribit enim: *Interpretationes allegoricas grammaticæ interpretationis studiosissimo adeo indignæ esse videntur, ut non vana sit suspicio, non quidem plerasque, ut visum est Jo. Aug. Heumanno, multas tamen, quæ ei tribuuntur, epistolas sublestæ esse fidei.* — Neque tamen, quinam fuerit, illo, quo Isidorus vixit, ævo artis hermeneuticæ omnisque theologiæ status, in memoriam revocantes Heumanno possumus assentiri, qui malis Isidorum annumerandum esse arbitratur interpretibus, sed quæ in medio sita est sententia, eam tenemus. De cujus veritate ut lectori cuique persuadeamus, restat, primum ut ar- C tem criticam ab Isidoro leviter esse factitatam probetur, deinde ut exemplis quibusdam ostendatur Pelusiotam, ut alios ejusdem ævi interpretes, inepto allegoriarum studio nimis fuisse deditum.

Et primum quidem notatu satis dignum est, quod alibi jam tetigimus (h), eum statuisse τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ a Paulo non πρωτότοκον, sed πρωτοτόκον appellatum esse. — Deinde in medium proferre placet epistolam Uranio diacono scriptam (i), in qua ille Pauli verba (j): Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος., explicari quidem posse concedit, sed rectius μὴ τότε pro μήποτε scribi affirmat, in hunc modum: Ἐπειδὴ γέγραφας νομίζων (k) εἰς τοὐναντίον οὗ προήρητο εἰπεῖν (l) περιτετράφθαι τὸν Παῦλον, τί ἐστι. Δια- D θήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε

(a) Τῆς quod vulgo omittitur, e cod. Bav. addendum esse censeo.
(b) Evang. Marc. XV, 33.
(c) Rosenmueller l. c., p. 211. Cf. Dupinius l. c., p. 6, col. 2, et Rich. Simon. l. c., p. 508, col. 1.
(d) Lib. I, ep. 5. — εἰ τοίνυν καὶ βρώματα καὶ ἐσθήματα τῆς κατὰ Θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ Βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, θριξὶ μὲν, εἰ οἷόν τε, πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα· ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φυτῶν πρὸς λιτὴν τροφὴν καὶ ἀπέριττον. Sic scribendum censui auctoritate cod. Alt. Vulgo: ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν καὶ δύναμιν — quæ etiam in cod. Bav. desunt — καὶ ἀπέριττον. — Cf. porro ejusdem libri epistola 132., in qua hanc suam sententiam plane et distincte declaravit Isidorus. — Cf. Comment. p. II, App. 1, p. 86.
(e) Dupin. l. c., p. 8, col. 1. Pour preuve de sa pénétration et de son habileté dans l'interprétation de l'Ecriture sainte, il suffit de remarquer qu'il donne dix explications à un passage de S. Paul.
(f) Lib. IV, ep. 129.
(g) Paul. I ep. ad Cor. VI, 18.
(h) Cf. p. 206.
(i) Lib. IV, ep. 113.
(j) Paul. ep. ad Hebr. IX, 17.
(k) Hanc Rittershusii conjecturam tutatur, teste Possino, cod. Vat. 650. Vulg. νομίζω.
(l) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. προείρηται εἶπον.

ζῇ ὁ διαθέμενος· ἀντεπιστέλλω, ὅτι τὸ μήποτε μὴ τότε (a) ἐστὶ, μιᾶς κεραίας ἐνὶ στοιχείῳ ὑπό τινων ἴσως ἀμαθῶν (b) προστεθείσης. Οὕτω γὰρ εὗρον καὶ ἐν παλαιοῖς ἀντιγράφοις. Οὐ γὰρ ἂν θείῳ πνεύματι κοσμηθεὶς καὶ Ἑρμῆς εἶναι νομισθεὶς (c) εἰς τοὐναντίον περιετράπη· ἐπειδὴ γὰρ μὴ τότε (d) ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος, μετὰ θάνατον βεβαιοῦται. Εἰ δὲ μήποτε κέοιτο, οὐκ (e) εἰς τὸ, μὴ, τον τόνον ἀναπεμπτέον, ἀλλ' εἰς τὸ πότε (f), ἵνα μηδαμῶς νοηθῇ (g). In quibus multa sunt vituperanda. Primum, cum in illo Pauli apostoli dicto μήποτε et ὅτε particulas sibi invicem respondere opinatus sit, repugnantiam et difficultates ibi invenit, ubi nullæ sunt. Μήποτε enim valere idem atque *nunquam*, cum centenis ostendi possit locis, ne uno quidem, quem ex Xenophontis Memorabilium libro primo attulit Wahlius, opus est. Deinde qui, ut Isidorus, scripturam μὴ τότε tutatur, eum μὴ particulam ab Apostolo falso loco positam concedere oportet. Scribendum erat enim : ἐπεὶ τότε οὐκ ἰσχύει ὅτε.. Denique quæ addit Pelusiota de scriptura μὴ πότε, ea inepta esse, satis est enuntiasse. — Magnis autem difficultatibus laborat, quam scripsit ille ad Orionem epistolam. In hac enim quo modo notissimum illud de hæreticis Pauli apostoli in prima ad Timotheum epistola dictum : κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, explicandum sit, non videns, pro ἀπέχεσθαι aut ἀντέχεσθαι aut ἔχεσθαι scribi jussit. Quibus fuse expositis pergit in hunc modum : Ὅτι (h) δὲ πολλάκις ἓν στοιχεῖον ἢ μεταστοιχειωθὲν, ἢ παραλειφθὲν, ἢ προστεθὲν τὸν νοῦν τῶν λεγομένων συνταράττει, δῆλόν ἐστιν ἐκ τοῦ φερομένου ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος (i). Quibus verbis quo modo suam probare voluerit sententiam, cum ipse, ad rem accuratius declarandam, nihil addiderit, intelligi non potest. Neque quæ sequuntur satis apta sunt. Pergit enim in hunc modum : καὶ τοῦ (j) ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους· εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν (k) εἰ μὲν οὖν ἐστιν ἐπεὶ, καὶ συγκόπτεται τὸ νόημα, καὶ τοὐναντίον τῇ ἀποστολικῇ γνώμῃ κατασκευάζεται.— Jam ad alium locum transit his verbis : καὶ τὸ, γνήσιε σύζυγε (l), γνησία ἐστὶ τοῦ ἰῶτα στοιχείου ἢ προστεθέντος, ἢ συγγραφομένου μὲν, μὴ συνεκφωνουμένου δέ. Hæc sunt, quæ attulit ille, ut sententiam probaret suam, ex Novo Testamento dicta. Sequuntur quædam ex Vetere Testamento repetita (m). Sed si plura hujus generis exempla referremus, timendum esset, ne lectorum abuteremur patientia. Quare, cum de critica Isidori arte satis dictum sit, restat ut allegoricam interpretandi rationem Isidoro præter modum placuisse, exemplis quibusdam comprobemus.

Ipse autem in litteris ad Valentinianum presbyterum (n) datis, suam de allegoriis sententiam, sic explicavit : *Videris mihi non probare eos, qui (Scripturæ sacræ) lectoribus allegorias commendant. Nam, ut dicis, cum se Scripturis sapientiores esse existiment, divina oracula in quascunque ipsis libuerit figuras transformant, auditoresque fallunt multis modis. Sed ego neque illos, si sapienter quid invenisse dicuntur, culpaverim, neque te nolentem ad allegorias tractandas coegerim.* Commendat igitur in his prudenti suo amico allegoricam interpretandi rationem sapienter adhibitam. Num vero ipse sapienter eam adhibuerit, dijudicent ipsi lectores ex epistolis 42, 192, 193, 206, 210 libri I.

(a) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. ὅτι τὸ μήποτε τότε ἐστί.
(b) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. ἀμαθῶς.
(c) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. νομιζόμενος.
(d) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. ἐπειδὴ μή ποτε.
(e) οὐκ quod vulg. omittitur ex eodem codice addendum est.
(f) Sic cod. Vat. 650. — Vulg. τὸ μήποτε.
(g) Sic conjecimus. Vulg. ἵνα μηδαμῶς. — Cod. Vat. 650. ἵνα μηδαμῶς ᾖ νοηθῇ. Mendose.
(h) Sic conjecit Rittershusius. — Cod. Bav., in quo solo hæc videtur exstare epistola, εἰ exhibet.
(i) Act XXIII, 9.
(j) Sic Rittersh. conj. — Cod. Bav. τό.
(k) Ep. ad Hebr. VII, 11.
(l) Paul. ep. ad Phil. IV, 3.
(m) Conferantur Croii sacræ et historicæ in Novum Testamentum observationes. p. I. p. 125—127.
(n) Lib. IV, ep. 117. In cod. Vat. Οὐαλέντι hæc scripta est epistola. Incipit autem his verbis : Ἔοικας οὐκ ἀποδέχεσθαι τοὺς ἐπὶ τὰς θεωρίας τοὺς ἀναγινώσκοντας παρακαλοῦντας. Σοφωτέρους γὰρ, ὡς ἔφης, τῶν Γραφῶν ἑαυτοὺς ἡγούμενοι, εἰς ἅπερ βούλονται μετακομίζοντες τὰ θεῖα Λόγια, πολλὰ σφάλλουσι τοὺς ἀκούοντας. Ἐγὼ δ' οὔτ' ἐκείνους αἰτιασαίμην, εἰ σοφόν τι ἐξευρεῖν ἐπαγγέλλονται, οὔτε σὲ, μὴ βουλόμενον ἀλληγορεῖν, ἀναγκάσαιμι.

PROLEGOMENA

PRÆFIXA EDITIONI PARISINÆ ANNI MDCXXXVIII *.

—

EPISTOLA NUNCUPATORIA

AMPLISSIMO VIRO

DOMINO D. PETRO SEGUIER MAGNO FRANCIÆ CANCELLARIO.

Ea semper virorum animis egregia indole præditorum insedit opinio, *vir amplissime*, ut nihil pulchrius, neque ad gloriam illustrius esse existimarent, quam si majorum suorum virtutes, eorumque præclara facinora suis imitarentur. In qua quidem sententia cum ego jam inde ab ineunte ætate fuerim, cumque maximos parentis mei labores atque eximiam melioris notæ auctoribus edendis navatam operam, quamque inde nominis famam et laudem ipse est consecutus, animo perpenderem, tanto studio, tantaque cupiditate ad similem virtutem similemque gloriam sum incitatus, ut quo jam pridem de republica litteraria bene merendi desiderio flagrarem, illud diutius in pectore meo inclusum continere non potuerim, sed totis viribus in id mihi incumbendum putarem, ut quacunque ratione possem, animum meum patefacerem. Cum autem in ea cogitatione totus versarer, atque in aliquo deligendo opere potissimum defixus essem, nihil eruditis viris gratius atque acceptius fore judicavi, quam si *Magnam Patrum et scriptorum ecclesiasticorum Bibliothecam* typis mandarem. Atqui eo libentius atque alacrius ad illud opus animum adjeci, quod futurum sperarem ut ipsum omnes quotquot sunt in toto orbe Christiano Ecclesiæ Patrum lectionis amantes summopere complecterentur, cum præsertim ea quam meditabar editio omnium, quotquot unquam in lucem prodierunt, auctissima atque absolutissima futura esset. Siquidem Coloniensis editio, qua pro exemplari uti decrevi, licet ipsa plures auctores quam cæteræ contineat, nostra tamen erit inferior, quod in ea Græcorum auctorum non nativa et germana lingua, sed Latina duntaxat versio reperiatur. Ego vero textum Græcum in dicta Coloniensi editione desideratum una cum interpretatione Latina conjungere in animo habeo, ut qui hujusce omnium elegantissimæ linguæ Græcæ, inquam, studio tenentur, sibi a nobis hac in parte magnopere consultum esse intelligant. Præterea multos auctores Græcos nunquam hactenus sua lingua in lucem editos ex multis bibliothecis maximo labore maximisque impensis conquisitos atque collectos in dictam Patrum Bibliothecam congessi, quo fiet ut viginti quinque volumina (si Deus nostris conatibus faverit) ipsa sit complexura. Quantæ autem molis ac difficultatis res illa futura sit, quantumque laboris atque oneris in hoc opere elaborando et ad finem usque perducendo subiturus sim, quisquis rerum usu atque experientia vel mediocriter præditus est, facillime judicare potest. Quod cum ita sit, ne cæco quodam ac temerario animi impetu rem tanti momenti aggredi videar, sapientissimum ac prudentissimum aliquem ducem mihi deligendum esse putavi, cujus auspiciis ad faustum felicemque exitum nostrum opus pervenire possit. Nam si illi qui longinquam navigationem adornant, non prius se mari committunt, quam peritissimum aliquem gubernatorem habuerint, cujus prudentia salvi atque incolumes omnia maris pericula evitare possint : multo magis id mihi faciendum est, qui non viles aliquas ac terrenas merces, sed pretiosissimos cœlestis doctrinæ thesauros ad portum vehere contendo. Quemnam autem præstantiorem tam periculosæ navigationis moderatorem quam te, qui litterarum decus es et ornamentum, mihi eligere conveniebat? Equidem quocunque oculos converto, quem tecum conferre possim, neminem video. Nam cum omnes virtutes in te suam sedem collocarint, tum vero præcipue justitia, cui administrandæ præfectus es, necnon et pietas, quam e sanctorum Patrum assidua lectione hausisti, ita in te elucent, ut nullus in toto Christiani nominis orbe locus sit, quo non illarum splendor pervaserit. Quam-

* *S. Isidori Pelusiotæ de interpretatione divinæ Scripturæ Epistolarum libri V, quorum tres priores ex interpretatione Jac. Billii Prunæi, quartus autem a Cunrado Rittershusio JC. qui et notas uberiores et summas et indices prioribus libris adjecit, et quintus ab Andrea Schotto, societatis Jesu presbytero, nunc primum in Gallia prodeunt. Parisiis, sumptibus Ægidii Morelli, via Jacobæa ad insigne Fontis. MDCXXXVIII. Cum privilegio regis.*

obrem si te hujus operis ducem atque auspicem præbere volueris, non dubium est quin eum quem opto successum consecuturus sim. Quo autem tuam mihi benevolentiam magis demerear, hujusce laboris primitias tibi dedico atque offero, *Isidorum*, inquam, *Pelusiotam*, quem idcirco primum omnium in lucem prodire volui, quod eum auctorem præ cæteris maxime ab omnibus expeti cognoverim. Quod si hoc munus a te benigne exceptum animadvertero, alacriorem me ad reliquum opus persequendum reddideris. Te autem id esse facturum, ea quæ in te est humanitas, ut confidam, efficit. Vale.

Tuæ Amplitudinis

humillimus servus,
ÆGIDIUS MOREL.

Cl. viro JANO GRUTERO JC. et philologo præstantissimo histor. professori elect., Cunradus RITTERSHUSIUS, S.

Olympius quidem ille doctor, quem tuæ, Vir cl., litteræ nobis commendabant, ad nos nullus venit. Sed fasciculum tamen recte curavit Norimberga per opt. et officiosissimum nostrum Bern. prætorium : quo resignato et excusso, libenter vidi specimen typographicum Isidori Pelusiotæ mei, quod misisti, non sine ostensione spei, fore, ut quod proximi catalogi minabantur, hoc demum autumnali mercatu scriptor ille Commelinianorum comitate in lucem reproducatur. Bonum factum, et feliciter, a multis bonis superdicetur, imo jam nunc superdicitur huic editioni. Me quidem bona spes habet, eam non fore fraudi his qui in illam sumptus fecerunt. Etsi enim non est amplius in multis tantus animorum ardor ad cognoscenda comparandaque vetustatis eruditæ monumenta, Græca præsertim (sine quibus tamen solide doctus nemo facile unquam exstitit), quantus in nostris hominibus fuit avorum aut proavorum nostrorum ævo, cum litterarum et linguarum studia primum in Germania excitarentur et illustrari inciperent magnorum atque excellentium virorum qua voce, qua scriptis : tamen ne hoc quidem sæculum (ἐπευφημεῖν γὰρ χρὴ μᾶλλον) usque adeo est infelix aut effetum, quin etiam nunc habeat Græcorum scriptorum amatores maximos, quidquid vulgo de his videatur, qui vel ad lucrum, vel ad ambitiosam ostentationem sua refert omnia, quæque ad horum alterutrum conducunt parum, in illis studii ponit nihil. Verumenimvero tales qui sunt, quando illi nos cum talibus studiis parum curant aut morantur, nos quoque ipsos parum morabimur, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ut Solon cecinit : ac potius tum ad honestatem dignitatemque istarum litterarum, tum ad majorum exempla, et priscum illum, quem dixi, ardorem animorum, quo ipsi erga eas flagrarunt, utroque oculo respiciemus. Recens jam sum a lectione epistolarum Joannis Reuchlini, quas in bibliotheca Bilibaldi Pirckeymeri per hasce ferias Norimbergæ apud patricium virum Joannem Im. Hofium, illius pronepotem, inveni complures. Narrabo tibi, mi Grutere, vel potius adolescentibus, si qui hæc tuo beneficio præterea forte lecturi sunt, ut exemplum inde capiant, quid in earum una atque altera repertum sit mihi. Scribit Reuchlinus Anglopoli (sic vocat Ingolstadium, quo Stutgardia ob motus Suevicos a summis honoribus aulicis sponte exsulatum juverat) anno MDXX ad Bilibaldum illum, quem dixi, principem virum et in litterarum reconditarum scientia, omninoque multorum opinione majorem, de sua linguarum professione, quam in illa celeberrima acad. ducis Bavariæ Gulielmi auspiciis et honesto stipendio publico instituerat geminam, quam frequens habeat auditorium. Sed juvat hoc ipsiusmet verbis cognoscere, quæ proinde ex autographo fidei causa subjiciam, quatenus huc pertinent. Quando, inquit, me nunc isto anno elementarium effecit δέσποινα τύχη, quotidie de throno doctorum, frequenti auditorio, publice prælegendus est a me in lingua Hebraica mane Rabi Mose Kimhi, et vesperi in lingua Græca Plutus Aristophanis discipulis trecentis et multo, inquam, plus. Quod felix, faustum fortunatumque fuat. Tu, vale feliciter, et me principem Siciliæ Dionysium Corinthi puerilia docentem spectato. Hæc ille, biennio ante beatum vitæ ærumnosæ simul et gloriosæ exitum, ætate vir gravis, in rebus arduis spectatæ fidei, auctoritateque præstans, ad amicum, quo majorem tunc Norimbergæ non habebat, cui omnia sua minima maxima concredebat, quoque plurimum utebatur, de auditorio suo, et quidem calamo minime, sicut credimus, vano et glorioso, prædicabat. Quis vero hac tempestate, non dicam in ulla Germaniæ acad. sed totius Europæ vel celeberrimo Gymnasio, ipse licet Reuchlino, cui summa omnia tribuimus, ut parenti opt. studiorum, doctrina nihilo inferior, tanto auditorum cœtu, imo vel decima ejus parte circumfluit, maxime qui sit in talium explicatione auctorum et Græcæ litteraturæ traditione occupatus? O mirandam, ne dicam miserandam, temporum, animorum et studiorum commutationem! Cujus causas alibi investigare licebit opportunius ac liberius. Nunc autem segnitiem atque socordiam nostram tantum deplorare liceat, si vel hac ratione in juventute nostra, quæ in litteris ad spem aliquam

reipub. et Ecclesiæ educatur, aliquos pristini ardoris igniculos resuscitare, sive ut Græcorum elegantissimo utar verbo, ἀναζωπυρεῖ possimus. De meo erga istas litteras, quibus humanitas omnis continetur, amore perpetuo dicam parcius. Multum volui; parum potui ad illarum propagationem conferre. Partim enim ingenii et valetudinis mediocritas, vel potius utriusque tenuitas, conatibus honestis obstitit, partim occasiones defuerunt, partim denique alia studia, ab illis non parum remota atque aversa me velut abstraxerunt. Et vel sic tamen non pœnitet prorsus, quantum hic operæ posui, si non et operæ pretium aliquod feci. Isidorus Pelusiotes quidem quid quantumve nobis debeat, ipse potius loquatur. Et loquetur sane hoc ipsum diserte, si hæc nostra editio cum Parisina clarissimi Billii conferatur. Dicet enim, se mea primum benignitate plus quam ducentis viginti epistolis prodire auctiorem; dicet, plurimis priorum etiam librorum locis factum emendatiorem atque integriorem; dicet, interpretatione Latina et notis quoque ac perochis redditum planiorem ad intelligendum; dicet, indicibus nostris usui factum aptiorem et habiliorem. Ac ne quis per nos sua laude et gloria defraudetur, nec illi hic reticendi sunt, quorum beneficio manuscriptus ille codex bibliothecæ princip. Bavar. nostris usibus impetratus est. Id tu quidem, Grutere clarissime, jam nosti, norunt etiam complures amici alii. Sed quando hæc epistola, quæ et amicitiæ nostræ et grati erga εὐεργέται animi mei testis esse debet, a pluribus, quemadmodum spero, legetur una cum ipso Isidoro; sciant illi quoque, qui antea nesciebant, quod eos scire interest meæ fidei et εὐγνωμοσύνης, deberi istius beneficii gratiam viris magnificis atque amplissimis, Marco Velsero, reip. August. II, viro, et Joanni Georgio Hervuarto ab Hohenburg, cancellario Bavarico, qui et per litteras et per interpretem ac proxenetam opt. ac gratiosiss. Davidem Hœschelium nostrum a me rogati usum pulcherrimi illius codicis, quem Monaci exstare inaudiveram, non difficiles sese mihi præbuerunt, quin eum mihi ab sereniss. et celsiss. Bavar. princip. impetrarent, μεγάλη χάρις αὐτοῖς, ut Theocriti verba hic faciam mea. Idem dictum volo et prothymiæ clariss. et nobiliss. viri Marq. Freheri : qui cum intellexisset, a me alterum etiam desiderari exemplar editionis Parisinæ, quod variantibus lectionibus a me conscribillatum novæ impressioni subservire juberem, ultro id, qua est vir eximia benignitate, prolixeque mihi obtulit atque concessit usibus meis. Sunt etiam qui signum nobis postea subtulerunt ad bene sperandum de novis auxiliis ex Vaticana bibliotheca subministrandis. Ibi enim plurimas etiam ἀνεκδότους nostri auctoris epistolas latere perhibent αὐτόπται, nec vanam faciunt fidem. Jam enim quarumdam vidimus initia, quæ inde And. Schottus, vir doctiss., de antiquitate omni et de rectis studiis opt. mer. (notissima tibi prædico) exscripserat. Illi quoque, ubi promissa impleverint, uti speramus propediem facturos, et vero cum fidei suæ tum boni publici causa facere debent, debita laude gratiaque minime fraudabuntur. Neque ipsos hæc editio, quam Commeliniani sine magno suo incommodo, ut scis, diutius differre non potuerunt, retardare, sed potius invitare debet, ut quæ ultro perbenigne sunt polliciti, non tam nobis quam reipub. Christianæ repræsentent. Accipies cum his litteris et operis universi titulum, et aliquot encomiastica partim carmina, partim epistolia clarorum virorum, quæ suum in locum ab operis typographicis referri jubebis.

Cætera quæ ad Isidorum idoneo cohonestandum prooemio pertinent, vobis curæ erunt. Meministi namque omne pontificium προσφωνήσεως Commelinianis a me transcriptum esse. Errata colligere et corrigere in foliis transmissis, quanquam statim aliqua agnovi, non libebat, cum præsertim non omnia ad manum haberem. Itaque ἀναγνώστης et ἐπανορθωτὴς ista viderint quo pacto emendentur, et more solemni ad calcem operis rejiciantur. Nec plura, nunc quidem, de Isidoro nostro. Tantum bonis avibus prodeat, et bono publico pariter ac Bonutiis privatim prosit plurimum. Exspectas procul dubio dum scribam tandem etiam de suppetiis, quas ad vetera numismata vestra, quibus ingens illud et immortale opus *Antiquarum inscriptionum* locupletare cogitas, aliquando me tibi Norimbergæ procuraturum promisi. Qua de re sic habeto serio, exstare sibi apud illum quem supra laudavi patricium virum thesaurum minime vulgarem numismatum veterum omnis generis Hebræorum, Græcorum, Latinorum, consulum, censorum, triumvirorum, imperatorum, Cæsarum; denique aureorum, argenteorum, æneorum. Cumque superioribus feriis nostris ad finem vergentibus Norimbergam me contulissem, et ultro aliquot diebus (decem, nisi fallor) me quasi captivum in illam instructissimam bibliothecam benigniss. heri ejus permissu inclusissem, post hanc perlustratam, illa etiam pleraque omnia in manus sumpsi et inspexi; periculum quoque feci in describendis numismatum singulorum epigraphis, ad eum fere modum, quem cl. V. Adolphus Occo Med. Aug. amicus noster in suo illo celebratiss. opere servavit. Deprehendi autem laborem hunc, si quis totum, ut par est, absolvere velit, non paucorum dierum, sed aliquot mensium fore. Nec inutile fuerit, meo judicio, aliquem pingendi artificem adhibere, qui numismata singula (quæ quidem nondum ab aliis excusa sunt) ad vivum, quantaquanta sunt, delinearet atque exprimeret. Quam quidem ad rem et sumptus non parvus, et tempus non exiguum, et totus, ut sic dicam, homo requireretur. Mihi vero nec consultum videbatur, sine mandato vestro in id sumptum facere, et ad familiam atque operas academicas revertendum erat. Si quid tamen in posterum vel apud illum hospitem meum Imhofium, vel apud Bened. Ammannum, aliosve (sunt enim plures in locupletissima civitate talium κειμηλίων possessores, quamvis alius alio pecuniosior), tuo instituto subservire potero etiam absens, non parcam operæ meæ; nec suam, opinor, dene-

gabit prætorius noster, quem virum et tui cum primis studiosum atque amantem, et alioquin omnis officii fideique plenum cognovi. Vale, et saluta verbis meis Bonutium et Commelinianos, amicosque cæteros.

Altorfii in acad. Norimbergensi, mense Augusto anni MDCV.

Illustrissimo, clementissimoque duci ac domino, FRIDERICO Juniori, comiti Palatino ad Rhenum, bono reipubl. nato, juventutis principi unico.

Opportune Isidoro ultimam imponunt manum typographi, quo post biennii secessum, e finibus Galliæ ad tuos redis, desideratissime principum. Nempe cum omnis ætas, omnis ordo in publicum effusus, adventum tuum, tanquam clari ac salutaris sideris, bene ominatis gratulationibus atque declamationibus excipiat, jure et nos quoque submittimus animi nostri lætitiæque indicem, Pelusiotam hunc episcopum; qui jam nunc primum parte sui quarta integrior, tantum non vocaliter, et florentissimum juventutis principem faustis prosequatur ominibus, et Græca præterea vernilitate, desuper in lepidum caput ejus ac sinum invergat uberem coronamentorum copiam. Nimirum viso cæteros (occasione verni auspicii) inter alia devotæ mentis munera, aggerere etiam ephemeras florum delicias, merito arbitratur gratos tibi item acceptosque fore colores odoresque depromptos e sacræ sapientiæ hortis, præsertim cum ejus sint genii, ut non modo non obsolefiant, non marcescant, aut usu aut tempore, sed inde potissimum sumant coloris odorisque fragrantioris augmentum; ejusque præterea ingenii, ut non simpliciter tantum blandiantur oculis, lenocinentur naribus, verum et ipsi animo et ipsi pectori salutarem vim communicent, quo citius quis ac tutius grassetur, per virtutis atque honoris templa, ad æternitatem : quæ ipsa, quoniam nulli non ætati perpetuo esse debet ante oculos; fecerit, spero, senex iste noster pretium suæ operæ : tanto quidem magis, quod et is insuper se totum tibi voveat dedicetque, unius tui contubernio adhærescere deinceps cupidissimus. Idque eo facit confidentius, quod meminerit ante paucas annorum hebdomadas, haud frustra commendatum fuisse patrocinio magni illius propatrui tui Joannis Casimiri, principis memoriæ nunquam interituræ, præceptorem suum D. Chrysostomum. Quippe, si non indecenter patrem sequitur sua proles, *decore etiam allubescit familiæ ei discipulus, in qua et splendorem invenit et tutelam magister suus. Quem ut et ipse alicujus habeas momenti, princeps illustrissime, scias procul abesse a contage et sui olim sæculi, et istius nostri; talem scilicet qui dicta sua omnia factis cohonestet, neque aliter vivat quam loquatur; qui aversatus inutiles omnes super religione quæstiunculas, ad solam aurigetur pietatem ac virtutem; qui sacrarum Litterarum loca obscuriora infinita, sobria bonæ mentis et rationis luce uberrime perfundat; quique ideo longissime dissideat ab eis, qui nescio quibus contentionum strophis defiti, neque contenti ludere de suo corio, ita reges et principes inter se committunt, nationes et respublicas pervertunt, ut de uno populo mox duo aut adeo plura fiant corpora, et ab externis in æternum Christiani nominis hostem bellis, in sua viscera armentur, furentiumque exemplo manus et membra sua ipsi cædant : in summa, qui nihil commune geras cum istis, qui sic a se segregatum habent candorem, fidem, modestiam, ut si e toto orbe diligenda venirent monstra hominum conflata e contentione, pervicacia, maledicentia, suspicione, avaritia, livore, superbia, lascivia, ex horum potissimum ordine essent promenda ac producenda. O ævum! O mores! Si enim huic nostro fides*, tantum inter sacerdotem et quemlibet probum virum interesse debet, quantum inter cœlum et terram discriminis est, *plura possemus pro isto; sed ex supervacuo, illustrissime princeps, adeo statim optimum senem utraque invasisti manu, ac serio polliceris, ubi ætate fueris adultior, habiturum in amicorum cohorte prima primum, nihilque non de ejus sententia facturum publice privatimque. Macte hac indole, hoc proposito, maximæ exspectationis princeps, certus id ipsum accessurum non solum incredibili familiæ Palatinæ incremento, et summo Opt. Max. parentum gaudio, sed et incomparabili reipublicæ Christianæ bono, tuoque honori ac gloriæ sempiternæ. Quæ ut brevi consequaris, supremum Numen supplices veneramur, clementiæ suæ alis te verpetuo, ceu Germaniæ totius delicium et amores porro obumbrare dignetur.*

Neostadii XXII *Februarii, veris ipsius die auspicali.*

Illustriss. Vestræ Clementiæ addictiss.

COMMELINIANI et BONUTIANI.

Reverendissimis Patribus P. Andreæ SCHOTTO, et P. Heriberto ROSWEIDO, societatis Jesu presbyteris in collegio Antwerpiano, S. P. D.

Redit ad te, Pater Schotte, Isidorus tuus post bene longam captivitatem, in qua eum carcer Jani Gruteri, veluti mancipium quoddam, cum aliis id genus liberalis notæ monumentis, præter votum tuum hac-

tenus detinuerat. Verum Suffridus Sixtinus Ambstelrodamensis, qui optimam Gruteranæ bibliothecæ partem in usum ac possessionem suam redegit, non est passus tam sanctum, tam pium, tam sapientem, tam disertum scriptorem diutius in isthoc tenebroso carcere delitescere; sed inde extractum liberali manu asseruit, haudque gravatim consensit, ut in dias luminis oras, tuo vestitus ac splendens ornatu, a Fitzeto nostro produceretur, et hoc pacto in libertatem suam restitutum ire juberet quo vellet. Qua in re et tibi ut gratificaretur sategit, et simul, ne tam præclara opera auctori suo deperiret, præcavere voluit. Sane ut bono Christianæ reipublicæ, cui juvando promovendoque, in exulceratis hominum quorumdam judiciis persanandis et feris moribus mitigandis, unice facere hic scriptor et potest et debet, vel hac in parte consultum ivit. Neque ego interim officio meo defui, veritus ne aut manuscriptum in æmulorum manus invidas deveniret, aut res rursum procrastinata novum in periculum ex transverso incideret. Non sum ignarus, sed domi doctus meopte exemplo didici, quantæ molis sit talem partum progignere, quantave dividia mentem premat et conficiat ob deperditas forte aut manticulatas vigiliarum nostrarum lucubrationes. Nec dubito quin plura id genus monumenta penes te exstent, vel abs te ipso affecta et profecta, vel ab amicis tuæ fidei commendata, quæ cupias cum industriis et assiduis bibliopolis communicare. Ad eam rem si tibi opera mea utilis et proficua esse poterit, mandabis, quid fieri velis, et factum putato.

Ad te quoque, Pater Rosweyde, non minus curatio hujus sanctissimi Patris Isidori spectare debet, ut quem Pater Schottus eleganti festivoque schemate tam liberaliter honestavit, ei tu vitam ipsam redonare non neglecturus sis in illis de *Sanctorum historiis* commentariorum libris. Ita spes nos bona fovet, quam de te omnes eruditi et bonarum litterarum studiosi conceperunt. Neque nos falli aut spe nostra jam diurnante frustrari patieris, si ingenuum ingenium tuum recte novimus, et perseverantem animi voluntatem, quam sapientes constantiam in promissis appellant, rite perspeximus.

Cum ergo utrumque vestrum Pelusiota vester, imo ex parte et noster, tangat, recte atque ordine mihi facturus videbar, si eum ad utrumque pariter destinarem, qui aurem vobis velleret, ut conjunctis opibus atque industriis integram aliquando et omnibus numeris absolutam Isidori operum editionem adornaretis et procuraretis. Dignissimus sane scriptor, in quo operam hanc cunctam collocaretis, vel egregio reipublicæ, in qua et sub qua vitam communem degunt religiosi cum profanis, catholici cum schismaticis, boni cum malis. Neque enim sanctissimo huic Patri Isidoro, vel magistro ejus B. Chrysostomo, aut cæteris ejus ævi sanctis et catholicis Patribus, Basilio Magno, Gregorio Nazianzeno, Cæsario, etc., mos ille quo nunc vulgo vivitur cognitus erat, at homines æque, ac ipsa vitia, odissemus et vitaremus. Contra ea sancti illi Patres vitia hominum fugere ac detestari nos jubebant, non homines ipsos Dei imaginem gerentes, quos Dominus noster Jesus Christus proximos nostros esse docuit, et diligere præcepit. Sed hæc est sæculi nostri haud scio infelicitas, dicam, an fatalitas, an potius immanitas, quam tantopere quondam illustrissimi cardinales Bembus et Sadoletus deplorabant. Dicite mihi, sed vestra fide, si istam morum rigiditatem in expungendis dissentientium nominibus non modo ex diptychis Ecclesiæ, verum ex ipso etiam albo τῆς ἔξω φιλίας καὶ ὁμιλίας indifferenter admittemus, nunquam vel sanctissimorum Patrum exsortem ab hac invidia præstabimus? Non certe vos istum ipsum Isidorum vestrum, non ejus magistrum B. Joannem Chrysostomum, non Magnum Basilium, non Thaumaturgum Nazianzenum, non Theologum Nyssenum, non Ephræm Theodidactum, non Synesium, non Epiphanium, Theodoretum, non ullum ejus ætatis tractatorem sanctum ab injuriæ hujus nexu defendere mihi unquam poteritis, aut in tuto collocare. Viri cordati beatos vos esse prædicant, quibus datum atque concessum sit e tam rigido eorum, quos dixi, instituto seorsim sentire. Sic enim alienam religionem, et humanos mortalium læsus odio habetis, ut tamen dotes ingeniorum humanorum, easque artes, quas eis præbuit Phœbus Apollo, ut Homericis verbis exprimam, æstimare et admirari didiceritis. Macte hac virtute, o venerandi seniores, qua in orbe Christiano nomina vestra præclivent ac celebrantur. Vobis ipsi etiam adversarii hanc justissimam laudem veris calculis assignant, quod plus moderatione vestra apud dissentientes proficiatis, quam illi, quos minus dudum memoravi, cum omnibus suis armatis copiis ad rigoris cotem sanciatis, quibus sæpefieri affirmant, ut magis destruant, quam ædificent, cadant, quam vincant. Valete, et comitatem meam, quam Isidoro vestro servando, et vobis in hoc schemate repræsentando libenter impendi, boni consulite; majora a me præstolaturi, si vobis studium atque officium meum in rebus vestris litterariis juvandis, et pro ea, qua valere atque posse existimor, auctoritate promovendis, placere intellexero.

Scribebam Francofordiæ a d. XVI Kal. Martiar. A. C. N. ∞ IƆCXXIX.

TYPOGRAPHUS ANTIQUÆ EDITIONIS LIBRI V LECTORI S.

Duos quidem Isidoros locis temporibusque dissitos, patria quoque diversos, sed sanctimonia socios junctim

prope nostra memoria edendos curarunt nostri ordinis typographi, Lutetiæ Parisiorum, et coloniæ Ubiorum, Isidori Hispalensium antistitis Originum *sive* Etymologiarum *libros XX, et* Sententiarum *libros IV. Omniaque adeo pie ab illo in S. Scripturam exarata. Græci vero hominis S. Isidori Pelusiotæ seu Alexandrini presbyteri, disertissimi Attico etiam sermone, ut B. Chrysostomi auditoris, Epistolas amplius ter mille; quibus et ipse magnam partem sacrarum Litterarum loca, veluti per epistolam quæsita, explanat, evulgarunt. Post Romæ in Vaticana bibliotheca observatum oculis ab* And. Schotto *S. J. plures adhuc* ἀνεκδότους *delitescere quas postea ære descriptas, sacras piasque, ut mores ævi sui qua adhortando, qua castigando verbis reformantes epistolas, in patria Antuerpiæ typis Nutianis excudendas curavit, prope sexcentas, triginta demptis. Et quidem post ingentem numerum a Jac. Billio abbate jam occupatum e codice, opinor, Gul. card. Sirleti, ut mox e Bavarico exemplari trecentas triginta adjunxit Latineque reddidit, scholiisque illustravit Conr. Rittershusius, jureconsultus egregius. Græce quidem duntaxat hæ sexcentæ lucem primum aspexerunt, cum spe bona Schotti fore, ut exsisteret aliquis, qui Latine interpretando præverteret, illoque fasce levaret, ut vel iis gratificari voluisse videretur, qui sua quemque scriptorem loquentem lingua cum legere tum intelligere satagunt; sed sæculi infelicitate, ne dicam socordia, nimis rari eodem lucubrando aspirant; plerisque amœniora duntaxat, ut poetica studia, vel ad quæstum pertinentia magis quam ad nominis immortalitatem, consectantibus. Verumenimvero, quod Juliano Cæsari B. Basilius M., teste Nicephoro, respondit, verum est illud :* Τὸ ἀναγινώσκειν καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐστί. *Lucem itaque epistolis hisce interpres attulit, locisque obscuris* σχόλια *adhibuit, diversa ab iis quæ in Græco exemplari jam leguntur, et argumenta nova. Utere, Lector, nisi si quid utilius afferre vales. Vale.*

ELOGIA VETERUM

DE S. ISIDORO PELUSIOTA.

EX SUIDA.

Ἰσίδωρος πρεσβύτης, ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος φιλόσοφός τε καὶ ῥήτωρ ἐπιστολὰς ἑρμηνευούσας θείαν Γραφὴν, ,γ. γέγραφε. καὶ ἄλλα τινά. Id est, *Isidorus presbyter Pelusiota, vir eloquentissimus, philosophus atque rhetor epistolas ter mille divinam Scripturam interpretantes scripsit, et alia quædam :* ut *Adversus Gentes*, cujus ipse operis meminit lib. II, epist. 137 et epist. 228; ut *Contra fatum*, lib. III, epist. 253; *Ad* vel *Adversus Cyrillum*, de quo Evagrius lib. I, c. 15, *Eccles. hist.*, et Niceph. lib. XV, c. 53. Quæ vero idem Suidas in Ἀφέλεια, et in Μήτοι affert, item bene longa narratione Σεραπίων, et nostro Isidoro per errorem attribui video, Platonici potius philosophi Isidori esse existimo, nisi quid judicans fallor, cujus Isidori vitam Damascius scripsit, ut in Photii *Bibliotheca* legas, cod. CCXLI. Nostri vero Isidori meminit idem Suidas, Ἰωάννης Ἀντιοχεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος. Estque illa Epistola S. Isidori, quæ in his nostris est 168, ad Timotheum quemdam. De patria quoque controversum, *Pelusiota* enim cognomento a patria, *Alexandrinum* tamen facere videtur Ephrem apud Photium nostrum Bibliothecæ volum. CCXXVIII, ut vel origine alteram, alteram ab educatione distinguamus, cum M. Cicerone, *De legib.* Presbyterum vocat Suidas, non episcopum, etsi vox illa pro hoc commutari soleat interdum. Itaque in catena Græcorum Patrum in Joannem, in edita, hoc signo [ρ] designatur, ut in extrema Catena ad illa Joannis verba : *Nec ipsum arbitror mundum capere posse, qui scribendi sunt libros ;* Isidori nostri laudat epist. 259 lib. I, et lib. II epist. 99. Nunc aliorum elogia videamus.

EX EVAGRIO (*lib.* I, *cap.* 15).

Theodosio imperatore regnante, magno etiam in honore fuit Isidorus Pelusiota, cujus gloria ob illius tum facta, tum dicta longe lateque pervagata est, omniumque sermone celebrata. Iste carnem sic maceravit laboribus, sicque animum arcanis et divinis doctrinis saginavit, ut vitam angelicam in terris traduceret, et vivam expressamque effigiem vitæ monasticæ et divinæ contemplationis omnibus perpetuo intuendam proponeret. Scripsit quidem cum alia multa opera perquam utilia, tum unum ad Cyrillum : ex quo perspicuum est eum eisdem cum admirabili illo Cyrillo vixisse temporibus. *Ad Cyrillum*, an *Adversus Cyrillum*, ut e Nicephori mox verbis colligas, et ex Stephano Gobaro apud Photium cod. CCXXXII, lib. XIV, cap. 53.

EX NICEPHORO CALLISTO (*lib.* XIV, *cap.* 53).

Non virtute tantum egregii tum floruere viri, sed et doctrina factis ipsis consona Isidorus enituit. Utraque enim philosophia si occurrat, celerius mentem in sublime tollit, et bono ei, quod desiderio votoque omni expetimus, unit atque conjungit. Nam veluti duabus alis, cui utraque illa contingit, utitur, atque in cœlum evolans quam celerrime progressu pleno pervenit. Quales viros ea tempestas protulit, virtute et doctrina magnam gloriam consecutos. Talis Isidorus ille fuit, qui in Pelusio monte monachis præfuit : Nilus et Marcus præclari ascetæ, et sapiens item Cyri Ecclesiæ antistes Theodoritus, quorum magna in poetica laus est. Præceptore ii in utraque philosophia magno usi sunt Chrysostomo. Igitur divus Isidorus jam inde ab adolescentia ita in monasticis laboribus desudavit, et ita carnem, animam arcanis sublimioribusque doctrinis fovens, maceravit, ut evangelicam prorsus degeret vitam, et viva animataque monastici instituti divinæ contemplationis columna, et velut primarium quoddam exemplum flagrantis æmulationis doctrinæque spiritualis esset. Multa ab eo scripta sunt, variæ utilitatis plena, potissimum autem

epistolarum omnis generis divina simul et humana gratia refertarum prope chiliades decem, in quibus Scripturam omnem clarius exponit, et omnes omnium mores instituit : quippe qui dicendi genere ad docendum accommodato in eis utitur. Satis quoque ille declarat, quo ardore erga honestatem, erga Ecclesiam, et eos qui temere injuria afficerentur, flagravit. Multum præterea in lucubrationibus suis invehitur in eos, qui non recte episcopali, sacerdotalique munere fungerentur. Et quod aperte Chrysostomum defenderet, vehementer Arcadium et Cyrillum atque hujus patronum Theophilum perstringit, eorumque sinistras adversus virum eum susceptas molitiones taxat. Quæ eodem illum cum eis tempore vixisse testantur. Cyrillum sane quidem ut hominem turbulentum refellens, hæc quoque scribit : *Favoris quidem affectio acutum non videt, hostilis vero animi odium nihil prorsus cernit*, etc.

EX XISTO SENENSI (*lib.* IV *Bibliothecæ sanctæ*).

Isidorus Pelusiota, monachorum Pelusiaci montis in Ægypto abbas, D. Joannis Chrysostomi discipulus, angelicam in carne vitam degens, multa scripsit variæ utilitatis plena, potissimum autem epistolarum omnis generis divina simul et humana gratia refertarum prope chiliades decem, sive decem millia, in quibus omnes divinas utriusque Testamenti Scripturas exposuit, et omnium mores instituit, usus in eis docendi genere maxime ad docendum accommodato. Vidimus in bibliotheca Marciana Venetiis volumen manuscriptum complectens hujus sancti viri 1148 epistolas : quarum prima sic incipit : Ἐπειδὴ κυκλικὸν ἐστι χρόνου. Claruit sub Theodosio Juniore anno Domini 440.

JOANNES CHATARDUS.

Mihi operæ pretium visum est ex superioribus paucula ista annotare. Refert quidem Suidas hunc nostrum Isidorum præter illam magnam epistolarum multitudinem alia etiam quædam scripsisse; sed quæ sint illa, non commemorat. Inter ea collocandus est liber ille, quem ad Gentiles scripsit, cujus ipse in his epistolis aliquoties meminit. Qui an adhuc in tenebris lateat, aut luce fruatur, non mihi constat. Quædam etiam ejus poetica desiderari viderentur, si vera essent, quæ supra ex Nicephoro Callisto juxta vulgatam versionem citavimus : nempe, Isidori Pelusiotæ, Nili et Marci eremitæ, ac denique Theodoriti Cyrenensis antistitis magnam in poetica esse laudem. Verum hæc Nicephoro minime sunt ascribenda : sed errori potius interpretis ejus, Langi, ob homonymiam dictionis Græcæ non bene animadversam, ut libro primo Sacrarum suarum Observationum doctissimus noster Billius indicat et admonet. Nam libro primo cap. 38, ubi quædam observat in Evagrii Historiam, sic ait, cap. 15. In initio hæc verba, κατὰ ποίησιν, ab interprete omissa, idem valent quod ποιητικῶς εἰπεῖν, id est, ut poetæ verbis utar. Hæc enim dicit ob hæc verba κλέος εὐρύ, quæ præcedunt, et quibus utitur Homerus *Odyss.* lib. pen. Quod cum ne Langus quidem apud Nicephorum lib. XIV, cap. 53, animadverterit, Isidorum Pelusiotam, Nilum et Marcum eremitam, ac denique Theodoritum Cyrenensem antistitem egregios poetas facit, cum tamen nullum omnino ex his poetica laude floruisse litteris ullis proditum sit. Ex quo perspicere licet, quantum interdum erroris unius voculæ homonymia non animadversa pariat. Quod vero Xistus Senensis narrat se Venetiis in Marciana bibliotheca vidisse volumen manuscriptum complectens hujus sancti viri 1184 epistolas, quarum prima sic incipit : Ἐπειδὴ κυκλικὸν ἐστι τοῦ χρόνου, etc., cum in his mille ducentis, quas eruditissimus Billius traduxit, nulla sic incipiat, hinc satis liquet, et hanc et reliquas (ut verisimile est) sequentes ibi adhuc conclusas teneri, et Endymionis somnum dormire, vel potius sepultas jacere, Billio aliquo admodum egentes, qui eas vindicet, et expergefaciat, vel etiam mortuas excitet. Cæterum legimus passim varios fuisse Isidoros : alios quidem martyres, alios confessores, alios episcopos, alios abbates et monachos. Hic noster inter sanctos abbates reponitur. Usuardus Martyrologus quinque ejusdem nominis in Album sanctorum retulit, inter quos hujus nostri Pelusiotæ meminit, ejusque festum quarta die Februarii celebrari tradit.

EX MATYROLOGIO ROM.

Martyrologium Romanum et Menologium Græcorum die 4 Februarii, et Usuardus sanctorum Catalogo ascripsit Isidorum Pelusiotam. Ubi card. Baronius, in Annotationib., et tomo V Annalium ecclesiastic., ad annum Christi 431 legendus.

ROB. CARD. BELLARMINUS.

(*Lib. De script. ecclesiasticis ad annum Christi* 431, *legendus.*)

Isidorus Pelusiota monachus doctissimus floruit tempore Theodosii Junioris, ad quem ejus exstat epistola apud card. Baronium tom. V Annalium ecclesiast. ad annum Dom. 431, et lib. I, epist. 35 et 301 de synodo Ephesina. Scripsit plurimas epistolas, quas Græce et Latine impressas habes Parisiis Latinas factas mille ducentas tredecim opera Jac. Billii abbatis Sancti Michaelis in Eremo, an. 1585. Addidit Conr. Rittersh. Jureconsultus trecentas triginta e Bavarico exemplari, ut ille ex cod. Sirleti vel Bessarionis cardinalium. E Vaticano demum codice DLXX, epistolas Andr. Schottus Societatis presbyter adjecit. Exstant itaque plures quam Suidas numerat epistolæ centum tredecim : in universum 3113. Sed myriadem scripsisse epistolarum sanctum Isidorum asserit Sixtus Senensis in sacra Bibliotheca, Nicephorum credo lib. XV Ecclesiast. histor. secutus ; sed calculi errore numerorum, ut fieri amat, notis, Γ' pro E' natus esse videatur.

ANT. POSSEVINUS (*in Apparatu sacro*).

De epistolis sancti Isidori Pelusiotæ, cum eæ sententiis ac brevibus adhortationibus aculeum lectori perutilem infigant, suaserim probis et eruditis gymnasiarchis, ne tantam sinerent elabi occasionem, qua eas discipulis interdum partim prælegerent, partim seligerent e libris quinque utilissimas ac similes conjungerent vel Latine. Sic adolescentum mores dictionemque ac pietatem instillarent juventuti sibi commissæ, ut beati Hieronymi pias quasque epistolas selegit P. Petrus Canisius ; alii, aliorum.

ANDREAS SCHOTTUS (*Observ. divin.*).

Pelusium oppidum Ægypti. Ostium Pelusiacum inseptem Nili ostiis. Isidori Pelusiotæ patria sive Alexandria. Lente et cepa abundavit. Pelusiotæ duplex apud Hieronymum significatio.

In Isidori Pelusiotæ gratiam, quia ejus Epistolas prope sexcentas post Billium ac Rittershusium e Vati-

cana nuper produximus de Pelusio breviter disseram : urbs enim Pelusium juxtaque Pelusiacum ostium de septem Nili ostiis Pomponio Melæ lib. I De situ orbis cap. 9 extremo, et Straboni lib. XVII Geograph. Hic lentis copia et ceparum fuit cum superstitione, ut fere Ægyptiaca omnia. P. Maro lib. I *Georg.* v. 228.

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Ubi Servius Honoratus Pelusium ait unam esse de septem ostiis Nili fluvii, ubi lens primum inventa, vel saltem optima nascatur. Verum oppidum est potius, et hisce leguminibus Ægyptii ibi negotiabantur, teste B. Hieronymo; portus vero Pelusiacus dictus, et incolæ Pelusiotæ. Paludibus autem clausum fuit Pelusium, et viarum angustiis, ut auctor est Strabo. Captum autem ab Augusto Cæsare bello Actiaco, et Ægyptum inde occupavit, parta ad Actium promontorium victoria, teste Dione Cassio lib. LI Hist. Rom. et Plutarcho in Antonio, Propertius lib. III eleg. 5 extrema :

Claustraque Pelusii Romano subruta ferro.

B. Hieronymus in Ezechielis cap. XXX de Pelusio : *Portum*, inquit, *habet tutissimum, et negotiatores muris ibi vel maxime exercentur. Unde et poeta* (Virg. I *Georg.*) Pelusiacam lentem *appellat, non quod ibi genus hoc leguminis seratur, vel maxime, sed quod in Thebaida omni Ægypto per rivum Nili illius plurimum deferatur.* Idem in Isaiæ cap. XLVI : *Pleraque Ægyptiorum oppida ex bestiis et jumentis habent nomina.* Κύων, *a cane.* Λέων, *a leone :* Δμῦις, *figura Ægyptica ab hirco :* Λύκων *a lupo : ut taceam de formidoloso et horribili cepe, et crepitu ventris inflati, quæ Pelusiaca religio est.* Arnobius lib. VII adver. Gentes : *Acrimonias internoscere ceparum.* Angellius lib. XX, cap. 8 : *Eam causam esse dicunt sacerdotes Ægypti cur Pelusiotæ cepe non edant, quia solum olerum omnium contra lunæ aucta, atque damna* (id est augmenta et diminutiones) *vices minuendi atque augendi habent contrarias.*

Pelusiota autem et incolam designat, et vilem ac luteum hominem. Πηλὸς enim *lutum* est.

Sic idem Hieronymus epist. ad Pammachium, adversus errores Origenis : *Hæ sunt strophæ vestræ atque præstigiæ, quibus nos pelusiotas et jumenta et homines animales dicitis, quia non recipimus ea quæ spiritus sunt ;* et ad Pammachium et ad Oceanum : *Pelusiotas nos appellent et luteos, animalesque et carneos, quod non recipiamus ea quæ spiritus sunt. Illi,* scil. Jerosolymitæ, *quorum mater in cœlis est.* Eadem ep., *et propter animales et luteos nolle palam dogmata confiteri.* Ibidem : *Impelle si vales, Pelusiotam, ut manducet cepam.* Idem Hieron. in cap. XXIX Jeremiæ : *Delyrus interpres seminas ruinam cœlestis Jerusalem, quæ cum audiunt discipuli, et grunianæ familiæ stercora putant se divina audire mysteria, nosque qui ista contemnimus pro brutis habent animantibus et vocant* πηλουσιώτας, *eo quod in luto istius corporis constituti non possumus sentire cœlestia.* Hæc Hieronymus. Juxta Pelusium autem cultus Jupiter Casius. Testis Sextus Pyrrhonius, lib. III Hypotyposeon scribens : *Jam vero et ex Ægyptiis qui sapientes habiti fuerunt alii caput animalis edere profanum esse arbitrantur, alii scapulam, alii pedem, alii nescio quid aliud. Cepas vero nullus unquam edit eorum, qui sacris Casii Jovis apud Pelusium initiantur.* Epiphanius vero : Κάσιος δὲ ὁ ναύκληρος παρὰ Πηλουσιώταις, etc.

JOSEPHUS SCALIGER CUNRADO RITTERSHUSIO SUO S.

De thesauro invento tibi, vel potius reipublicæ litterariæ gratulor. Non potuit illi melius contingere, quam in illius manus incidere qui non solum illum publicare, sed etiam meliorem dare potest, quandoquidem et Latinam interpretationem tuam, et notas ad illud opus exspectamus. Exigis a me epigramma in commendationem operis. Non erat opus ad commendationem, quandoquidem et per se utile, et tua opera ornatius prodire potest. Multo minus a me, qui neque unquam poeta fui, et, si fuissem, jam per ætatem rude donandus eram. Sed quia nondum missionem mihi datam putas, accipe hos versiculos, non ut poetæ, sed illius qui nunquam meminerit se poetam fuisse.

Ὁ πρόσθ' ἐς αὐγὰς Ἰσίδωρος ἐκδοθεὶς
Μέλη τιν' ἦν μὲν Ἰσιδώρου, σῶμα δ' οὔ.
Τὸ σῶμα δ' ἡμὶν ἄρτιον χαρίζεται
Πρόσχημα σεμνῶν Ῥιττερούσιος νόμων
Λαχὼν τοσούτῳ κῦδος εὐκλεέστερον
Τοῦ δόντος εἰς φῶς Ἰσιδώρου λείψανα,
*Ὅσῳ τὸ σῶμα τῶν μελῶν ὑπέρτερον *.*

Quamvis senium olent, tamen versus esse puta, et quia hoc tu voluisti, Si quid peccatum est, a te, non a me supplicium exposce. Vale. Lugduni Batavorum. XVI Kal. Septemb. Juliani. CIↃ. IↃ. CIIII.

* Illustris viri Josephi Scaligeri epigramma Græcum quidam ejus observantissimus ita totidem versibus Latinis, si non expressit, saltem commutare conatus est :

Quondam ille in auras Isidorus editus,
Quædam Isidori membra non corpus fuit.
Nunc corpus ejus integrum nobis dedit
Fax juris interpresque Rittershusius :
Cui gloria hinc parta est eo prælustrior,
Quam qui edidit quædam Isidori fragmina,
Quo corpus est membris suis perfectius.

ISAACUS CASAUBONUS CUNRADO RITTHERSHUSIO IC. S. D.

Avebam scire, ut valeres, et quid ageres, clarissime Rittershusi, mirabarque binis meis superioribus nullum a te responsum esse datum, ut nec a Scipione Gentili, academiæ vestræ lumine quidquam litterarum accepi, postquam ex itinere Gallico isthuc est reversus, eramque adeo de utriusque vestrum valetudine ac statu sollicitus, cum misit ad me Bongarsius, ὁ τῶν ἐμῶν φίλων ἄωτος, epistolam illam tuam quam utrique nostrum communem esse voluisti. Gavisus sum non mediocriter, et quod valentem te intellexi, et quod ita in litteras animatum, ut bene de illis merendi finem nullum facias. Nam quod scribis de repertis B. Patris Isidori Pelusiotæ epistolis, et tua cura descriptis atque ad edendum paratis : beasti me, mi Rittershusi, hoc evangelio. Macte hoc studio atque hermæo isto. Multa quidem tibi jam resp. litteraria debet, propter egregia ingenii tui monimenta, quibus illam auxisti, ornasti; sed magnum cumulum prioribus tuis meritis adjeceris, si tam pium et eruditum scriptorem ἐξ ᾅδου παλίνορσον nobis dederis, quod quidem ut facias, non hortor te solum, sed etiam rogo atque obtestor : eo quidem vehementius, quo pauciores hodie sunt quorum palato dapes istæ sapiant. Sed male sanorum hominum voces insanas, qui litteras Græcas faciunt non pauci, pro tua prudentia facile intelligis esse contemnendas; atque illud potius nobis, qui illarum præstantiam ac necessitatem intelligimus, esse enitendum, ut fugientibus manum injiciamus, et, si possumus, suam æstimationem ac pretium illis apud τοὺς εὐφυεῖς γοῦν τῶν νέων vindicemus. Quod autem edi cupis Lutetiæ opus tuum (vere enim tuum dixerim), de ea re quid certi spondeam tibi, non habeo : nam lente hic Græcorum editio procedit : etsi non deest quibusdam nostrorum typographorum animus et Isidorum et reliquos Patres Græcos edendi. Itaque cum omnia a te fuerint parata, fac me ut sciam; et confide, pari diligentia in eo negotio versaturum, ac si mea res ageretur. Vale. Madridi ad urbem, III Nonas Septemb. CIↃ. IↃ. CIIII.

Phil. Scherbius ex animo tuus. S.

Libenter legi Isidorum tuum, et, ut puto, non sine fructu. Miratus sum immanitatem (ita enim oportet loqui) laborum tuorum. Feres fructum. Quem illum? Placebis melioribus. Sed et fortassis auferes invidiam apud eos, quibus molestum erit, te ad summam juris civilis peritiam tantam rerum sacrarum cognitionem adjunxisse. Nosti ingenium humanum. B. V.

ARGUMENTA

EPISTOLARUM S. ISIDORI PELUSIOTÆ

Breviter comprehensa descriptaque a C. Rittershusio.

AUGUMENTA LIBRI PRIMI.

EPIST. 1. *Vocum monasticarum ἀποταγῆς et ὑποταγῆς explanatio.*

2 *Sancti sunt carbones igne divino succensi.*

3 *Opinio a re immane quantum discrepat : et verba factis concedunt.*

4 *Vita præsentis ævi est stadium, in quo nobis strenue decertandum est, si futuri sæculi præmia consequi volumus.*

5 *De asperitate et continentia vitæ monasticæ.*

6 *Calix apud Davidem quid significet.*

7 *Christi genealogia materna simul ac paterna ex familia Davidis deducitur.*

8 *De cura corpori et animæ impendenda.*

9 *De somniis, quæ ex diuturnis actionibus earumque reliquiis noctu per quietem nobis offeruntur; et de studio sobrietatis.*

10 *Charitatis encomium, qua nihil est majus. Confer Beati Maximi ἑκατοντάδας δ' περὶ ἀγάπης.*

11 *Injurias et contumelias non esse vindicandas, sed patientia superandas.*

12 *Elati animi reprehensio.*

13 *Admonitio de reditu ad officium desertum.*

14 *Præstat bene vivere et agere, quam bene et ornate dicere.*

15 *Cohortatio ad studium humilitatis et modestiæ, deposita arrogantia atque superbia.*

16 *Sal fecundans aquas sparsus ab Eliseo, quid mystice denotet.*

17 *Quare Christus in Evangelio quemdam ab se repulerit.*

18 *Contra Judæorum calumnias de ortu Christi : deque significatione particulæ* donec, *quam habe in*

sacris Litteris. Virgo mater virgini discipulo quasi testamento Christi commendata.

19 *Solutio quæstionis : Cur non etiam Daniel cum tribus sociis simul in fornacem sit conjectus.*

20 *Qui Christo non credit, ei nos frustra conabimur persuadere res arcanas et cœlestes.*

21 *Veteris et Novi Testamenti collatio cum scriptis gentilium, quæ de natura deorum exstant.*

22 *Dehortatio a sacerdotii cupiditate.*

23 *Interpretatio loci de Primogenito sancto.*

24 *Sacræ Litteræ religiose sunt tractandæ.*

25 *Contra solitariæ vitæ sectatorem, qui tamen perturbationibus succumbit.*

26 *Admonitio de crimine Simoniæ vitando.*

27 *Objurgatio hominis avari, bene alioquin versati in sacrarum Litterarum lectione.*

28 *Sacerdotium appetere non est cujusvis.*

29 *Admonitio de cavenda Simonia.*

30 *Admonitio de officio episcopali.*

31 *Admonitio de brevitate magistratus, adeoque totius humanæ vitæ, honestis actionibus extendenda.*

32 *Lucerna in candelabro est sacerdos in cathedra.*

33 *Joannes Baptista quibus rebus præstantior fuerit prophetis.*

34 *Joannes Baptista quo consilio legationem ad Christum miserit.*

35 *Admonitio imperatoris Theodosii de mansuetudine et eleemosynis exercendis.*

36 *Admonitio de officio aulici.*

37 *Oratorium ex rapinis non ædificandum.*

38 *Admonitio de cavenda abjiciendaque sacerdoti feritate, et assumenda humanitate et mansuetudine.*

39 *Etiam tunc, quando ob unum impium tota plectitur civitas, non fit injuria cæteris, quasi omnino innocentes punirentur.*

40 *In hominem* θρασύδειλον.

41 *Objurgatio monachi vagi atque instabilis, proposita leporis et veri monachi dissimilitudine.*

42 *Ineffabilis unio hypostatica duarum in Christo naturarum præfigurata viso prophetico carbonis igniti forcipe comprehensi.*

43 *Quare Abrahamus servum suum voluerit jurejurando sibi astringere manu femori imposita.*

44 *Eleemosynæ cum judicio erogandæ.*

45 *Admonitio de officio episcopali, et quid denotarit abjectio laneorum vestimentorum.*

46 *Actiones orationi copulandæ ac velut maritandæ sunt.*

47 *Admonitio de prætura recte gerenda.*

48 *Tributum ne clerici quidem pendere detrectanto.*

49 *Monachi suis manibus operantes victum quærunto exemplo Pauli et ex præcepto Christi.*

50 *Virga nucea quid denotet apud Jeremiam.*

51 *De typo ficus maledictæ a Christo et arefactæ.*

52 *Abstinentiæ a cibis causæ complures.*

53 *Mundum fugere quid sit, apud Amos prophetam.*

54 *Inter Mariam matrem Domini et Cybelem matrem deorum quantum sit discrimen.*

55 *De honore habendo reliquiis sanctorum, ut per quas Deus multa admiranda opera patret. Conf. ep. lib.* II.

56 *Judæ proditio, licet prævisa prædictaque, libera tamen fuit. Nam præscientia Dei non affert hominum actionibus necessitatem.*

57 *Utres veteres quinam sint. Piorum et impiorum discrimen in Caipha et Petro conspicuum.*

58 *Frugalitatis commendatio.*

59 *De peccato in Spiritum sanctum irremissibili.*

60 *Spiritus sanctus est Deus : unde et Dei digitus vocatur.*

61 *Objurgatio hominis ebriosi. Et quod non sit satis, scripta sanctorum legere, nisi vita quoque et moribus exprimantur quæ legerimus.*

62 *Inter veram et falsam eloquentiam quantum intersit.*

63 *Contra nimium studium gentilium historicorum et poetarum, Christiano homine indignum.*

64 *De infrugiferis arboribus securi exscindendis.*

65 *Area, ventilabrum, frumentum et horreum allegorice quid denotent.*

66 *De Christo a Joanne baptizato.*

67 *De illustri patefactione Trinitatis in baptismate Christi.*

68 *Vera expositio dicti Christi de Joanne Baptista.*

69 *Dehortatio a gula, et adhortatio ad jejunium propositis utriusque rei et fructibus et exemplis.*

70 *Et ventri et perturbationibus animi imperandum.*

71 *De sanctificatione Sabbati, et quæ opera in Sabbato sint facienda, nempe quæ animæ sint lucrosa.*

72 *De opere manuum, quatenus per id Sabbatum profanetur.*

73 *Cur Deus etiam templa sua fulmine feriat.*

74 *De indumentorum vilitate.*

75 *Consolatio tentationibus opponenda.*

76 *Cur Christus lapides in panes convertere noluerit.*

77 *De solitudinis bono.*

78 *De terrena militia cum spirituali commutanda.*

79 *Mali sacerdotes Pharisæorum similes.*

80 *Dicti evangelici de adversario et via, et expositio nova et mira.*

81 *Expositio dicti ex psalmo* XCIII : « *Ne adhæreat tibi sedes iniquitatis fingens laborem in præcepto.* »

82 *Solutio dubitationis cur Israelitæ Benjaminitarum scortationem ultum euntes in Gabaa sint cæsi* (Jud. XX).

83 *Expositio allegoriæ de oculo eruendo et manu dextra abscindenda abjiciendaque.*

84 *Expositio præcepti evangelici de inani gloria in bonis actionibus cavenda.*

85 *Expositio tertiæ petitionis in oratione Dominica.*

86 *Vera nobilitas et felicitas in virtute consistit.*

87 *Exemplis docetur, etiam feminas posse affectus suos vincere. Quare muliebris sexus imbecillitas feminas illis succumbentes non excusat.*

88 *Contra jactantiæ vanitatem.*

89 *De mulierum congressibus, aut contemplatione certe vitanda.*

90 *Cantus feminarum in ecclesia an permittendus sit.*

91 *Collaudatio hominis continentis, et ad perseverantiam exhortatio.*

92 *De veris et falsis monachis.*

93 *Admonitio monachorum, Ne multi fiant magistri.*

94 *Expositio dicti Scripturæ,* Hebr. IV, 13 : « *Omnia nuda et aperta oculis ejus.* »

95 *De spinea corona, quo spectarit.*

96 *Invitatio philosophi gentilis, ut veram philosophiam, id est Christianismum, abjectis erroribus, amplectatur.*

97 *De Spiritus sancti cum Patre et Filio arctissima conjunctione, quæ vel ex verbis concessæ apostolis clavium potestatis apparet satis.*

98 *De injuriis Christiano patienter ferendis.*

99 *Contra eum qui superbit, cum nullam habeat superbiendi materiam.*

100 *Refutatio hæreseos Novati.*

101 *Collaudatio hominis qui bene cœpit ; et ad perseverantiam in bono cohortatio.*

102 *Contra hæresin Manetis et aliorum qui male de duabus in Christo naturis sentiunt. Hæreticorum cum piscatoribus comparatio.*

103 *Trinæ abnegationi Petri opposita trina Domini interrogatio et Petri assensio.*

104 *Episcopatum appetere non est cujusvis.*

105 *De partu viperino, cui a Joanne Baptista Judæi comparantur.*

106 *Solutio quæstionis, de purgatione templi Christo instituta.*

107 *De summa inter Vetus et Novum Testamentum consensione.*

108 *De vana et inani eloquentia.*

109 *De Spiritus sancti deitate adversus Pneumatomachos.*

110 *Contra superbiam monachalem. Et quis verus sit monachus.*

111 *Detestatio Simoniæ.*

112 *Contra eos qui aliter vivunt quam docent, atque ita hominibus se deridendos propinant.*

113 *Contra ædificationem ecclesiæ ex injustis lucris. Confer ep. 37, h. lib.*

114 *De triduana Christi in sepulcro quiete. Confer ep. 212, lib.* II.

115 *In eum qui ad pristina vitia revertitur.*

116 *Admonitio de officio.*

117 *De ignoto extremi judicii die.*

118 *Admonitio ad pravos sacerdotes, ut ad meliorem frugem se recipiant.*

119 *Contra Simoniacos.*

120 *Mali sacerdotes sibi ipsis potius nocent, quam sacrum suggestum contaminant. Confer Chrysost.*

121 *De vocatione gentium et rejectione Judæorum.*

122 *« Pax vobiscum, et cum Spiritu tuo, » quare a sacerdote in ecclesia dicatur, et a populo respondeatur.*

123 *Quid sacrum corporale significet in mysteriorum divinorum administratione.*

124 *Divinitas passionis expers, contra Theopaschitas.*

125 *Solutio quæstionis de angelo Moysi necem minitante.*

126 *De dicto Christi : « Estote prudentes sicut serpentes. » Confer ep. 175, lib.* II.

127 *In indoctum multos libros coementem, ex quibus nullam percipit utilitatem.*

128 *Objurgatio hominis imperiti, impudentis et superbi.*

129. *Laus vitæ monasticæ, ad eamque rite degendam cohortatio.*

130 *Monasticæ vitæ cultor a gula fastuque alienus esto : vigilantiæ, sobrietati, modestiæque studeto.*

131 *Zachariæ silentium et mutitas typus fuit legis in adventu Christi obmutescentis.*

132 *De victu Joannis Baptistæ : sive quid fuerint ἀκρίδες contra vulgarem opinionem.*

133 *Gratulatio, et simul admonitio de officio magistratus.*

134 *Increpatio hominis desperati.*

135 *Objurgatio hominis libidinosi.*

136 *Habitus sacerdotalis quid denotet. Quoque sacerdos typum gerat Christi Domini, veri supremique Pastoris. Adi Joan. Stephan. Duratum De ritib. Ecclesiæ cathol.*

137 *Absurdum est præmia et coronas petere ante impleta legitima certamina.*

138 *Patris et Filii non est una persona, sed una essentia, contra Sabellianos.*

139 *Expositio dicti Pauli : « Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. »*

140 *Dehortatio a crapula hominis jam cani et in nequitia veterani.*

141 *Hominem etiam sine humano semine exsistere posse probatur, contra Judaicam perfidiam.*

142 *Deprecatio pro servo alieno, qui ob delictum quoddam ab hero suo aufugerat, ut in gratiam recipiatur data venia.*

143 *Divina mysteria cum hominibus impiis non communicanda.*

144 *Objurgatio hominis, qui a via salutis arcta ad latam perditionis viam deflexit atque exorbitavit.*

145 *Objurgatio ejus qui ambitu et prece pretioque ad sacerdotium obrepserat.*

146 *Solutio quæstionis, cur Christus leprosæ quem mundarat, præceperit munus offerre sacerdotibus.*

147 *Cur Christus prædixerit multos venturos ex gentibus, qui cum patriarchis recumbant.*

148 *Justi et iniqui imperii differentia. Tyrannici præsidis reprehensio.*

149 *De officio episcopi, quam arduum ac periculi plenum sustineat munus.*

150 *Objurgatio monachorum propter inhospitalitatem.*

151 *Objurgatio mali et in suo officio negligentis episcopi.*

152 *De S. Joan. Chrysostomo ejusque adversariis.*

153 *Expositio dicti Christi : « In viam gentium ne abieritis. »*

154 *Admonitio de pœnitentia, et vitæ correctione.*

155 *Monachus neque ipse jurare, neque ab aliis jusjurandum exigere debet.*

156 *Sacerdotii dignitas et majestas quanta sit, quinque libris a Joan. Chrysost. expositum est.*

157 *Admonitio de officio archidiaconi ne fluxis opibus adjiciat animum.*

158 *Reprehensio improbi et Simoniaci sacerdotis.*

159 *Evangelii prædicationi nullum afferri debet impedimentum.*

160 *Collaudatio viri probi, et ad constantiam cohortatio.*

161 *Collaudatio bene scribentis, et ad perseverantiam cohortatio.*

162 *Quid requiratur ad perfectionem.*

163 *Non satis est bene loqui, sed bene etiam vivere oportet.*

164 *De cavenda superbia.*

165 *Collaudatio boni magistratus, et cœlestium atque æternorum præmiorum repromissio.*

166 *Objurgatio et admonitio obstinati peccatoris, ut resipiscat.*

167 *Objurgatio hominis contentiosi et rixosi. Qui pugnis gaudet et odio esse studet, merito dæmon est vocandus.*

168 *Christus vitis est ; ejusque doctrina vinum lætificans corda hominum.*

169 *Apostoli musto pleni ; hæretici ut caupones quidam adulterant vinum cœlestis veritatis.*

170 *Gravissima increpatio impii sacerdotis, qui tamen a sacrorum tractatione non abstinet.*

171 *Admonitio, ut fratres dissidentes in gratiam et concordiam redeant.*

172 *Quantum inter divitem et Lazarum fuerit discrimen.*

173 *Objurgatio hominis inconstantis et gulosi, alios exemplo suo corrumpentis.*

174 *Objurgatio crudelis præfecti, qui reis perfugium ad ecclesiam, suique defendendi copiam denegarat.*

175 *Si quis talis dici recusat, talia ne faciat. Sermones enim rebus sunt consequentes.*

176 *Admonitio subditorum, ut sibi ab iniquo præside suo caveant.*

177 *Corruptissimi status ecclesiastici et politici descriptio.*

178 *Imploratio auxilii contra injustum præsidem.*

179 *Reprehensio viduæ luxuriose viventis.*

180 *Admonitio, ut non tam verbis quam factis philosophemur, neve simus homines ignava opera, philosophica sententia, quia parum est lingua duntaxat eruditum esse, non vita et factis emendatum.*

181 *De severitate, qua Moyses in Achanum Sabbati violatorem, et Petrus apostolus in Ananiam ejusque uxorem Saphiram usi sunt.*

182 *De margaritæ emptore in parabola evangelica, quod Novi Testamenti denotat populum, Christi veræ margaritæ sectatorem.*

183 *Vita humana mare est ; ejus tranquillatores apostoli.*

184 *Admonitio hominis impii, ut resipiscat, si non Dei, saltem infamiæ metu.*
185 *Objurgatio vitiosi episcopi.*
186 *Cohortatio ad liberalitatem sine curiositate exercendam.*
187 *Ob sacerdotum improbitatem atque abusum rerum divinarum non debemus exercitia liberalitatis omittere.*
188 *De extremo judicio, quod ejus respectu debeamus nos ad rationes vitæ nostræ Deo reddendas præparare, nec pœnitentiam nimis diu protelare.*
189 *Martyrum verus honor et cultus non tam in oblationibus munerum, quam in morum imitatione consistit.*
190 *Commendatio servi fugitivi, ut a domino suo in gratiam recipiatur.*
191 *Imploratio auxilii contra tumultus in solitudine excitatos.*
192 *Supplantatio Esau a Jacobo facta quid allegorice significet.*
193 *Jacobus hœdinis pellibus contectus Christum præfiguravit, humana carne peccati experte indutum, qui patri gratum cibum obtulit.*
194. *Quæ sit causa zizaniorum sive malarum cogitationum in corde hominis exsistentium.*
195 *Cur Deus impios non statim perdat et eradicet, et quod angeli futura ignorent.*
196 *De rebus ab Ægyptiis, per Israelitas ablatis.*
197 *Ostentatio in recte factis vitanda est.*
198 *Cur Ægyptiorum mares in mari submersi sint: nempe ut hæc pœna esset talionis, quod et ipsi antea mares Israelitarum occidissent.*
199 *De comparatione regni cœlorum cum grano sinapis.*
200 *De loco prophetæ Malachiæ* II, 13, *ut accipiendus sit.*
201 *Regnum Dei simile fermento.*
202 *Admonitio de intempestivis atque immodicis discipulorum laudibus vitandis.*
203 *Dehortatio ab ebrietate.*
204 *Regnum Dei cum sagena comparatum.*
205 *Regnum Dei sagenæ simile.*
206 *De statere in ore piscis reperto a Petro, et pro Christo depenso.*
207 *Similitudo puerorum, ad quam Christus nos vocat, qua in re consistat.*
208 *Admonitio de officio magistratus.*
209 *Ut malum est a diabolo, sic bonum omne Deo acceptum ferre debemus.*
210 *Allegorica expositio aliquot dictorum Christi in vaticinio de extremo die prolatorum.*
211 *Quidnam significent allegorice prægnantes et lactantes, quibus væ a Christo denuntiatur.*
212 *Præmia recte factorum in sacris Litteris promissa.*
213 *Monetur viduus, ut sibi a secundis nuptiis caveat, et monasticam potius vitam amplectatur.*
214 *Imperiti de rebus divinis disputare non debent, ne religio in contemptum per eos adducatur.*
215 *Admonitio avari episcopi, ut liberalitatem in pauperes exerceat.*
216 *Respondet ei qui petierat, tunicam sibi mitti ab Isidoro.*
217 *Gratiarum actio pro vestibus donatis.*
218 *Quatuor summa imperia Danieli in visione ostensa.*
219 *De agno paschali, cur Judæi igne assum comederunt.*
220 *Admonitio de officio monachi.*
221 *Quid sit, pro mortuis baptizari. Expositio dicti Paulini, I Corinth.* XV, 29.
222 *De judicio in vivos et mortuos exercendo. Viri et mortui tribus modis accipi possunt. Confer Methodum in Bibliotheca Photii, pag.* 493.
223 *Increpatio hominum deploratorum.*
224 *Convalescens et in vita diutius manere jussus, petit se amici precibus ad Deum juvari.*
225 *Gratulatio magistratus viro bono delati.*
226 *Boni prætoris commendatio.*
227 *Increpatio insolentis atque elati philosophi, qui Christi fidem fuerat amplexus.*
228 *Eucharistia quare dicatur Communio.*
229 *Solutio quæstionis, cur non quævis oblatio munerum prosit offerenti.*
230 *Caini oblatio cur Deo fuerit ingrata.*
231 *Objurgatio hominis temerarii, et ad meliorem frugem revocatio.*
232 *Admonitio de officio sacerdotali.*
233 *Objurgatio hominis crudelis et sanguinarii.*
234 *Objurgatio hominis libidinosi.*
235 *Petri de Christo confessio est basis et fundamentum Ecclesiæ.*
236 *Unio duarum naturarum in Christo Petri confessione comprehensa.*
237 *Invidis parata supplicia et in hac et in altera vita.*
238 *Ecclesiæ perpetua conservatio.*
239 *De Christi in monte transfiguratione.*
240 *Impios diu tolerat Deus ad pœnitentiam eos patientia sua exspectans et invitans.*
241 *Filius Dei coæternus Patri, contra Arianos.*
242 *De hæresi Montani, quam fœda ac detestabilis fuerit.*
243 *Montanus mœchus manifestarius, dignus scilicet habitus, cujus beneficio Spiritus sanctus mortalium generi conferretur.*
244 *Non quodvis jejunium prodest.*
245 *Manichæorum juxta cum Montanistis detestatio.*
246 *Detestatio hæreseon Arii et Eunomii.*
247 *Contra hæresim Sabellii.*
248 *Solutio quæstionis de oriente et occasu.*
249 *Calix afflictionem significat in sacris Litteris.*
250 *Querela de corruptelis in Ecclesia grassantibus.*
251 *De veste Christi.*
252 *De velo templi in passione Domini scisso.*
253 *De miraculis quibusdam, quæ in crucifixione et morte Christi evenerunt.*
254 *Solutio quæstionis, cur petræ res inanimatæ, cæsæ scissæque sint in passione Christi.*
255 *Latrones duo una cum Christo crucifixi quid mystice denotarint.*
256 *Cur medius inter duos latrones pendere voluerit Christus.*
257 *Ut lux major obscurat minorem, sic Zacharias ad nuntium de prodromo Christi obmutuit.*
258 *Moderato labore exercendi sunt tyrones, et paulatim ad graviora ferenda assuefaciendi.*
259 *Dicti Joannis evangelistæ cap. ult. nova expositio. Homo microcosmus.*
260 *Admonitio ne adolescens suo arbitratu vivat, sed senioribus se submittat gubernandum.*
261 *Improbitas fugienda ei qui Deo et hominibus charus esse velit.*
262 *Querela de mala episcopi administratione.*
263 *Objurgatio improbi diaconi.*
264 *Admonitio de cœlesti armatura adversus hostem diabolum comparanda, avaritia et voluptate vitata.*
265 *Increpatio superbientis ob corporis proceritatem.*
266 *Consilium de assequenda perfectione.*
267 *De duplici statu animæ post mortem.*
268 *Discipuli Christi quibus armis victoriam reportarint.*
269 *Admonitio de vitanda avaritia rapacitateque bonorum ecclesiasticorum, et cura pauperum suscipienda ad quos bona ecclesiastica pertinent.*
270 *Ethnicismo abolito Christianismus per totum orbem terrarum prævaluit. Conferendus Minutius Felix in Octavio, et Theodoretus De Græcanicis affectionibus curandis.*

271. *Vitia homini non inesse per naturam. Confer infra ep. 303, quæ hac est plenior : sicut etiam in ms. cod. Bavar. hæc altero tanto est longior.*

272 *Quod primus Adam perdidit, secundus restituit.*

273 *De vero Dei cultu.*

274 *Contra vanam fugacium opum fiduciam.*

275 *Contra ingratum ac degenerem reipub. alumnum.*

276 *Contra opum et inanis gloriæ studium.*

277 *Contra ebrietatem et crapulam.*

278 *Laus vitæ monasticæ.*

279 *Contra ebrietatem.*

280 *Contra iracundiam.*

281 *De Cappadocum pessima perversissimaque indole.*

282 *De expulsione ex paradiso, et in eumdem restitutione. Interpretatio dicti Christi, Matth.* XXV.

283 *De disparitate humanorum studiorum.*

284 *De resurrectione mortuorum etiam in stirpibus præfigurata.*

285 *Expositio dicti Christi de duabus molentibus. Vita hæc est pistrinum.*

286 *Contra eos, qui sola virginitatis observatione glorientur, cum interea virtutum variarum, et in primis humilitatis studio destituantur.*

287 *Talenti bene collocati præmium cœleste.*

288 *Ovium et hircorum in extremo die separatio.*

289 *De Christi vera humanitate, etiam in infirmitatum nostrarum susceptione declarata.*

290 *Firmamentum imperiorum est amicitia cum Deo.*

291 *Petrus servo summi sacerdotis Malcho auriculam amputans, quid mystice denotet.*

292 *Barrabas liber dimittitur, Christus ad crucem damnatur.*

293 *Judæi Christum felle potantes quid mystice denotent.*

294 *Admonitio de virtutibus duci exercitus necessariis, metu Dei et justitia : quibus remotis infeliciter cum hoste pugnatur.*

295 « *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* »

296 *Contra libidines.*

297 *Increpatio homicidæ superbi.*

298 *De inutili et otiosa monachorum turba minuenda.*

299 *Deprecatio pro naufrago reliquatore.*

300 *Deprecatio pro naufrago.*

301 *Interpretatio dicti ex psalmo* XXIII, « *Virga tua et baculus tuus,* » etc.

302 *Præceptum monasticum de exercitatione et certamine ante coronas suscipiendo.*

303 *Vitia homini inesse per naturam : quam Christus in unitatem personæ assumptam saluti integritatique asseruit. Christus Deus et homo in unitate personæ incommutabilis.*

304. *Impuram mentem non esse cœlestis sapientiæ capacem aut docilem, ut lippus oculus splendorem solis intueri nequit.*

305 *Nova interpretatio ῥητοῦ psalmi* CXIX : « *Adhæsit pavimento anima mea.* »

306 *Etiam in servili conditione potest quis liberum atque ingenuum animum gerere. In Christo enim nulla est differentia liberi hominis et servi.*

307 *Gratulatio episcopo ex periculo servato.*

308 *Vita monastica est militia.*

309 *Exhortatio ad linguæ petulantiam coercendam.*

310 *Admonitio necessaria de affectibus et præjudiciis cavendis. Deque Theophilo Cyrilli avunculo Joannis Chrysostomi adversario.*

311 *De concilio Ephes. recte instituendo ad imper. Theodosium.*

312 *Ficus sterilis exscindenda.*

313 *Dehortatio ab ebrietate et abusu vini, ex cujus primitiis Spiritus divinus sanguinem Christi efficit.*

314 *Objurgatio monachi gulosi ac vagi, quamvis jam annis gravis.*

315 *Contra episcopum Simoniacum.*

316 *De recta liberorum educatione et institutione.*

317 *Collaudatio solventis primitias et decimas fructuum.*

318 *Deprecatio pro monacho fugitivo.*

319 *Admonitio, ut sacerdos typum se præbeat gregis.*

320 *Gula est soror vel potius mater libidinis.*

321 *Dictum psalmi* CI *exponitur :* « *In matutino,* » etc.

322 *De hominibus indoctis, insulsis et temerariis, qui omnia in Ecclesia, repub. et imperii statu perturbarunt, patienter ferendis.*

323 *De Verbi Dei incarnatione. Laus Athanasii.*

324 *Inconstantia et* κενοδοξία *Cyrilli taxatur.*

325 *Lingua refrenanda.*

326 *Militaris insolentia in ordinem redigitur.*

327 *De concussione militari.*

328 *Ira gravior blasphemia.*

329 *De intemperantia linguæ coercenda.*

330 *Dicti psal.* CXIX, « *Non est occultatum,* » etc., *expositio nova et mira.*

331 *Expositio dicti ejusdem psalmi.*

332 *Increpatio imperii perturbatoris Ecclesiæ.*

333 *Admonitio de futuro judicio, in quo reddendæ sunt rationes coram omnibus angelis et hominibus.*

334 *Quinam mortui sint lugendi. Nova expositio dicti :* « *Super mortuum plora,* » etc.

335 *Consilia non sunt ex eventis metienda aut ponderanda.*

336 *Admonitio hominis gulosi ventrem pro numine colentis, ut resipiscat.*

337 *Expositio grammaticæ loci ex Actis apost. cap.* XXVIII, 15, *usque ad* « *Appii forum, et tres tabernas.* »

338 *De remissione peccatorum contra Novatianos.*

339 *Rursus de eadem.*

340 *De æterno avarorum et crudelium hominum supplicio.*

341 *Increpatio hominis perditi.*

342 *Re potius quam sermone philosophandum.*

343 *De angelorum creatione,* etc.

344 *De animadversione divina, quod sit admonitio potius emendandi nostri causa suscepta, quam iræ vel indignationis significatio.*

345 *Objurgatio hominis gulosi.*

346 *De Pauli conversione.*

347 *Admonitio hominum flagitiosorum, ut ad officium redeant.*

348 *Donaria sine pietate oblata nihil prosunt.*

349 *Sacerdos etiam improbus non est aspernandus, quia est angelus Dei omnipotentis.*

350 *Admonitio hominis voluptuarii, ut resipiscat.*

351 *Objurgatio hominis pravo sodalitio gaudentis.*

352 *De sanctis Patribus, qui ex Cappadocia fuerint oriundi. Et quod vitium atque improbitas non sit a natura, sed a voluntate et animi instituto.*

353 *Patris et Filii sicut una est essentia, sic et voluntas.*

354 *Quo fine magnus Elimas in Actis apostolorum cæcitate fuerit punitus.*

355 *Allegorica interpretatio dicti Exod.* XIX, 10 : « *Abluant vestimenta sua hodie,* » etc.

356 *De trina abnegatione Petri, et trina item confessione Christi.*

357 *De Petri conversione et resipiscentia ad gallicinium.*

358 *De ficu a Christo maledicta, quid mystica ratione denotarit.*

359 *Trina rejectio, qua gens Judaica, totumque adeo genus humanum repudiavit salutem.*

360 *Cur Christus sese panem appellarit.*

361 *Dehortatio a gulositate.*

362 *Typica benedictio Ephraim et Manasse.*

363 *De vaticinio Elizabethæ, matris Joan. Bapt.*

364 *Nova et allegorica expositio dicti psalmi* CL :

Laudate eum in tympano et choro, » etc.

365 *De vaticinio Jacobi, Genes.* XLIX.

366 *Dicti Isaiæ,* « *Ne dicas, Jacob : Et quid loculus Israel,* » etc., *nova expositio, et accommodatio ad quæstionem in præcedenti epistola decisam.*

367 *Dehortatio a crebritate congressuum urbicorum.*

368 *Admonitio monachi, ut vitet fastum, quippe a quo ipsius professio et vitæ institutum longe sit alienissimum.*

369 *Commendatio sacræ Scripturæ præ omnibus litteris sæcularibus.*

370 *Admonitio de studio contentionum et dissidiorum cavendo.*

371 *De crimine falsi, quo Marcionitæ Novum Testamentum corruperunt.*

372 *De perseverantia in bono.*

373 *Tentationibus firmiter resistendum.*

374 *Veræ ac solidæ gloriæ studentium.*

375 *Paupertas æquo animo ferenda.*

376 *De dispari piorum et impiorum conditione in hac et altera vita.*

377 *De miraculosa Christi nativitate.*

378 *De stellæ Magis visæ ac prævię insueto cursu.*

379 *De extremo judicio, et æternis impiorum suppliciis, quæ etiam ethnicis non fuerunt ignota. Confer. ep. ult. lib.* III.

380 *Peccatis irascitur, et pœnas infligit Deus.*

381 *Exhortatio et revocatio ad pœnitentiam.*

382 *Qui improbum castigat, est ei idem quod speculum deformi et medicus ægroto.*

383 *Contra gulositatem.*

384 *De gastrimargia sive insano ventris studio.*

385 *De intemperantia in vino vitanda.*

386 *Oratio quibus rebus sit adjuvanda.*

387 *Rursus de eodem argumento.*

388 *Contra persecutorem sacerdotis.*

389 *Ostendit recte ab se factum, quando Arianis se opposuit.*

390 *Adolescentem litterarum studiis aptum natum non oportet ad militiam traducere. Quin potius* naturæ fas est semina quemque sequi.

391 *Aliis medicinam facere volens, seipsum prius curet.*

392 *Occasio furem facit.*

393 *Christus cur aquam in vinum converterit.*

394 *Objurgatio discipuli nihil proficientis.*

395 *Præclara facinora manent hujus et æternæ vitæ præmia.*

396 *Commendatio amici.*

397 *Humana inventa absque divina gratia non sunt diuturna.*

398 *De Philostrato Thyanæo.*

399 *Qui multos bonos libros possidet, ne sit canis in præsepi.*

400 *Expositio dicti psalmi* LXVIII : « *Captivam duxisti captivitatem.* »

401 *Refutatio Judæi, qui sacramentum cœnæ Domini carpserat.*

402 *Laus vitæ solitariæ.*

403 *De vero jejunio, quod omnibus sensibus suis homo indicit.*

404 *De penetratione corporis Christi per clausum virginal maternum et monumentum obsignatum.*

405 *In rebus divinis cesset rationum indagatio.*

406 *De angeli apparitione in resurrectione Domini.*

407 *Pauli* συγκατάβασις *et accommodatio ad captum infirmorum.*

408 *Invitatio ad seriam resipiscentiam.*

409 *Cur Christus Paulum apostolum e cœlo sit allocutus.*

410 *Ad peccata eorum qui fidei nostræ sunt commissi nequaquam connivendum.*

411 *Exhortatio ad eleemosynarum largitionem.*

412 *Contra eos qui litterarum studia in meras contentiones convertunt, quod graves Deo vero rationes reddere teneantur.*

413 *Explicatio dicti Paulini de legitimo usu conjugum et cæterarum rerum hujus vitæ.*

414 *Expositio dicti psalmi* CXXVIII : « *Labores fructuum tuorum manducabis.* »

415 *Recusat respondere ad quæsita de dicto Salomonis, quibus tamen seq. epist. satisfacit.*

416 *Nova expositio arithmologiæ cujusdam Salomonicæ.*

417 *Nova expositio dicti Salomonis :* « *Sic via mulieris adulteræ,* etc. » *Adulterium quid mystice significet in sacris Litteris.*

418 *Zelus pro gloria Dei decertans in viris sanctis.*

419 *Arundineus baculus Ægypti quid significet apud prophetam : Filium Dei post incarnationem mansisse incommutatum, inconfusum, et indivisum. Confer scripta Athanasii, dialogos Theodoreti, et aliorum.*

420 *Exhortatio ad liberalitatem in pauperes exercendam*

421 *Excusat vehementiam superioris epist.*

422 *Contra Arianos, dicentes, Patrem Filio majorem esse. Comparatio inter quas res locum habeat, vel non.*

423 *Dehortatio a gula, ejusque comite libidine.*

424 *De moderatione in cibo et potu a monacho adhibenda.*

425 *Increpatio episcopi Simoniaci.*

426 *Christus vere dicitur semen mulieris.*

427 *Contra eos qui solo habitu professionem mentiuntur, tanquam histriones in scena.*

428 *Quomodo virtus Dei in infirmitate perficiatur.*

429 *Quomodo Deus sapientiam hujus mundi stultam reddiderit.*

430 *Admonitio quorumdam, ne patriam diripere ac turbare velint.*

431 *Pietatis semina in natura sparsa sunt.*

432 *Exhortatio ad exstirpanda vitia.*

433 *Adversus incendia libidinum utilissimum pharmacum, ut scilicet recordatione sempiterni ignis ea restinguamus.*

434 *Amuletum contra avaritiam.*

435 *De monachorum institutis.*

436 *Increpatio hominis deplorati.*

437 « *Medice, cura teipsum.* »

438 *Par turturum et par columbarum ex lege offerendum quid typice notarit.*

439 *Quomodo intelligendum sit quod Deus de sua pœnitentia super unctione Saulis dicit.*

440 *Expositio dicti Christi, quod pueris debeamus assimilari, Matth.* XVIII.

441 *Responsio ad instantiam ex superiore epistola natam.*

442 *Responsio ad aliam instantiam.*

443 *Dictum Pauli quomodo accipiendum.*

444 *In lege umbra fuit futurorum; in Evangelio ipsa est facies rerum.*

445 *De puerili institutione tam in lege quam in Evangelio usurpata.*

446 *Objurgatio hominis maledici, non ut oportet jejunantis.*

447 *De contentionibus et controversiis theologorum, ad stipendia tantum luculentiora respicientium. Responsio ad quæstionem de Philippo, qui in Actis apost. baptizasse scribitur eunuchum.*

448 *Probat ulterius Philippum illum, qui eunuchum baptizavit, non fuisse apostolum.*

449 *Rursus de eodem Philippo Cæsariensi.*

450 *Alia probatio, quod Philippus ille baptistes non fuerit apostolus.*

451 *Non semper cedendum ventis et tempestatibus, sed sæpe etiam resistendum.*

452 *Votum pacis, quod fecit Ezechias, quale fuerit.*

453 *Dei nomen nullum. Jesus quid significet.*

454 *Patris accusatio etiam vera parricidæ exitiosa est.*

455 *Quales opes sint Christianis noxiæ.*

456 *Comessatio quid, et quam vim habeat in iis qui usurpant.*

457 *Nova expositio psalmi ultimi. Confer epist. 364, supra.*
458 *Lex actionem, Evangelium etiam affectum vitiosum prohibet. Confer epist. 134 lib.* IV, *et epist. 79, sup. h. lib.*
459 *Linguæ lapsus quam diligentissime cavendus.*
460 *Revocatio hominis Epicurei ad pœnitentiam tempestive agendam, respectu extremi judicii certo futuri.*
461 *Increpatio hominis nimio corporis ornatui et studio dediti.*
462 *Commonefactio et consolatio profecturi in loca periculosa et turbulenta.*
463 *Objurgatio adolescentis luxu nimio utentis in se muliebriter comando.*
464 *De stupri et adulterii differentia; et quod stuprum sæpe non minora mala quam ipsum adulterium pariat, tametsi eo levius esse videatur.*
465 *Objurgatio hominis gulosi.*
466 *Exhortatio ad beneficentiam.*
467 *Quare exempla pœnarum in sacris Litteris sint descripta.*
468 *Modestia monasticæ vitæ necessaria.*
469 *Per bona hujus vitæ Deus nos manu ducit ad cœlestia et æterna.*
470 « Nulli opus est probro; probrum sed inertia grande est. » *Historia de Pittaco rege pistrinum suis manibus exstruente.*
471 *De servis, ut sint tractandi.*
472 *De pœnis transgressorum ante et post latam legem Dei, quodque hos graviora maneant supplicia, qui post gratiam Evang. Deum irritare non verentur.*
473 *Contra Arianos de Filio Dei male sentientes.*
474 *Præstat carnes edere quam jejunio insolescere. Conf. ep. 244, et 403, sup. h. lib.*
475 *Commendatio hominis nudi, ut vestiatur ab eo qui potest.*
476 *De Deo non oportet quærere : Quomodo?*
477 *Caro in sacris Litteris quam varie accipiatur.*
478 *De Christo ex semine Davidis oriundo.*
479 *Contra ebrietatem et iram, quarum utraque mentem hominis de sua sede dimovet.*
480 *Correctori vitiorum nostrorum non tam succensere quam gratias agere debemus.*
481 *Admonitio de libris cum fructu legendis.*
482 *Objurgatio concussoris militis, qui stolide sese cum Davide conferre præsumpserat.*
483 *De Gigantio Cappadoce votum, quo optat ne iterum fiat præfectus Pelusiotarum, sed potius ut Cappadocibus imperet Cappadox.*
484 *Ejusdem cum superiore argumenti.*
485 *Rursus contra Gigantium Cappadocem, ne præfectura ei iterum commendetur.*
486 *Denuo de eodem.*
487 *Contra eumdem Gigantium, ne iterum potiatur magistratu.*
488 « *Levat labores fructuum exspectatio.* »
489 *Consilium præfecto prætorio datum contra Cappadoces.*
490 *De impedienda Gigantii denuo præfecturam ambientis petitione.*
491 *Inscriptio crucis Christi quid significarit.*
492 *Admonitio de exercenda misericordia et liberalitate.*
493 *Increpatio superbi magistratus.*
494 *Collatio veteris Pentecostes cum nova, legis cum Evangelio.*
495 *De cavenda intemperantia in vino.*
496 *Increpatio persecutoris piorum, qui de Christi incarnatione male sentiebat.*
497 *Christus vere lapis angularis Ecclesiæ ex Judæis et gentibus collectæ.*
498 *Admonitio de sectanea frugalitate, et insanis substructionibus vitandis.*
499 *Contra hæresim Montani, qui Spiritum sanctum suis sectatoribus pollicebatur.*
500 *Refutatio Montani, et demonstratio, quod Spiritus sanctus apostolis ex Christi promissione vere datus sit in Pentecoste.*

ARGUMENTA LIBRI SECUNDI.

EPIST. I. *Quid sit loqui ad cor.* Ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τοῖς τρόποις, Vel ne doceto, vel doceto moribus.
2 *Divinæ gratiæ humanam industriam accedere oportet, sicut ventorum secundis flatibus labores nautarum.*
3 *Commendatio sacrarum Litterarum, et consilium, quatenus eruditio sæcularis attingenda sit. Qua ratione Sapientia vinum suum miscuisse dicatur.*
4 *Duplex expositio dicti apostolici : « Habemus thesaurum in vasis fictilibus. » Contra laudes immodicas.*
5 *Ejusdem fere cum superiore argumenti, et uberior ejus explicatio : deque sacrarum Litterarum in humilitate sermonis sublimi sensu; et de apostolorum summa dignitate in summa infirmitate; et quare Deus per* συγκατάβασιν, *tam simplici sermone res sublimes explicare voluerit hominibus.*
6 *Exhortatio ad patientiam Christianam, quæ multo antistat philosophicæ. Confer epist. 181, lib,* III. *et Tertullianum* De patientia.
7 *De amore temperantiæ.*
8 *Virginitas non solum in corporis integritate, sed etiam in animi tranquillitate consistit.*
9 *Non satis est specie tenus virtutem colere, nisi etiam revera ac serio virtuti des operam. Conf. epist. 468, lib.* I.
10 *Dehortatio ab improbitate et Epicurismo, bonis viris perpetuam mœroris causam afferente.*
11 *Aliorum rector seipsum prius regat, neque cupiditatibus suis serviat qui vult aliis imperare.*
12 « *Imbre velut plantæ, sic laus sudore riganda est.* »
13 *Ad virtutis constantiam exhortatio, quam ait omnibus esse admirationi.*
14 *Exhortatur paganum magistratum ad amorem cultumque virtutis.*
15 *Ad humanitatem et clementiam exhortatio, quæ iis maxime convenit qui in magistratu sunt, et qua una re proxime ad Deum accedere possunt sicut crudelitate ad feras belluas.*
16 *Quia de nemine, quandiu quidem spirat, desperandum est, et crebro fit ut homines in melius mutentur, iterum hortatur dissolutum et improbum hominem, ut ad bonam frugem sese recipiat.*
17 *Exhortatio, ut ad spem in Deum velut sacram anchoram confugiamus.*
18 *Commendatio Hesychii.*
19 *Exhortatio ad contemptum rerum humanarum, et studium rerum divinarum atque cœlestium.*
20 *Commendatio* ἀπραγμοσύνης, *seu quietæ vitæ, et a curiositate rerum alienarum dehortatio.*
21 *Demonstrat se muneri suo in reprehendendo improbo episcopo minime defuisse, proindeque non recte officii insimulari.*
22 *Epicurismus cum Christianismo non bene convenit.*
23 *Commendatio* αὐταρκείας. *Nulla re egere solius est Dei; at sapientum quam paucissimis, et* ὀλιγοδεῆ εἶναι.
24 *Virtus sudore paratur, virtutem gloria comitatur. Gloria virtutis comes, est sudore paranda.*
25 *Intercessio et deprecatio pro quodam captivo.*
26 *Discipulorum officium erga magistros.*
27 *Non satis est salutem amare, nisi etiam præstes quæ ad illam conducunt.*
28 *Vitiose viventium diaconorum reprehensio, et a superbia aliorumque obtrectatione ad modestiam revocatio.*
29 *Exhortatio ad eleemosynas faciendas, vitamque Deo impendendam; et ut opes, quæ nobis aliquan-*

do velimus nolimus relinquendæ sunt, libenter relinquamus propter Deum, et in pauperes erogemus.

30 *De contemptu rerum humanarum præ regno cœlorum.*

31 *Desiderii amici plena epistola, cujus adventum exoptat.*

32 *Admonitio de cura et sedulitate officii episcopalis.*

33 *Collaudatio recte factorum.*

34 *Virtutis studium non est oblivioni tradendum.*

35 *Calamitosus ac miser desinit esse miserabilis, et odiosus esse incipit, si in ipsis miseriis suis non abstineat a calumniandis aliis.*

36 *Expositio dicti prophetici de vi et efficacia prædicationis Christi.*

37 *Indignitas sacerdotis nihil derogat efficaciæ mysteriorum divinorum, sive symbolorum salutis. Deus enim etiam indignorum malorumque ministerio in bonum uti potest, et per id in animis eorum qui sacra participant efficaciter operatur. Confer ep.* 120, *lib.* I, *et ep.* 340 *lib.* III.

38 *Objurgatio mali sacerdotis scandalose viventis.*

39 *Non tantum reprehensione carere, sed laude quoque abundare oportet.*

40 *Ventri quo pacto imperandum.*

41 *Pœnæ tarditas gravitate pensatur.*

42 *Joannis Chrysostomi elogium, auctoritate Libanii sophistæ comprobatum. De differentiis generum dicendi. Confer lib.* IV *ep. . . .*

43 *Pro resurrectione corporum ratiocinationes et demonstrationes philosophicæ.*

44 *Exhortatio ad eleemosynas, et dehortatio a rapinis et spoliatione pauperum. Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est.*

45 *Etiam in virtutis exercitiis modus adhibendus est,* τὸ γὰρ, μηδὲν ἄγαν, μὲ τέρπει.

46 *Quid sit respondendum iis, qui novitatem objiciunt reformatoribus religionis. Notabilis epistola, cum qua conferri possunt dicta S. Cypriani et Augustini in jus canonicum relata a Gratiano. Vid. Dist.* 8, *in part. Decreti. Conf. etiam Arnobium lib.* I Adversus gentes, *et Clementem Alexandrinum.*

47 *Quomodo intelligendum sit, quod Esau Jacob fratri primogenituræ jus vendidisse scribitur.*

48 *Primogeniti quidam rejecti, aliis in eorum locum suffectis.*

49 *Josephi virtutes recensentur, ob quas et patri suo et regi Ægyptio charus fuit.*

50 *Non debemus offendi improborum Ecclesiæ antistitum perversa vivendi ratione.*

51 *Adhortatio, ut qui virtuti studere cœpit, pergat bonorum morum retibus hominum amores venari.*

52 *Sacerdotio salva manet sua dignitas, ut maxime aliquando in indignos inciderit sacerdotes. Neque enim vitia personarum ipsi sunt ordini imputanda.*

53 *Contra nimium cultum et fucum feminarum, quo libidini præbent incendium. Notabilis historia, de astu et dolo bono cujusdam puellæ, quæ amatorem suæ pudicitiæ insidias struentem eleganter elusit ac decepit. Confer cum hac epist. Tertullian. lib.* De cultu femin.

54 *Non succumbendum in adversis quæ pro Dei gloria sustinemus; sed animus exemplo apostolorum obfirmandus.*

55 *Detestatio crudelitatis adversus supplices, et commendatio humanitatis ac misericordiæ.*

56 *Cur Deus non omnia plene in hac vita nos cognoscere voluerit*

57 *Commendatio sobrietatis in victu, et luxus vituperatio.*

58 *De Paulo apostolo cupiente fieri anathema sive diris defigi, dum fratres sui Judæi servarentur.*

59 *Admonitio hominis perditi, sana consilia respuentis.*

60 *Sacerdotum avarorum objurgatio.*

61 *Ad gratiam Christi Salvatoris accedere debet industria humana.*

62 *Admonitio de servanda continentia oculorum, et vitando congressu et aspectu libidinoso feminarum. Confer ep.* 89 *lib.* I, *et ep.* 278 *ac* 284, *infr. h. lib.* II, *et ep.* 65, *lib.* III. . . . .

63 *De divinis oraculis, et officio interpretis illorum, ne vim ipsis afferat.*

64 *Contra eos qui professione Christiana indignam degunt vitam.*

65 *Objurgatio sacerdotis improbi, sua impietate multos corrumpentis.*

66 *Exponitur locus psalmi* LXXIII, v. 15: « *Tu siccasti fluvios Etham.* »

67 *Contra vindictæ cupiditatem.*

68 *Exhortatio ad seipsum in virtutis studio superandum, et ad vera bona consectandum.*

69 *De duobus vitiosorum sacerdotum generibus.*

70 *De præparatione animi ad divinam gratiam suscipiendam.*

71 *Refutatio frivolæ excusationis, qua improbus et Simoniacus episcopus fuerat usus.*

72 *Docet, vitium non esse homini per naturam insitum, sed contrahi assuefactione; ideoque ex improbo virum bonum fieri posse : quod exemplis comprobat.*

73 *De utilitate lectionis sacrarum Litterarum.*

74 *Utilitas morborum, aliarumque calamitatum non postrema est, quod reprimit atque castigat superbiam, rerum secundarum comitem.*

75 *Objurgatio improbi et Epicurei sacerdotis.*

76 *De calamitatibus, quas nemo hominum effugere potest, fortiter perferendis, ne tentationibus succumbamus.*

77 *Sæpenumero fatum ne quidem prænuntiatum effugere homines possunt.*

78 *Extraneis atque ignotis benefacere major est virtus quam in propinquos et notos esse liberalem.*

79 *Monet episcopum, ne cesset improbum objurgare et ad meliorem frugem revocare.*

80 *Admonitio et increpatio improbi ac perditi hominis, ne una cum ipso alii quoque perdantur.*

81 *Cur quidam etiam involuntariis morbis laborantes a templo per interdictum legis fuerint exclusi.*

82 *Contra specula androgynorum.*

83 *Conatur dissidentes amicos in concordiam redigere.*

84 *Hostes non sunt concludendi in extremas angustias ne irritati consilium a necessitate petant, et plurimum nobis noceant.*

85 *De duorum angelorum super Judæis ex Babylonica captivitate reducendis contentione, in historia et visione Danielis prophetæ.*

86 *Quare Deus non omnia peccata iisdem pœnis semper punierit.*

87 *Exhortatio Laconica ad pietatem et justitiam.*

88 *Cur Christus laudarit feminam unguentum pretiosum effundentem, et ob id ab apostolis reprehensam.*

89 *Exhortatio ad cultum capessendum virtutis, ostensa ejus pulchritudine, quæ vincit omnia.*

90 *Admonitio de cavendis hæresibus a diabolo excitatis in perniciem invictæ veritatis.*

91 *De Areopago, unde nomen acceperit.*

92 *Mars ob interfectum Halirrhothium stupratorem filiæ Alcippes, quam ex Agraula Cecropis filia per vim compressa susceperat, a Neptuno Halirrhothii filio capitis accusatus, ab Areopagitis condemnatus est. Indeque* Ἄρειος πάγος *quasi* Martis vicus *dictus est. Conf. Pausaniam in Atticis, et Suidam in verbo* Ἄρειος πάγος.

93 *Contra curiosas quæstiones de rebus captum humanum superantibus. Confer ep.* 100, *infr.*, *et ep.* 273 *eod. lib.* II, *et ep.* 37 *lib.* III. *Similes sententiæ sunt apud Siracidem.*

94 *Rationem reddit, cur non amplius scribat ad hominem deploratum et incorrigibilis pravitatis.*

95 *De iis qui lenitate vel meliores vel deteriores fiunt. Exhortatio ad audaciam interrogandi de rebus sacris.*

96 *De capta Babylone, quo pacto sacris Litteris conveniat cum historicis profanis, Herodoto,* etc.

97 *Ex confessis, non ex controversis, ad causarum decisionem procedendum.*

98 *Exhortatio ad virtutem.*

99 *De dicto Evangelii Joannis, qui librum obsignat: disputatio adversus criminationes cujusdam Judæi; liber apostoli Petri de suis actis allegatur.*

100 *Dehortatio a curiositate inutilium quæstionum: et philosophiæ vanæ insectatione.*

101 *De felicitate eorum, qui bene imperanti parent, et contra de miseriis eorum, quibus injustus contigit magistratus.*

102 *Amor hominum ab amore Dei temperandus.*

103 *Quare Christus nobis suo adventu facilem effecerit victoriæ rationem.*

104 *In victoria cavendum est arrogantiæ et socordiæ malum.*

105 *Modesta sit, non arrogans victoria. Confer epist.* 347 *et* 370, *lib.* III, *necnon Ant. Guevaræ Orationem ad Carolum V, devicto Franc. R.*

106 *Cum labore et precibus incumbendum studio sacrarum Litterarum.*

107 *Ratio sensibus velut regina præsit et imperet.*

108 *Objurgatio hominis impudentissimi omnibusque sceleribus cooperti.*

109 *Solutio quæstionis physicæ de efficacia vini in moribus hominum detegendis. Confer. ep.* 293, *l.* III.

110 *In eos qui suis ipsorum peccatis præteritis in aliena curiose inquirunt, in illis talpæ, in istis Lyncei,*

Erratorum alienorum exagitator acerbus,
In culpa veniam dat sibi quisque sua.

111 *De semine verbi divini dissimilibus agris cordium excepto.*

112 *Admonitio de officio antistitis Ecclesiæ, qui id esse debet, quod est sol mundo, oculus corpori.*

113 *Admonitio de cavenda avaritia et rapacitate alienorum bonorum et imitandis iis, qui suis rebus honesto labore partis sunt contenti.*

114 *In hominem improbum bene meritos et laudatos odio et conviciis prosequentem.*

115 *Contra Judæos, circumcisionem etiam in Novo Testamento retinere volentes. Et quomodo circumcisio fuerit* σφραγὶς *sive sigillum.*

116 *De virtute potius quam felicitate honoranda deque festorum dierum usu et abusu.*

117 *De omnipotentia Dei. Quod Deus non potest mala, non est idoneum argumentum contra ejus omnipotentiam. Peccata sunt infirmitates.*

118 *Increpatio improbi hominis, qui per dissimulationem prudentem se corrigi non passus, etiam deterior evasit.*

119 *De differentia animantium, quod sit certum divinæ providentiæ argumentum. Confer Theodoretum* De Providentia.

120 *Oppressis ac circumventis aperiendæ, calumniatoribus claudendæ aures.*

121 *Duo cum faciunt idem. Laicus et sacerdos, non est idem. Graviora enim sunt sacerdotum peccata quam laicorum.*

122 *Patienter ferenda est prælatorum Ecclesiæ impietas, Deoque ut justo atque incorrupto judici permittenda.*

123 *Non peccandum spe veniæ.*

124. *Admonitio ad malos Ecclesiæ antistites, ut ad frugem redeant, et bene præsint.*

125 *Episcopatus munus, ut gravissimum ac difficillimum, fugiendum potius quam expetendum est.*

126 *Admonitio de vitandis scandalis.*

127 *Deplorat Ecclesiæ Pelusiensis depeculationem a Martiniano factam, quem petit adigi ad rationes reddendas restituendaque ablata, et excommunicari.*

128 *Adulatores non minus quam plani atque impostores cavendi sunt.*

129 *Judas libertate arbitrii sui usus sprevit omnes Christi ad virtutem exhortationes. Nemo invitus per vim salvatur.*

130 *Exhortatio ad misericordiam, a quo omne bonorum genus proficiscitur.*

131 *Virtutem sequere, vitium fuge.*

132 *De petulantia improborum moderate patienterque ferenda respectu passionis Christi. Confer epist.* 179, *lib.* IV.

133 *Redditur ratio de lege talionis in Vet. Testamento sancita et solvitur* ἐναντιοφάνεια *inter dictum legis et Evangelii de vindicta. Confer ep.* 133, *lib.* II. *Comparatio majoris et minoris inter illa locum habet quæ ejusdem sunt classis. Melior est virginitas matrimonio. Conf. ep.* 351, *lib.* III.

134 Spes inconcessas et inania vota relinque.

135 *Homo sæpe non solum similis est bestiæ, verum etiam quavis fera bellua deterior evadit.*

136 *De magistratu recte administrando.*

137 *Cum sit Providentia, qui fiat, quod sæpe bonis male, et malis bene sit. Confer Senecam* De Providentia *c.* 1 *et* 2; *Augustin.* De civit. Dei *lib.* XX, *cap.* 1; *Salvian. lib.* I De Provid.

138 *Expositio dicti Paulini I Cor.* IX, 20: « *Et lex Evangelium eumdem habet auctorem.* »

139 *Querela de interitu charitatis et abundantia iniquitatis.*

140 *Increpatio ejus qui alterum criminatur ac traducit ob scelera, quibus iisdem ipsemet est obnoxius. Confer ep.* 390 *et* 437, *lib.* I.

141 *Quantum sit periculum, aliter vivere quam doceas, et cum a sermone vita discrepat.*

142 *De Deo uno in essentia, et trino in personis.*

143 *De mysterio sacrosanctæ Trinitatis ne quidem Vet. Testamento et Philoni Judæo plane incognito. Confer Ludovicum Granatensem.*

144 *Expositio dicti Christi Matth.* XIII: « *Alius centum, alius sexaginta, alius triginta,* » etc.

145 *Peccata non debemus inficiari, sed pœnitentia curare.*

146 *Contra opum sitim, sive* περὶ ἀρετῆς, καὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐρᾷν χρημάτων. *Expositio elegans sententiæ Demosthenicæ, quod omnino opus sint opes, ut sine quibus nihil quod opus sit fieri possit. Conf. ep.* 149, *inf. h. lib.* II, *et ep.* 217 *et* 412, *lib.* III.

147 *Antithesis bonorum et improborum virorum, atque ad illorum imitationem exhortatio. Conf. ep.* 240. *Vid. inf. lib.* II.

148 *Bonis studendum moribus, ut qui sint quovis jurejurando efficaciores ad faciendam fidem, et amorem conciliandum.*

149 *Gaudet epistolam suam priorem fuisse gratam. Intelligit illam bene longam sup. n.* 146, *h. lib.* II.

150 *Expositio dicti Christi de ostentatione pharisaica.*

151 *Consolatio in morte fratris, cujus virtutes omni laude majores prædicantur. Conf. ep.* 155, *inf. h. lib.*

152 *De vulneribus animi recte curandis.*

153 *Hominum perditorum ad vitæ emendationem revocatio. Confer ep.* 247, *lib.* III.

154 *Laus et virtus perspicuitatis.*

155 *Laus Timothei. Confer ep.* 151, *h. lib.* III.

156 *Contra eos, qui in ædibus ornandis occupantur, totique sunt; animæ suæ cura neglecta.*

157 *Cum nihil non eorum, quæ prædixerat Christus, eventum habuerit, non est etiam de extremo judicio dubitandum, quin certo id futurum sit præsertim cum hoc etiam rationi et multorum hominum extra Ecclesiam opinionibus consentaneum sit, a quibus illa erant remotiora quæ evenerunt. Confer ep. ult. lib.* II.

158 *Admonitio de lingua refrenandâ, quam negat regi fato. Tempus rotæ simile, et annus coronæ. Conf. ep. 1 lib.* IV, *ubi hoc latius explicatur.*

159 *Collaudatio hominis ad recta studia conversi.*

160 *Contra eos qui Dei lenitate et clementia abutuntur, ut inde non meliores, sed seipsis deteriores fiant.*

161 *Athletas Christiani debent imitari in certaminibus rite adeundis. Confer Augustin.* De agone Christi *cap.* 6.

162 *Etiam de malis sacerdotibus non est male loquendum.*

163 *Admonitio. de adversario in reprehensione, quamvis promerita, moderate tractando.*

164 *Hominum socordia fit ut diabolus, quamvis victus atque prostratus a Christo, tamen multos mortales vincat, secumque in exitum pertrahat. Confer epistolam* 228 *lib.* III, *et Augustin. De temp. serm.* 157.

165 *De vitæ humanæ vanitate et miseriis.*

166 *Cur Christus reprehenderit mulieres, quæ ipsum commiseratione prosequebantur cum ad crucem proficisceretur. Confer epist.* 285 *h. lib.* II.

167 *Quales sermones, tales mores.*

168 *Paupertatem non esse probrosam. Confer Joan. Stobæum...*

169 *Coronarum mundanarum et cœlestium longe dispar est ratio.*

170 *Cohortatio ad perseverantiam in bono.*

171 *Increpatio flagitiosorum hominum, et ad meliorem frugem revocatio.*

172 *Calix in sacris Litteris sæpe significat pœnam cuique delicto attemperatam. Confer ep.* 6 *lib.* I.

173 *Christus quare fleverit cum esset Lazarum in vitam revocaturus, quem tamen non defleverat mortuum.*

174 *Qui fiat quod, cum omnes probent virtutem, et improbent vitium, etiam improbi, tamen huic plures sint dediti.*

175 *Exempla et similituindes quatenus sint intelligendæ, vel repudiandæ. Confer epist.* 107 *et* 267 *lib.* III.

176 *Musicæ vis atque efficacia in animis hominum.*

177 *Expositio loci Danielis proph. cap.* IV.

178 *Confirmatio Pii episcopi in suo instituto improbos corrigendi.*

179 *De calamitatibus, quæ sæpenumero etiam bonis viris accedunt, quod non debeant accipi pro argumentis scelerum, sed pro exploratione virtutis. Confer lib.* I *ep.* 335, *et* 205 *lib.* III.

180 Sit vita sermonis comes boni proba.

181 *Objurgatio ejus, qui monitorum immemor in amicos injurius fuerat.*

182 *Elicit confessionem diffamati de flagitiis.*

183 *De virtute loqui facile est; at vivere recte, hoc opus, hic labor est.*

184 Haudquaquam est homini virtus mercede colenda. Mercedis sola est nam satis ipsa sibi.

185 *Objurgatio improbi sacerdotis.*

186 *Deus, quamvis incomprehensibilis sit, tamen in mente casta et pura sedem habere gaudet.*

187 *Remedium vulneris ab auxilio divino petendum est.*

188 *Quantum inter leges divinas et humanas intersit.*

189 *Remedium contra iram.*

190 *Castigatio animi elati in rebus secundis.*

191 *Contra superbiam.*

192 *De mysterio Incarnationis Filii Dei.*

193 *Turpitudinis suspicio, judicatio et deprehensio qualis sit.*

194 *Ingratissimi sunt omnium mortalium, qui criminantur eos quibus gratiam habere conveniebat.*

195 *Neque omnia neque nulla Veteris Testamenti dicta de Christo accipere oportet. Confer ep.* 539 *lib.* III *et lib.* IV.

196 *Testamentum in sacris Litteris significat pactum sive promissionem, et quare, sive de differentia inter* συνθήκας *et* διαθήκας.

197 *De judiciorum perversitate et socordia.*

198 *Regnum Christi simile grano sinapis.*

199 *Comminatio pœnarum, quæ improbo episcopo impendeant, indignos ad sacrum ministerium promoventi.*

200 *Impius sacerdos non tam sacerdotio suo quam sibi ipsi nocet. Nec propter vitia personarum ipse ordo seu munus in crimen vocari debet. Sacerdotium magis est* λειτουργία *quam* ἀξία, *magis onus quam honos.*

201 *Virtus est instar fundamenti; logica ornamenti philosophia seu rerum contemplatio coronidis loco et fastigii accedit. Sola autem pietas proprie est sapientia vera.*

202 *Venia est peccatorum; laus et gloria recte factis debetur.*

203 *Increpatio hominis improbi, comminatione divini judicii, quod Plato quoque agnovit.*

204 *Cur jucunda libentius quam idonea audiantur.*

205 *Objurgatio improbi ac perditi sacerdotis, qui nullam suæ dignitatis rationem habet.*

206 *Rerum pulcherrimarum laudatio.*

207 *Justis judex quis sit.*

208 *Contra sacerdotes qui aliter vivunt quam docent, quantæ illos pœnæ maneant.*

209 *Quantum a vitiosis sacerdotibus mali importetur in vitam humanam.*

210 *Modeste recusat nimias laudes, quæ oneri esse consueverunt laudatis.*

211 *Divina mysteria cum indignis non sunt communicanda.*

212 *De tempore resurrectionis Christi triduano Confer ep.* 114 *lib.* I.

213 *Falsæ atque inanis sapientiæ ethnicorum cum vera ac simplici Christianorum comparatio.*

214 *Eleemosyna quomodo danda.*

215 *Gravius peccat, qui persuasionibus inducit puellam ut in stuprum consentiat, quam qui vi eam compresserit.*

216 *Deum politici ordinis in genere humano auctorem esse, tametsi nonnunquam malos magistratus non tam ordinet quam permittat.*

217 *Admonitio de vitandu injustitia metu pœnæ divinitus infligendæ.*

218 *Omnia bona divinæ gratiæ ascribenda sunt.*

219 *Admonitio de non ulciscendis injuriis, etiamsi facultas adsit vindicandi. Confer epist.* 11 *lib.* I, *et ep.* 7 *lib.* III.

220 *Ex laudibus, quæ viris bonis ascribuntur, triplex fere utilitas oritur.*

221 *De improbitate Eusebii per antiphrasin sic appellati, quod non perpetuo impune ei sit futura.*

222 *Dei lenitas ad pœnitentiam et vitæ emendationem invitat.*

223 *Exaggeratio suppliciorum in extremo judicio irrogandorum a multitudine spectatorum et consciorum.*

224 *De invidia viribus prudenter toleranda.*

225 *Deo omnis recte factorum laus transcribenda est, nec propriis viribus confidendum.*

226 *Ab improbis vituperari et infestari certum est probitatis argumentum.*

227 *Virtutem honorari lætantur probi.*

228 *Contra divinationem, quæ magno apud ethnicos in pretio erat, cum tamen esset plena nugarum. Testimonium ab hoste plurimum habet auctoritatis.*

229 *Veritatis desertor malum facit exitum.*

230 *Increpatio hominum Epicureorum.*

231 *Collaudatio hominis virtute prædití.*

232 *De vera fictaque modestia.*

233 *Avaritiæ descriptio, tanquam insatiabilis et crudelissimi cujusdam monstri, vel hydræ, vel Briarei, vel Scyllæ.*

234 *Contra eos, qui sacerdotium in tyrannidem convertunt.*

235 *In doctore Ecclesiæ conjunctim requiruntur, et vitæ sanctimonia, et doctrinæ eruditæ facundiæque copia.*

236 *De Josephi castitate et periculis, quæ in illa conservanda subiit.*

237 *De libertate orationis doctori Ecclesiæ conveniente.*

238 Pars sanitatis est nosse ægritudinem.
Morbum at suum qui ignorat, haud sanabitur.

239 *De ira, qualis esse debeat, et ubi locum et quam utilitatem habeat. Expositio loci ex psalm.* IV, 5. *Confer ep.* 189, *supr. et ep.* 208 *lib.* III.

240 *Præclara virtutis et voluptatis vitiorum comparatio, qua adversus falsam vulgi persuasionem demonstratur, in vitiis plus molestiarum inesse, quam in ipso virtutis cultu. Confer epist.* 67 *et* 147, *h. lib.* II.

241 *Christianorum propria virtus ex diversis componitur ac temperatur.*

242 *Bellum cum vitiis ita suscipiendum ac gerendum est, ut nostræ curæ diligentiæque auxilii divini fiducia adjungatur. Confer ep.* 2 *h. lib.* II.

243 *Evangelica lex non modo manum, sed animum quoque cohibet, providens magis ne vitia nascantur, quam ut admissa puniantur.*

244 *De Zosimi stupore improbitatis plane incurabili.*

245 *Recusat laudare virum omni laude majorem.*

246 *Reprehensio improbi episcopi, qui Ecclesiæ securus in templis exstruendis totus est, cum tamen Christus non parietum sed animarum causa in mundum, venerit, hoc est non templorum sed Ecclesiæ, qui est cœtus sanctorum, ex fide recta et optima vivendi ratione collectus.*

247 Orare in magnis et voluisse sat est.

248 *Reconciliatio amicorum dissidentium.*

249 *Deo per omnia obtemperandum.*

250 *Præstantis viri germanum dici discipulum quam cognatum esse, major laus est.*

251 *Apostoli quibus artibus instructi vicerint mundum; nempe sermone fide digno et auctoritatis pleno; deinde vita ac moribus sermonis consentaneis.*

252 *Increpatio perditorum hominum. Confer ep.* 266 *lib.* III, *quæ est plenior.*

253 *Improbis divina mysteria non sunt revelanda; sed ipsi potius ad meliorem frugem revocandi.*

254 *Contra depravatores sacrarum Litterarum, qui eas cogunt loqui quod ipsis placuit. Confer Hilarium... et Isid. ep.* 63 *h. lib.* II, *et ep.* 125 *et* 292 *lib.* III.

255 *Contra sophistas.*

256 *Objurgatio hominis ignavi et otiosi adhibita auctoritate Platonis, qui virtutem sudore parandam esse scripserit.*

257 *Contra avaritiam et injustitiam.*

258 *Contra eum qui potius ab erronea vulgi opinione pendet quam veritatem spectet.*

259 *Christiana religio etiam improbis jubet benefacere, non tantum injurias ab ipsis illatas æquo animo ferre.*

260 *Boni sacerdotis sive episcopi cum bono rege collatio, quo pacto uterque cum diversis subditis diversimode agat.*

261 *Improbi hominis ad meliorem mentem revocatio, mentione pœnarum vel in hoc vel in altero sæculo sustinendarum.*

262 *Collaudatio hominum de victoria rebus honestis inter se certantium.*

263 *De castitate Josephi, qui nihil præter peccatum grave ducebat. Confer ep.* 236 *h. lib.* II, *et Tertull.* De spectaculis, *cap.* 26.

264 *Sacerdotium nemo expetat, nisi prius bene paruerit ecclesiasticarum sanctionum imperiis : sicut nemo tribuni militum aut imperatoris munus ambire debet, qui non ante boni militis laudem obtinuerit.*

265 *Contra avaritiam.*

266 *Deus ad virtutem omni studio contendentes adjuvat ac provehit*

267 Scilicet in vitiis vincendis summa voluptas. *Confer ep.* 147, *et* 240, 250 *sup. h. lib.* II.

268 *Qui vincit eum a quo alii omnes sunt superati, is omnes scilicet vincit.*

Si te vincentem devicero te quoque vincam.

269 *Pauperis non misereberis in judicio. Conf. ep.* 251 *et* 277. *h. l. et ep.* 250 *lib.* III.

270 *Nequando* μήποτε, *in sacris Litteris idem significare solet quod* fortasse, *vel* si forte; *et spem, non ablationem, pœnitentiæ denotat. Æquipolet igitur his :* τίς οἶδεν εἰ. Quis scit num. *Item* ἴσως. *Vid. Daniel* IV, *et Jonæ* III.

271 *Quid sibi velit præceptum, « Non misereberis pauperis in judicio. »*

272 *De quæstione discipulorum et responsione Christi : An cæcus natus, an ejus parentes peccarint. Joan.* IX.

273 *Epistola Socratica a curiositate quæstionum ad curam bonorum morum vitæque probitatem homines revocans. Confer epist.* 93 *et* 100 *h. lib.* II.

274 *Contra eos qui patriarcharum sanctorum polygamiam suis obtendunt libidinibus.*

275 *Orationis et operis pulcherrima est conjunctio. Sed si alterutra harum rerum carendum sit, præstat illius quam hujus defectu laborare. Confer ep.* 293 *h. lib.* II, *et ep.* 40, 120, 362 *lib.* III, *et Augustin. serm.* 3 *de verbis Domini.*

276 *Improbos sua pœna manet.*

277 *Pauperis commiseratio in judicio prohibita; ergo multo magis divitis litigantis.*

278 *De libidonoso feminarum aspectu vitando. Confer ep.* 89 *lib.* I *et ep.* 11 ; *item ep.* 65 *lib.* III.

279 *Divinum judicium nemo eludere, nemo effugere potest aut fallere; quod etiam apud Platonem agnovit Socrates, cujus dictum quoddam hic refertur, et cum Paulino confertur.*

280 *Tentationes quo pacto ferendæ et cum Deo superandæ sint.*

28 *Commendatio orationis Dominicæ, et quartæ petitionis sensus spiritualis.*

282 *Improborum maledicta et calumniæ bene consciis parvi faciendæ sunt.*

283 Dum furor in cursu est, currenti cede furori.

284 *Contra eos qui se aspectu crebro mulierum nihil lædi jactant.*

285 *Responsio ad quæstionem : Quare Christus objurgarit mulieres, quæ luctu ac lacrymis ipsum in via ad crucis supplicium prosequebantur. Confer ep.* 166 *h. lib.* II.....

286 *Exhortatio ad virtutem, omnibus rebus pretiosissimis præstantiorem et durabilem, cum cætera omnia caduca et mortalia quæcunque a mortalibus magni fiunt.*

287 *Ubi non est peccatum (ut in Christo non fuit), ibi neque mors quidquam juris habet.*

288 *Legis et Evangelii differentia.*

289 *Consiliis unaquæque res non eventis metienda est. Confer epist.* 335 *lib.* I, *et ep.* 179 *hoc lib.* II, *et epist.* 305 *lib.* III.

290 *De officio sacerdotum. Confer August. ep.* 180 *ad Honoratum, et Vita Aug. cap.* 30.

291 *Vera nobilitas, a bonis moribus et virtute orta, emptitiæ nobilitati virtute vacuæ longe anteferri meretur.*

292 *Quibuscunque sis natalibus ortus, arrogantiam modestiæ capistro reprime, ne tanti morbi vestigium in te appareat.*

293 *Non verbis sed factis philosophandum. Confer ep.* 182 *et* 183, *et* 275 *h. lib.*

294 *Nihil fortuito nobis accidit, et Deus pœnas peccatorum in bonum convertit electis. Conf. ep.* 332 *lib.* III.

295 *Hominum flagitiosissimorum objurgatio.*

296 *De insolentia ac petulantia hominis elati patienter ferenda.*

297 *Increpatio hominis super illatis contumeliis ex intervallo indignantis, quos tamen dum inferrentur, patienter tulit: et exhortatio ad perseverantiam in patienter ferendis improborum contumeliis.*

298 *Hominis flagitiosi objurgatio, et ad virtutem colendam revocatio.*

299 *Qualis de Deo doctrina et fides necessaria sit, et in sacris Litteris ubique inculcetur.*

300 *Et omnis alia ars et in primis virtus crebris exercitiis tum paratur, tum servatur, socordia vero negligentiaque amittitur. Confer. ep.* 96 *lib.* III.

ARGUMENTA LIBRI TERTII.

EPIST. 1 *Admonitio hominis profligati ac perditi, ut vel hominum causa si non Dei respectu, ad frugem redeat,*

2 *Extremi judicii meditatio a flagitiis unumquemque absterrere debet.*

3 *Etiam eum qui non aperte sit adversarius, pro amico habendum.*

4 *Stellæ apud Danielem et alibi in sacris Litteris quid significent.*

5 *Ecclesia adversus omnes hostes manet invicta.*

6 *Divina auctoritas omnibus probabilitatibus superior est.*

7 *Injuriæ quomodo sunt ferendæ. Confer ep.* 11 *lib.* I.

8 *Mœrore affecti nonnihil levantur, si querelis apud amicos suas calamitates, quibus anguntur, egerant; ideoque patienter audiendi sunt.*

9 *In judice quid requiratur. Conf. ep.* 175 *h. lib.* III.

10 *Urim et thumim, sive* δήλωσις καὶ ἀλήθεια *in ornatu summi sacerdotis quid denotarit.*

11 *De mulierum fugiendo aspectu. Conf. ep.* 278 *lib.* II.

12 *An etiam mulier peccet libidinoso viri aspectu. Viris data præcepta sæpe, et regulariter quidem etiam ad mulieres pertinent.*

13 *De legibus divinis partim communibus utrique sexui, partim propriis alterutri.*

14 Περὶ ὀνειρωγμοῦ θαρσίας ἀπολογία.

15 *Peccatum ex dignitate peccantis augetur secundum illud poetæ:*

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Conf. ep. 121 *lib.* I.

16 *Pietatis mensuram continent animus et vires offerentis.*

17 *In eos qui sacerdotia pecuniis vel emunt vel vendunt.*

18 *In deitate nihil prius aut posterius est. Confer ep.* 63 *h. lib. et Symbolum Athanasii.*

19 *Judæi ex ipsorummet scriptoribus, Philone et Josepho, refutandi. Id quod præclare præstitit Joan. Chrysostomus in libris Contra Judæos. Confer epist. Isidori lib.* IV.

20 *Sacerdotii summa dignitas. Confer Ignatium ep.....*

21 Major seges sunt gloriæ pericula.

22 *Anima jam diu salva est, quandiu præsidio divino munita fuerit.*

23 *Contra corruptorem ac sollicitatorem animi.*

24 *Avaritia in herba exstinguenda est, et radicitus exstirpanda hæc malorum radix.*

25 *Omnia ad Ecclesiæ ædificationem dirigenda sunt potius quam ad nostram gloriam.*

26 *Providentia asseritur: fatum refellitur. Conf. lib.* II *epist.* 137.

27 *De sacrosancta et individua Trinitate. Nota hic regulam catholicam contra varios hæreticos et Judæos. Confer ep.* 112 *infra h. lib.*

28 *Ex certis judicium ferendum de incertis. Nota opt. regulam judicii, et conf. ep.* 97 *lib.* II.

29 *Simile simili gaudet, et*

Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se.

30 *Vere gloriosa victoria est, virtute præstantissimos vincere.*

31 *Quod Filius Dei non sit creatura contra Arianos. Confer ep.* 58 *h. lib., et Augustini ep.* 174. *Nota hic ad quem judicem controversiarum sit confugiendum.*

32 *Admonitio saluberrima de deponendo cavendoque fastu, respectu et consideratione fragilitatis humanæ et potentiæ divinæ.*

33 *Peccati gravitas plumbea apud Zachariam in visione prophetica ostensa, c.* V, 7.

34 *Ambitio vitanda est, et Dei potius quam nostræ gloriæ studendum est.*

35 *De Chæremonis, Zosimi et Maronis improbitate propemodum deplorata.*

36 Ipsa quidem est virtus sibimet pulcherrima [merces:
Magnum autem improbitas supplicium ipsa sibi.

37 *Socratica insectatio philosophorum, qui, neglectis dogmatibus, quæ ad mores bonos faciunt; tota vita occupantur in iis obscuritatibus naturæ, quæ nec ullum exitum et usum exiguum habent. Confer epist.* 93 *et* 100, *et Philonem.*

38 *De luctu in publicis privatisque calamitatibus.*

39 *Homines impuri et improbi de rebus divinis disserere non debent. Confer ep.* 49, *infra, h. lib.* III *et lib.* IV.

40 *Integritas morum anteit eloquentiam. Confer ep.* 275 *et* 293 *lib.* II, *et ep.* 120, *infra h. lib.*

41 *Eloquentiæ conjungenda est suavitas, comitas ac facilitas morum.*

42 *Eloquentia vera quænam sit, videlicet quæ animi sensa perspicuis verbis effert; non quæ sublimibus, et grande sophos spirantibus, verbis etiam res per se dilucidas obscurat.*

43 *Invidiæ malum ne beneficiis quidem mitescit.*

44 *Mitigatio ac refrenatio iræ et indignationis adversus improbos atque ingratos conceptæ.*

45 *Amici veri ac sinceri imago.*

46 *Cum muliere menstruo fluxu laborante non congrediendum. Confer ep. lib.* II, *et ep.* 411 *h. lib., et lib.* IV *ep.* 117 *et* 141.

47 *Fugienda est improborum consuetudo, ne aut nos ipsis odio simus, aut ipsi nobis scandalo. Confer ep.* 29 *h. lib.*

48 *De servanda modestia et humilitate, cavendaque superbia et fastu.*

49 *Homo vitiosus de virtute ne disputet, quia* μῦρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστευέται. *Confer ep.* 29 *h. lib.*

50 *Adversus insolentiam et animi elationem* προφυλακτικὸν. *Mortis meditatio antidotum est superbiæ.*

51 *Duplex interpretatio loci ex psalm.* CXXXVI. *« Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? »*

52 *Admonitio de cavenda superbia respectu mutabilitatis rerum humanarum.*

53 *Evangelica dogmata legalibus præceptis multo perfectiora sunt. Expositio dicti Paulini. Eph.* II, 15.

54 *Admonitio de resipiscentia vel senectutis intuitu præstanda.*

55 *Admonitio de errore corrigendo, et veritate amplectenda.*

56 *De supplice, a quo læsi sumus, in gratiam recipiendo.*

57 *De orationis brevitate aut prolixitate, quomodo utraque æstimanda sit.*

58 *De arcana et ineffabili generatione Filii Dei* τοῦ λόγου. *Confer epist.* 31 *h. lib., et inf. ep.* 355, *quæ huic gemina et paulo plenior est; et Augustin. sermon.* 190 *De temp; item Gregor. Nazianz.* τῶν ἀποῤῥήτων λόγῳ. β'.

59 *Objurgatio hominis adversus benefactores suos scelerate ingrati.*

60 *Opportunitatem cujusque rei non oportet negligere,* ἀλλ' ἀγοράζεσθαι τὸν καιρὸν. *Confer ep.* 170, *inf. h. lib.*

61 *Objurgatio hominum perditorum et profligatorum.*

62 *Admonitio ad hominem qui post laudationem sui degeneravit, ut ad virtutem, a qua descivit, redeat. Confer sup. ep. 202 lib. I, et ep. 4 lib II. Sic Chrysostomus :* κενοδοξίας τροφὴ τιμαὶ καὶ ἔπαινοι. *Nec de nihilo dixit vetus quidam Pater :* Θἰ ἐπαινοῦντες με, μαστιγοῦσί με.

63 *Contra hæreticos, qui Filium Dei Patre posteriorem esse contendunt. Divinitatis propria est æternitas. Confer ep. 18 et 149 h. lib. II.*

64 *Patienter ferendum, si adversus lenitatem nostram armentur atque insurgant improbi, quibus bene cupientes bonum dedimus consilium.*

65 *Veritas omnibus rebus antiquior esse debet, quæ ornamento est omnibus artibus et disciplinis.*

66 *De non aspicienda muliere ad incendium libidinis : idque non solum ob interdictum sacrarum Litterarum, sed etiam propter exempla ethnicorum. Confer ep. 62 lib. II...*

67 *Objurgatio et revocatio ad pœnitentiam, hominis in malitia obstinati atque obdurati.*

68 *Contra eos quibus pontificium sive sacerdotium est materia superbiæ.*

69 *Admonitio de studio humilitatis et fuga superbiæ.*

70 *Querelæ de homine deploratæ atque incorrigibilis malitiæ.*

71 *Deus non solum est misericors, sed et justus ac severus vindex. Quapropter serio resipiscendum est.*

72 *Verum imperium est, quo parentes sive subditi gaudent, non quo premuntur inviti.*

73 *Objurgatio ejus qui in vita flagitiosa tamen gaudet sibi salutem polliceri a sola fide, quæ quidem minime vera est fides, sed inanis persuasio. Confer lib. IV. . .*

74 *Justi imperii et tyrannidis differentia.*

75 *Expositio dicti Paulini Rom. XII : De hostia, quam unusquisque Christianus Deo immolare debeat ; et quatenus quilibet Christianus sit sacerdos, nempe ut corpus suum domet imperans vitiis, et castitatis templum id efficiat.*

76 *De divortio et adulterio, et hujus cum aliis vitiis conjugum comparatio.*

77 *Qua ratione corpora nostra post resurrectionem spiritualia sint futura, teste Paulo I Corinth. XV. Confer Augustin.* De Agon. Christ. *cap.* 32.

78 *Expositio dicti Jobi, cap. XXIX, 25 : « Rex eram inter monozonos. »*

79 *Veritati potius quam gloriæ studere debet vir doctus.*

80 *Objurgatio hominis perditi, et ad resipiscendum cohortatio argumento senectutis, quam brevi sit mors secutura. Confer ep. 54 h. lib.*

81 *De affectibus qua vitiosis qua laudabilibus :* πάθη *etiam in bonam partem usurpari, probatur auctoritate Demosthenis Josephi et Philonis.*

82 *Timothei laus, et Eusebii vituperium.*

83 *Animi pulchritudinem per calamitates immutari non oportet.*

84 *Interdictum vestis lineæ et laneæ, Deuter. XXII, 11, etc.; quid sibi voluerit, nempe cultus simplicitati studendum rejectu omni superfluitate.*

85 Κατὰ τῶν σιτοκαπήλων. *Adversus Dardanariorum inexplebilem avaritiam.*

86 *Admonitio de librorum serie conservanda.*

87 *Veræ et stabilis amicitiæ fundamentum. Amoris animorum et corporum insigne et ingens discrimen.*

88 *Contra eos qui, sub prætextu curæ pauperum, suum gerunt negotium, et privatis student utilitatibus. Confer ep. III h. lib.*

89 *De supputatione LXX hebdomadum Danielis, cap. IX.*

90 *Revocatio hominis perditi ad resipiscentiam. Confer ep. 400 h. lib.*

91 *Laus Timothei episcopi.*

92 *Aliter philosophi, aliter grammatici appellant homonyma.*

93 *Boni quod in Deo, et quod in hominibus, discrimen. Confer ep. 117 h. lib.*

94 *Locus Deuteronom. XVIII, de Jesu Christo interpretatus contra perfidiam Judaicam, qui de Jesu Nave seu Josua eum exponere conabantur. Confer Eulogium apud Photium in* Biblioth. *pag.* 466 *edit. August. et Origenem Homil. I, in Jeremiam.*

95 *Imago et similitudo Dei in homine qua in re consistat; deque imperio in omnes terrenas homini divinitus concesso.*

96 *Dicendi facultas, ut et cæteræ artes, maxime alitur atque augetur exercitiis. Confer ep. ult. lib. II, ubi de virtute, et ep. lib. IV, ubi de memoria.*

97 *Admonitio de emendanda vita.*

98 *Collaudatio et cohortatio ad strenue pergendum in bono proposito et via virtutis. Confer epist. 114 h. lib.*

99 Cum mala sint vicina bonis, errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

100 *Miseri sunt non qui injuriam patiuntur, sed qui faciunt, aut qui injuriam non ferunt eleganter, scite ac patienter. Confer ep. 225 et 390 h. l.*

101 *Contra metum paupertatis, in qua nullum est probrum.*

102 *Ob fortunam nemo laudari meretur, sed ob virtutem. Illa enim in arbitrio hominis non est, sicut ista, quamvis dicatur. « Sapiens sibi fortunam fingit moribus »*

103 *De improborum inter sese adversus bonos viros conspiratione, quamvis aliis in rebus summe sint discordes.*

104 Non quævis hominum digna est victoria laude :
Civili bello non res funestior ulla est.

105 *Objurgatio hominis ingrati et feris bestiis deterioris.*

106 *De verbo Dei scripto et non scripto, ejusque studio aut neglectu.*

107 *Homo etiam dicitur a Christo semen in expositione parabolæ evangelicæ. Notetur hic insignis regula de parabolarum explicatione et accommodatione. Confer ep. 175 lib. II, et ep. 267 h. lib.*

108 *De homicidæ involuntarii exsilio temporali atque expiatione.*

109 *Summi sacerdotis mors et per eam contingens exsulibus restitutio typus fuit Christi veri redemptoris et liberatoris a peccatis.*

110 *Quid sit Sabbatum deuteroproton Matth. XXVIII, quid Sabbatum sabbatorum.*

111 *Contra sacrilegos pauperum spoliatores. Confer ep. 88 et 277 h. lib.*

112 *Defensio sanctæ Trinitatis adversus gentiles, Judæos, et Arianos. Confer ep. 27 h. lib.*

113 *Increpatio hominis garruli ac maledici.*

114 *Collaudatio boni viri et episc. Confer ep. 98 h. l.*

115 *Cur Josephus unum ex omnibus fratribus Simeonem pro obside retinuerit.*

116 *De periculis, quæ et quatenus sint laudanda.*

117 *Præ divina bonitate humana omnis bonitas malitia est existimanda. Confer ep. 93 h. l.*

118 *Orationis, virtutis, et pietatis inter se comparatio.*

119 *Expositio dicti Christi Joan. X, 8 : « Omnes qui venerunt ante me fures sunt et latrones. »*

120 *Orationis et operis pulcherrima* ξυνωρὶς *sive biga est. Confer ep. 275 lib. II, et ep. 123 infra h. lib.*

121 *De laudabili mediocritate in admonitionibus et objurgationibus servanda, quæ sit inter contumelias et adulationem interjecta.*

122 *Cum Christus dixerit, Neminem suæ manui pios erepturum, qui fiat quod tam multi pereant tamen.*

123 *Præstat simplex ac rudis infantia cum probitate vitæ conjuncta eximiæ facundiæ, sed cum qua conjuncta sit flagitiosa atque impura vita.*

124 *De cavendis turpibus studiis et pravis sodalitiis.*

125 *De falsa interpretatione sacræ Scripturæ. Confer ep. 254 lib.* II, *et ep. 63 et 135 h. lib., et Hilarium l.* I De Trinit.

126 *Diversitas olympicorum certaminum et agonis spiritualis. Confer ep. 169 lib.* II.

127 *De sacerdotii sublimitate et præstantia non cuivis temere capessenda. Confer ep. 52 et 200 lib.* I.

128 *De pœnis Judæorum ob contemptum et occisum Christum. Confer ep. 17 l.* II *et l.* IV. . . .

129 *Uno a Deo mœror fugari omnis potest.*

130 *Quam varia de Christo absque omni contradictione prædicentur.*

131 *Exhortatio ad lenitatem benignitatemque in eos a quibus læsi sumus. Virtus est mediocritas. Conf. ep. 321 h. l.*

132 *Modesta recusatio laudum Hermogenis prædicandarum, ut quæ captum et angustias suæ mentis excedant.*

133 *A vitiis immunem esse, et imperare turbulentis animi motibus, ea demum vera est libertas, id demum verum est imperium. Cætera vero umbræ et somnium et vana nomina sunt, quæcunque imperia et opes existimantur aut nuncupantur.*

134 *Increpatio impuri sacerdotis.*

135 *Refutatio fatalis necessitatis, quam pluribus argumentis refellit. ep. 154 et 191 h. lib.*

136 *Admonitio de vera interpretandi ratione, ut diligenter attendatur ad rem qua de agitur unoquoque sacræ Scripturæ loco, nec inciviliter atque imperite particula aliqua excerpatur. Aurea plane regula, quæ utinam ubique fuisset ab omnibus observata. Minus fortasse controversiarum haberemus. Confer ep. 125 h. lib. . . .*

137 *De adulatione et metu vitando, virtuteque colenda.*

138 *De officio pietatis erga Deum pariter et homines colendo.*

139 *Contra eos qui putabant Danielem ejusque tres collegas Chaldæorum disciplina institutos fuisse.*

140 *Exhortatio ad commiserationem et beneficentiam erga pauperes.*

141 *Filius Dei cur appellatur Verbum.*

142 *Bonæ famæ studendum, absque ambitione tamen atque ostentatione.*

143 Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, et spatio carpitur ipsa suo.

144 Virtus est vitium fugere, et sapientia prima
Stultitia caruisse.

145 *Amicitiæ pestis adulatio et inæqualitas.*

146 *Laus Timothœi seipsum semper superare contendentis in studio virtutis.*

147 Sursum, anime, specta; terrena ac sperni to cuncta,
Voce illuc Christus te vocat ipse sua.

148 *De tyrannide et impotentia perturbationum animi reprimenda.*

149 *De sacrosanctæ et individuæ Trinitatis æternitate et æquali dignitate. Confer ep. 143 lib.* II, *et ep. 27, 31, et 112 h. lib.*

150 *Cohortatio episcopi, ut officio suo recte fungatur.*

151 *Describit notas ingenui et contra servilis animi.*

152 *Investigatio rationis, cur in communi peccato idololatriæ sola sit punita Maria Moysis et Aaronis soror, Num.* XII.

153 *Querela de improbitate Zosimi et complicum ejus Palladii et Maronis.*

154 *Præclara disputatio, Providentiæ divinæ assertrix, et Fati Fortunæque oppugnatrix. Confer ep. 135 et 191 h. lib.*

155 *Contra gulam et luxuriam.*

156 *Diabolus quam varie homines tentet ac seducat, tametsi animorum cogitationes introspicere non possit.*

157 *Non peccandum spe pœnitentiæ et veniæ, sicut nec vulnus spe sanationis accipiendum. Præstat enim intactam cujusque innocentiam conservare, quam post eam vulneratam remedium quærere : cum semper etiam post sanationem cicatrix remaneat, et ad sanationem ipsam non sine maximis difficultatibus perveniatur.*

158 *Non tam ratione quam opere philosophandum, et fides hominibus facienda est. Conf. epist. 189 et 362 h. lib.*

159 *De zelo Phinees pro gloria Dei stupratorem cum scorto occidentis, Num.* XXV, *psal.* CV.

160 *Divina providentia ex malis inextricabilibus liberare potest : id quod Abrahami exemplo satis comprobatur.*

161 *Explicatio loci Danielis c.* V, *5, de manu in pariete scribente.*

162 *Exhortatio ad modestiam et cautionem in recte actis adhibendam.*

163 *Sanctitati mentis et castitati corporis pariter studendum, sine quibus dotibus nulla Deo placet oblatio, nulla victima, quantumvis pretiosa. Confer ep. 75 h. lib.*

164 *Objurgatio hominis asperi et crudelis.*

165 *De sententia Paulina Gal.* I, *8, qua dicit anathema, sive diris defigit eos qui res novas in prædicatione Evangelii moliri præsumpserint.*

166 *Christi eadem cum Patre gloria : eadem ergo et potentia est.*

167 *Contra avaritiam inexplebilem.*

168 Qui facit officium Deus hunc non deseret unquam.

169 Omnibus est virtus anteferenda bonis.

Confer Plautum. . . .

170 *Opportunitas in unaquaque re potissimum spectanda est. Confer ep. 60 h. lib.*

171 *Solus Deus quid mortalibus expediat, novit. Ipsius igitur voluntati preces ac vota nostra accommodare debemus.*

172 *Omnes res, prout est animus hominis, vel virtutis, vel vitii instrumenta esse possunt. Confer ep. 353 h. lib.*

173 *Tempus magis quam unda fluxum ac fugax est, vel, si mavis, versum.*
Unda magis fluxum fugaxque tempus est.

174 *Cohortatio ad* εὐγνωμοσύνην *ubique retinendam.*

175 *Causæ pervertentes rectum judicium. De Zosimi extrema et omnimoda improbitate. Confer ep. 9 lib.* II, *et ep. 274 h. lib.* III, *et lib.* IV.

176 *De eo quod Paulus I Corinth.* IX, *5, dixit : « Potestatem habemus circumducendi mulierem sororem, » quo pacto intelligendum sit. Mulier etiam virgo dicitur.*

177 *Qui fiat quod non omnes sanentur, quamvis medicina omnibus in medio proposita.*

178 *De improbo lectore et diacono ab improbo episcopo electo et constituto.*

179 *De cultu humilitatis et fuga superbiæ.*

180 *Dictum Saræ matris Isaaci, Genes.* XXI, *7, exponitur. Lac veri partus argumentum est.*

181 *Optima vindictæ ab hostibus et injuria nos afficientibus sumenda ratio est, si primum patientiæ deinde virtuti studeamus. Confer ep. 6 lib.* II.

182 *Quo modo in apostolis virtus Dei per infirmitatem fuerit perfecta, II Corint.* XII, *9. Confer Photium* Biblioth. *pag.* 851, *et homiliam Chrysost. super eum locum.*

183 *Præstat aliorum frui scriptis et laboribus quam plane otiosum esse.*

184 *Interrogationis magna vis et efficacia est, quæ loco enuntiationis adhibetur.*

185 *Artes vitæ utiles esse debent, alioquin artes non erunt, sed* Ματαιοτεχνίαι *et* κακοτεχνίαι. *Sic et*

Lucianus in definitione artis ponit πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.

186 *Et res supra mundum positas animo agitare, et tamen non alta sapere, sed humilibus nos accommodare et possumus et debemus. Confer ep.* 276 *h. lib., et Augustin. De temp. serm.* 175.

187 *Differentia inter* φρόνημα *et* φρόνησιν, *et ad hanc exhortatio ab illo dehortatio.*

188 *Ut humilitas animo magno atque excelso, sic superbia a parvo abjectoque oritur.*

189 *Mores docentis orationi sunt astruendi. Conf. ep.* 342 *et ep.* 158 *et* 317 *hujus lib.* III.

190 *Mores placidi magnum et constantem animum arguunt.*

191 *Disputatio contra fatalem rerum omnium necessitatem, et geneses. Unde exsistat tanta judiciorum, varietas atque perversitas. Confer ep.* 135 *et* 154 *h.*, *et Nemesium* De natura hominis.

192 *Revocatio a luxuria et gula ad temperantiam, propositis utriusque fructibus ac præmiis.*

193 *De vitiosis Ecclesiæ membris aut corrigendis, aut præcidendis, ne pars sincera trahatur.*

194 *Regni et tyrannidis discrimen. Confer epist.*

195 *Pædobaptismi vis et efficacia, non tantum in abolendo peccato originis, sed etiam in conferenda multiplici gratia.*

196 *Dei lenitate non abutendum. Confer ep.* 290 *l.* I, *et* 222 *lib.* II.

197 *De viro bono, cujus ad virtutem impetus ab improbis retardatur.*

198 *Dicti Isaiæ cap.* I, 18, *nova expositio.*

199 *De continentia servanda. Confer ep.* 89 *l.* I, *et ep.* 278 *l.* II, *et ep.* 65 *h. l.* III.

200 *De moderando dolore super aliorum improbitate.*

201 *Cur non omnes improbi hic pœnas dent scelerum, neque omnes boni affligantur. Similia his passim occurrunt apud Chrysostomum. Et in lib. Salviani* De gubernat. Dei. *Confer etiam ep.* 205 *h. lib.*

202 *Quid sit apud Isaiam, loqui ad cor; nova expositio. Confer ep.* 1 *l.* II, *et ep.* 238 *h. lib.*

203 *De pœnis peccatorum in hac vel altera vita sustinendis.*

204 Gaudere parce oportet, et sensim quæri :
Totam quia vitam miscet dolor et gaudium.

205 *Non eventis, sed consiliis res quæque metienda est. Confer ep.* 335 *l.* I, *et ep.* 179 *lib.* II.

206 *Regnum Dei an idem sit cum regno cœlorum, in medio relinquit auctor. Sup. tamen lib.* I *ep.* 129, *id dixit.* μοναχικὴν πολιτείαν.

207 *Æternæ felicitatis dulcedo facile omnes hujus vitæ ærumnas atque molestias abstergit. Confer Cyprianum ep.* 6 *lib.* IV.

208 *Remedium adversus iracundiam. Confer ep.* 189 *et* 239 *lib.* II. *Item Gregor. Magn. epist.* 51 *lib.* VIII.

209 Decrescit pietas, quantum ipsa pecunia crescit : Cæcus amor nummi ; nam Christi exstinguit amorem.

210 *Revocatio a vita libidinosa atque impura. Deploratæ desperatæque sanitatis ægrotis omnia quæ concupiscunt, permitti solent. Confer ep.* 258 *h. l.*

211 *Vitia, non homines odisse oportet.*

212 *Opum et imperii cupiditas est fons omnium vitiorum et animi perturbationum, quibus in principio resistere consultiss. est.*

213 Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

214 *Dei naturam esse, ex operibus ejus cognoscimus; at non etiam quid sit pervestigare possumus. Confer ep. pen. lib.* II *et ep.* 232 *h. lib.*

215 *Contra eos, qui veritati de industria nebulas offundunt, quod miseriores sint iis qui veritatem non assequuntur, ob ingenii hebetudinem.*

216 *De muneris sacerdotalis summa difficultate. Et quam pauci sint veri sacerdotes. Confer ep.* 104 *lib.* I, *et lib.* IV *ep.* 220.

217 *Divitiæ sunt ad legem naturæ composita paupertas. Confer ep.* 106 *lib.* II.

218 *Objurgatio hominis voluptuarii.*

219 *De pœnis, quæ tum in familia Davidis, tum in populo grassatæ sunt. Confer ep.* 39 *l.* I, *et Eulogium apud Photium in* Biblioth. *pag.* 462. *Quæ idcirco diligenter notanda sunt, ne plebs insons atque innoxia punita esse videatur, quod a Dei justitia possit alienum existimari.*

220 *Miseri a potentibus sublevandi sunt.*

221 *Increpatio hominum improborum.*

222 *Exhortatio ad animi moderationem, et expositio, quibus illa rebus contineatur.*

223 *Collaudatio ejus, qui episcopatum sibi delatum fugerat. Veterum episcoporum cum recentioribus collatio. Confer Bernardum* De consideratione ad Eugenium.

224 *Objurgatio hominis superbi, cum tamen humili genere natus esset.*

225 *De injuriarum tolerantia. Confer ep.* 100 *et* 390 *h. l.* II.

226 *Laudare orationem dicentis argumentum est persuasionis.*

227 *Affectuum mortificatio materia est beata vitæ.*

228 *Insidiæ diaboli variæ ac multiplices diligenter cavendæ sunt. Vigilandum est semper ; multæ insidiæ sunt bonis; usquequaque sapere oportet. Id erit telum acerrimum. Confer epist.* 164 *l.* II. *Et August. serm.* 157 *De temp. In hac tam periculosa et tentationis plena hujus sæculi nocte quis non timeat?* etc. *Similia multa vide apud Leonem M.*

229 Ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας καλὸν, αἰσχρὰ δὲ δεινὸν, κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι, ὧν λέγομεν.

Non tam quid improbi audire mereantur, quam quid bonos illis dicere conveniat spectandum est. Lingua esse debet veritatis organum.

230 *Confessis venia danda peccatorum, non in sectationibus intempestivis insultandum et instandum est.*

231 *Cur Deus obstinatis peccatoribus implacabiliter irascatur.*

232 *Homo impurus et impius de Deo rebusque divinis disserere non debet. Confer ep.* 214 *l.* I, *et ep. pen. l.* II.

233 *Ex falsis principiis non potest confici vera conclusio.*

234 *Dirum animi morbum (res mira) haud sentit avarus.*

235 *Hominis Epicurei ab improbitate revocatio. Animæ immortalitatis comprobatio. Confer ep.* 295 *h. l.* III *et l.* IV.

236 *Exempla quatuor eorum quæ per* ἀναδίπλωσιν *dicta sunt.*

237 *Falsa est perfectionis norma, si quis se non ad præceptum legis, sed cum deterioribus comparet.*

238 *Sacerdos non tam verbis quam factis populum docere debet. Sic Tertullianus initio lib.* De patientia : *Oportet commendationem et demonstrationem alicujus rei adortos ipsos prius in administratione ejus rei deprehendendi, et constantiam admonendi propriæ conversationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant.*

239 *Revocatio ab errore et hæresi.*

240 *De improborum sacerdotum pœnis.*

241 *Extenuatio sui ipsius.*

242 *Vere de rebus judicandum est, neque personarum quarumdam vitia in ordinis totius reprehensionem trahenda sunt.*

243 *Epistola etymologica,* γυνὴ *unde dicta : unde item* γονεῖς, *unde* ἀνήρ. *Aliter tamen de his originatur auctor Etymologici magni, quem vide.*

244 *Deo agendæ gratiæ tam pro bonis privativis quam pro positivis.*

245 *De improbo episcopo, qui bono successit, quanta inde secuta sit rerum omnium in deterius conversio. Confer ep.* 270 *h. lib.* III.

246 *Pax vera quænam sit, nempe quæ cum justitia conjuncta est, non quæ cum vitiis. Confer ep.* 284 *h. lib.* III, *et* IV *ep.* 56.

247 Improbi libere reprenendendi sunt, quamvis pro gratiarum actione maledicta regerant reprehensi. Confer. ep. 153 lib. III.

248 Præclara oratio, de vitiorum ac virtutum in quolibet fere homine concursu et mistura (nam « sine vitiis nemo nascitur; optimus ille est, qui minimis urgetur, » inquit Horatius), in gratiam hominis improbi repetita, ut his hominum de se judicia vereritus, qui omni virtute vacuum eum censebant, ad meliorem frugem se recipiat. Confer epist. 410 h. l.

249 De Judæorum πανολεθρία a Daniele, cap. IX, 26, prædicta, deque sacerdotii et regni inter se comparatione. Confer ep. 257 h. l.

250 De dicto: « Non misereberis pauperis in judicio. » Confer ep. 271 lib. I, et ep. 298 h. lib. III. Item Greg. Max. epist. 51 lib. VIII.

251 Quatuor causæ, cur homines virtutis et sapientiæ studium, omnibus licet rebus præstantius, tam parvi tamen faciant. Confer ep. 268 h. lib.

252 Peccatum mors est animæ. Confer Greg. Max. ep. 14 lib. V.

253 Mittit orationem suam contra fatum, et monet ut libere de ea judicet, famæ præjudicio interim sequestrato. Confer ep. 191 h. lib.

254 De continentia oculorum et animi servanda. Confer epist. 278 lib. II, et ep. 89 lib. I, et ep. 65 et 199 h. lib. III.

255 Cohortatio ad servandam in rebus secundis constantiam erga amicos.

256 De laudibus magnorum virorum, quibus par inveniri oratio non potest.

257 Expositio dicti angeli ad Dan. proph. IX. Confer ep. 249 h. lib.

258 Reprehensio improbi diaconi, et qui eum constituerat episc. Confer supra ep. 210 h. lib.

259 De officio boni doctoris, et quam sit difficile, ut contumaces discipuli corrigantur. Corruptela Ecclesiæ ab ineptis antistitibus. Confer ep. 282 h. lib.

260 Reprehensio ejus qui potestate clavium in remittendis peccatis abutitur.

261 Peccata auctores suos enecant, perinde ut viperæ suos parentes.

262 Commendatio pii filii, obsidem se pro patre dare volentis.

263 Admonitio de officio boni magistratus.

264 De animi magnitudine cum modestia humilitateque conjungenda.

265 De officio antistitis Ecclesiæ, et interpretatio dicti Paulini, II Cor. IX, in fine.

266 Varia significatio σωφροσύνης: quæ aliquando amentiæ, aliquando libidinum impuritati opponitur.

267 De exemplorum vi et natura atque accommodatione. Confer ep. 175 lib. II, et ep. 107 h. lib. III.

268 De præstanti pulchritudine virtutis et pietatis, quæ idem est animo, quod oculus corpori. Confer ep. 251 h. l. III.

269 Exhortatio ad resipiscentiam a pravis dogmatibus.

270 Admonitio de ejulatu et lacrymis ob civitatis statum afflictum, culpa episc. incorrigibilis perditæ, omittendis, et in preces potius convertendis. Confer ep. 245 h. l. III.

271 Responsio ad gravissimam quæstionem, cur divina gratia non omnibus sese indulgeat. Confer ep. 316 et 406 h. l.

272 Nihil nos moveat, si insanis, quibuscum insanire eamdem insaniam nolumus, insani esse ipsimet videamur. Confer ep. 322 lib. I, et ep. 296 lib. II.

273 Invitatio ad communem lætitiam ob amici degenerantis correctionem.

274 De difficultate recte judicandi, et causis corrumpentibus verum et sincerum judicium. Confer ep. 175 h. lib. III, et ep. 214 lib. IV.

275 Objurgatio improborum sacerdotum, atque ad meliorem mentem revocatio.

276 De contemptu rerum mundanarum, et cura studioque cœlestium et æternarum. Confer ep. 186 et 207 h. l. III.

277 Contra eos qui pauperum curam professi, sub hoc inani prætextu illos sacrilega audacia spoliare aggrediuntur. Confer ep. 88 et 111 h. lib. III.

278 Quomodo Jobus XXIX, 14 et seq., sua recte facta absque reprehensione et vitio commemorarit, cum tamen πριαυτολογία, et sui ipsius prædicatio in Pharisæo Luc. XVIII, tantopere fuerit a Christo reprehensa.

279 Consolatio, perinde ut medicina non est intempestive adhibenda animo ægro ac mœrore recenti saucio. Sic Ovidius...

280 De utilitate ex inimicis capienda. Confer Plutarchi hac de re Commentarium.

281 De adulatione vitanda, ut nec ipsi eam aliis adhibeamus, nec ab aliis admittamus. Confer ep. 359 inf. h. lib. III.

282 Bene monenti si non pareant improbi, horum ea culpa est, non illius. Nam neque Paulus apostolus omnes corrigere potuit, sicut Nec est in medico semper relevetur ut æger, etc. Confer ep. 259 hoc lib. III et ep... lib. IV.

283 Admonitio de modestia in rebus secundis servanda.

284 Præstat bellum pro veritate, pietate et justitia susceptum, paci et concordiæ per quam illæ res perdantur. Confer ep. 246 et 397 h. lib. III et lib. IV.

285 Non omnes in amicitiam admittendi, nec statim quilibet abigendi sunt.

286 Rerum humanarum nova facies et in melius conversio per adventum Christi allata.

287 Admonitio de corruptelis omnibus vitandis.

288 Increpatio hominum improborum, ut nominibus sic moribus quoque et institutis geminorum.

289 Quod magistratus non tam necessitudini sanguinis quam excellentiæ virtutis debeantur, quodque non tam successionis lege quam liberæ electionis jure deferendi sint, exemplo Mosis probatur, Josuam filiis propriis præferentis.

290 Clodius accuset mœchos; Catilina Cethegum.
Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.
Conf. ep. 391 lib. I, et 240 lib. II, et 367 h. lib. III.

291 Sperne voluptatem; nocet empta dolore voluptas.

292 Quibus dotibus præditum esse oporteat interpretem sacrarum Litterarum. Confer ep. 254 lib. II, et Hil. lib. I De Trin.

293 Physiologia de diversis ebriorum affectionibus et ratione illis imperante. Confer ep. 109 lib. II.

294 Contra Judæorum in extremis suis miseriis pertinaciam et obstinaciam; et in eos qui pupillum et viduam lædunt.

295 Demonstratio immortalitatis animarum, et revocatio improborum hominum ad vitæ correctionem.

296 Nova expositio ejus quod Deus ad Abrahamum de numerositate sobolis ejus dicit.

297 Exhortatio ad reconciliandos dissidentes amicos. Confer ep. 83 lib. II.

298 Cur judex pauperis in judicio misereri non debeat. Confer ep. 250 h. lib. III.

299 Desperatis non est adhibenda medicina. Confer ep. 16 lib. II.

300 De Pauli apostoli etiam in reatu magnitudine animi, et παῤῥησία cœlesti doctore digna, Act. XXVI.

301 Idem licet sermo haud idem semper valet. Confer ep. 267 h. lib. III.

302 Commendatio hominis, qui depositis simultatibus in gratiam cum amico redire cupit.

303 Tumidæ ratio imperet iræ.

304 Exhortatio ad laudandum defunctum, in quo vicit præsentia famam.

305 De Judæorum internecione atque excidio ultimo ob spretum et occisum Christum Dei Filium. Confer ep. 249 et 257 h. lib. III et lib. IV.

306 Boni regis et boni sacerdotis comparatio. C. ep.

307 *Unusquisque ex suo ingenio fere alios quoque æstimare solet, suoque modulo ac pede alios metiri.*

308 *Pia consideratio consecutionis temporum et partium anni. Confer epist.* 158 *lib.* II, *et epist.* 1 *lib* IV.

309 *In recte factis vitanda superbia cuique est.*

310 *Discere quæ mala sunt facile est, etiam absque magistro. At labor est ingens discere quæ bona sunt.*

311 *Bonorum virorum ex hac vita emigratio non tam est mors quam somnus, et ad meliorem transitio. Conf. ep.* 331.

312 *Præclarum* ἦθος *describitur hominis qui virtutum alienarum prædicationi facile fidem adhibet; at vitiorum relatione non temere credit. Confer ep.* 248 *h. lib.* III.

313 *De Christi Salvatoris miseratione erga nostrum genus.*

314 *Quanta sit virtute præditus legislator, qui non solum punit factas, sed etiam præcavet, ne fiant, injurias.*

315 *Quis bonus sit judex. Conf. ep.* 260 *h. lib.* III.

316 *Dicti Danielis* II, 21, *explicatio quadruplex. Confer ep.* 291, *et* 409 *h. lib.* III.

317 Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος· *hoc est,* Mores magis quam oratio faciunt fidem. *Conf. ep.* 71 *lib.* II, *et* 189 *h. lib.* III.

318 *Virtus omnia vincit. Sic veritas apud Esdram.*

319 *Vituperatio improbi episcopi. Et de ordine judicii vel perverso vel recto confer. ep.* 265 *h. lib.* III.

320 *Dictum Salomonis Ecclesiastæ,* VII, 17, *duobus modis exponitur: « Noli esse justus multum. »*

321 Virtus est medium vitiorum utrinque reductum.

Confer ep. 131 *h. lib.* III *et lib.* IV.

322 Multiplici quamvis sit circumsepta labore.

Omnibus est virtus anteferenda bonis..

Confer ep. 169 *h. lib.* III.

323 *Votum pro conversione hominis improbi.*

324 *Exhortatio ad virtutis et sapientiæ indefessum studium, ut quod rebus omnibus sit antiquius.*

325 *Mira rerum conversio, ut sacerdotes a piis hominibus in commune collatas opes sibi vindicent.*

326 *Sacerdotum ac præsulum mores imitatur populus.*

327 *De injuriis vindicandis vel condonandis.*

328 *Non debemus in gratiam benefactorum participes aut patroni fieri iniquitatis.*

329 *Christi in carnem adventus diabolum ejusque opera destruxit, et triumphum de illis duxit, tropæaque erexit.*

330 *Exhortatio ad mansuetudinem.*

331 *Boni viri obitus improbis lætitiam, bonis luctum affert. Conf. ep.* 311 *h. lib.* III.

332 *De pœna superbiæ qua Nabuchodonosor est affectus, Daniel* IV.

333 *De certamine improbitatis hominum perditorum, difficilique correctione. Conf. ep.* 348 *h. lib.*

334 *Contra Anomœos de dicto Christi Joan.* XIV, 28: « *Pater meus major me est.* » *Christus interdum ex opinione apostolorum locutus est, ad ipsorum infirmitatem se demittens et accommodas per* συγκατάβασιν. *Conf. Augustinum serm.* 179 *De temp., et lib.* De hæresib. *cap.* 54; *Photium in* Bibliotheca. *pag.* 11; *Theodoret. lib.* IV Fabular.; *Nicet. Choniat. lib.* VII, *in Vita Manuelis Comneni, p.* 107.

335 *De dicto Christi.* « *Non potest Filius quidquam a semetipso facere, nisi viderit Patrem facientem:* » *quod nullo modo significet impotentiam, sed summam potius cum Patre conjunctionem.*

336 *Per ludos scenicos et mimicos non fiunt homines meliores. Confer Tertullian.* De spectaculis *c.* 25, *et Cyprianum*——

337 *Ut in corporum, sic et in animorum morbis curandis profligandisque initium ab eo faciendum qui est gravissimus.*

338 *De iræ justæ utilitate. Dictum psalmi* IV *exponitur. Confer epist...*

339 *Qui omnia Veteris Testamenti dicta ad Christum trahunt, æque peccant atque illi, qui nihil in eo de Christo contineri volunt. Conf. ep.* 107, *lib.* I, *et ep.* 195 *l.* II.

340 *De scandalo, quod improbus sacerdos præbet in Ecclesia. Indignitas sacerdotis nihil derogat dignitati et integritati divinorum mysteriorum. Confer ep.* 120 *lib.* I, *et ep.* 37 *lib.* II.

341 *De manna cibo cœlesti Hebræorum per totos* XL *annos.*

342 *Filius Dei non est creatura. Conf. ep.* 334 *h. lib.*

343 *Auditor cordatus et sagax esse debet, qui non omnia a doctore exspectet.*

344 *Collaudatio ejus, qui gratiam benefacti celeritate auxit. Conf. Epip. Ausonii.*

345 *Mentis acumen scientiæ litterarum præstat.*

346 Ἐκ τῶν ὁμολογουμένων *cum adversariis disputandum. Conf. ep..*

347 *In victos non sæviendum victori.*

Parcere subjectis scit nobilis ira leonum:
 Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.
At lupus et turpes instant morientibus ursi,
 Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Confer epist. 370, *et Ant. Guevaram epist.* 1, *part.* I *Aureorum.*

348 *Contra properantem ad accusandum. Conf. ep.* 333 *h. l.*

349 *Amicitiæ renuntiatio.*

350 *Contra poeticarum fabularum absurditatem.*

351 *Virginitatis et conjugii memorabilis comparatio. Confer ep.* 135 *lib.* II, *et ep.* 192 *lib.* IV.

352 *Affectuum victoria vel* ἧττα.

353 *Mali corvi malum ovum.*

354 *Quis verus, quis falsus sacerdos.*

355 *De arcana Filii Dei generatione. Confer ep.* 58 *h. lib.* III, *quæ huic est gemina.*

356 *Solutio quæstionis de præstantia Danielis supra collegas et alios, Daniel.* VI, 2.

357 *Increpatio hominis arrogantis, cui divinam comminatur animadversionem.*

358 *Quantum sit bonum, pecuniis superiorem esse, sive immunem ab avaritia.*

359 *Adulatio in dementandis hominibus metu valentior est.*

360 *De Zosimi improbitate et maledica lingua Modesta virtus, immodesta malitia est.*

361 *Vita æterna optimum præmium præclararum actionum est.*

362 Sermo actione destitutus, mancus est:
 Et actio sermone manca est quæ caret.
 Sermo maritus actioni optimus.
 Verum alterutro si carendum sit, tamen
 Præstat disertæ nequitiæ innocentia,
 Quamtumlibet sermone destituta sit.

Confer ep. 275 *lib.* II, etc.

363 *Admonitio de officio in convertendis hominibus: et de arbitrii libertate.*

364 *Qui in peccato mortali versatur, si tamen irreverenter mysteria sacra participare non dubitat, se ipsum in exitium præcipitat sempiternum. Iterum de Zosimi deplorata malitia.*

365 *Ordo rectus judicii. Confer ep.* 319 *h. lib.*

366 *Hominum deploratæ malitiæ revocatio ab insania. Confer ep.* 10, 16, 20, 22 *et* 252 *lib.* II.

367 Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. *Conf. ep.* 391 *l.* I, *et ep.* 240 *l.* II, *et ep.* 296 *h. l.* III.

368 *Pravis cupiditatibus non indulgendum, sed resistendum est. Confer ep.* 352 *et* 401.

369 *Objurgatio hominis perditi atque ad meliorem frugem revocatio.*

370 *Victor non debet sævire in victos, sed leniter ipsis uti. Confer ep.* 347 *sup. h. lib.* III.

371 Frugalitatis cum luxuria comparatio, et utriusque effectus.

372 Gratulatio de adversario superato.

373 Exhortatio ad modestiam. In recte factis non superbiendum, sed humiliter potius sentiendum. Tanto enim sublimiores erimus, quanto nos submissius gesserimus. Confer. ep. 309 h. lib. v.

374 Virtutis et doctrinæ pulcherrima est conjunctio : Verum si alterutra sit carendum, præstat hac quam illa destitui. Confer ep. 362 h. lib.

375 Collaudatio magistratus moderati qui gravitatem severitatemque lenitate et mansuetudine temperat.

376 Christo eloquentia et sapientia bene collocata non displicet, cum ipse Verbum et Sapientia Patris æterni voluerit appellari.

377 Fortior est qui se, quam qui vincit fortissima oppida : nec virtus altius ire potest. Conf. ep. 352 h. lib. III.

378. Commendatio amici in magno versantis discrimine.

379 Admonitio de libertate sectanda, ejusque duobus extremis fugiendis, arrogantia vanitateque, et adulatione seu servilitate.

380 De dissidiis amicorum et concertationibus inimicorum, quod plurimum differant.

381 Quo majores sumus, eo nos submissius geramus. Quis sit μεγαλόφρων et μετρίοφρων, quis ταπεινόφρων, quis εὐγνώμων, quis κενοδόξος, quis φιλόδοξος quis μικρόψυχος, quis μεγαλόψυχος.

382 Laudatio nimia est parens ignaviæ. Confer. epist. 248 h. lib. III.

383 Contra laudum parcimoniam pariter et profusionem.

384 Non uni tantum virtuti, sed omnibus studendum.

385 Quemadmodum qui urbem obsident, in eam potissimum partem faciunt impetum, quæ maxime infirma est ; ita perpetuus ille adversarius noster diabolus eam animæ et affectuum partem maxime impugnat, qua maxime sumus imparati, atque imbecilli.

386 Contra eos qui de rebus divinis irreverenter disputant.

387 Gratulatio de adepto sacerdotio, et admonitio de eo munere recte administrando.

388 Encomium sacræ Scripturæ, cujus studium omnibus rebus superius est, quoque nihil nobis antiquius esse debet. Confer epist. 369 lib. I.

389 Quo spectarit sapientissima lex de erigendo jumento inimici, nempe ad reconciliationem dissidentium animorum.

390 Præstat inique plecti, quam immerentem præmio affici. Confer ep. 100 h. lib. III.

391 Finis rerum creatarum omnium, atque ita etiam astrorum, hic est, ut inde homo velut manuductione quadam ad cognitionem Creatoris perveniat.

392 Divitiis cunctis bona fama est anteferenda.

393 Facultate orationis et eloquentiæ metienda est naturæ humanæ præstantia, eaque conferri debet ad patrocinium veritatis, non ad improbitatis et vitiorum præsidium.

394 Mali sacerdotes suo judici, corrumpi nescio, relinquendi sunt. Interim nostrum illorum reprehensionem atque animadversionem in nosmetipsos transferre debemus. Confer epist. 340 lib. III.

395 Sacer conventus qualis esse debeat.

396 Avaritia verum judicium corrumpit. Confer ep. 274 h. lib.

397 Homines corrupte viventes libere sunt admonendi, ut desistant a vitiis. Eventus autem Deo permittendus est. Confer ep. 284 h. lib. III.

398 Doctrina sacrarum Litterarum est depositio sortis, quæ accessione bonorum operum tanquam fenore augenda est.

399 Quotidie moriendum. Et philosophia enim, et verus Christianismus meditatio mortis est. Confer ep. 335 lib. I, et 197 lib. II, et 305 h. lib. III.

400 De recta et vitiosa verecundia. Conf. ep. 90 lib. III.

401 Contra libidinosos. Confer epist. h. 368 lib. III.

402 Contra Arianos.

403 Cum fidei veritate integritateque conjungenda est vitæ innocentia. Confer epist. 37 h. lib. III.

404 Contentiones excitare ne velis.

Nam parva belli causa sæpe ingentis est.

405 Qui professioni Christianismi non convenienter vivunt, Deum a paganis et infidelibus faciunt blasphemari.

406 Manum admoventes invocate numina. Confer ep. 271 h. lib. III, et lib. IV ep. 2 et 4.

407 Improbus aut corrigendus, aut deserendus.

408 Ecclesiæ fœda et miserabilis degeneratio describitur.

409 Commendatio amici.

410 Nemo sine crimine vivit. Idcirco alter alteri suos nævos condonare debet. Confer epist. 248 h. lib.

411 Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τῇ παιδοποιΐᾳ ἀκολασταίνειν, οὐδὲ ἀσελγεῖν. Conf. ep. 81 lib II, et ep. 46 h. lib III.

412 Ebriositatis cum avaritia comparatio. Confer epist. 146 lib. II.

413 Judicium extremum certo futurum est, quod etiam ethnicorum scriptorum celeberrimi quique agnoverunt. Confer epist. 158 lib. II.

ARGUMENTA LIBRI QUARTI.

Epist. 1. Cur anni coronæ et rota generationis dicatur, et quam apte inter se connexæ sint a Deo quatuor ejus horæ, ver, æstas, autumnus, hiems.

2 Ne votis actiones sint contrariæ. Opem Dei advocans et ipse te juva.

3 Objurgatio hominis luxuriosi et alienarum mensarum asseclæ impudentis.

4 Deum orare, ut tibi præstet, quod tute facere recuses, ridiculum est, imo et ludibriosum in Deum.

5 Non omnes eodem animo et fine virtutem colunt.

6 Sapientiam impedit sapientiæ opinio. Modestia fundamentum est sanitatis animi, quam quidem etiam ipsa nostri ortus conditio nobis ingerit atque inculcat.

7 Qui pœnis aliorum inclarescere cupit, hostis et tyrannus est verius quam pater aut magister appellandus.

8 Pœnam aggravat maleficii inficiatio.

9 Providentia alia generalis sive communis, alia singularis et propria. Lex alia per naturam insita, alia scripta.

10 Lingua quantum excitet. Eloquentia non abutendum ad probandam improbitatem, sed ad virtutis ornamentum utendum.

11 Evangelium lege perfectius. Plus est diligere inimicum et pro eo orare in ipsius rebus secundis, quam afflicto et egenti succurrere et esurientem pascere.

12 Servitutem non abolet nec tollit Christianismi professio. Plura a libero homine quam a servo requiruntur : quæ si omiserit, graviores dabit pœnas.

13 Auxilium divinum implorans ipse quoque facere debet quantum in se est, non autem in utramvis aurem stertere.

14 Deus omnis generis hominibus consultum esse vult : integris lapsis et conversis.

15 Christus naturam humanam astu diaboli læsam spoliatamque in integrum restituit, et charitatis stola a se contexta induit.

16 Honor conveniens ac suus, cuique sine adulatione et benevolentiæ captatione tribuendus.

17 Contra spes inanes Judæorum de instaurando templo et politia sua : quæ ex loco Aggæi II refelluntur.

18 De vero intellectu dicti Christi : « Super cathedra Mosis sedent Scribæ et Pharisæi : Omnia igitur quæcunque dixerint vobis ut faciatis, facite, » etc.

19 Turpe manere diu peregre est, vacuumque [reverti.

Amici patria procul rem præclare gerentis desiderium tanto facilius fertur.

20 *Doctrinæ veritati adjungenda est probitas vitæ ac morum, sine qua illi fides derogatur.*

21 *Orationi vita debet esse par. Nihil facilius quam sibi ipsi imponere. Se scire opinari, impedit scientiam.*

22 *Exemplo Christi, qui ultro se humiliavit ac submisit Patri, modestiæ studere debemus.*

23 *Multa noris oportet, ut fallas providentiam et animadversionem divinam. Multi fugiendo fatum, in ipsum incidunt.*

24 *Precationis Dominicæ sapientissime brevitas explicatur et ostenditur. Quomodo et a quibus recte reticetur, a quibus perperam.*

25 Precantes alios taxare et carpere promptus.
In culpis veniam dat sibi quisque suis.

26 *Esau inutilis pœnitentia post vendita Jacobo fratri primogenituræ jura, quæ virtuti potius tanquam præmia debentur, quam sorti nascendi.*

27 *Ethnici sapientes dum extenuant et derident Christianam religionem præ sua, non animadvertunt quod semetipsos refellant ac deridendos aliis propinent, suam religionem evertentes, et Christianismum extollentes.*

28 *Ejusdem cum superiore argumenti. Scripturæ sacræ simplex et rudis (ut sapientibus mundi videtur) veritas potentior exsistit quavis sapientia humana et Attica eloquentia.*

29 *Christi passio, crux et mors ac sepulcrum quantam vim habuerit.*

30 *De divina vi et efficacia præconii Evangelii, quamvis calamistris comptæ et elegantis orationis destituti. Testimonium laudatur Platonis et Homeri.*

31 *Refutatio ethnici hominis crucem Christi exagitantis omissa ac spreta mentione resurrectionis et ascensionis ejusdem, quæ tamen iisdem monumentis evangelicis continetur. Qui producit instrumentum pro se in uno capite, debet idem etiam in aliis capitibus contra se admittere et agnoscere.*

32 *Crux Christi fulcrum et fulgor est cœli et terræ.*

33 *Sacræ Scripturæ lectioni deditus etiam cœlo dignam vitam agere debet.*

35 *De pravis sodalitiis vitandis, ut quæ perniciosissima sint. De interdicto cum brutis coitu.*

36 *Pax non ubivis nec per omnia est bona. Pro veritate pugna quam quis suscipit, paci scelestæ multis antistat modis.*

37 *Pax est colenda, dum pietati haud officit.*

38 *Iracundia cohibenda freno rationis et prudentiæ : omniaque cum consilio agenda sunt.*

39 *Quia dicta factaque indicta infectaque fieri nequeunt, nihil sine prævia deliberatione, vel dicendum, vel agendum est, ne alioqui pœnitentia imprudentiæ et præcipitantiæ sit pedisequa.*

40 *Salomonis libri hoc ordine legendi sunt, ut initium fiat a Proverbiis, inde ad Ecclesiasten, et ab hoc ad Canticum canticorum procedatur. In adyta penetrare non debet, qui nondum atrii seu vestibuli ingressu dignus est. Theoriam praxis præcedere debet.*

41 *Varia hominum genera eleemosynas, exercentium diverso fine. Præstat bonum facere, quamvis per ambitionem, quam id plane prætermittere.*

42 *Ebriosi æque ac maledici et adulteri et scortatores excludentur a regno cœlorum, teste Paulo apostolo, quamvis diversis interim pœnis afficiendi.*

43 *Corvus* ἄστοργος, *licet avis, Eliam pascens tacite ipsum de mitiganda ira admonuit.*

44 *Quisque sua potius merito quam majorum delicta immeritus luit;* ἀνασκευὴ *veteris diverbii Judaici. Patres comederunt uvam acerbam, et filiorum dentes obstupuerunt.*

45 *De Susannæ innocentia a senilibus calumniis vindicata, et pœna justiss. senibus irrogata.*

46 Christo propinquos efficit
Non sanguinis cognatio,
Sed Spiritus imitatio,
Et vita virtutem colens.

47 *Deum cujus vindicem oculum nihil latet aut effugit animadversionem, et ut severum judicem timere, et ut benefactorem clementissimum ac liberalissimum amare debemus.*

48 *Christus a terrenis ad cœlestia nos vocans, vim divinam suis verbis adjungit.*

49 Gustum nec ullum verba habent inania
Quisque ergo sermo condiendus est sale,
Quem suppeditant divina testimonia,
Et præmium cœleste, et judicii metus.

50 *Herodes post illam populi acclamationem : « Vox Dei et non hominis, » divinitus punitus, exemplo suo docet, pœnas dare eos, qui adulationes impias aliorum admiserint, nec reprehenderint.*

51 *Paulus, cum ait : « Cooperatur iis qui secundum propositum vocati sunt, » significat, non sufficere ad salutem, ut quis a Deo vocatus sit, nisi etiam accedat ex parte vocati studium obsequendi vocationi divinæ.*

52 *Peccatum morte gravius est. Præstat igitur mori integrum et incontaminatum peccato, quam admittere peccatum, ut immortalitatem, si fieri possit, assequaris.*

53 *Evangelica præcepta perfectione sua vincunt et jus naturæ, et legem scriptam, et prophetarum oracula.*

54 *Norma ac definitio exactissima virtutis hæc est, quam quisque in se ipso possidet. « Omnia, quæcunque volueritis, ut faciant vobis homines, et vos facite ipsis. »*

55 *Causa omnium malorum dissidentiumque opinionum est ambitio, non solum in Ecclesia, sed etiam in philosophia sæculari. Tolle igitur ambitionem, et hæresum fontem obstruxeris.*

56 *Ambitio et anticipata opinio hæreses pepererunt.*

57 *Cum etiam ante natum Christum inter homines omnibus sæculis contentiones exstiterint, non est mirum quod diabolus etiam post Christum natum varias excitarit hæreses.*

58 *Quæ sint apud apostolum Judam stellæ errantes, quibus caligo tenebrarum servata est in æternum.*

59 *Quid sit apud Paulum, Rom.* I : *« Tradidit eos Deus in reprobum sensum, »* etc. *Tradere est nudatum auxilio divino dimittere, et relinquere ruentem proprio impetu, non autem impellere in facinus.*

60 *Quo sensu dixerit Paulus, Rom.* I : *« Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. » Gravius est peccantem laudare, et alterius improbum factum comprobare, quam ipsum peccare. Confer. ep.* 84 *infra.*

61 *De dicto Pauli, Rom.* II : *« Gloria et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco. »*

62 *Peccatum sine lege mortuum est. Qui sine lege peccant, mitius puniuntur, quam qui sub lege.*

63 *De dicto Pauli, Rom.* VIII : *« Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam in nobis revelandam. »*

64 *Christi in carnem adventus quantum boni extulerit rebus humanis. Qui perit, sua culpa perit, quod victoriam labore parare neglexerit.*

65 *Gratia Dei per fidem justificati bonis operibus studere, et fidem alioqui mortuam animare, et salutem suam operari debent.*

66 *Divinæ res omnes ignis nomine in sacris Litteris insigniuntur.*

67 *Ethnicorum scripta cum sacris Litteris comparantur. Illa non ad omnium lectorum utilitatem, sed ad auctorum gloriam diriguntur; et pomposo dicendi genere utuntur. Hæ ad omnium, etiam idio-*

tarum, utilitatem ac salutem referuntur, et simplici oratione res divinas et sublimes exponunt.

68 *Inter jussionem et permissionem multum interest.*

69 *De inscriptione Atticæ aræ : « Ignoto Deo. » Ejus ratio ex historiis repetita.*

70 *Consilium saluberrimum de bellis et contentionibus inter homines sopiendis : nempe ne tanti res externas faciamus, sed suis potius ponderibus examinemus.*

71 *Formæ pulchritudinem nihil obstare quominus quis castitatem colat illibatam, probatur exemplis Josephi et Susannæ. Notandum contra sententiam Ovidiani versus :*

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

72 *Non opes et potentia et felicitas accusanda, sed animus ejus qui his non recte utitur, in crimen vocandus.*

73 *Typus arcæ fœderis, et propitiatorii, et cherubim, et mannæ, et virga Aaronis, quid denotarit.*

74 *Judæi, postquam Christum tantis affecerunt contumeliis, finali et nunquam instaurando excidio a Deo puniti sunt.*

75 *Judæorum captivitas, quam a Romanis perpessi sunt, ideo a nemine alio præterquam Josepho Judæo describi debuit, ut fide dignior esset historia exemplo carentium ærumnarum.*

76 *Regnum cœlorum sive præconium Evangelii quare cum grano sinapis a Christo conferatur.*

77 *Josephus Ægyptiæ feminæ et libidinis victor.*

78 *Virtutem esse rem imperatoriam et ubique in quavis fortuna victricem, illustri exemplo Josephi probatur.*

79 *Paulus vas electionis vita non minus quam sermone potens, exemplo est antistibus Ecclesiæ et verbi divini præconibus, ut vitam irreprehensibilem doctrinæ veritatis astruant.*

80 *Cur dixerit pop. Jud. Exod.* XIX *(secundum Græc. interpret.) « Omnia quæcunque dixit Dominus, faciemus, et audiemus. » In rebus divinis praxis cognitione prior est.*

81 *De dicto Christi, Matth.* VII : *« Non potest arbor mala fructus bonos facere. » Et de dicto Pauli I Cor.* II : *« Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus. »*

82 *De sapientissimo temperamento in sacris Litteris a Deo adhibito, cum eas partim obscuras ac difficiles, partim planas atque apertas esse voluit.*

83 *Alia sunt ἐφικτά · alia δυσέφικτα · alia ἀνέφικτα, a quo postremo genere investigando penitus abstinendum est, secundum illud : ἀρχὴν δὲ θηρᾷν οὐ πρέπει τἀ μήχανα.*

84 *Sententia injusta malum facinus comprobans, deterior est eo qui id perpetravit. Conf. ep.* 60, *supra.*

85 *Ad Pauli dictum Tit.* I, *« Deum se nosse confitentur; factis autem negant. » Non satis est ore Deum fateri, nisi et opere fatearis. Sermo factis vacuus parum valet ad persuadendum.*

86 *Lex talionis justitiæ, imo et humanitatis potius quam iniquitatis aut crudelitatis plena est. Conf. ep.* 133 *l.* II, *et h. ep.* 209.

87 *Mandatum Dei ad Israelitas, ut Ægyptiorum vasa auferrent, justiss. et æquissimum fuit, pertinens ad compensationem mercedum pro tot annorum servitiis debitarum.*

88 *Exhortatio ad studium lectionis et meditationis quotidianum exemplo Timothei et Pauli apostoli. Memoria sine exercitiis facillime obsolescit et obliteratur.*

89 *Pauperis non oportet commiseratione moveri in judicio, multoque minus favere divitum insatiabilibus cupiditatibus.*

90 *Ruditas ipsa morte pejus fugienda, et quotidie lectioni ac meditationi sacræ Scripturæ incumbendum.*

91 *Sacræ Litteræ omnibus omnium sapientium scriptis longe antistant, eaque vincunt perspicuitate et compendio omnis officii. Varia variorum dicendi genera. Confer. ep.* 3 *lib. et h. l. ep.* 28, 76 *et* 140. *Et ex parte, qua de compendio virtutis etiam ep.* 53 *et* 54, *h. l.*

92 *Ab inani contentione dehortatio.*

93 *Beati sunt qui falsas propter Christum contumelias sustinent. Confer. ep.* 190 *h. l.*

94 *« Nolite ante tempus judicare, » interdictum Paulinum I Cor.* IV, *quomodo et quibus de rebus accipiendum sit.*

95 *Quamvis recte et apostolico præcepto convenienter faciat, quæ injuriam sibi factam patienter tolerat, tamen eam inferens non potest se illo dicto excusare.*

96 *Dubitationes quædam de Herode et fratris ejus uxore Herodiade ab ipso ducta et Joannis Baptistæ reprehensione facti moventur et discutiuntur.*

97 *Christus ad crucem proficiscens quare mulierum lamentationes reprehenderit. Confer. ep.* 166 *et* 285 *l.* II, *et h. l. ep.* 128 *et* 180.

98 *Cum oportuerit Christum pati, teste Luca* XXIV, *quare puniti sunt qui passionem procurarunt et adjuverunt Judæi.*

99 *Sancta synodus Nicæna veritatem dogmatum ab infinitis corruptelis hæresum asseruit.*

100 *Deus missione Filii sui ad persolvendum pretium redemptionis instaurandamque generis humani salutem ostendit et justitiam suam et abundantiam bonitatis.*

101 *Expositio dictorum Paulinorum Rom.* I : *« Tradidit eos Deus in affectus ignominiæ, repletos omni iniquitate, »* etc. *« Dedit ipsis Deus spiritum compunctionis. » Dare et tradere ex more et idiomate sacræ Scripturæ significat idem quod relinquere vel permittere.*

102 *De timore et veneratione erga magistratum ; ex Paulina admonitione, Rom.* XIII.

103 *Ecclesia universalis est corpus Christi ; particularis, v. g. Corinthiorum Ecclesia, est ejus corporis membrum ex parte. Ex Epist. ad Corinth.*

104 *Piorum ærumnæ coronarum et braviorum instar habent, et exsultandi materiam ipsis præbent. Ex Paulo Philip.* I.

105 *Dæmones cum pro diis coli vellent, simularunt justitiæ studium, idque a suis cultoribus exegerunt.*

106 *De diversis talentis hominibus concreditis.*

107 *Terra qua ratione vel mobilis sit, vel immobilis.*

108 *Christus in cruce triumphavit de dæmonibus debellatis.*

109 *Explicatio dicti Salomonis, Proverb.* VI : *« Qui ingreditur ad mulierem nuptam, non erit innocens ; neque omnis tangens eam. » Tactus sensus crassior et impurior est quam visus, qui est subtilior ac purior.*

110 *Expositio dicti Ezechiel.* VII : *« Et erunt in montibus ut columbæ meditantes. » Cumulus doloris, non licere conqueri.*

111 *Exhortatio ad reconciliationem et satisfactionem, ex præcepto Christi, Matth.* V, 22, 23.

112 *De dicto Pauli, I Tim.* IV : *« Prohibentium nubere, »* etc., *et aliis Scripturæ idiotismis.*

113 *De dicto Pauli Hebr.* IX, 17 : *« Testamentum in mortuis firmum. »*

114. *De diversis formis et ingeniis ac moribus hominum. Ex Proverb. Salom.,* XXVII, 19.

115 *Adulterium furto, præsertim ex paupertate admisso, longe gravius est. Ex sententia Salom. Proverb.* VI.

116 *Nemo hominum tam pius ac probus est, quin alicui sit errato obnoxius. Nemo rursum usque adeo vitiosus, quin aliquid boni egerit. Nihil itaque absurdi est, si dicamus, et Lazarum pœnas suorum lapsuum dedisse et divitem præmia recte factorum in hac vita recepisse.*

117 *Cur leprosi aliisque morbis involuntariis la-*

borantes extra castra consistere jussi fuerint. Parentes sæpe in filiis plectuntur gravius quam in semetipsis. Conf. ep. 141 *h. lib.*

118 *Eleemosyna unde æstimari debeat, nempe non tam a dati magnitudine, quam ex animo dantis. Probatur exemplo viduæ evangelicæ, duo minuta offerentis in gazophylacium. Marc.* XII, *Luc.* XXI.

119 *Viri mulieribus tanquam vasi infirmiori honorem tribuunt. I Petr.* III.

120 *Contumeliæ quomodo sanandæ.*

121 *Lazaro suæ miseriæ fundamentum sempiternæ gloriæ et felicitatis exstiterunt.*

122 *De libidinoso aspectu mulierum vitando. Legitima lucta est quam constituit Deus; non quisque sibi opinionis errore finxit.*

123 *Proximus quis sit, nempe quivis homo nostræ opis indigus.*

124 *Anima humana est quidem divina, et immortalis sed non Deus, neque particula Dei essentiæ, neque principii expers.*

125 *De animæ immortalitate contra Galeni harmonicam lyram et temperamentum corporis; præclara et erudita disputatio, Homericis, Euripideis et Platonicis auctoritatibus stabilita, tandemque divino oraculo et testimonio obsignata.*

126 *Reprehensione et odio digni sunt, qui neglecta bene vivendi cura de dogmatibus perpetuas contentiones suscipiunt, ipsamque adeo divinam essentiam suis disputationibus scrutantur ac sollicitant.*

127 *Spirituales homines quinam dicantur a Paulo? qui animales? qui denique carnales? A potiore sumitur denominatio.*

128 *Christus sua sponte morti caput obtulit, cum facile eam, si voluisset, declinare potuisset, vel divina sua potentia qua alios etiam ex morte excitavit, vel innocentiæ allegatione ac defensione, vel beneficio appellationis.*

129 *Decem interpretationes dicti Paulini: «Qui fornicatur, in corpus suum peccat.»*

130 *Quomodo sese gerere debeant cum ii qui audiunt, tum illi qui dicunt. Quid intersit inter* κοινὸν καὶ ἴσον *inter* ἀμφισβητεῖν καὶ φιλονεικεῖν; *inter* εὐδοκιμεῖσθαι, *sive* εὐδόκιμον εἶναι, *et* ἐπαινεῖσθαι, *sive* ἐγκωμιάζεσθαι; *denique inter* ἔδεσθαι καὶ εὐφραίνεσθαι.

132 *Inutilis et periculosa nobis esset præcognitio omnium rerum atque eventuum.*

133 *Fons omnis in vita confusionis et inter homines animorum exacerbationis et contentionis est, quod sacrarum Litterarum studium negligitur, et unusquisque suos affectus divinis oraculis anteponit.*

134 *Lex et prophetæ præparatio fuerunt ad Evangelium.*

135 *Expositio dicti Christi Matth.* X, 41 : *« Qui recipit prophetam in nomen prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.» Honestum ipsius honesti, non alicujus lucri utilitatisque aut humanæ gloriæ causa, colendum est.*

136 *«Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud,» Matth.* XI, *Luc.* XVI, *quomodo intelligendum.*

137 *Expositio dicti Christi Matth.* X : *« Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.» Exempla quatenus capienda sint.*

138 *Tristitiæ assultum repellat ac subigat animus precibus ac meditatione cœlestium præmiorum.*

139 *Admonitiones et reprehensiones vitiosorum hominum quales esse et quomodo adhiberi debeant. Quomodo item ferenda sit boni eventus frustratio.*

140 *Scripturæ sacræ cum eorum qui extra Ecclesiam sunt scriptis collatio.*

141 *Cur leprosos et aliis morbis involuntariis laborantes lex prohibuerit ingressu castrorum. Parentes sæpe in liberis gravius quam in semetipsis plectuntur. Confer ep.* 117 *h. l.*

142 *De arcana et æterna generatione Filii Dei ex substantia Dei Patris.*

143 *De differentia legitimi imperii et tyrannidis: quorum illud ad subditorum, hæc ad imperantis utilitatem propriam refertur.*

144 *Ratio conciliandæ pacis minus probanda quæ sit.*

145 *Sacerdotii munus perdifficile esse recte administrare docet, quod varii sint ac multiplices animorum morbi, qui non uno omnes remedio curari possint. Unde et Christus exclamavit, Matth.* XXIV *et Luc.* XII : *« Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illis demensum?»*

146 *Christus adventu suo docuit homines animæ immortalitatem, et resurrectionem carnis, et judicium futurum, atque ita ad virtutis studium eos excitavit et acuit. Peccatum morte gravius, et hæc præ illo eligenda. De dicto Pauli Hebr.* II, 15.

147 *Non Jesus Nave seu Josua, sed Jesus Christus veram et solidam requiem peperit. De loco Pauli Hebr.* IV, 8 *et* 9.

148 *Inique et improbe agentes non sunt laudando et adulando confirmandi in sua improbitate, sed vel silentio vel fuga sensus aliquis improbitatis eis injiciendus, ut corriguntur. Etiam voluntas atque impulsio in utramque partem non caret vel præmio vel pœna, quamvis eventus non responderit.*

149 *Expositio dicti psalmi* LXI : *«Semel locutus est Deus: duo hæc audivi,»* etc. *Comminationes divinæ pœnarum tacitam habent annexam conditionem pœnitentiæ.*

150 *Quo vilioribus et contumeliosioribus armis Christus diabolum vicit, eo clarior et illustrior ejus victoria est, quasi athleta vinctus, et tamen victor. De dicto Pauli I Corinth.* II, 2.

151 *De providentia Dei omnia in cœlo terraque videntis.*

152 *De dicto Salomonis: « Longanimis vir multus in prudentia; pusillanimus autem valde insipiens est.»*

153 *Quo pacto intelligendum sit illud Jobi: «Astra non sunt munda in conspectu ejus.»*

154 *Christi adventu compressus tyrannus diabolus vi amplius non potest nocere, sed tantum deceptione et fraude. Eorum igitur culpæ est ascribendum, quod ab eo superentur, qui se ipsos ei sua sponte subjiciunt.*

156 *Quid sit apud Isaiam, cap.* LI : *«Poculum ruinæ et calix furoris.»*

157 *De sensu dicti Levit.* XXI : *«Super omni anima mortua non ingredietur.» Corpus mortuum seu cadaver ipsum per se non est impurum, neque polluit: quia naturalia extra culpam et crimen sunt: quod probatur ex loco reliquiarum Josephi translatarum, et dicto Salom.*

158 *De dicto Salom. Proverb.: «Septies cadit justus et resurget.»*

159 *Solutio antinomiæ apparentis inter dicta Christi: «Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera,»* etc. *«Cavete ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus.»*

Ab recte factis absit ostentatio.
Mens ambitiosa pestis est operis boni.
Ut nocte in obscura micare fax solet,
Sic fulget et virtus latere nescia.
Confer ep. 227 *inf. h. l.*

160 *Expositio dicti Ezechiel* XI : *«Auferam ab ipsis cor lapideum, et dabo ipsis cor carneum» : quod utraque de habitu et qualitate, non de substantia intelligenda sint.*

161 *De dicto Proverb.: «Astitit in omni via non bona;» et illo psalmi* XLVIII : *«Anima ejus in vita sua benedicetur. Ingredietur enim in generationem patrum suorum,»* etc. *Corrupta hominum judicia sæpe beatos prædicant qui revera sunt miseri, et contra.*

162 *Agnus Paschalis* μετὰ σπουδῆς *comedendus. Studium est actio ante actionem.*

163 *Disputatio insignis contra Origenis dogma de*

anima, quam volebat peccasse antequam in corpus demitteretur : in corpus autem pœnæ luendæ causa detrusam esse. Contra docet Isidorus orthodoxam esse sententiam. Luctæ et certaminis causa nos in vita hac constitui, ut ea recte exacta præmiis potiamur.

164 Diabolicus abusus dicti psalm xc a Christo reprehensus, Matth. iv.

165 In dictum Christi de virginitate, Matth. xix, 11 : « Non omnes capiunt hunc sermonem, sed quibus datum est. »

166 De dicto Pauli, Coloss. ii, 17 : « In Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, » id est essentialiter. Memorabilis epistola contra Arianos.

167 Danielis et sociorum ejus sapientia incomparabilis superbiæ Babyloniorum a Deo opposita.

168 De dicto Pauli, Hebr. x, 28 : « Gravius punientur qui tempore gratiæ peccant vel ad bona opera segnes sunt, quam qui olim sub lege fuerunt. »

169 Expositio dicti Christi : « Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. »

170 Lex qualium peccatorum remissionem dederit per sacrificia, qualia vero morte puniverit.

171 Nihil recte facere possumus absque divino auxilio. Id autem facientibus sedulo quod in se est, nunquam est defuturum.

172 Commemoratio præclarorum facinorum magnam vim ad excitandos animos habet.

173 Non oportet vel ad gratiam laudare, vel ad odium vituperare; sed vero sanoque judicio uti, nisi quis velit dici ingenio servili præditus, vel etiam in pecorum numerum referri.

174 Recte de Deo sentire, summa est sapientia, optima actio et vita a vitiis abstinens, divinissima est scientia. His v. destituta εὐγλωττία res inanis est.

175 Sæpe in eo sita est, si succumbere videamur ; injuriæ patienter ferendæ Christianis : quibus quanto majora proposita sunt præmia, tanto duriora imponuntur certamina.

176 Moyses quare legislationi præmiserit historiam creationis mundi, et de præmiis piorum ac pœnis impiorum, videlicet ut animos hac ratione ad suscipiendam et implendam legem præpararet et excitaret.

177 Ut persuadeatur auditori non est in oratore, sed in auditore situm : proindeque si orator, cum omnia qui et ut debuit, fecerit, non tamen fine suo potitus sit, nulla in ipso culpa est, nihilque ipsi imputari potest. Confer epist. 205.

178 Illustre encomium Abrahami qui, dum filium Isaacum mactare paravit, naturam ipsam debellavit et triumphavit, in cœlesti theatro victor a Deo et beatis mentibus renuntiatus.

179 Exemplo Christi patienter ferendæ sunt Christianis injuriæ. Augetur injuria ex dignitate ejus cui infertur.

180 Christus merito reprehendit feminas, a quibus passione sua deflebatur. Confer ep. 166 et 285 lib. ii, et ep. 97 ac 128 h. l. iv.

181 Quadruplex interpretatio dicti Christi : « Nolite sancta dare canibus, neque projicite margaritas vestras ante porcos, nequando conculcent eas pedibus suis, et conversi lacerent vos. »

182 Psalmorum Davidis variæ inscriptiones quid sibi velint.

183 De Deo rebusque divinis non oportet quærere : Quomodo? Confer ep. 476 lib. i.

184 Improbi pœnam non effugient, imo fugiendo fata incurrunt, seque in suis implicant retibus. Quod Joabi exemplo probatur.

185 Objurgatio hominis injuriarum tenacis et ad condonandum illas difficilis, cum esset in pecuniis erogandis liberalis. Si non remittis, non remittetur tibi. Remissio hominis veniam apud Deum parit.

186 Ordo rerum creatarum convincit esse Deum, ejus ordinis auctorem, non oculis, sed animo contemplandum.

187 Querela de perversitate hominum, omnia ad virtutem adjumenta et naturæ et gratiæ negligentium.

188 Objurgatio archidiaconi avari et Simoniaci, atque ad officium revocatio.

189 Christum immerito culpabant Pharisæi quod convesceretur publicanis et peccatoribus. Gratia est supra legem.

191 Vitiositate laborans nec liberari volens, aliosque insuper ea liberatos ut miseros deplorans, ipse deploratæ est sanitatis et commiseratione dignus.

192 Virginitas præstantior est conjugio.

Virginitas cœlum, terras connubia replent :
Utrum horum, dubitas, sit bonitate prius?

Si tamen omnes homines virginitatem perpetuam colerent, atque a matrimonio abstinerent, brevi inde consecuturum esse, scribit Paulus Silentiarius, ut genus humanum interiret. Epigramma ejus ascribam ex Anthologiæ lib. i, tit. 15 εἰσ γάμον.

Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια· παρθενίη δὲ
Τὸν βίον ὤλεσεν ἂν πᾶσι φυλαττεμένη.
Τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε· καί τινα κόσμῳ
Δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν· φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.

Hoc est

Virginitas pretiosa quidem est res. Verum ea cunctis
Servata humanum perderet omne genus.
Uxorem quare duc rite, orbique vicissim
Pro te des hominem, spurcitiemque fuge.

Vel, si mavis aliam interpretationem viri amici :

Nobile virginitas donum est : fetura sed orbem
Ni supplet, vita cælibe vita perit.
Ergo nequitiam fugiens tibi delige nuptam,
Ut mundo possis reddere prole vicem.

De comparatione autem virginitatis et conjugii plura dicam in Annotatonibus.

193 In rebus spiritualibus (secus quam in terrenis) quantum volumus, tantum et possumus. Eleemosyna non ex modo dati, sed ex proposito animi æstimanda est, exemplo Christi de vidua duo minuta offerente judicantis.

194 Ethnicorum vanitas seipsam refellit. Fabula de Apolline castam puellam frustra sollicitante ad stuprum vi musicæ.

195 Hæc vita est certaminum, altera præmiorum. Periculosissimum autem est affectibus ac perturbationibus animi succumbere.

196 Injuria non est patientis sed facientis. Nemo nisi a semetipso læditur. Christi exemplum ad injuriarum tolerantiam in nobis gignendam efficacissimum est. Confer ep. 179 h. lib.

197 Homo improbus in sua improbitate non adjuvandus. Non idem indigenis quod exteris permittendum.

198 De institutione Persica, et de jurejurando quod dabant Persæ cum ad virilem ætatem pervenissent.

199 In futura vita concurrere poterunt cruciatuum vehementia et duratio. In hac non item ; in qua illud potius valet, quod de dolore est relatum apud Ciceronem. « Si magnus brevis : si longus levis. Quanquam quid potest esse in hac vita longum aut diuturnum, cum in ipsa sit brevis? »

200 Ne in bellis quidem perpetratæ cædes omni noxa carent, propter summum qua inter omnes homines est naturæ communis devinctionem.

201 Resurrectio etiam corporum probatur ex justitia Dei.

202 Christiani Θεοδίδακτοι relictis rebus mundanis cœlestia tantum meditari debent.

203 Regula interpretandi prophetarum oracula, illustri exemplo declarata psalmi lxxi, qui, quamvis in Salomonem fuerit scriptus, multa tamen continet quæ in Salomonem non quadrant, sed Christo potius vero principi pacis conveniunt.

204 Quanto majora præmia hominibus in Novo Testamento proposita sunt quam olim in Veteri, tanto etiam majora ipsis subeunda sunt certamina. Hæ enim duæ res, certamina et præmia sibi invicem respondere debent.

205 Multis exemplis et testimoniis probat, non esse

in oratoris, sed auditoris potestate ut orationem sequatur persuasio: Proinde non esse oratori hoc imputandum aut vitio dandum si fine suo excidat, dummodo nihil eorum, quæ ad officium suum pertinent, prætermiserit.

206 *De Diana Ephesina, ejusque signo ab Jove demisso.*

207 *Rursus eadem de re. Signa* διοπετῆ *quæ et quare dicta sint.* Βρέτας *unde. Historia memorabilis de Ptolemæo rege Ægypti, quomodo statuarios Dianæ in foveam præcipitari curarit, ne simulacrum illud humana manu factum videretur.*

208 *Diabolica est astutia, arcere homines a lectione, auscultatione et studio sacræ Scripturæ merum mel spirantis, ne inde bona opera sequantur.*

209 *De differentia legis et Evangelii. Lex peccata punit admissa, Evangelium etiam fontes peccatorum, antequam nascantur, obstruit. Explicatio dicti Christi: « Dictum est antiquis: Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego autem dico vobis: Nolite resistere malo. »*

210 Virtus est medium vitiorum utrinque reductum.

Quod assequi difficile est, ita ne declines ad dextram aut sinistram.

211 *De imperscrutabili majestate Dei; expositio dicti Salom. Proverb.* xxv, 1: *« Gloria Domini celat sermonem; » et dicti Habacuc,* III: *« Operuit cælos virtus ejus. »*

212 *Non tantum verbis, sed et opere ac vita ipsa philosophandum est ei qui non velit se ludibrio exponere. De dicto Isaiæ: « Discite bonum facere. »*

213 *Accusatio prophetica impietatis hominum adversus Deum, et iniquitatis in proximum plane inexcusabilis. Qui allucinatur circa manifesta, videtur etiam amittere fidem in occultis et obscuris. Expositio dicti Ezechielis.*

214 *Judicandi munus difficillimum. In illud Sirach.* VII: *« Ne quæras fieri judex. » Confer epist. 274 lib.* III.

215. *Ut lucerna ab oleo riganda est, sic* λόγος διδασκολικὸς *sive* προφορικὸς *ab alterius virtute interna, qui est* διάθετος *alimentum accipere debet. De dicto Christi: « Sint lucernæ vestræ ardentes. »*

216 *Solvitur* ἀντικείμενον *seu* ἐναντιοφανὲς *est inter hæc duo Christi dicta: « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum; » et: « Væ vobis, Scribæ. »*

217 *De dicto Christi, Joan.* III, 19: *« Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. »*

218 *Docetur, non repugnare sibi invicem duo ista dicta: « Nolite solliciti esse quomodo aut quid loquamini; » Matth.* x; *Marc.* XIII; *Luc* XII. *« Parati semper ad reddendam rationem. » I Petr.* III. *Martyrum incredibilis invictaque constantia. Sapientiæ sapientes discipuli.*

219 *Sacerdotalis sive episcopalis muneris summa difficultas. De dicto Pauli, I Tim.* III: *« Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. » Confer ep. 216 lib.* III, *quæ ad eumdem Palladium scripta est.*

220 *« Pax cum omnibus, quantum in nobis est, colenda. » Rom* XII. *Ne quis nos oderit, non est nostri arbitrii: Sed hoc est, ne quis juste nos oderit, causa videlicet odii a nobis ipsi præbita. Confer ep. 211 lib.* III, *et ep. 50 lib.* II.

221 *Lectio et studium sacrarum Litterarum, velut fontium Israelis, aliis rebus præferri debet.*

222 *Virtus immortalis est, et sola hominem beat. Deus Abrahami, Isaaci et Jacobi, itemque Davidis et aliorum sanctorum etiam vita functorum curam se gerere testatur.*

223 θυμὸς *et* ὀργὴ *quomodo differant.*

224 *Scriptorum Joannis Chrysostomi commendatio, et hominis socordis eorum negligentis objurgatio.*

225 *Josephi Judæorum historici testimonium de Christo, lib.* XVIII *Antiquit. Ab hoste testimonium vim magnam habet.*

226 *Non satis est hæreticos, paganos et Judæos veritate religionis superare, nisi iisdem etiam meliorem vitam agamus. Fides enim absque operibus mortua est.*

227 *A recte factis absit ostentatio. Factum bonum non est bonum haud factum bene. Solvitur dubitatio. Cum fieri nequeat ut bonum opus lateat, quare Christus interdixerit, ne coram hominibus faciamus eleemosynam.*

228 *Sirach quam variis iconibus Sapientiam repræsentet.*

229 *Christi in carnem adventus quantum attulerit. Objurgatio gravissima hominis incorrigibili pravitate laborantis.*

230 *Sennacheribi regis superbia divinitus castigata et repressa, ipso post deletum exercitum et turpem fugam domi a suis trucidato.*

ARGUMENTA LIBRI IV.

1 *De animi corporisque affectionibus, infra 187 et 161.*

2 *Pro improbis orandum.*

3 *De vanitate rerum humanarum. Confer epist. 271 et 251 lib.* III.

4 *De Dei regno etiam apud improbos.*

5 *Martyrum gloria.*

6 *In episcopatum ambientes.*

7 *De æquo et bono, et* ἐπιείκεια.

8 *Sui cognitio utilis.*

9 *De recta liberorum institutione. Confer ep. 317.*

10 *De pugna hominis interioris.*

11 *Virtutis commendatio.*

12-13 *Ad frugem bonam invitat fratris exemplo.*

14 *Vita militia.*

15 *Arrogantiam dissuadet.*

16 *De Eusebii vitiis. Confer epist. 140, 147.*

17 *Oculos continentes esse oportere.*

18 *Pares cum paribus congregari.*

19 *Dimittite et dimittemini. Luc.* VI, 37.

20 *Orator non semper persuadet.*

21 *Priorum sacerdotum cum sui ævi elegans comparatio. Vide inf. epist. 37 et 129.*

22 *Ignoscendum etiam non postulanti.*

23 *Non repetendum malum malo, sed bono. Infra ep. 280.*

24 *De fraterno amore.*

25 *Mundus muliebris quis verus.*

26 *Animorum ad virtutem societas.*

27 *Si athleta laborat, quidni Christi miles.*

28 *Fratrem amici laudat. Ad quinque capita per epistolam quæsita respondet.*

29 *A luxu dehortatur.*

30 *A virtute tres commendat episcopos.*

31 *Sacræ Scripturæ quomodo incumbendum.*

32 *Laudat Joan. Chrysostomi in Pauli Epistolam ad Romanos Comment.*

33 *Laus sancti ac doctoris diserti.*

34 *A mali societate deterret improbos.*

35 *Suadet oratori virtutem quam verbis possit, reipsa etiam exornet.*

36 *Divitiæ Babylonis fornace collatæ. Daniel* III.

37 *De bonis presbyteris contra malos disseritur. Contra epist. 21.*

38 *Contra virtutis osores.*

39 *Multiplices tentationum fructus. Confer infra epist. 226.*

40 *Quales reip. gubernandæ aptiores.*

41 *Regnum cælorum inculcatum. Sup., epist. 4.*

42 *Pœnæ lente sunt exigendæ. Inf. ep. 267.*

43 *Ingens supplicium et tolerantia ægre durant.*

44 *Virtus laudatur et alget.*

45 *De bono vini modice sumpti.*

46 *Oculos ut animi fenestras custodiendos.*

47 *Virtutem amanti hominum opinio contemnenda.*

48 *A conviciis temperandum.*

49 *Laudandi boni sine ostentatione.*
50 *Cœlestia terrenis quia præstant, idcirco amplectenda.*
51 *Diabolus quæ suggerit, fugienda.*
52 *De monodia in improbos conscripta.*
53 *Mittit monodiam in alios conscriptam.*
54 *Virtus sequenda ut hostem vincas.*
55 *Avaritiæ detestatio. Confer inf. epist.* 67.
56 *Beati qui persecutionem patiuntur, Matth.* v, 10.
57 *A vitiis dehortatur ac nequitia.*
58 *Spes vitæ anchoræ. Confer epist.* 50 *et* 58.
59 *Zosimum in stirpe delirare.*
60 *Falsa sui existimatio.*
61 *Demonstrationis vis in argumentando.*
62 *Parentis præceptorisque officium non assentari.*
63 *Virtus sui merces.*
64 *Victus cultusque corporis qualis.*
65 *In illud Matth.* v. 28 : « *Qui viderit mulierem,* » etc.
66 *Quod homini maxime utilia adversa.*
67 *Avaritiæ detestatio. Confer epist.* 55.
68 *De bono tentationis. Confer epist.* 19 *et* 226.
69 *Spes denuo commendata, ut epist.* 50 *et* 58.
70 *Sua contentum sorte esse oportet.*
71 *Jobi in calamitate patientia proponitur et paupertas.*
72 « *De beatitudine æterna.* « *Oculus non vidit,* » etc. *Isaiæ* LXIV, 4; *I Corinth.* II, 6 : *Et* « *non sunt condignæ passiones.* » *Rom.* VIII, 18; *II Cor.* IV, 17. *Confer epist.* 152.
73 *In illud septem sapientum :* « *Ne quid nimis.* »
74 *De precantium discrimine. Confer epist.* 159.
75 Ἀχαριστίας, *ingratique accusat. animi.*
76 *Quis vere fortis.*
77 *De malorum flagitiis virorum posterorumque judicium. Confer ep.* 53, *ad eosdem.*
78 *De futuræ vitæ mercede. Supra epist.* 72.
79 *Eleemosyna de juste partis grata Deo.*
80 *In ratiocinando caute agendum.*
81 *Ad virtutem exstimulat.*
82 *In illud Pauli :* « *Unusquisque propriam accipiet mercedem,* » *I Cor.* III, 8 *et* 14.
83 *Convivator optimus quis.*
85 *In justitia fideque servanda latrones exemplo sunt. Cicero* I *Offic.*
86 *A vindicta dehortatur.*
87 *In illud Isaiæ :* « *Cur timui?* » *cap.* XL, 14.
88 *Quis probus fortisque vir. Confer epist.* 76.
89 *De bonis malisque sacerdotibus. Conf. ep.* 37 *et* 268.
90 *De talione in accusando.*
91 *Pauli ad Hebræos locus cap.* IV, 8, *De Jesu Nave.*
92 *Cur monitionem instaurandam censuerit.*
93 *Ad constantiam in bono hortatur. Confer ep.* 153.
94 *Adversa patienter toleranda. Confer ep.* 193.
95 *Virtutis vitiorumque comparatio.*
96 *De variis studiis præmii aut pœnarum. Conf. ep.* 325.
97 *De vi veritatis.*
98 *Agriculturæ laudatio.*
99 *Senectus a libidine temperans. Cicero De senectute.*
100 *Mala perferenda esse.*
102 *Eloquentia quibus invisa.*
103 *De vitiis quorumdam.*
104 *Avaritiæ malum.*
105 *Hortatur ad frugem bonam.*
106 *Virtus colenda.*
107 *Vita mortalium caduca.*
108 Ἔργα *ne fiant* πάρεργα.
109 *Virtute præditi laus.*
110 *De actionis contemplationisque vita. Infr. ep.* 294.
111 Συγγνώμης *unde nomen sumptum. Matth.* V, 26. « *Esto consentiens,* » etc.
112 *Æterna cum terrenis composita.* « *Thesaurizate vobis,* » *Matth.* VI, 19.
113 *Ad eleemosynam hortatur. Sup.* 76. *Conf. ep.* 181.
114 *Peregrinatio quæ salutaris.*
115 *Uter laude dignior, secundis insolens, an adversis constans.*
116 *De Zosimi improbe factis. Sup.* 103 *et* 195.
117 *De vi fati, an a mente pendeat. Conf. lib.* III *epist.* 135.
118 *Ad vitæ emendationem adhortatio. Sui victoria maxima.*
119 *Lingua in quibus bene utendum, inf. epist.* 453.
120 *Procrastinatio et ampliatio vitiosa.*
121 *De Laconica oratione.*
123 *Virtus in bonis habenda.*
124 *Cohibenda calumnia.*
125 *Ad frequentes litteras invitat.*
126 *Sui ævi cum antiquitate comparatio. Confer. ep.* 11 *et* 27.
127 *Humilitatis commendatio.*
128 *Spiritalis quis et animalis. Confer epist.* 127 *lib.* IV, *ad Nilum.*
129 *De fraterna correptione.*
130 *De bono spei, Deique promissis.*
131 *Admonentibus nullam hodie gratiam haberi.*
132 « *De illo : Sancta ne canibus,* » etc. *Matth.* VII, 6, *et* XV, 29. *Sup. epist.* 31.
133 *De stylo epistolari. Vide Nazians. epist.*
134 *De iracundia et avaritia. Vide epist.* 142.
135 *De ignavia et philautia.*
136 *Mali ac boni discrimen.*
137 *In illud Matth.* v, *v.* 46. « *Si diligitis eos qui vos diligunt,* » etc.
138 « *Beati estis cum maledixerint vobis homines. Matth.* v, 11.
139 *Spectando ut agendo peccari.*
140 *Eusebii quæ vitia reprehendenda. Conf. ep.* 16.
141 *Privatam vitam tutiorem.*
142 *Contra avaritiam. Conf. ep.* 55, 67 *et* 34.
143 *Amicitiæ hostis*
144 *Nunquam a spiritali cessandum pugna.*
145 *Bene dicendi virtutes quatuor, ex Hermogenis ideis.*
146 *De oculorum decenti verecundia. Confer ep.* 17.
147 *De Eusebio rursum male ordinante. Supra epistol.* 16 *et* 140.
148 *In mensa decorum servandum.*
149 *Quod sis esse velis. Esse quam videri bonus malis.*
151 *Piorum insistendum vestigiis.*
152 *De futuræ hujusque vitæ gloria. Confer ep.* 72.
153 *Ad constantiam hortatur. Sub. epist.* 93.
154 *Hostilis quomodo expugnandus animus.*
155 *Dialogismus.*
156 *De explorando animo.*
157 *Facilis jactura sepulcri.*
158 *In quo consistat bonorum summa.*
159 *Peccantium tria comparantur genera. In illud Pauli, Rom.* I, 37 : « *Non solum qui ea faciunt,* » etc. *Confer epist.* 74.
160 Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. *Confer epist.* 196 *et* 230.
161 *Privatum vivere præstat, quam omnium monstrari digitis.*
162 *De tribus Christianæ vitæ necessariis, oratione virtute ac fide. Ad duo Pauli loca, Gal. fide et sermone,* II, 17. *Et illud :* « *Fides sine operibus,* » etc. *Jacobi* II, 17.
163 *In fratris morte alloquium.*
164 *Ad virtutem pietatemque gentilium invitat exemplis.*
165 *De Zosimi vitiis. Sup. epist.* 103, 116.
166 *De martyrum patientia.*
167 *Vir fugiens denuo potest pugnare.*
168 *Quæ principi necessaria. Solon dicebat duobus*

rempubl. contineri, præmio et pœna. Cicero ep. ad Brutum. Affert hanc epistol. Suidas in Ιωαν. Ἀντιοχ.

169 *Ab alio quisque melius regitur. Confer Greg. Nyssen. c.* 24 *lib.* De virginitate.

170 *Sat cito, si sat bene.*

171 *Non temere judicandum.*

172 *De fidi amici officio.*

173 *Ex aspectu nascitur amor; ad illud Matth.* v, 28 : « *Qui viderit mulierem.* »

174 *Fratres ad pietatem hortatur.*

175 *Finem respiciendum.*

176 *Vitio careat, qui in alterum dicit. Supra epist.* 160, 196.

177 *De eadem re.*

178 *Qui a minoribus temperat vitiis, majora etiam evitat.*

179 *De carnis resurrectione.*

180 *De ira moderanda.*

181 *Ad illud Eccli.* III, 33 : « *Eleemosyna exstinguit peccatum.* » *Sup. epist.* 79, 113.

182 *Munera excæcant etiam sapientes.*

183 *Eleemosynam quosdam jactare, non dare.*

184 *In malis acutus, hebes in bonis.*

185 *A ludis et spectaculis ut abducat hortatur, ut epist.* 517.

186 *De eadem re a spectaculis deterrens.*

187 *De natura animæ quæsitum. Mox epist.* 101.

188 *Virtutem in mediocritate consistere.*

189 *Ira moderanda : furor enim brevis est.*

190 *De correctione fraterna. Supra epist.* 129.

191 *De animi affectionibus quæsitum. Supra epistol.* I, 187.

192 *De amici litteras tradentis statu.*

193 « *Decet omnem adimplere justitiam,* » *Matth.* III, 15.

194 *Mutare in melius vitam suadet.*

195 *Laudat patientiam in adversis. Confer epist.* 94.

196 *De Eusebii episcopi Pelusii erratis. Confer epist.* 16, 140, 147, 230, 250.

197 *An Judæi filii adoptionis appellandi.*

198 *Graphica hypotyposis laudata.*

199 *Vituperatio hominis mali, presso nomine.*

200 *Contra nimium mulierum ornatum. Confer epist.* 66, *lib. et sup. epist.* 25.

201 *Conciones non ad pompam, sed ad virtutem inserendam habentur.*

202 *Xenophontis de Socrate judicium.*

203 *Quid differant* ἀδούλος καὶ ἀδούλητος.

204 *Judicis quod officium. Pulchra rei judicatæ gradatio.*

205 *Amicitiæ vis. Confer epist.* 143.

206 *Ad fraternam hortatur concordiam.*

207 *Vis amoris mutui.*

208 *Gratulatur ad bonam reverso frugem.*

209 *Non temere de alio judicandum.*

210 *Quantum scelus aliorum intervertere eleemosynas.*

211 *Paganum converti exoptat.*

212 *Ne injuriam faciat, rus quemdam ablegandum censet.*

213 *Exemplis potius quam verbis persuadendum. Confer epist.* 235, 508.

214 *In loquendo considerandum, infra epist.* 119, 453.

215 *De Zosimi temeritate, et futuro Dei judicio. Confer epist.* 103, 116.

216 *De Theodosii monachi laude, infra epist.* 494.

217 *De variis rhetorum dicendi generibus. Confer epist.* 145.

218 *Virginitas matrimonio dignior. Confer epist.* 253.

219 *De Zosimi ejusque sodalium vitiis et sequent. ep.* 220.

221 *De pœna hujus et alterius vitæ. Eadem libr.* III, *ep.* 203.

222 *De eadem re in mercedis distributione.*

223 *Virtutis et vitii comparatio.*

224 *Avaritiam fugiendam. Supra epistol.* 55, 67 *et* 142.

225 *Qui bene paruerit, is recte imperabit. Aristot., Plato, et alii. Confer ep.* 435 *et ibi notata.*

226 *De bono tentationum, et in illud Christi :* « *Orate ut non intretis in tentat.* » *Confer epistol.* 39 *et* 68.

227 *Læsi nostras injurias vindicamus. Dei vero negligimus.*

228 *Ad justitiam ut judicem invitat.*

229 *Virtus, etsi laboriosa, spe mercedis exercenda.*

230 *De Eusebio Pelusii episcopo. Confer epistol.* 16, 147, 196, 249, 250.

231 *Juvenes senesque ut erga mortem animati.*

232 *De vindicanda moderate injuria.*

233 *Opus quam oratio magis movet, supr. ep.* 213.

234 *Amicorum vitiis indulgendum. Sua cuique consideranda, supr. ep.* 22.

235 *Cæco sui amore quisque laborat.*

236 *Consuetudinem alteram videri naturam. Malos esse fugiendos.*

237 *Temperantia sanitatis mater.*

238 *De justa reprehensione. Confer ep.* 129 *et* 190.

239 *Hæreticorum pertinax ingenium.*

240 *Virtutem doctrinæ jungendam.*

241 *Castitatem colendam, fugiendam vero fornicationem et adulterium.*

242 *Cogitare mala, nedum facere nefas.*

243 *Virtus difficilis. Confer epist.* 229.

244 *De vitæ humanæ brevitate. Confer supra epistol.* 107, 163.

245 *De comparationis apud grammaticos gradibus.*

246 *Calumniari mortuos nefas.*

247 *Vitia fugienda libidinis, supra epist.* 241.

248 *De metu Dei et hominum. Confer ep.* 227.

249 *De sensibus humanis et Eusebio episc. Pelusii, ut supra epist.* 230.

250 *Legislatoris et adhortantis comparatio. Confer ep.* 131.

251 *Humilium superborumque discrimen. Confer ep.* 127. *Varia hominum ingenia.*

252 *Fama memoriaque bonorum perennis. Infra epist.* 118.

253 *De bono virginitatis conjugio præstantis. Confer epist.* 218.

254 *Adversa pati in vita perutile.*

255 *Regis et tyranni discrimen.*

256 *De malo invidiæ.*

257 *Ad bonam invitat frugem; acquiescendum consiliis bonorum. Supra epist.* 105.

258 *Eloquentiæ præstat philosophia.*

259 *Divinis cedunt humana.*

260 *Exhortatio est ad patientiam. Vide infra epist.* 269, *et supr.* 254.

261 *Peccata publica scandalaque a Deo punita.*

263 *Docendi ratio optima, simplex, sine fastu.*

264 *De activa vita seu negotiosa, et contemplativa. Confer epist.* 110.

265 *Docentis ac concionantis est prius agere, dehinc docere. Confer epist.* 213 *et* 223.

266 *Tempus labitur. Ratio ejus habenda.*

267 *Pœna quando irroganda. Supr. epist.* 42.

268 *Regia et sacerdotalis dignitas mutuam præstant operam. Confer epist.* 278, *et lib. epist.* 234 *et lib.* IV, *ep.* 219 ; *Joan. Chrysost. de regis et monachi comparatione.*

269 *Pati adversa salutare corpori animæque. Confer epist.* 258 *et* 160.

270 *Tentationes, exemplo Job, saluti esse. Confer ep.* 39, 98, 71 *et* 260.

271 *Divitiæ, honor, et prudentia humana caduca*

sunt. Confer ep. 3, et l. III ep. 251.
272 De sacerdotio sese opponentibus.
273 Virtus honoranda. Duplices corde maxime deplorandi.
274 Ad metanœam invitat.
275 Propria prius vitia emendanda quam aliena reprehendenda. Conf. ep. 176, 177 et 196.
276 De grassante Simonia, seu sacerdotiorum nundinatione : de qua et l. I ep. 149 et 151, et l. III ep. 394. Inf. epist. 336.
277 Hosti parcens vere magnanimus.
278 De sacerdotii dignitate. Supra epist. 268.
279 Blandius agendum, more medici. Inf. epist. 346.
280 Bonum pro malo rependendo gratia initur. Rom. XII, 20 : « Sic carbones ignis congeres supra caput ejus. » Sup. epist. 23.
281 De simplici sed docta sacræ Scripturæ oratione.
282 Dei voluntate justi in mundo sæpe affliguntur. Confer ep. 56 et 186.
283 Virtus pro vitio, et retro sæpe habetur.
284 Virtus spe præmii sustinetur. Sup. epist. 63, 130.
285 Præstat non bellare quam subsidiis niti. Confer ep. 448.
286 Quid inter νουθετεῖν καὶ θέλγειν, intersit. Confer ep. 347.
287 De iis qui manus sibi afferunt.
288 Tres proborum hominum gradus, ingenui, mercenarii et servi. Infr. ep. 296.
289 Sapiens laqueos evitat improborum.
290 De commonentis officio. Heli cur cum liberis a Deo punitus.
291 Fugiendum esse libidinosum feminarum aspectum. Confer ep. 65, 173.
292 « Diligite inimicos vestros, » Matth. v, 44.
293 Sacræ Scripturæ sensus varii.
294 Gloriæ invidia comes.
295 De lectione sacræ Scripturæ, non hujus vitio improbos fieri.
296 De variis hominum ingeniis. Vide ep. 114 lib. III, et sup. 228.
297 Sacerdotio non superbiendum.
298 Virtus calumniæ obnoxia.
299 Sancti Pauli quis vestigiis recte insistat.
300 De Samuele propheta.
301 De œconomi etymo. « Dispensatores mysteriorum Dei. » I Cor. IV.
302 Hujus et futuræ vitæ dissimilitudo. Conf. ep. 72 et 112.
303 Deo Opt. Max. pro virili gratiæ agendæ.
304 Gaudent mali cum mala fecerint.
305 Bene qui latuit, bene vixit.
306 Luxum temperantiæ adversum fugito.
307 Dei Opt. Max. erga delinquentes benignitas.
308 Sincere verbum Dei proferendum.
309 Dicendi virtutes quæ.
310 Cœlestia et terrena distant. Sup. 302.
311 Ad frugem bonam existimationemque invitat.
312 Benigne agendum, idque non ficte.
313 De officio judicis. Confer epist. 204, et Philonem Hebræum De judice.
314 De tentationis bono. Supra epist. 30, 68, 71, 226, 270.
315 Societas ut perpetua sit.
316 Vita mortalium calamitatibus obnoxia.
317 Puerorum ad virtutem verecundiamque informatio. Confer epist. 9.
318 Veritatis laudatio. Mendacii turpitudo.
319 Aspectus mulierum periculosus. Confer epist. 65, 173 et 291.
320 Dei benignitas prædicanda.
321 Sacerdoti vitanda scandala, ut et epist. seqq. et lib. II epist. 121.
322 Sacerdotum graviora esse quam laicorum delicta.

A 323 Sacerdotum est subditorum satagere. Majorum delicta graviora.
325 De bonorum præmio pœnaque improborum. Confer epist. 96.
326 Boni neminem calumniantur, sed ipsi obnoxii. Mali a calumnia cur liberi. Confer epist. 341.
327 Salutis æternæ cura ac sollicitudo.
328 Modestia vitæ commendata in omnibus.
329 Animi corporisque comparatio : illius imperio, hujus servitio utimur. Vitæ brevitas vigilare jubet. Matth. XXV. De animorum immortalitate. Confer epist. 15 lib. I, et lib. IV epist. 124, 126, 146.
330 Consuetudo naturæ vim obtinet. Supra 236.
331 De signo trium gratiarum.
332 Beneficium qui accipit, libertatem vendit.
333 In beneficiis dandis laudanda est voluntas.
334 Tarda etiam ingenia discendo processum faciunt.
B 335 « Estote perfecti sicut Pater vester cœlestis, » etc. Matth. v, 48. Imitationis ratio inferior.
336 De gloriæ cupiditate, vel contemptu.
337 Adhuc de gloriæ vere studioso.
338 Rursum de gloriæ studio, et magnificentia.
339 Humilitati danda est opera. Confer epist. 127 et 251.
340 Adhortatio qualis esse debeat. Confer epist. 290.
341 Boni invidiæ obnoxii. Sup. epist. 326.
342 De tribus improbe agentibus querimonia.
343 Bonis sæpe cur male sit.
344 De dicendi artificio. Sup. ep. 309.
345 Quid in Evangelio sit regnum Dei et regnum cœlorum. Confer epist. 206 lib. III.
346 Ad bonam mentem invitat a libidine
347 Ἀπόνοια unde dicta et νουθεσία. Confer ep. 286.
348 De docentis officio. Supra epistol. 213, 233, 263, 265, 290.
C 349 Erubescit laudatus humilis.
350 Corporis animique pulchritudo.
351 Humilitate cæteris præstandum. Confer ep. 127, 339, 349.
352 Parenti merito parendum.
353 Leges formidandæ.
354 Ab effectu res judicantur.
355 Antiquitati deferendum.
356 De Dei longanimitate.
357 De eadem re.
358 De Hermogene episc., quid de illius censeat vita. Confer epist. 378, 448, 466.
359 Deum non mutari, e sacris ostensum Litteris.
360 In loquendo et scribendo modus adhibendus.
361 Amicitiæ improbi renuntiat.
362 Bonorum improborumque in mercede discrimen. Supr. epist. 82, 96, 325, et seq. epist.
364 Rursus de vitæ futuræ præmio.
D 365 Dei judicium a nostro nimis diversum. Confer ep. 74 et 136.
366 De bono tribulationis. Vide Tentationis bonum. Sup. ep. 30, 68, 71, 226, 270, 314.
367 De Christi tropæo crucis, et ultione divina. « Potentes potenter tormenta patientur. » Sapient. VI, 7.
368 « Declina a malo et fac bonum. » Psalm. XXXIV, 27.
369 Nihil nimis deferendum. Diaboli artes malæ.
370 Victor quis vere. Confer epist. 76 et 88.
371 Deus supra meritum suos honorat.
372 Quis optime reipub. præsit. Δημαγωγός.
373 Ad bonam rursus frugem invitat. Supr. epist. 105 et 311.
374 Virtus amplectenda.
375 Interrogatio in sacris Litteris vehementiorem reddit orationem.
376 Rursum de Quæstionibus in docendo, medicorum exemplo. Confer epist. 279.

377 *« Qui potuit transgredi, et non est transgressus. »* A *Eccli.* XXXI, 10.

378 *Boni sacerdotis Hermogenis episcopi laus, Eusebii vituperatio. Sup. ep.* 358.

379 *Qui ornandi sacerdotes.*

380 *Uni vacandum arti ut excellas.*

381 *Capientes sæpe capti.*

382 *Humili emergenti fastus accedit. Secundis non tollendus animus, nec adversis mergendus. Confer epist.* 115.

383 *Disce juste præesse, « Tibi soli peccavi, » Psal.* L.

384 *Corpus pareat, mens imperet. Confer epist.* 329, *et lib.* I *epist.* 15, *lib.* IV *epist.* 4, 126, 146.

385 *Fortitudinis extrema audacia et timiditas.*

386 *De jure belli ac vindictæ.*

387 *Sui cognitio prima ad scientiam via, ex Platonis Alcibiade priore.*

388 *Timothei vita functi laudatio, veluti funebris oratio, de quo et l.* II *epist.* 155.

B

389 *De improbis treviris rursum expostulat.*

390 *Lucri contemptus, bonaque existimatio.*

391 *In nimio dolore sæpe stupor et silentium obvenit.* VIRG. Obstupui, steteruntque comæ.

392 *Virtus claros æternosque efficit.*

393 *Simoniæ nundinationisque beneficiorum accusat. Supr. epist.* 266, *et alias lib.* I *et lib.* III.

394 *Prudens quis existimandus.*

395 *Quis vere rex, quis tyrannus. Supr. ep.* 255.

396 *Bene morienti gratulandum.*

397 *Qui in vita fugiendi.*

398 *De bono patientiæ. In persecutione quid agendum. Confer epist.* 39, 71.

399 *Temporis ratio habenda. Occasio non negligenda. Confer epist.* 296.

400 *In malos pastores pecus deglutientes. Ezechiel.* XXXIV.

401 *Veritatis et candoris vis.*

402. *Suadet a libidine temperare.*

403 *Luctus gaudiumque temperanda.* C

404 *Valetudinis est ratio habenda. Confer lib.* II, *ep.* 238; *hic vero epist.* 528..

405 *Ad delictorum metanœam invitat. Sup. epist.* 274.

406 *Virtutis laudatio, et seq. epist.*

407 *Magni et angusti animi discrimen. Confer ep.* 152 *lib.* IV *ad locum Prov.* XIV, 29.

408 *De divitiarum contemptu.*

409 *De gloriæ studio. Sup. ep.* 336, 337, 338.

410 *Rursum de gloria. Quid differant* φιλόδοξος καὶ κενόδοξος.

411 *De animæ humanæ motibus variis. Confer epist.* 1.

412 *De vini usu disputatum. Ebrietatis mala.*

413 *De virtutis utilitate. Confer ep.* 406, 407.

414 *Epitaphia ut scribenda.*

415 *Injuriam remittendam.*

416 *Ut sit frugi hortatur, ut et tribus seq. epist. et* 311, 455, 562. D

417 *Libertatis loquendi et impudentiæ discrimen. Inf. epist.* 453.

418 *De sacerdotii præstantia. Sup. epist.* 268, *et lib.* II *epist.* 234, *lib* IV *ep.* 219, *et hic epist. seq.*

419 *In castris quæ necessaria.*

420 *De Eutinio diacono.*

421 *In ejus vitia qui temere ab Eusebio esset ordinatus. Confer epist.* 532.

421 *Laborem quies comitatur.*

422 *Ignoscendum aliorum delictis. Supra epist.* 416.

423 *Turpis vitæ reprehensio.*

424 *Scire est rem per causas cognoscere. Aristot. in Analyt.*

425 *Rerum metuenda vicissitudo. Cf. epist.* 495.

426 *« Qui male agit, odit lucem. » Joan.* III, 20.

427 Παράδοξον *quid.*

428 *Contra superbos fastuque elatos.*

436 *Iniqui arguit sacerdotii, et epist. sequent. et* 440.

438 *De gloriæ cupiditate. Confer epist.* 336, 337, 338, 410, 411 *et proxim. epist.*

440 *De Zosimi iterum vita vitiosa. Precibus itaque Deo commendandam esse. Sup. epist.* 437 *et epist.* 2.

441 *Gentium mores cum nostris collati. Confer. epist.* 164.

442 *Orator non semper persuadet. Infra epist.* 547.

443 *Gaudii dolorisque motus.*

444 *De tribus dicendi generibus, summo, medio, et imo, ex Homero. Vitam oratione magis persuadere. Confer ep.* 213, 233, 265, 508.

445 *Vitium esse virtute difficilius. Ad bonam invitat mentem. Confer lib.* II *epist.* 240.

446 *Rursum de Zosimi vitiis.*

447 *De divitiis. Infra epist.* 450.

448 *Hermogenis episcopi laus. Confer epistol.* 358, *et infra* 466.

449 *Bonorum malorumque, dum laudantur, discrimen.*

450 *Quæ veræ divitiæ sint.*

451 *De Eusebii episcopi Pelusii moribus, de quo alias sæpe, inf.* 470.

452 *Uni vacandum arti. Supra. epist.* 380.

453 *Non maledicendum, nec lingua abutendum. Supra ep.* 129, 214, 421.

454 *De Mithridate rege, ejusque venena alexipharmaca, Martialis lib.* V *Epigram.* 79.

455 *Qui paruit recte, bene imperat. Confer epist.* 225, *Arist et Plato, etc.*

456 *Ut in Olympicis decertaturum commendat, vel in asceticis religionis.*

458 *Harpocram rhetorem, cui ludus aperiendus committatur, commendat.*

459 *Laborando, non votis optando, scientia paratur, implorato Dei auxilio. Virtutum laus.*

460 *An virtus difficilis, ut et seq. epist.*

462 *Intemperantem amari quam timeri præstat,*

463 *Theatrale vitandum studium.*

464 *Amici non deserendi.*

465 *Cedant arma togæ. Cic.* I Offic., *et contra in* Mureniana.

466 *Hermogenis episcopi laudatio, ut et supra epist.* 358, 448.

467 *Docendo quis utilis sit.*

468 *Superbi et elati deprimendi.*

469 *Bonorum soliditas grata.*

470 *De Eusebii episcopi Pelusii erratis, supra epist.* 1551, *et lib.* I *epist.* 241, *lib.* II *epist.* 50, *et* 121; *lib.* III *epistol.* 97, 178, *et* 367; *lib.* IV *epistol.* 48.

471 *Ad virtutem fortitudinemque hortatur.*

472 *Deum offendere summa improbitas.*

473 *De fama existimationeque bona.*

474 *Tolerandas esse injurias.*

475 *Vera oratio fucatæ præstat.*

476 *Ad frugem bonam eos invitat. Supra epistol.* 311, 445.

477 *Quis doctus sapiensque censendus. Virtus fructus est instar, foliorum vero eloquentia;* φύλλον *unde dictum.*

478 *De Zosimi et sodalium vitiis. Infra epist.* 482. *Veritas quanti æstimanda.*

479 *Qui vere clari illustresque invidia boni vere laborant.*

480 *Virtus laboris constantia paranda est.*

481 *Sacerdotio qui ornandi.*

482 *De improbitate Zosimi sociorumque. Pro iis orandum. Sup. epist.* 2, 437, 440.

483 *Ut vires desint, voluntas laudanda.*

484 *Belligerandi et societatis bellicæ discrimen. Confer epist.* 275.

485 *De illo Ecclesiastæ : « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. » Eccle.* I, 2.

486 De quodam quem illi ad quos scribit, accusare instituerant. A

487 « Date, et dabitur vobis. »

488 Divitiarum nulla satietas.

489 Qui quæ vult dicit, quæ non vult audit.

490 Continentiæ et virginitatis discrimen.

491 Mortui lingua non lædendi.

492 Locus et tempus peccatum aggravant.

493 Nemo nisi a seipso læditur. Epicteti dictis similia.

494 Theodosii monachi laus, de quo supra, epist. 216.

495 De rerum omnium vicissitudine. Supra epist. 431.

496 Gulæ atque ingluviei accusat.

497 Qui vere sapientes appellandi.

498 Suum bonum publico non anteponendum.

499 Ab aliis irrideri.

500 Cœlestia meditanda. Confer ep. 485.

501 Decipi facile est. B

502 Meticulosi timore, fortes adulatione superantur.

503 Honoris studium.

504 Honorari vis? honorem fugito.

505 Βρῆθρια unde Græcis dicta?

506 A teneris assuescere multum est.

507 Vitia verecunde perstringenda.

508 Ad illud : « Dicunt et non faciunt, » Matth. XV, 2. « Facere quam dicere magis persuadet. » Supra epist. 213, 233, 265.

509 Bellum spiritale, et corporale quid distent.

510 De eleemosyna. Confer. epist. 76, 113, 181, 183, 210.

511 Luxum valetudinis etiam gratia fugiendum.

512 Humanæ vitæ fluctus ac miseria.

513 Pauperes minime contemnendi.

514 Sponte, non coacte bene de aliis merendum.

515 Vitanda improborum commercia.

516 De patientiæ bono.

517 A spectaculis dehortatur, ut epist. 185, 186. C

518 Quis gloria illustris.

519 Prudens quis et prudentior. Sup. epist. 477.

520 Quæ potissimum discenda.

521 Frustra persuaderi quibusdam.

522 De gloriæ contemptu. Sup. epist. 503, 304.

523 Virtus laudatur et alget. Sup. epist. 44, et infr. 527.

524 Male agens reprehendi non vult.

525 Fide, sed vide cui te doctori committas.

526 Dei longanimitate non abutendum.

527 Virtus non tam prædicanda quam exercenda. Sup. epist. 523.

528 De corporis exercitatione, et valetudine tuenda Isocratis, Oratoris et Hippocratis medici sententiæ. Sup. ep. 404.

529 Virtus in utraque utilis futura.

530 Ex se quisque de aliis judicat, ut Zosimus solet.

531 De eadem re.

532 De Eusebio Pelusii episc. qui Zosimum ordinavit. Sup. ep. 426.

533 « Regnum cœlorum vim patitur, » Matth. XIII, 12. Ex gentium scriptis id probat. Infra epist. 546.

534 De Zosimo, opinor, scripta. Sup. ep. 510

535 Sacerdotio indigni.

536 De Zosimi amicitia.

537 Animi quam corporis cura potior.

538 Laconismus laudatur. Confer epist. 121.

539 Peccanti ignoscit Deus.

540 Meticulosi qui existimandi.

541 Philosophari quid.

542 Gratia non corrumpenda.

543 Legationis falso obitæ abstinere jubet, cujus Æschinem accusat Demosthenes orat. περὶ παραπρεσβείας.

544 Quæ virtus historiæ.

545 Divitiæ non satiant. Conf. ep. 488 et Theognis v. 135, Solon. v. 99, et Clemens Alexand. Stromat. lib. VI.

546 Labore honos et vita paratur æterna. Conf. ep. 533.

547 Orator non semper persuadet. Confer epist. 442.

548 Anima virtute prædita arcis instar est.

549 Dei longanimitas ad pœnitentiam invitat. Sup. ep. 526.

550 Summus medicus Deus est.

551 Consolatur in adversis.

552 Ignoscendum vel non petenti.

553 Mens quam lingua potius excolenda.

554 Quis vere statuerit tropæa.

555 Virtutis pulchritudo, peccati fœditas.

556 Citius alii, lentius alii curantur.

557 Hortatur ad constantiam. Famæ vis.

558 Philosophia ut definienda, Plutarch. De Placit. philosoph. lib. I, cap. 1.

559 Invidiæ cedendum. Invidus bonis alienis macrescit.

560 Quæ certa amicitiæ regula.

561 Meticulosi sibique male conscii.

562 Ad frugem bonam invitat. Supra sæpius.

563 Virtuti potius quam gloriæ serviendum.

564 De Eutonii et Eusebii dissimili ingenio.

565 Virtutis ac vitii παραλλήλως elegans comparatio.

566 Veritatis quanta vis.

567 Peccans quis veniam mereatur.

568 De judicis et advocati diverso officio.

569. Detestanda Zosimi carpit diserte vitia, ut hactenus semper, et sacerdotio indignum a sacris arcendum censet.

De auctoribus ab Isidoro laudatis vide Indicem

ad calcem voluminis.

INDEX SCHOLIORUM

Ad librum V S. Isidori Pelusiotæ Epistolarum.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΠΗΛΟΥΣΙΩΤΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑΝ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ *.

—

S. P. N. ISIDORI PELUSIOTÆ
EPISTOLARUM LIBRI QUINQUE
DE INTERPRETATIONE DIVINÆ SCRIPTURÆ

Jacobo Billio Prunæo interprete.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

A

Α'. — ΝΕΙΛΩ ΜΟΝΑΧΩ.

Οἱ μὲν ἅγιοι τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας κορυφαῖοι καὶ ἡγεμόνες, ἐκ τῶν ἄθλων καὶ ἀγώνων ὧν ἐτέλεσαν, καὶ τὰς προσηγορίας ἁρμοδίας τοῖς πράγμασι

LIBER PRIMUS.

1 I. — NILO MONACHO.

Sancti viri, monasticæ philosophiæ principes et antesignani, ex ærumnis ac certaminibus, quibus perfuncti sunt, vocabula quoque rebus congrua,

VARIÆ LECTIONES * ET NOTÆ.

* *Εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς θείας Γραφῆς*. Hanc totius operis ἐπιγραφὴν addidi ex Bavar. cod. cum a Parisina editione abesset. Eam vero γνήσιον esse Suidas quoque indicat in Ἰσίδωρος, dicens inter alia ἐπιστολὰς ἑρμηνευούσας τὴν θείαν Γραφὴν γ'. γεγραφέναι. Etsi enim non omnes Isidori epistolæ aliquem sacræ divinæque Scripturæ locum interpretantur; sed nonnullæ etiam sunt exhortatoriæ ad pietatem probitatemque; aliæ dehortatoriæ a vitiis et improbitate, et improborum hominum objurgatoriæ καὶ στηλιτευτικαί· aliquæ etiam historicæ, ut proinde his omnibus nova videatur inscriptio ista pariter convenire: tamen ad defendendum titulum satis est dicere, maximam partem operis in illo argumento consumi, ut ita hic quoque ab eo res tota denominetur, quod in ipsa latissime est diffusum potissimasque partes obtinet. Potestne vero ullum esse hoc sublimius et Christiano homine dignius argumentum? Quod utinam Isidoro placuisset regulis potius et certis iisque generalibus observationibus ordine traditis, quam per saturam, quod dicitur, perque exempla tractare, cum per hæc longum sit iter, per illa compendiosius, etiam Seneca teste. Non defuerunt tamen vel nostro sæculo viri docti et pii, qui artem interpretandi, conatu certe nonnisi laudabili, traderent eamdemque exemplis memorabilibus locorum controversorum illustrarent. Ex antiquis scriptoribus vix alium scio præter Adrianum, qui εἰσαγωγὴν hujus artis nobis reliquit. Quem libellum a D. Hœschelio nostro Græce tantum editum alias seorsim Græcum pariter Latinumque dabo. RITTERSHUSIUS.

* Lectionum varietatem amplissimam nobis suppeditavit opus magni pretii cui titulus:

Isidorianæ Collationes, quibus S. Isidori Pelusiotæ epistolæ omnes cum multis antiquis optimæ notæ manuscriptis codicibus comparantur et inde circiter bis mille locis supplentur, aut emendantur. *Ex bibliotheca Barberina. Romæ* 1670 *in*-8.

Editoris Præfationem subnectimus.

Philisidoro suo Petrus POSSINUS *e Soc. Jesu S. D.*

Si cui recte præciperetur a veteri agriculturæ magistro:

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis,
(VIRG., *Georg.* I)

annon eum admoneret justius quivis rerum prudens, ne Pelusiaci cœli ac soli messes uberes, pingues autumnos, vineas Engaddicis potiores, negligenda existimaret incurataque despiceret? Horum equidem generum vulgo laudatis omnibus, areis videlicet Gargaricis, Sardois, Siculis, Libycis, et si quæ plus istis frugum bonitate ac copia celebrantur; præterea felicibus Phæacum silvis atque hortis Hesperidum; denique Judææ Asasonthamarensibus balsama gignentibus frutetis, Pelusiotæ Isidori epistolas præfero, mecumque autumo sensuros qui reputaverint esse in illis Laconicam brevitatem elegantiæ Atticæ mirabiliter innexam; varietatem omnigenæ doctrinæ perspicuitate declaratam liquida; γλυκύτητα *Basilii Magni* σὺν κάλλει *Gregorii Nysseni, ut observat Photius* ὁ κριτικώτατος (*ep. ad Amphiloc.*), *amœnissime confusam: nihil iis in theologia legi sublimius, in Scripturalium nodorum solutione felicius, in asceticis præscriptionibus sanctius, in censura vitiorum ac vitiosorum aculeatius, in omni virtutum præceptione sapientius et gravius. Ob hunc thesaurum nostro sæculo communicatum immensum quantum debere se fatetur litteraria respublica viris doctissimis, Jacobo Billio, qui primos libros harum epistolarum tres Græce ac Latine luci dedit, Cunrado Rittershusio, qui quartum evul-*

monendi nostri atque erudiendi causa, imposuerunt, cum ἀποταγὴν, secessionem a rebus ex materia concretis, et ὑποταγὴν, propensionem ad obediendum nuncuparunt. Atque illi quidem naturam solum magistram habuerunt. Nos autem, cum eorum quoque res gestas litterarum monumentis proditas habeamus, parvam tamen operationis curam gerimus. Oportet igitur ἀποταγὴν, sententiæ ejus, qua quispiam prius imbutus est, oblivio-

A πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν καὶ μάθησιν ἔθεντο, *ἀποταγὴν* τὴν τῆς ὕλης ἀναχώρησιν, καὶ *ὑποταγὴν* τὴν εὐπείθειαν καλέσαντες. Καὶ οἱ μὲν φύσιν μόνην ἔσχον διδάσκαλον· ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν ἐκείνων πρᾶξιν ἀνάγραπτον ἔχοντες, μικρὰ τῆς ἐργασίας φροντίζομεν. Χρὴ τοίνυν τὴν μὲν *ἀποταγὴν* λήθην εἶναι προκατασχούσης γνώμης, καὶ ἄρνησιν συνηθείας· τὴν δὲ *ὑπακοὴν*, νέκρωσιν καὶ φθορὰν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς μελῶν, καθὼς γέγραπται (1).

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) *Καθὼς γέγραπται.* Videtur μείουρος esse epistola, ut a qua deperierit locus sacræ Scripturæ ab Isidoro laudatus. RITT.

— Titulus hujus epistolæ in ms. Altaemsi solum habet nomen, Νείλῳ, sine adjuncto μοναχῷ. In eodem cod. primi tres versus cum quadam additione concinnius efferuntur, in hunc modum : Οἱ μὲν ἅγιοι, ὡς τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας κορυφαῖοι, οἳ καὶ ἡγεμόνες, ἐκ τῶν ἄθλων καὶ τῶν ἀγώνων, etc.; ubi vides tres particulas ὡς, οἳ, τῶν, variis locis,

gavit, Andreæ Schotto qui quintum denique adjecit; post hos aliis qui editione Parisiensi anni 1638 omnia hæc simul in unum collecta corpus in commune fruenda præbuere. Superfuit tamen et hic beneficio maximi hodie litterarum patroni, eminentissimi Francisci cardinalis Barberini, locus ingens : quod ea quam memoravi editio, nulla quidem eruditissimorum quos nominavi culpa interpretum, sed mero saniorum exemplarium defectu, passim hiulca et mendosa, lacunarumque ac corruptelarum indicibus asteriscis, uncinis, crucibus deformata et ἐστιγματισμένη cernitur. Huic ille malo ut mederetur, ante annos jam complures, per virum eruditionis eximiæ, suum tunc familiarem, τὸν μακαρίτην Franciscum Arcadium Græcum Calabrum, postea episcopum Nuscanum, cum sex optimis antiquissima scriptis manu codicibus, duobus Vaticanis, totidem Altaemsibus, uno Sfortiano, sexto Barberino, conferendas Isidorianas omnes epistolas diligentissime curavit, exacte ascriptis per margines editionis Parisiensis anni supra notati variis lectionibus et supplementis e regione cujusque tali egentium ope locorum. Corriguntur ex his menda innumerabilia; veri non antea introspecti aperiuntur sensus auctoris, nodi perplexissimi extricantur, multa casu omissa et ad sententiam, necessaria supplentur; per quæ simul cuncta prope integritatem primigeniæ scripturæ hæc editio perducitur. Hic jam necessario indicandum, qui casus, quæve occasio effecerit, ut liber tot ac tam utilibus marginalibus adnotamentis quasi fimbriatus in meam notitiam usumque liberum veniret, cum aliquo inde proficiendi otio conjunctum. Petenti mihi hoc ineunte Octobri cœlum urbano salubrius ad exhaustas annua commentatione reparandas vires, jubente ac juvante eodem eminentissimo Mecœnate (quando ad tam humiles curas tantam eminentiam demittit charitas), adjecit multo potius viaticum ex ejus ditissimo penu librario V. C. Carolus Moronus, præfectus bibliothecæ Barberinæ, ea dudum curatione fidelissime, diligentissime peritissimeque defungens; dum mihi tradidit, prout optabam, in solatium insuavis sine litteris rusticationis istum ipsum Francisci Arcudii notis locupletatum Isidorianarum litterarum codicem. Primo statim intuitu animadverti quantum inde posset in eas aureas epistolas nitoris et ornamenti modica diligentia refundi, si promererentur illic condita et loco palam conspicuo exponerentur. In id igitur contuli remissionum intervalla; et cum quæ me causa rus extruserat cogeret longis ambulationibus pedes exercere, simul ex his sub tectum redieram, nihilo minorem strenuitatem injungebam manibus, foliorum spatia stylo ac dextra percurrens, et quidquid dignum excerpi occurrisset in has congerens Isidorianas Collationes, sic a me vocatas, quoniam in iis illa de qua dixi Parisiensis Isidori editio cum codicibus haud paulo melioribus confertur, studui cuncta sic explicare ut quam facillime quivis lector comparatione mei scripti cum ejus editionis exemplo loca in edito mendosa corrigere, mutila posset supplere. Ad hoc diligenter adnotavi epistolarum, paginarum et versuum ad quos observationes hæ pertinent numeros. Plerumque retuli duntaxat quid diversi aut novi exstaret apud codices; nonnunquam judicium meum interposui; nec dissimulavi orientes e variarum lectionum indiciis de archetypa scriptura conjecturas. Raro tamen ac parcissime id feci, contentus κριτικωτέροις quasi aperuisse campum, et occasionem felicius pro cujusque acumine divinandi præbuisse. Itaque nullus hic ferme capitis usus fuit; sola, ut dixi, manus stylo instructæ jactatio has paginas implevit. Adjecit spatium huic exercitationi pluvius supra consuetum morem hic autumnus, quotidianis nos imbribus agro arcens, cubiculis inclusos detinens, ubi nisi etiam, *quod in re simili quidam veterum scripsit* (Martial. præf. ad lib. XII) intemperanter studeremus, *nullo tristis secessus solatio levaretur. Condiebat laborem vetus amor meus in hunc sanctissimum et disertissimum scriptorem : spes vero ac studium Deo gratificandi bene merendo de publico sic animabant, ut strigosi per sese ac nauseabilis operis tædia, et ex assiduitate incumbendi in pluteum subinde pungentem dolorem pectoris, non libens modo, sed gaudens etiam perferrem : itaque vacuas quoque horas forte insomnium noctium in idipsum impendere gustus jucunda spicilegii non semel suasit. Sic denique, Deo juvante, per ferias, spatio minus quam menstruo rem peregi, quæ alias operæ sesquimenstruæ aut etiam bimestris fructus forsitan videri haud pœnitendus posset. Porro hanc velut meam quamdam vindemiam Tiburtinam ad Romanum eminentissimi Francisci cardinalis prelum affero, ut inde, si jusserit, in publicas utilitates emanet. Sperandi eam ab ipso gratiam luculentum habet S. Isidorus argumentum a S. Nili æqualis et condiscipuli sui exemplo : cujus ille, præterquam epistolarum longe pleniorem collectionem suis nuper typis emisit, etiam conquisita diligentissime opera ejusdem ascetica nunc maxime curat excudi mox moxque proditura cum accuratissima interpretatione et eruditissimis animadversionibus illustrissimi ac reverendissimi D. Josephi Mariæ Suarezii, episcopi Vasionensis, S. D. N. assistentis. Nec minori, puta, gratitudine ob sua opera locis facile bis mille per eum sic emaculata, redintegrata, illustrata se illi obstrictum Isidorus sentiet, quam ob sua Nilus e tenebris eruta devinctum eidem se fatetur ac prædicat. Uterque autem, quod nos optare solum possumus, pro sua insigni apud Deum gratia, impetrabit, ut idem eminentissimus princeps, omni prosperitate cumulatissime florens, diutissime continuare quod agit queat, ad summum et Ecclesiæ sanctæ, et rei litterariæ, præsertim sacræ, juvamentum. Vale.*

Scribebam Tibure, anno MDCLXX, die SS. apostolis Simoni et Judæ sacro, natali meo sexagesimo secundo.

nem, atque consuetudinis abnegationem esse : ὑποταγὴν autem, membrorum quæ sunt super terram, mortificationem atque interitum : quemadmodum sacris Litteris consignatum est.

Β'. — ΔΩΡΟΘΕῼ ΜΟΝΑΧῼ.

Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ.

Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Θεοῦ δηλονότι οἱ ἅγιοι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστὶν, οἱ τὸν Θεὸν θεωροῦντες τῇ καθαρότητι, ἄνθρακες εἰκότως προσαγορεύονται, τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει πυρούμενοι, καὶ φωστῆρες ἐν κόσμῳ (2) φαινόμενοι.

Γ'. — ΝΕΙΛΑΜΒΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Περὶ πρακτικῆς.

Πάνυ σαφῶς παρὰ (3) τῶν ἀρχαίων μαθὼν, ὅτι οὐ τὸ οἴεσθαι εἶναι, εἶναί τί ἐστι· πρᾶττε μᾶλλον, καὶ μὴ μόνον λέγε.

Δ'. — ΤΙΜΟΘΕῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

(4) Περὶ ὧν μετέρχῃ ἄθλων, θαυμάσιε, πέπεισο, στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προτίθεσθαι ἀόρατον, ἐν ᾧ θηρίοις οὐχ αἰσθητοῖς, ἀλλὰ νοητοῖς τοῖς πάθεσι προσπαλαίομεν· ἅπερ εἰ τῆς ἐν ἡμῖν ῥώμης κρατήσουσιν, οὐ μέχρι τοῦ σώματος οἴσουσι τὸν κίνδυνον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ψυχῇ τὸν θάνατον φέρουσιν. Εἰ δὲ κρατηθῶσι καὶ δραπετεύσουσι, στεφάνων καὶ ἀναῤῥήσεων μεγάλων τευξόμεθα· καὶ ἐνταῦθα μὲν πολλάκις, μετὰ ταῦτα δὲ πάντως. Ἐπειδὴ τὰ ἔπαθλα ὁ μέλλων αἰὼν ἐμπεπίστευται, ὡς οὗτος τὰ σκάμματα.

Ε'. — ΝΕΙΛῼ.

Περὶ τῆς τροφῆς τοῦ Προδρόμου, καὶ περὶ ἀσκήσεως.

Εἰ οἱ θεῖοι χρησμοὶ (5) σημαίνουσι τὴν ἀκρίβειαν,

A

II. — DOROTHEO MONACHO.

Carbones succensi sunt ab eo.

Carbones succensi sunt ab eo [1], hoc est sancti viri a Deo. Quoniam enim Deus noster ignis consumens est[2], idcirco qui per animi puritatem Deum contemplantur, carbones non abs re appellantur, ac luminaria in mundo exsistunt.

2 III. — NILAMBONI SCHOLASTICO

De practica.

Cum ab antiquis viris illud aperte admodum didiceris, quod opinari aliquid esse, non est aliquid esse, cura potius ut facias, ac non tantum dicas.

IV. — TIMOTHEO LECTORI.

B Ex iis certaminibus, quæ abs te obeuntur, vir eximie, hoc persuasum habe, res præsentes velut stadium quoddam, quod in aspectum minime cadat, proponi : in quo nobis non cum sensilibus feris, sed cum perturbationibus, quæ animo et ratione intelliguntur, certamen est. Quæ quidem si robur illud, quo præditi sumus, superent, non corpori duntaxat periculum creant, verum animæ ipsi mortem accersunt; sin autem superentur, atque in fugam se convertant, ingentes coronas ac prædicationes consequemur. Et quidem hic quoque persæpe ; post autem, omnino. Quandoquidem futuro ævo præmia concredita sunt, quemadmodum huic stadia et arenæ.

V. — NILO.

C *De cibo Præcursoris et exercitatione.*

Si divina oracula sinceram et perfectam vivendi

[1] Psal. xvii, 9. [2] Hebr. xii, 29.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

satis opinor, congrue suppletas. Septimo inde versu ante vocem φύσιν idem cod. ponit τήν. Et versu sequenti pro eo quod in editis est μικρὰ, μικρὸν scribit. Possin.

(2) *Ἐν κόσμῳ.* Primus Isidori nostri sospitator Jac. Billius legebat ἐν ἑκάστῳ, *in unoquoque* Sed procul dubio verior est ms. Bav. lectio, ἐν κόσμῳ. Ritt.

— Pro eo quod versu tertio in editis legitur θεωροῦντες codex Alt. habet χωροῦντες. Versu ultimo idem cod. Alt., suffragante etiam Vaticano num. 649, addit vocem κόσμῳ. Sic enim habent : καὶ φωστῆρες ἐν κόσμῳ ἑκάστῳ φαινόμενοι. Possin.

(3) Vers. 1. pro παρὰ cod. Sfortianus habet διά. In versu 2, cod. Sfortianus et Altaemsis semel tantum εἶναι ponunt ; et cod. Alt. totam sententiam sic effert οὐ τὸ οἴεσθαι, εἶναί ἐστι. Possin.

(4) Una hæc epistola in hac editione bis ponitur. Primum hic, iterum libro iv, ubi numeratur 195, plane utrobique eadem, nisi quod illic epistolæ argumentum inscriptioni subjicitur, cum hic mera inscriptio Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ, sine adjuncto lemmate legatur. Aliqua tantum in vocabulis perpaucis varietas est. Περὶ hoc loco principium occupat ; posteriori ἐξ. Versu 2 hic προτίθεσθαι legis : alter locus προκεῖσθαι exhibet ; cui lectioni codices Sfortianus et Altaemsis suffragantur. Posteriori loco vers. 3 ante vocem πάθεσι articulus τοῖς omittitur ; hic exprimitur. Vers. 4 manifestus illic error in particula ἐκ posita ante ἡμῖν. Recte hoc loco ἐν ἡμῖν habes; quod sequitur, ῥώμης, exstat et in contextu Altaemsis cod., sed ei e regione opponitur marginalis lectio γνώμης. Versu 5, pro οἴσουσι quod hoc loco est, in altero exemplari hujus epistolæ legitur ἰστῶσι· quam lectionem duo codices optimi præferunt, Vaticanus num. 649 et Sfortianus. Versu 6 post κρατηθῶσι Sfort. cod. non καὶ ut edita, sed commodius ad loci sententiam ἢ habet. Verbum sequens δραπετεύσουσι in secundo exemplo ejusdem epistolæ lib. iv, pag. 524, reposito, per conjunctivi futurum effertur δραπετεύωσι, congruentius, opinor, ad rectam syntaxin. Possin.

(5) *Ὧν οἱ θεῖοι χρησμοί.* Ita Bav. cod. legit, multo melius quam edit. Paris. εἰ οἱ θ. χ. Vertendum igitur, *Quarum rerum accuratam exactamque rationem divina oracula significant; earum supervacua est curiosa inquisitio*, etc. Τὴν ἀκρίβειαν non recte hic puto reddi *sinceram et perfectam vivendi rationem.* Ita πολιτείαν potius Isidorus aliique hoc genus scriptores usurpare solent. Ritt.

— Pro εἰ primo vocabulo hujus epistolæ cod. Vat. 649, consentiente Altaemsi, ὧν habent, longe, ni fallor, melius ; unde ad hanc lectionem refingenda interpretatio sit. Versu inde 7, vice horum verborum, καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν [καὶ δύναμιν] καὶ ἀπέριττον, quæ nemo non videt esse mendosa, hæc vera, credo equidem, et ab auctore scripta suggerit cod. Alt., καὶ φυτῶν πρὸς λιτὴν τροφὴν καὶ ἀπέριττον. Idem cod. Alt. concorditer cum Vat. 649 versu penultimo ante χρείας addit καί. Possin.

rationem significant, supervacanea est curiosior inquisitio, iis qui prudenter in eorum lectione versantur. Quocirca si cibos et vestitum monasticæ vitæ, juxta Deum perfectæ omnibusque numeris absolutæ, in Joanne Baptista didicimus [a], pilis, si fieri potest, ad obtegendum corpus contenti erimus; herbarum autem ac foliorum summitatibus ad exiguam minimeque redundantem alimoniam, ac vires. Sin autem hæc imbecillitatem nostram excedunt, tum necessitatis omnis, tum rationis vivendi ac perfectionis adipiscendæ forma nobis ac regula sit, quod antistes censuerit atque imperarit.

A περιττὴ ἡ περίεργος ζήτησις τοῖς νουνεχῶς τούτους ἀναγινώσκουσιν. Εἰ τοίνυν καὶ βρώματα καὶ ἐσθήματα τῆς κατὰ Θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ Βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, θριξὶ μὲν, εἰ οἷόν τε, πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα· ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν καὶ δύναμιν καὶ ἀπέριττον. Εἰ δὲ ταῦτα δι' ἀσθένειαν μείζονα, τύπος ἡμῖν ἔστω χρείας ἁπάσης καὶ διαίτης, καὶ τελειώσεως, ἡ τοῦ προεστῶτος δοκιμασία καὶ κέλευσις.

VI. — URSENUPHIO.

In illud, « Calix in manu Domini. »

Calix in manu Domini, vini meri plenus misto [b-c]. Hoc divino oraculo justa remuneratio designatur, quæ humanitate quidem ac misericordia temperatur, ad ciendam iis pœnitentiam, qui peccatis delectantur (inclinabit enim ex hoc in hoc, hoc est, ex benignitate, in illud supplicium quod sceleribus debetur). At ne nos negligentiæ atque inertiæ deditii, eum justitiæ prorsus oblivisci, cogitatione nobis fingamus, idcirco adjectum est: « Verumtamen fæx ejus non est exinanita. » Quoniam si salutem omnino aspernentur, vim Numinis ultricem ad extremum haud latebunt. « Bibent enim, inquit, omnes peccatores terræ, » judicii scilicet poculum: idque merito.

Ϛ'. — ΟΥΡΣΕΝΟΥΦΙῼ.

Εἰς τὸ, « Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου. »

Τὸ ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆ- B ρες κεράσματος. Τὴν δικαίαν σημαίνει ὁ θεῖος χρησμὸς ἀνταπόδοσιν, κιρνωμένην (6) μὲν φιλανθρωπίᾳ πρὸς μεταμέλειαν τῶν χαιρόντων τοῖς ἁμαρτήμασιν· ἔκλινε γὰρ ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, ἐκ τῆς φιλανθρωπίας δηλονότι εἰς τὴν χρεωστουμένην τοῖς πταίσμασι τιμωρίαν καὶ δικαίαν κρίσιν. Ἀλλ' ἵνα μὴ παντελῶς φαντασθῶμεν (ἐπιλησμονεῖν) τῆς δίκης οἱ ῥᾴθυμοι, « Πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη, » προστέθειται. Ὅτι εἰ τέλεον σωτηρίας καταφρονήσουσιν, εἰς ὕστερον τὴν δίκην οὐ λήσουσι. « Πίονται γάρ, φησί, πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς, » τὸ τῆς κρίσεως εἰκότως ποτήριον.

3 VII. — TIMOTHEO.

De Deipara.

Sacrosanctus Evangeliorum codex, Christi genealogiam in Josephum, genus ex Davide trahentem, deducens [d], satis habuit per eum demonstrasse Virginem quoque ex eadem, qua David, tribu ortum duxisse: propterea quod lege sanciretur, ut matrimonia ex eadem tribu exsisterent [e]. At vero divinorum dogmatum interpres, magnus ille apostolus Paulus, veritatem perspicue explanat, cum Dominum ex Juda ortum traxisse testatur [f]. Hæc igitur acutius certiusque sciens, ne dissimulanter ac veteratorie quæstionem hanc mihi proponas. Nec enim mihi obscurum est, te vilitatem hic aucupari.

Ζ'. — ΤΙΜΟΘΕῼ (7).

Περὶ τῆς Θεοτόκου.

C Ἡ μὲν ἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων πυκτὴ, ἡ εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὴν γενεαλογίαν κατάγουσα ἐκ τοῦ Δαβὶδ ἕλκοντα τὴν συγγένειαν, ἠρκέσθη δι' αὐτοῦ ἀποδεῖξαι καὶ τὴν Παρθένον τοῦ Δαβὶδ συμφυλέτιδα· τοῦ θείου νόμου τὰς συζυγίας αὐτοφύλους θεσπίζοντος γίνεσθαι. Ὁ δὲ τῶν οὐρανίων ὑποφήτης δογμάτων, ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος, ἀναφανδὸν διασαφεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἐκ τοῦ Ἰούδα μαρτυρῶν ἀνατεῖλαι τὸν Κύριον. Ταῦτα δὲ δριμύτερον ἐπιστάμενος, μὴ εἰρωνεύου τὴν ἐπερώτησιν. Οὐ γὰρ λανθάνεις θηρῶν τὴν εὐτέλειαν.

VIII. — EIDEM.

Moderatum esse oportere exercitationis laborem.

Quemadmodum caro, cum optime valet, ad se-

Η'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Ὅτι σύμμετρον χρὴ εἶναι τὸν ἀσκήσεως πόνον.

D (8) Ὥσπερ ὑπωπιασμοῦ δεῖται ἡ εὐεκτοῦσα σάρξ,

[a] Matth. III, 4; Marc. I, 6. [b-c] Psal. LXXIV, 9. [d] Matth. I, 1-16. [e] Num. XXXVI, 8. [f] Hebr. VII, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(6) Vers. 3 pro κιρνωμένην μὲν codd. Sfortianus et Altaemsis κιρναμένην tantum habent. Vers. 6, pro ἐκ τῆς φιλανθρωπίας codd. Sfort. et Vat. 649, legunt τὴν φιλανθρωπίαν. Vers. 8, loco παντελῶς, cod. Altaemsis παντελῆ, loco autem φαντασθῶμεν cod. Sfort. et Vatic. 649, φαντασθῶσιν exhibent. Versu undecimo quod in editis cernitur εἰ τέλεον σωτηρίας, in ms. emendatius apparet εἰ πλέον τῆς σωτ., etc. POSSIN.

(7) In titulo post vocem Τιμοθέῳ cod. Alt. addit, ἀναγνώστῃ. Vers. 1, pro πυκτὴ codex idem exhibet πτυκτὴ, haud paulo correctius. Vers. 4, pro τοῦ Δαβὶδ Vatic. 649, et Alt. habent τῷ Δαβίδ. Mox Altaemsis συμφυλέτιν scribit, non ut editus συμφυλέτιδα, et versu sequenti non αὐτοφύλους, sed αὐτοφύλοῦς. Versu 7 edita ἐκ τοῦ Ἰούδα, mss. ἐξ Ἰούδα sine articulo scribunt. Denique vers. ultimo pro λανθάνεις cod. Vat. 649, legit μανθάνεις, aberrans, opinor, a vero; nam editioni cod. Alt. astipulatur, et ipsa sententia λανθάνεις videtur exigere. POSSIN.

(8) Vers. 4, vox ψυχὴ deest in Vat. cod. 649, nec sane in contextu requiritur, ubi satis congrue vocabulum σάρξ ἀπὸ κοινοῦ resumendum se offert. Paulo post vice verbi ὑπεραυγάζηται cod. Vat. 649 substituit ὑπερείδηται· Altaemsis autem ὑπεργάζηται. POSSIN.

κατευνάζοντος τῶν παθῶν τὰ οἰδήματα· οὕτω καὶ βοηθείας χρήζει ἡ ἀσθενοῦσα καὶ κακώσει συμπίπτουσα ψυχὴ, ἵνα ταῖς θείαις ἐντολαῖς ὑπεραυγάζηται. Ἀμφοτέρων οὖν φροντιστέον. Θατέρου γὰρ λείποντος, δυσχερὴς ἡ τελείωσις.

A dandos et consopiendos perturbationum animi tumores, vexatione opus habet : sic etiam anima, cum imbecillitate laborat, atque in calamitatem et afflictionem incidit, opem requirit, ut divinis mandatis collustretur. Quare utriusque rei cura habenda est. Nam si alterutrum desit, perfectionem consequi difficile est.

Θ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τῶν νυκτερινῶν φαντασιῶν.

Αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι (9), ὡς γέγραφας, φιλομαθέστατε, οὐ μόνον τῶν μεθημερινῶν εἰσι συντυχιῶν καὶ ὁμιλιῶν ἀπηχήματα, ἀλλὰ καὶ τῆς ῥαθύμου συνηθείας γεννήματα. Ὅτε γὰρ κάρῳ μέθης ὁ νοῦς συλληφθῇ, ὁρμητήριον γίνεται τῶν παθῶν. Ὅτε δὲ νήφει ἐγρηγόρως, καὶ τὸν Κύριον περιεζωσμένως καραδοκεῖ, οὔτε ὑπὸ γαστρὸς ἡττᾶται, οὔτε τῶν ἀπ' ἐκείνης παθῶν. Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ ἐζῶσθαι, ἢ τὸ δεδέσθαι τὴν ἰσχὺν τῆς ὀσφύος.

IX. — EIDEM.

De nocturnis imaginationibus.

Nocturnæ rerum species, ut scripsisti, vir discendi studiosissime, non modo diurnorum congressuum et colloquiorum reliquiæ, ac velut extremi soni sunt : verum etiam socordis et ignavæ consuetudinis fetus. Nam cum temulentiæ veterno mens correpta est, perturbationum animi propugnaculum B exsistit. Cum autem sobria est, atque excubias agit, ac Dominum præcincta opperitur, nec a ventre superatur, nec a perturbationibus quæ hinc manant. Neque enim aliud quidquam [9] est præcingi, quam lumborum vim tanquam vinculis quibusdam constrictam tenere.

Ι'. — ΕΥΣΕΒΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ (10).

Ὅτι οὐδὲν μεῖζον ἀγάπης· ἐν ᾧ καὶ ἀποδείξεις ἔχει τὰς ἀδελφικὰς ζυγάδας.

Οὐδὲν οὕτως Θεῷ περισπούδαστον, ὡς ἀγάπη· δι' ἣν καὶ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ μέχρι θανάτου ὑπήκοος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ πρώτη κλῆσις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἀδελφοὶ δύο γεγόνασιν, ἐνδειξαμένου διὰ τῶν προοιμίων εὐθὺς τοῦ πανσόφου Σωτῆρος, ὅτι πάντας τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἀδελφικῶς συνάπτεσθαι βούλεται. Ἀγάπης τοίνυν μηδὲν ἡγώμεθα προτιμότερον, ἥπερ συνδεῖ πάντα, καὶ ἐν ὁμονοίᾳ συμφερούσῃ φυλάττει.

X. — EUSEBIO PRESBYTERO.

Quod nihil majus charitate : in quo sunt argumenta a fraterna conjunctione petita.

Nibil apud Deum tanto in pretio est, quam charitas : ob quam et homo factus est, et ad mortem usque obediens [10]. Eaque de causa discipuli quoque illi, qui primi ab eo vocati sunt, duo fratres exstiterunt [11]. Ex quo statim per ipsa initia sapientissimus Salvator illud indicavit, se discipulos omnes C suos fraterno amore copulari velle. Quæ cum ita sint, nihil charitati anteponendum ducamus : quæ quidem omnia inter se devincit, atque inutili concordia conservat.

ΙΑ'. — ΩΦΕΛΙΩ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ.

Ὅτι ἡ ἐν τῷ ἀδικεῖσθαι ἢ παροινεῖσθαι φιλοσοφία πολλή.

(11) Εἰ Σωκράτης ὁ τῶν Ἀττικῶν δογμάτων νομοθέτης, καὶ τυπτηθεὶς οὐκ ἠμύνατο, αὐτὸς τί ἀλύεις μόνον ὑβρισθεὶς, ὡς γέγραφας; Εἰ γὰρ φιλοσοφήσειας, αὐτὸς μὲν τὴν Σωκράτους δόξαν ἀποίσῃ, εἰ καὶ ἧττον Σωκράτους πεπαρῴνησαι· ὁ δὲ ἐξ ἐναντίας ὡς

XI. — OPHELIO GRAMMATICO.

In perferendis injuriis multam esse philosophiam.

Si Socrates Atticorum dogmatum auctor, pulsatus etiam ac verberatus, ab ultione temperavit, quid discruciaris, cum contumeliam duntaxat, ut scripsisti, acceperis? Etenim si philosophicum animum præstiteris, tu quidem Socratis gloriam referes,

[9] Luc. xii, 29. [10] Philipp. ii, 7-8. [11] Matt. iv, 19 : Marc. i, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(9) *Αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι*, κ. τ. λ. Imitationem Basilii M. in psalm. xxxiii et in martyrem Julittam hic observavit D. Hœschelius Notis suis ad Sapientiam Sirac., c. xxxi, 7. Gregorius Nazianz.

Φροντίσιν ἡματίαις γὰρ ὁμοῖα φάσματα νυκτός.
Hoc est :

Somnia respondent curis nocturna diurnis.
Claudianus :

Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno,
Hæc eadem nobis reddit amica quies.

RITT.

— Vers. 3, καὶ τῆς, cod. Alt. καὶ αὐτῆς, Vers. 5, συλληφθῇ, codd. Vat. et Alt. συληθῇ. Vers. 7. Alt. pro ἀπ' habet ὑπ', et in fine pro τῆς ὀσφύος, τῆς φύσεως. POSSIN.

(10) In titulo pro πρεσβυτέρῳ. Alt. habet ἐπισκόπῳ. Vers. antepenultimo vice προτιμότερον Vat. cod. 649, et Alt. πρότερον legunt, uti et mox συνδέει uterque scribit pro eo quod editio exhibet συνδεῖ. POSSIN.

(11) Principium hujus epist. sic in ms. jacet : Εἰ Σωκράτης τῶν Ἀττικῶν δογμάτων ὁ νομοθέτης. Vers. 3 pro ὑβρισθεὶς codd. Vat. 649, et Alt. legunt, ὑβρισμένος. Mox pro φιλοσοφήσειας, cod. Alt. φιλοσοφίας, quam vocem referre videtur ad postea positum nomen δόξαν, sensu paululum diverso ab eo quem interpres expressit. Ibidem vice ἀποίσῃ codex idem ἀποίσεις præfert. Versu 6, ubi editio habet, ὡς βέλει, τῇ μεγαλοψυχίᾳ, etc., cod. Alt. manifeste melius, ὡς βέλει τῆς σῆς μεγαλοψυχίας τρωθήσεται. POSSIN.

etiamsi minus contumeliose, quam cum Socrate, tecum actum sit : contra autem ille animi tui magnitudine tanquam telo sauciabitur : aut etiam aliquando a peccandi studiosa mente ac lingua in melius mutabitur : tibique, ut hujusce mutationis auctori, gratiam habebit.

A βέλει τῇ μεγαλοψυχίᾳ τρωθήσεται, ἢ καὶ ἔσθ' ὅτε τῆς φιλαμαρτήμονος μεταβληθήσεται καὶ γνώμης καὶ γλώσσης, καὶ χάριν σοι εἴσεται ὡς αἰτίῳ τῆς ἀλλοιώσεως.

XII. — AMMONIO.

Etsi vitium occultas, tamen apparet te animo inflari, atque ultra quam et genus, et robur, et dignitas tua ferat, superbire. Quamobrem aut congruentem tibi animum collige, aut scito te ab omnibus irrideri.

IB'. — ΑΜΜΩΝΙῼ (12).

Εἰ καὶ κρύπτεις τὸ ἥττημα, ἀλλὰ φαίνῃ φυσώμενος πέρα καὶ τοῦ γένους, καὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ἀξίας σου φρυαττόμενος. Ἢ τοίνυν σύμμετρον σαυτῷ κτῆσαι φρόνημα, ἢ ἴσθι παρὰ πάντων γελώμενος.

XIII. — LAMPETIO MONACHO.

Quo tempore ad sublimis et excelsæ vitæ montem accedebas, atque abluta veste ac sensibus, ad divinorum dogmatum auditionem pectus adornabas, terrenarum rerum memoriam prorsus abjicere constituisti, ut ad virtutum arcem pervectus, tum Deum oracula edentem audires : tum eo veterem legem in carnalibus tabulis inscribente, tabula ipse divinitus confecta exsisteres. At vero nunc illud de te omnium ore decantatur, te quidem salutis aratrum prompto atque alacri animo arripuisse [12], verum per ignaviam ac torporem retrorsum rursus conversum esse. Quamobrem si te Simonis [13] exemplum non terret, qui cum baptizatus fuisset, ac ministris Christi comitem se præbuisset, rursus ad res eas, quæ ex materia constant, reversus est (ob idque etiam ex alto miser in mortem multorum sermone celebratissimam præceps ruit, ut ex una ipsius ruina perspicuum omnibus fiat, quibus suppliciis digni sint, qui cœleste curriculum mentiuntur), Simonis vestigiis animique instituto hære. Sin autem quisquis mentis ac rationis compos est, hanc pœnam in hostibus quoque horret, ac deprecatur, pacta cum Deo inita exple, ipsiusque vineam diligenter ac sedulo cole. Nam merces cum eo est, quam unusquisque secundum suum laborem accipiet [14].

IΓ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΜΟΝΑΧῼ.

Ὅτε τῷ ὄρει τῆς ὑψηλῆς πολιτείας προσέβαινες, B καὶ πλυνάμενος ἐσθῆτα καὶ αἴσθησιν, πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν θείων δογμάτων τὴν καρδίαν ηὐτρέπιζες, πάντως ἐπιλαθέσθαι τῶν χαμαιζήλων βεβούλευσο, ἵνα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν φθάσας τῶν ἀρετῶν, καὶ χρηματίζοντος ἀκούσῃς Θεοῦ, καὶ ταῖς σαρκικαῖς πλαξὶ τὸν παλαιὸν νόμον (13) ἐγγράφοντος, πυξίον γένῃ θεότευκτον. Τὰ δὲ νῦν περὶ σοῦ παρὰ πάντων ᾀδόμενα, ἐπιλαβέσθαι μέν σε τοῦ ἀρότρου τῆς σωτηρίας, προθύμως ἀπαγγέλλουσιν, εἰς τοὐπίσω δὲ πάλιν ἀνεστράφθαι ναρκήσαντα. Εἰ τοίνυν σε μὴ φοβεῖ τὸ ὑπόδειγμα, καὶ βαπτισθέντος Σίμωνος, καὶ τοῖς Χριστοῦ διακόνοις ἀκολουθήσαντος, καὶ πρὸς τὴν ὕλην πάλιν ἀναχωρήσαντος· δι' ἣν καὶ ἐξ ὕψους κατηνέχθη ὁ δείλαιος πρὸς τὸν πολυθρύλλητον θάνατον, ἵνα δειχθῇ ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ κατ' ἐκεῖνον πτώματος, οἵων τυγχά- C νουσιν ἄξιοι, οἱ οὐράνιον δρόμον ψευδόμενοι· ἔχου τῆς προθέσεως Σίμωνος. Εἰ δὲ πᾶς ὅστις νοῦς καὶ λόγου μετείληφε, κἂν τοῖς ἐχθροῖς τὴν δίκην ἐκείνην ἀπεύχεται· πλήρωσον τὰς πρὸς τὸν Κύριον συνθήκας, καὶ τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ ἐπιμελῶς φιλοπόνει. Ὁ μισθὸς μετ' αὐτοῦ ἐστιν, ὃν ἕκαστος λήψεται πρὸς τὸν ἴδιον κόπον.

XIV. — PATRIMO MONACHO.

De practico.

Ea quidem, ut audio, indole naturæque 5 bonitate

IΔ'. — ΠΑΤΡΙΜῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ (14).

Περὶ πρακτικοῦ.

Ἔχεις μὲν εὐφυΐαν, ὡς ἔμαθον, μανθάνειν σπου-

[12] Luc. IX, 62. [13] Act. VIII, seqq. [14] Ap. XXII, 12.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(12) Titulus in cod. Alt. hic est : Ἀμμωνι στρατιώτῃ, hoc est *Ammoni militi*. POSSIN.

(13) *Τὸν παλαιὸν νόμον*. Multo præstabilior est lectio cod. Bav., τὸν πνευματικὸν νόμον, secundum quam et lectio corrigenda *spiritualem legem*. Alludit ad locum prophet. Ezechielis et Jeremiæ de nova lege spiritus vitæ, ut Paulus vocat, cordibus piorum a Deo inscribenda. RITT.

— Non Λαμπετίῳ inscribitur hæc epistola in codd. Vat. 649 et Alt., sed Πετίῳ μοναχῷ. Vers. 7, pro σαρκικαῖς Alt. cod. habet σαρκίναις. Versu sequenti θεότευκτον in contextu codicis Alt. mutatur in γερότευκτον· sed lectio editionis e regione ponitur in margine. Vers. 13, hæc tria vocabula καὶ βαπτισθέντος Σίμωνος, in cod. Alt. sic ordinantur ; Σίμωνος καὶ βαπτισθέντος. Vers. 17, post δειχθῇ particula ὡς deest in Vat. et Alt. codd., quorum uterque vers. sequenti non πτώματος sed πταίσματος legit. Vers. 21, ἀπεύχεται in editis in mss. est ἀπεύξεται· et vers. 23, pro φιλοπόνει, φιλοπόνησον. Mox Alt. post ὁ addit γὰρ, et vers. sequenti pro μετ' αὐτοῦ habet μετὰ Χριστοῦ. POSSIN.

(14) In codd. Sfort. Et Alt. hæc epistola inscribitur Πρίμῳ. Et fuisse homines in Græcia ejus nominis tempore Isidori Pelusiotæ, disciPuli S. Joannis Chrysostomi, constat ex epistolis a me editis ejus condiscipuli S. abbatis Nili, quarum ducentesima, qualis visitur pag. 202 edit. Regiæ Paris. anni 1657, Πρίμῳ ὑποδιακόνῳ inscripta exstat. Fieri potest, eos qui editionem Isidori adornarunt, assuetos lectioni mss. codd. Græcorum, in quibus fere semper casus aut vocabula ex nomine Πατὴρ declinata compendiose scribuntur πρι pro πατρὶ, πρὸς, πατρὸς, πρικῶς, πατρικῶς, etc. Similiter hic, ubi

δαίως, καὶ λέγειν γενναίως. Ἡ δὲ τῆς πνευματικῆς πολιτείας ὁδὸς, πράξει μᾶλλον ἢ φράσει εὐοδοῦται. Εἰ τοίνυν μέλει σοι τῶν ἀκηράτων μισθῶν, τὸ λέγειν καλῶς παρὰ φαῦλον τιθέμενος, τὸ πράττειν χρηστῶς μεταδίωκε.

A præditus es, ut studiose discas, egregieque loquaris. At spiritalis vitæ iter per actionem potius, quam per sermonem feliciter cedit. Quare si immortalia præmia tibi curæ sunt, præclare loqui parvi pendens, id stude ut bene agas.

ΙΕʹ. — ΠΕΤΡΩ.

Περὶ ὑψηλοφροσύνης, καὶ οἰήσεως, καὶ ταπεινοφροσύνης.

Τίς σε οὐ γράψεται ἀτοπίας, ὅτι καὶ πλοῦτον περιφρονήσας, καὶ γένος, καὶ τὴν σκιώδη ταύτην τιμὴν, καὶ πολλοῖς ὁδὸς γενόμενος ταπεινώσεως, νῦν ἑάλως ὑπέροπτος, τοῦ θείου ὥσπερ ἐπιλαθόμενος νόμου (15), τοῦ ταπεινοῦσθαι κελεύοντος τὸν ὑψοῦσθαι βουλόμενον; Εἰ τοίνυν μὴ ἅπας ὑποβρύχιος τοῖς τῆς ἀλαζονείας κύμασι γέγονας, νῆψον πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν. Οὐ γὰρ τοῦτό σε λέληθεν, ὅτι μετριότης ταῖς ἀρεταῖς συναύξουσα, Θεοῦ μιμητὰς τοὺς οὕτω βιοῦντας ἐργάζεται· ὑψηλοφροσύνη δὲ, οὐ μόνον τὰ παρόντα οἶδε καθελεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν οὐρανῶν καθαιρεῖ τὸν ὑψαύχενα, ὅπερ ὁ Ἑωσφόρος πρωῒ ἀνατέλλων ὑπέμεινεν.

XV. — PETRO.

De animi elatione et humilitate.

Ecquis te absurditatis non accuset, quod cum, et opes, et genus, et adumbratum hunc honorem contempseris, multisque ad humilitatem iter præmonstraveris, nunc tamen superbia laborare deprehensus sis, velut divinæ legi insultans, quæ eum qui extolli velit, deprimi jubet [14*]? Quamobrem nisi
B arrogantiæ fluctibus omnino depressus es, animum ad ea quæ promisisti excita. Neque enim hoc te fugit, modestiam animique submissionem, una cum virtutibus crescentem, Dei imitatores eos efficere qui sic vivunt : arrogantiam autem non modo præsentia virtutis officia evertere, sed etiam eum, qui alta cervice est, ex ipsis cœlis exturbare. Id quod Lucifero, qui mane oriebatur, accidit.

ΙϚʹ. — ΕΥΑΓΓΕΛΙΩ.

Τί σημαίνει τὸ, Ἐλισσαῖον ἅλατι μεταπεποιηκέναι ἀτεκνοῦντα πάλιν (*leg.* *πάλαι*) *τὰ Ἱεριχούντια ῥεύματα.*

Ἅλατι Ἐλισσαῖος τὰ Ἱεριχούντια ῥεύματα ἀτεκνοῦντα ἰάσατο, εὐαγγελικῶς κινηθεὶς πρὸς τὴν ἴασιν, οἷα βλέπων τὰ ἔμπροσθεν. Τύπον γὰρ ἔφερε, τὰ μὲν ὕδατα πάσης τῆς ἀνθρωπότητος πρὸς ἀγονίαν ἀρετῶν καὶ ἀκαρπίαν εὐσεβείας στερεωθέντα (16). Οἱ ἅλες δὲ τῆς πάντα νοτιζούσης ποιότητος καὶ δυνάμεως εἰς τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν, καθὼς αὐτὸς πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ἀποστόλους φησίν. « Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· » Ἐλισσαῖος δὲ αὐτοῦ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ Δεσπότου. Οἱ γὰρ τὴν εἰκόνα καθαρὰν φυλάττοντες τῷ ποιήσαντι, καὶ συνθαυματουργεῖν αὐτῷ, χάριν παρ' αὐτοῦ ἐκομίσαντο.

XVI. — EVANGELIO.

Quid significet illud, quod Elisæus aquas steriles sale mutarit.

Elisæus Ierichontis aquas sterilitate laborantes sale curavit [15], evangelico modo ad hujusmodi me-
C dicinam impulsus, utpote ea, quæ a fronte erant, perspiciens. Etenim aquæ totius humanæ naturæ figuram gerebant, ad virtutum sterilitatem et pietatis infecunditatem steriles effectæ; sal autem, qualitatis ac facultatis, ad Domini doctrinam omnia humectantis, quemadmodum ipse ad discipulos suos dicebat, « Vos estis sal terræ [16]; » Elisæus denique, ipsius Creatoris ac Domini. Nam qui puram et incolumem imaginem ei, a quo in lucem editi sunt, conservant, hanc etiam ab eo gratiam consequuntur, ut una cum eo miracula edant.

[14*] Luc. xiv, 11. [15] IV Reg. ii, 21. [16] Matth. v, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Πρίμῳ legerunt, Πατρίμῳ intelligendum et exprimendum censuisse. Est et alia diversitas ab editis, quæ cum vers. 2 pag. 5, legant εὐοδοῦται, ibi codd. Vat. 649, et Alt. habent εὐοδεῖ. POSSIN.

(15) *Ὥσπερ ἐπιλαθόμενος νόμου*. Billius cum vertit, *velut d. legi insultans*, ἐπιλαβόμενος legisse videtur. Ἐπιλαβέσθαι enim est *reprehendere*, *insultare*, ut μόνος ἐπελάβετο τοῦ ψηφίσματος. Alioquin vertisset, *velut d. legis oblitus*. Quod autem facile inter se commutentur a descriptoribus librorum ἐπιλαβέσθαι et ἐπιλαθέσθαι, etiam sup. apparuit epist. 13. RITT.

— Vers. 6. Pro edito ἅπας ὑποβρύχιος, cod. Vat. 649, simpliciter, πάμπαν ὑποβρύχιος, etc., Vers. 9 pro, ταῖς ἀρεταῖς, idem Vat., consentiente Alt., scribit, τῆς ἀρετῆς. Vers. undecimo pro οἶδε καθελεῖν, ἀλλὰ, etc., codd. Alt. et Vat. 949 exhibent : οἶδε καθαίρειν κατορθώματα. POSSIN.

(16) Quod Interpres legendum ex conjectura recte divinavit στειρωθέντα pro quod cum asterisco defectus indice est editum στερεωθέντα, diserte legitur in duobus codd. Vat. 649 et Alt. Vers. sequenti in editis est ἅλας δὲ τῆς πάντα νοτιζούσης ποιότητος. Interpres, *Sal autem qualitatis ac facultatis... omnia humectantis*. Atque vero *sal humectat*, cui virtus exsiccandi, et sic a corruptione præservandi, vulgo tribuitur? Sed culpandus accuratissimus interpres non est, qui quod in archetypo invenit, quomodocunque exprimere debuit. Νοτίζειν autem humectandi notionem habet minime dubiam. Codd. Vat. 649 et Alt. νοστίζειν suggerunt; verbum nihili, sed quod forte fundamentum dare possit conjecturæ felicius divinaturæ scripturam veram. Quæ mox sequuntur, καὶ δυνάμεως εἰς τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν, non comparent in duobus illis codd., ubi pro his habetur, καὶ δυναμούσης τοῦ Κυρίου διδαχῆς. POSSIN.

XVII. — PAULO.

In illud, « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos. »

A « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos [17], » Dominus ad eum, qui, ut se sequeretur, rogaverat, respondet : ut qui corda cognita haberet (« finxit enim sigillatim corda hominum [18]. ») Sigillatim autem dictum est, quia ad ea efficienda ope atque auxilio alterius opus minime habuit), atque hominem illum versutis ac fraudulentis cogitationibus detentum esse, atque ab improbis spiritibus incoli vitioque ita hærere perspiceret, ut ab eo revocari non posset. Ac propterea eum a suo cœtu ablegabat, ne pertinax ipsius improbitas, iis qui fidem amplexi essent, offensionis causam afferret, in B illum videlicet oculorum aciem intendentibus, ac Dominicam potentiam imbecillitatis accusantibus, ut qui discipulum ad virtutem immutare nequivisset.

XVIII. — HERMINO COMITI.

In illud dictum de beata Virgine, « Et non cognovit eam, » etc.

Quandoquidem existimare te dixisti, offensioni Judæis id esse, quod in divinis oraculis dictum est, « Non cognovit eam donec peperit filium suum [19], » tanquam scilicet postea sponsus cum Virgine congressus sit, noscat contumeliosus et ingratus populus, vocem hanc, *donec*, pro *perpetuo*, in divina Scriptura sæpe positam reperiri : « Donec ponam C inimicos tuos scabellum pedum tuorum [20]; » et hoc pro, *in perpetuum :* « Et non reversa est *columba* ad

IZ'. — ΠΑΥΛῼ.

Εἰς τὸ, « Ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις. »

« Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις, » ὁ Κύριος πρὸς τὸν παρακαλέσαντα ἀκολουθεῖν ἀπεκρίνατο, καρδιογνώστης ὑπάρχων, ὡς πλάσας καταμόνας τὰς τῶν ἀνθρώπων καρδίας. Καταμόνας δὲ εἴρηται, ὅτι οὐ δεηθεὶς ἑτέρου βοηθοῦντος ἐποίησε. Καὶ ὁρῶν δολίοις λογισμοῖς κεκρατημένον τὸν ἄνθρωπον καὶ ὑπὸ πνευμάτων πονηρῶν κατοικούμενον, καὶ ἀνεπιστρόφως πρὸς τὴν κάκωσιν ἔχοντα· καὶ (17) τούτου χάριν τῆς οἰκείας συνουσίας αὐτὸν ἀπέπεμπεν, ἵνα μὴ τὸ ἐπίμονον τῆς ἐκείνου φαυλότητος, σκανδάλου γένηται τοῖς πιστεύουσιν αἴτιον, πρὸς ἐκεῖνον ἀτενίζουσι, καὶ τῆς Δεσποτικῆς δυνάμεως καταψηφιζομένοις ἀσθένειαν, ὡς τὸν μαθητὴν μεταβαλεῖν πρὸς ἀρετὴν μὴ ἰσχυσάσης.

ΙΗ'. — ΕΡΜΙΝῼ ΚΟΜΗΤΙ.

Εἰς τὸ εἰρημένον περὶ τῆς Θεοτόκου, « Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, » καὶ τὰ λοιπά.

Ἐπειδὴ σκάνδαλον εἶπας οἴεσθαι Ἰουδαίοις, τὸ ἐν τοῖς θείοις χρησμοῖς εἰρημένον, « Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς, » ὡς μετὰ ταῦτα, φησὶ, συναφείας τῷ μνηστῆρι πρὸς τὴν Παρθένον γενομένης· γινωσκέτω ὁ βλάσφημος καὶ ἀχάριστος λαὸς, ὅτι τὸ ἕως (18), πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ *διηνεκῶς* ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ εὑρίσκομεν κείμενον. « Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· » καί ἐστι, *διηνεκές*. Καὶ οὐκ ἀνέστρεψεν ἡ *περιστερὰ* (19)

[17] Matth. VIII, 20. [18] Psal XXXII, 15. [19] Matth. I, 25. [20] Psal. X, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) Καὶ in mss. codd. Alt. et Vat. 649 deest; et pro ἀπέπεμπεν versus sequentis, habetur ἀπέπεμψεν. POSSIN.

(18) *Τὸ Ἕως*. Sic habet scriptura B. C. quam præfero lectioni ed. Paris. Est autem utilissima et verissima hæc observatio idiomatis sacrarum Litterarum in usu particulæ *donec*, quam plures SS. Patres uno ore tradiderunt. Gregor. Nazianz. orat. 2 *De Filio :* Τὸ, ἕως, οὐ πάντως ἀντιδιαιρεῖται τῷ μέλλοντι, ἀλλὰ τὸ μέχρι μὲν τοῦδε τίθησι, τὸ μετὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἀνναίνεται. Basil. M. homil. in Nativit. Domini : Τὸ, ἕως, πολλαχοῦ χρόνου μέν τινα δοκεῖ περιορισμὸν ὑποφαίνειν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν τὸ ἀόριστον δείκνυσιν. Et mox, ἡ ἐπαγγελία τοῦ παρόντος οὐκ ἔστιν αὐτοκοπὴ τοῦ μέλλοντος. Chrysostomus homil. 5, in I cap. Matthæi : « Sæpe Scriptura divina hac uti elocutione consuevit, ut dicendo *donec*, non definitum aliquod tempus includat, » etc. Joan. Damascenus lib. IV *De orthodoxa fide*, c. 4. Τὸ, Ἕως, τὴν μὲν τοῦ ὡρισμένου χρόνου προθεσμίαν σημαίνει, οὐκ ἀποφάσκει δὲ τὸ μετὰ ταῦτα. Similiter Adrianus *Isagoge in sacram Scripturam :* Τὸ, ἕως, πολλαχοῦ οὐκ ἐπὶ χρόνου λέγει, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος. Et Theophylactus in cap. XXVIII Matthæi : « Ubi *donec* vel *usque* in Scriptura invenitur, non adimit quod posterius. » Vid. et Augustin. homil. 21, *de sermone Domini in monte*. Atque secundum hanc observationem idiotismi Hebraici in partic. *Donec* etiam accipere possumus ῥητὸν illud evangelicum Matth. V. v, 26, et Luc. XII, v. 58. Οὐκ, μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην, vel ἕως οὗ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς. RITT.

(19) *Καὶ οὐκ ἀνέστρεψεν ἡ περιστερά*. Nota σφάλμα μνημονικόν. Debuit Isidorus scribere ὁ κόραξ, non ἡ περιστερά. ID.

— Vers. 1, nomen Ἰουδαίους in quarto casu cod. Alt. et Vat. 649, ponunt scribentes Ἰουδαίους, quod forte aptius cum τῷ οἴεσθαι convenit. Vers 5 melius, opinor, iidem codd. γεγενημένης pro γενομένης, scribunt nec male versu inde altero et tertio pro ἐπὶ τοῦ διηνεκῶς, quod est in editis, ambo illi libri, ἐπὶ διηνεκοῦς habent. Illa sine dubio lectio verior eorumdem codd. duorum qua, pro eo quod legitur vers. 20 ἄληπτον, substituunt ἄλεκτον, quod hic sumendum est ut derivatum non a λέγω τὸ φράζω sed a λέγω τὸ καθεύδω, εὐνάζω, κοιμάω· cujus notionis multis locis Eustathius meminit; ex qua sunt vulgatissimi usus vocabula, λέκτρον, ἀλέκτωρ, etc. atque huic sic correcto loco longe aptius quadrat interpretatio Billii *Partum divinitatis consentaneum, ac libidinis et concubitus expertem* his Græcis verbis θεοπρεπῆ καὶ ἄληπτον (imo ut emendandum ostendimus) ἄλεκτον, comparantis nec tum opus erit illo excursu quo ad reddendam vim suppositæ vocis ἄληπτος illa interpres accumulat : *qui humanæ rationis captum excedat*. Eadem pag. edit. 6, versu altero post litteram E quod διάθεσις in edito est, in duobus memoratis codd. παράθεσις scribitur. Vers. inde 4, ubi edita post λαὸν addunt, οὐ εἰς φύσιν, etc., duo illi codd. sic habent, τὸν εἰς φύσιν λοιπὸν τὸ θεομαχεῖν μεταστήσαντα. POSSIN.

πρὸς τὸν Νῶε, ἕως τοῦ ξηρανθῆναι τὴν γῆν, καὶ εἰς A τὸ παντελὲς οὐκ ἀνέστρεψε. Καὶ, Ἕως ἂν καταγηράσητε, ἐγώ εἰμι, φησὶν ὁ Θεός. Καὶ ἔστι, διηνεκῶς. Καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ, σποράδην ἐν τῇ θείᾳ εὑρίσκεται Γραφῇ. Ὁ δὲ θεῖος νοῦς τὴν ὑμετέραν, ὦ Ἰουδαῖοι, κακόνοιαν διορθούμενος, ἐκ πορνείας καὶ νομισάντων καὶ εἰρηκότων γεγεννῆσθαι τὸν Κύριον, ἀνέπαφον δεῖξαι τὸν προσκυνητὸν ἐσπούδασε τόκον, πάσης δίχα ἐπιθυμίας, καὶ συνουσίας γεγενημένον, θεοπρεπῆ δὲ ὄντα καὶ ἄληπτον. Τὸ γὰρ μετὰ ταῦτα μὴ συμβῆναι ἀλλήλοις τοὺς τὴν πορνείαν συκοφαντηθέντας, καὶ ἡ τοῦ ἀγγέλου ὄψις ἐκώλυεν, ἐκ Πνεύματος ἁγίου εἰρηκότος ὑπάρχειν τὸν ἐν τῇ Παρθένῳ σαρκούμενον· καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν τοῦ τόκου θαυμάτων οὐκ ἐπέτρεπεν, ἡ μετ' αὐτὸν παρθενία, ἡ τῶν ἀγγέλων ὑμνολογία, ἡ τῶν Μάγων δω- B ροφορία, ἡ τοῦ ἀστέρος φωταγωγία, ἡ εἰς Αἴγυπτον ὁδηγία, ἡ τῶν εἰδώλων αἰχμαλωσία, καὶ ἡ αὐτῶν ἐκείνων δικαιοσύνη ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς μαρτυρουμένη. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ τελευταία τοῦ Κυρίου διάθεσις, Ἰωάννῃ τῷ παρθένῳ τὴν Θεοτόκον συστήσαντος, καὶ τὰς ἑκατέρων παρθενίας συνάψαντος, ἡνίκα ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὢν ζωοποιὸν ὑπέμενε θάνατον. Εἰ ταῦτα οὐ πείθει τὸν γογγυστὴν καὶ φιλοπόνηρον λαὸν, οὗ εἰς φύσιν λοιπὸν τὸ θεομαχεῖν κατέστη, κατὰ πετρῶν σπείρεις, καὶ καθ' ὑδάτων γράφεις, καὶ πέπαυσο ματαιοπονῶν.

Noe, donec siccarentur aquæ [21]. » Prorsus enim non reversa est. Et, « Donec senueritis, ego sum, » ait Dominus [22]. Atqui est perpetuo. Atque alia permulta ejusdem generis sparsim in divina Scriptura reperiuntur. Divina porro mens, o Judæi, perversam vestram sententiam corrigens (qui Dominum ex stupro ortum esse existimastis, ac pronuntiastis), his verbis illud demonstrare studuit, quod intactus adorandus partus, ac libidinis et concubitus expers fuerit, divinitatique consentaneus, atque ejusmodi, qui humanæ rationis captum excedat. Nam ne postea ii inter se coirent, quibus fornicatio per calumniam objecta est, angeli quoque visio prohibebat, qui eum, qui in Virginis utero carnem assumebat, ex Spiritu sancto exstitisse dixerat [23]; et miraculorum in partu editorum majestas atque amplitudo vetabat, et virginitas, quæ partum secuta est, et angelorum cantus et oblatum a Magis munus, et stella prælucens [24], et deductio in Ægyptum, et simulacrorum captivitas, et illorum ipsorum justitia Scripturæ sanctæ testimonio confirmata. Quin istud quoque postremum Domini testamentum liquido demonstrat, qui quo tempore in cruce erat, ac vivifica morte fungebatur, Joanni virgini genitricem Dei commendavit [25], atque amborum virginitates copulavit. Si hæc murmuratorem, atque improbitatis amantem populum non movent, cui jam Deum bello lacessere in naturam redactum est, in petras seminas, et in aquis scribis. Incassum itaque laborare desine.

ΙΘʹ. — ΗΡΑΚΛΕΙΔῌ ΕΠΙΣΚΟΠῼ. C

Διὰ τί οὐ συγκατεδικάσθη τοῖς περὶ τὸν Ἀνανίαν ὁ Δανιὴλ ἐν τῇ καμίνῳ.

Διὰ τί, ἔφης (20), μετὰ τῶν τριῶν ὁσίων παίδων τὴν πυρκαϊὰν οὐ κατεδικάσθη ὁ μέγας Δανιὴλ παρὰ τοῦ Βαβυλωνίου, σύμφρων αὐτοῖς τυγχάνων καὶ συμφυλέτης, καὶ ὁμοδίαιτος, καὶ μᾶλλον τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος; Ἐπειδὴ, φημὶ, κατὰ θείαν τοῦτο ᾠκονομήθη προμήθειαν, ἵνα μὴ τῷ ὀνόματι τοῦ Βαβυλωνίου Θεοῦ, τὴν κατάκαυσιν τῆς φλογὸς οἱ ἀσεβεῖς ἐπιγράφωσι· Βαλτάσαρ γὰρ αὐτὸν, εἰς τιμὴν τῆς τῶν ἀποῤῥήτων σαφηνείας, ὠνόμαζον. Καὶ δόγμα τοιοῦτο παρ' ἐκείνοις κρατεῖ, ὡς καὶ μόνον ὀνομαζόμενον, θαυματουργεῖν τὸν Θεὸν αὐτῶν. Ἵνα ταύτην τοίνυν καταργήσῃ τὴν δόξαν, ἐν τῇ κρίσει D ταύτῃ τὸν Δανιὴλ ἐχώρισε, καὶ εὑρέθη γυμνὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ τῶν νέων ἐγκράτεια, καὶ τοῦ Θεοῦ ἡ βοήθεια, τὴν βροντῶσαν μαράνασα κάμινον.

XIX. — HERACLIDI EPISCOPO.

Cur non cum tribus pueris condemnatus fuerit Daniel.

Quæris cur magnus Daniel una cum tribus piis adolescentibus a Babylonio rege ignis supplicio minime multatus fuerit [26], cum ejusdem cum ipsis sententiæ esset, ejusdemque tribus, victusque socius, imo, ut rectius loquar, pietatis magister. Respondeo : Hoc divino consilio et providentia contigit, ne impii homines flammæ oppressionem dei Babylonici nomini ascriberent : Baltazarum enim eum, in honorem declarationis rerum arcanarum, appellabant. Atque ejusmodi opinio apud illos vigebat, nempe ipsorum deum, si vel duntaxat ejus nomen pronuntiaretur, res miras perpetrare. Deus igitur ut hanc opinionem comprimeret et aboleret, in hoc judicio Danielem ab aliis sejunxit : inventaque est sola juvenum continentia, Deique auxilium, quo intonans illa fornax consopita et exstincta est.

[21] Gen. VIII, 12. [22] Isa. XLVI, 9. [23] Matth. I, 20. [24] Matth. II, 1 seqq. [25] Joan. XIX, 27. [26] Dan. III, 20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(20) Vers. 1 post ἔφης codex Altaemsis addit μή. Vers. 3 post Βαβυλωνίου codd. Alt. et Barberinus, qui nunc primum novi aliquid suggerit, adjungunt καί. Vers. 7, pro κατάκαυσιν longe aptius ad sententiam loci cod. Alt. offert κατάπαυσιν. Vers. 10, post δόγμα duo codd. Alt. et Barb. apponunt δέ. Vers. 11, cod. Alt. αὐτῶν in αὐτοῖς mutat : tamen idem in marg. αὐτῶν tanquam lectionem diversam notat. Vers. 13, ἐχώρισε, cod. Alt. διεχώρισεν. Possin.

XX.— HIERACI CLARISSIMO.

Contra Macedonianos, et eos qui S. Spiritum impugnant.

Si hæreticus ille, qui tecum, ut scribis, contentionem habuit, Dei Filium, ut dogmatum auctorem, idoneum cui fides habeatur, admittit, ipse adorandi unitatis Spiritus essentiam docet, quippe qui unum divinæ Trinitatis nomen esse pronuntiarit, unius videlicet essentiæ conjunctionem atque unionem significans. Quod si ipsi, cognati Spiritus certitudinem significanti, atque ea, quæ humanam mentem superant, docenti, minime fidem adhibet, supervacanea est nostrorum sermonum confirmatio. Quandoquidem terrestre tabernaculum vix ea, quæ ad pedes jacent, invenire potest. Cœlestia autem arcana, et nostrum sensum excedentia, ipse et patefacit et explorate novit, qui cœlum pro domicilio habet [27].

Κ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ.

Κατὰ Μακεδονιανῶν, ἤτοι Πνευματομάχων.

Εἰ δέχεται ὁ πρὸς σὲ διενεχθεὶς αἱρετικὸς, καθὼς γέγραφας, τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν δογματιστὴν ἀξιόπιστον, αὐτὸς διδάσκει τὴν οὐσίαν τοῦ προσκυνητοῦ τῆς ἑνότητος (21) Πνεύματος, ἓν ὄνομα τῆς θείας Τριάδος ἀποφηνάμενος, τῆς μιᾶς οὐσίας σημαίνων τὴν ἕνωσιν. Εἰ δὲ αὐτῷ μὴ πιστεύει, τὴν ἀκρίβειαν τοῦ συγγενοῦς σημαίνοντι Πνεύματος, καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν ἀνθρώπινον ἐκδιδάσκοντι, περιττὴ τυγχάνει τῶν ἡμετέρων λόγων ἡ σύστασις· ἐπειδὴ τὸ γεῶδες σκῆνος μόλις εὑρίσκει τὰ ἐν ποσί. Τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ ἀπόκρυφα, καὶ τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν ὑπερβαίνοντα, αὐτὸς καὶ ἀποκαλύπτει, καὶ ἐπίσταται ὁ κατοικῶν τὸν οὐρανόν.

XXI. — AMMONIO SCHOLASTICO.

De lectione contra Gentiles. De gratia sacrarum Scripturarum et earum utilitate.

Deorum, quos Gentiles colunt, effectiones, et, ut vocant, theogonias, hoc est deorum ortus, Orpheus et Homerus, et Hesiodus, aliique omnes iis similes tradiderunt, multis et libris, et sententiis collectis atque compactis. Nostram autem religionem duo codices, quos ad te misimus, docebunt : quorum alter Vetus, alter Novum Testamentum nuncupatur. An autem hi libri, tum nominibus, tum rebus, ad veritatem propensiores, quam illi, sint : ipse, ut mihi persuadeo, reperies, atque id, quod melius erit, amplecteris.

ΚΑ'. — ΑΜΜΩΝΙΩ (22) ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Περὶ ἀναγνώσεως κατὰ Ἑλλήνων. Περὶ τῆς χάριτος τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας.

Τὰς [μὲν] Ἑλλήνων θεοποιίας, καὶ ἃς καλοῦσι θεογονίας, Ὀρφεύς τε καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνους, ἐδίδαξαν, πολλὰς καὶ βίβλους καὶ δόξας συνείραντες. Τὴν ἡμετέραν δὲ θρησκείαν δύο πυκταὶ διδάξουσιν, ἃς ἐπέμψαμεν, ὧν ἡ μὲν Πρεσβυτέρα, ἡ δὲ Νέα Διαθήκη προσαγορεύεται. Εἰ δὲ ἀληθεύουσιν αὗται μᾶλλον ἐκείνων καὶ τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς πράγμασιν, [αὐτὸς] εὑρήσειας, πέπεισμαι, καὶ κρατήσειας τί ἄμεινον.

XXII. — ZOSIMO.

Aiunt nonnulli te sacerdotii cupiditate teneri, hoc est rei, quam multis, ac præsertim tibi, attingere nefas est. Quare aut mores tuos corrige, aut a templorum, quæ tibi attingere minime licet, cupiditate absiste.

ΚΒ'. — ΖΩΣΙΜΩ.

Τινές σέ φασιν ἱερωσύνης ἐρᾷν, πράγματος ἀνεφίκτου πολλοῖς, σοὶ δὲ καὶ μάλιστα· ἢ τοίνυν τὸν σαυτοῦ βίον διόρθωσαι, ἢ τῆς ἐπιθυμίας τῶν ἀψαύστων σοι ἀνακτόρων ἀπόστηθι.

XXIII. — THEOPHILO.

In illud, « Omne masculinum adaperiens vulvam, » et contra eos qui dicunt Deum passum esse, et unam esse in Christo naturam.

Id quod in sacra Scriptura dictum est, « Omne primogenitum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur [28-29], » non de omni primogenito dictum est (ne hoc imperiti homines existiment), verum de uno illo ac solo, qui in partu vulvam aperuit. Etenim omnem quidem vulvam concubitus ac venereus complexus aperit : at eam, quæ Domi-

ΚΓ'. — ΘΕΟΦΙΛΩ.

Εἰς τὸ, « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, » καὶ κατὰ Θεοπασχητῶν, καὶ τὴν [f. τῶν] μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν εἶναι λεγόντων.

Τὸ εἰρημένον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὅτι « Πᾶν πρωτότοκον διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ, » οὐ περὶ παντὸς εἴρηται πρωτοτόκου· μὴ οὕτως οἱ ἀμαθεῖς νομιζέτωσαν· ἀλλὰ περὶ ἑνὸς [ἐκείνου] καὶ μόνου, τοῦ ἐν τῷ τίκτεσθαι τὴν μήτραν ἀνοίξαντος. Πᾶσαν γὰρ μήτραν μίξις καὶ συνουσία ἀνοίγνυσι· τὴν δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κυήσασαν, αὐτὸς

[27] II Cor. v, 4. [28-29] Exod. xiii, 23 ; Luc. ii, 23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(21) Codd. duo Alt. et Vat. 649 uno consensu θεότητος subjiciunt. Vers. 7, pro voce Πνεύματος Alt. in contextu ponit Πνεύματι, sed e regione in margine opponit Πνεύματος. Vers. 9, loco vocabuli σύστασις codd. Vat. 649 et Alt. scribunt σύνταξις. Possin.

(22) Non Ἀμμωνίῳ sed Ἄμμωνι inscribitur hæc epistola in codd. Vat. 649 et Alt. In versu 1, μὲν Altaemsis non agnoscit. Idem vers. 5, post δύο addit δὲ, prætereaque in versu penultimo pro εὑρήσειας et κρατήσειας, legit εὑρήσεις et κρατήσεις, suffragante quoque Vat. 649. Possin.

συλληφθεὶς ἀσπόρως προερχόμενος ἤνοιξε, καὶ πάλιν ἐσφραγισμένην κατέλιπεν· ἀληθῶς (23) μὲν γενόμενος ἄνθρωπος, ἀληθῶς δὲ [ὢν καὶ] Θεὸς καὶ προσκυνούμενος εἷς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν φύσεων.

A num nostrum Jesum Christum peperit, ipse sine semine conceptus, prodiens aperuit; ac rursum clausam et obsignatam reliquit: vere nimirum homo effectus, ac vere item Deus exsistens, unus idemque in duabus naturis adorandus.

ΚΔʹ. — ΚΡΙΣΠῼ.

Ὅτι οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φιλοπονίας χρὴ τὰς ἱερὰς ἀναπτύσσειν Γραφάς.

Ἐπιστημονικῶς (24) τὴν θείαν Γραφὴν ἀνελίσσειν ὀφείλεις, καὶ τὰς αὐτῆς δυνάμεις νουνεχῶς ἀνιχνεύειν, καὶ μὴ κατατολμᾷν ἁπλῶς τῶν ἀψαύστων καὶ ἀνεφίκτων μυστηρίων, ἀναξίαις ταῦτα χερσὶν ἐπιτρέπων. Οὕτω γὰρ ὁ τολμηρότατος Ὀζίας ἀναθαῤῥήσας ἐπιβαλεῖν τοῖς ἀνεγχειρήτοις, λέπραν τῷ θράσει προσαπηνέγκατο, καὶ ἄκων ἀποῤῥιφεὶς τῶν ἀνακτόρων, καθότι καὶ νόμος τοῖς λέπρᾳ κατεστιγμένοις τὴν εἴσω τούτων ἀπέκλειεν εἴσοδον. Ἐγράφη δὲ ταῦτα πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, ἵνα καὶ τὰς τόλμας φύγωμεν, καὶ τὰς κολάσεις μὴ πάθωμεν.

XXIV. — CRISPO.

Non perfunctorie, sed multo labore Scripturas esse evolvendas.

Scite et erudite divinam Scripturam evolvere debes, ipsiusque vires ac facultates prudenter investigare, nec mysteria ea, quæ attrectare nefas est, quæque comprehendi nequeunt, temere atque impudenter aggredi, manibus indignis ea committens. Ad hunc enim modum audacissimus Osias, cum rebus iis, quas aggredi minime licebat, manum B injicere minime dubitasset, temeritate sua lepram retulit, invitusque a templo projectus est [20]. Quandoquidem lex quoque iis, qui lepra compuncti atque infecti erant, aditum ad templum claudebat [21-22]. Hæc porro, admonendi nostri causa litteris mandata sunt, ut et temeritates fugiamus, et pœnas minime patiamur.

ΚΕʹ. — ΚΥΡΙΛΛῼ.

Ὅτι ἀμήχανον ἐν μέσῳ θορύβων ἀρετὴν κατορθῶσαι.

Τί σοι ὄφελος τῆς Ἰωάννου πρὸς τὴν ἔρημον ἀναχωρήσεως, ἣν πάλαι σπουδαίως ἐζήλωσας, νῦν (25) δὲ μὴ ἐκεῖνον μιμουμένῳ, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας φροντίδας παλινοστοῦντι, καὶ ἐπ' ἐρημίας θορυβουμένῳ, καὶ καταμόνας ὀχλουμένῳ; Τὸ γὰρ ἡσυχάζειν τῷ σχήματι, καὶ φύρεσθαι ταῖς κατὰ νοῦν στροφαῖς καὶ συγχύσεσι, καὶ ἀχλύος τὴν αἴσθησιν πληροῖ, καὶ τὰ ἤδη πονηθέντα ἀμαυροῖ, καὶ τοῖς πάθεσι τὴν νίκην εὐοδεῖ, καὶ ῥίψασπιν τὸν ὁπλίτην ποιεῖ. Οὐδεὶς δὲ στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ, ἀλλ' ὁπλοφόρος ὅλος γίνεται, πρὸς τὸν ἀρέσκοντα τῷ ταξιάρχῃ παρατασσόμενος ἀγῶνα.

XXV. — CYRILLO.

Impossibile esse in medio tumultu virtutem exercere.

Quid tibi utilitatis affert Joannis in locum desertum secessio [23], quam olim studiose imitatus es, cum nunc eum minime imiteris, verum ad privatas curas te referas, atque in solitudine tumultueris, et ab hominum cœtu remotus perturberis? Etenim C externo habitu ac specie quiescere, mentis autem mutationibus ac perturbationibus inquinari, tum sensum caligine perfundit, tum susceptos jam labores exstinguit, atque perturbationibus animi pronam ac facilem victoriam reddit, efficitque ut miles abjecto scuto fugiat. Porro nemo militans implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, a quo in militiam ascitus est [24]: verum arma omni ex parte gestat, ad id certamen, quod tribuno militari placuerit, se comparans.

ΚϚʹ. — ΕΥΣΕΒΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Περὶ δωροληψίας, ὅτι φρικτὸν εἰς ὑπερβολὴν πιπράσκειν τὴν ἱερωσύνην, ἢ ἔξω.

Πολλοί σε κωμῳδοῦσιν, ὡς χρήμασιν (26), ἀλλ' οὐ

9 XXVI. — EUSEBIO EPISCOPO.

De donorum acceptione. Horrendum esse vendere sacerdotium.

Multi te traducunt ut pecuniis, ac non Spiritui,

[20] II Par. xxvi, 16 seqq. [21] Levit. xiii, 2 seqq. [22] Levit. xxiv, 2 seqq. [23] Marc. i, 4. [24] II Timoth. ii, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(23) Pro ἀληθῶς codd. Vat. 649, et Alt. habent ἀληθής. Similiter et versu sequenti. Versu autem ultimo pro, ἐξ ἀμφοτέρων φύσεων, uterque legit, ἐν ἀμφοτέραις ταῖς φύσεσιν. Possin.

(24) Primum hujus epist. vocabulum aliter quam in editis in Altaemsi exstat, ἐπιστημόνως. Versu item 3 id. cod. pro ἀψαύστων, legit δυσψαύστων, et vers. 4 pro ἀνεφίκτων Vat. 649 habet, φρικτῶν. Mox non ταῦτα sed αὐτὰ Alt. exhibet. Vers. 6, θάρσει, pro θράσει in Alt. legitur. Possin.

(25) Vers. 3. νῦν (δὲ μή, etc., quæ videtur ipse editor, mendi suspecta habuisse. Hujus loci vera opinor lectio suggeritur a cod. duobus Vat. 649, et Alt. qui sic ista exhibent: Νῦν τὸν Δημᾶν ἐκεῖνον μιμουμένῳ καὶ πρὸς τὰς οἰκείας φροντίδας παλινοστοῦντι. Nempe hic Cyrillus, vitam aliquandiu anachoreticam professus, eremo deinde relicta domum redierat. In quo imitatus erat Demam, quondam Pauli apostoli socium, de quo is scribit secundæ ad Timotheum iv, 10: Δημᾶς με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, etc. Iidem duo codd. vers. penultimo pro ὅλος, habent ὁ λόγος, sed ego lectionem editam magis probaverim. Possin.

(26) Χρήματι cod. Alt., concinnius ad antithesim cum sequente, Πνεύματι. Vers. 8 parvum dictu, dicitur tamen μηδὲ pro μήτε ponitur in codd. Vat. 649 et Alt. Vers. antepenultimo quod edita exhibent πρεσβευσόμενος, emendatius in utroque illo habetur codd. πρεσβευόμενος, uti vicissim prætulerim vers. ult. τὸ γέρας ei quod in illis duobus codd. legitur, γῆρας. Possin.

manuum impositionem in sacris initiationibus committentem. Ac si quidem calumniatores agunt, vim Numinis ultricem in seipsos attrahunt: siquidem « Perdet Deus omnes qui loquuntur mendacium [35]. » Sin autem vera loquuntur, nosce quem ad finem tendat hoc malum, quod contumeliam in Deum exiguo lucro commutasti. Et quis pro te orabit, quandoquidem nec pro Ophni et Phinees qui adversus Deum ipsiusque sacerdotium peccaverant [36], inventus est quisquam, qui deprecatoris partes susciperet, verum in extremum exitium, ut sacerdotii dignitatem prodentes, conjecti sunt?

A Πνεύματι τὰς χειροθεσίας τῆς μυσταγωγίας ἐπιτρέποντα. Καὶ εἰ μὲν συκοφαντοῦσι, καθ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο τὴν δίκην, ἐπειδὴ « ἀπολεῖ Κύριος πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. » Εἰ δὲ ἀληθεύουσι, γνῶθι οἷ τελευτᾷ τὸ κακὸν, ὅτι μικροῦ κέρδους τὸ εἰς Θεὸν ὑβρίζειν ἀντήλλαξας. Καὶ τίς προσεύξεται περὶ σοῦ, ἐπειδὴ μήτε περὶ Ὀφνὴ καὶ Φινεὲς, εἰς Θεὸν καὶ τὴν αὐτοῦ ἁμαρτόντων ἱερωσύνην, εὑρέθη τις πρεσβευόμενος, ἀλλ' εἰς ἔσχατον ὄλεθρον, ὡς τὸ γέρας προπίνοντες τῆς ἱερωσύνης, ἐδόθησαν;

XXVII. — PHARISMANIO EUNUCHO PALATII.

Audio te in divinorum librorum meditatione versari, eorumque testimoniis commode ad quosvis uti: verum avaritiæ studere, atque in aliena bona insano quodam impetu ferri. Ac mihi valde mirari subit, qui factum sit, ut divinus amor te minime sauciarit, nec ex assidua lectione, voluntatis atque instituti mutationem effecerit, qui non modo aliena concupiscere vetat, sed etiam propria spargere monet. Quare aut legens agnosce, aut non agnoscens lege.

ΚΖ'. — ΦΑΡΙΣΜΑΝΙῼ ΕΥΝΟΥΧῼ ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ.

Ἀκούω σε ταῖς θείαις Βίβλοις ἐμμελετᾷν, καὶ ταῖς B αὐτῶν κεχρῆσθαι μαρτυρίαις ἁρμοδίως πρὸς ἅπαντας (27), εἶναι δὲ πλεονέκτην, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιμαινόμενον βίοις. Καὶ πάνυ μοι θαυμάζειν ἐπέρχεται, ὅτι σε ὁ θεῖος ἔρως οὐκ ἔτρωσεν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἀναγνώσεως, μεταβολὴν τῆς προθέσεως ἐργασάμενος, ὁ μὴ μόνον τῶν ἀλλοτρίων κωλύων ἐρᾷν, ἀλλὰ καὶ τὰ προσόντα σκορπίζειν νουθετῶν. Ἢ τοίνυν ἀναγινώσκων ἐπίγνωθι, ἢ μὴ ἐπιγινώσκων ἀνάγνωθι.

XXVIII. — EUSEBIO EPISCOPO.

Venerandum et comparatu difficile sacerdotium.

Multarum rerum amor in animis oritur: at voluntatem non comitatur, ut, cum ejusmodi est, ad quem pervenire quisquam nequeat. Neque enim regnum, quisquis vult, consequitur; nec opes nec conjugium quale vult. Quamobrem si Zosimus, ut scribis, impudenter seipsum, ac per vim, in Dei mysteria immittere conatur, diligenter cura ut intelligat, Dei templum leprosis tandiu clausum esse, quoad contractum ex morbo vitium absterserint [37].

ΚΗ'. — ΕΥΣΕΒΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὅτι φρικτὸν καὶ δυσέφικτον ἱερωσύνη.

Πολλῶν πολλοῖς ἔρως ἐγγίνεται (28), οὐ συνέρχεται ταῖς βουλαῖς, ὡς ἀνέφικτος. Οὔτε γὰρ βασιλείας πᾶς ὁ βουλόμενος ἐφικνεῖται, οὔτε περιουσίας, οὔτε συ- C ζυγίας ἧς βούλεται. Εἰ τοίνυν, ὡς φῇς, καὶ Ζώσιμος εἰσφρῆσαι ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ μυστηρίοις ἀναισχύντως βιάζεται, μαθέτω διὰ τῆς ἀκριβείας σου, ὅτι λεπροῖς ὁ τοῦ Θεοῦ ναὸς ἀποκλείεται, μέχρις ἂν τὴν τοῦ πάθους λώβην ἀποσμήξωνται.

XXIX. — LUCIO PELUSII ARCHIDIACONO.

Ad avaros.

Si venerandi altaris diaconi episcopi oculi sunt, profecto cum tu Dei permissu ipsis præsis, totus oculus esse debes quemadmodum animalia illa plurimis oculis prædita [38] (quoniam etiam propinquitatis ad Deum ratione, ea imitaris, non vita, ut audio, sed sola muneris sacri functione), ac non improbis studiis atque consiliis, et honorandum illum chorum ac sodalitium, et episcopum **10** tibi temere ac sine judicio morem gerentem obscurare, divinumque sacrarium per avaritiam contaminare, dum opes tibi ipsi per nummariam manuum impositionem aggeris. Dominus enim eos, qui columbas vendebant, flagris a templo expulit [39]. Quamobrem ne tu quoque eodem modo submovearis, desine opes ita augere, ac materiam futuro igni parare.

ΚΘ'. — ΛΟΥΚΙῼ ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝῼ ΠΗΛΟΥΣΙΟΥ.

Πρὸς φιλαργυρίαν νοσοῦντας.

Εἰ ὀφθαλμοὶ ἐπισκόπου τυγχάνουσιν οἱ τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου διάκονοι, σὺ δὲ τούτων κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ ἄρχεις, ὅλος ὀφθαλμὸς ὀφείλεις ὑπάρχειν, ὡς τὰ ζῶα πολυόμματα (ἐπειδὴ καὶ τῇ πρὸς [τὸν] Θεὸν ἐκεῖνα μιμῇ (29) ἐγγύτητι, οὐχὶ βίῳ, ὡς μανθάνω, ἀλλὰ μόνῃ τῇ λειτουργίᾳ), καὶ μὴ σκοτίζειν τοῖς φαύλοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ τὸν τίμιον ἐκεῖνον D θίασον καὶ χορὸν, καὶ τὸν πειθόμενόν σοι ἀκρίτως ἐπίσκοπον, καὶ χραίνειν τὸ θεῖον βῆμα πλεονεξίᾳ, καὶ πόρους σεαυτῷ ἀπὸ τιμῆς χειροτονιῶν ἀθροίζειν. Τοὺς γὰρ πωλοῦντας τὰς περιστερὰς ἐξέβαλεν ἀπὸ τοῦ ναοῦ μαστίξας ὁ Κύριος. Ἵνα τοίνυν μὴ σὺν ἐκείνοις ὠσθῇς, παῦσαι οὕτω πλουτῶν, καὶ ὕλην τῷ μέλλοντι ἑτοιμάζων πυρί.

[35] Psal. v, 7. [36] I Reg. II, 34; IV, 11. [37] Levit. XXII, 4. [38] Ezech. I, 18; et X, 12. [39] Joan. II, 14, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(27) Codd. modo memorati ambo πρὸς ἅπαντα in neutro legunt. Iidem in fine epistolæ illa verba ἢ μὴ ἐπιγινώσκων ἀνάγνωθι, omittunt. Possin.

(28) Post ἐγγίνεται, insere ἀλλ', auctore cod. Alt. cui consentit Vat. 649. Hic etiam vers. penultimo non ἀποκλείεται legit, sed ἀποκέκλειστι, suffragante pariter Altaemsi. Possin.

(29) Μιμῇ. Codd. Vat. 649, et Alt. μιμῆσαι. Vers. 9. πλεονεξίᾳ, cod Alt. πλεονεξίαις. Possin.

A

Λ'. — ΕΥΣΕΒΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Περὶ ἱερωσύνης.

« Σκοπόν σε δέδωκα, » φησὶν ἡ θεία Γραφή, « καὶ ὄψει τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ ἀναγγελεῖς. » Καὶ εἰ μὲν νήψουσιν (30) ἐξυπνισθέντες, καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπήκοοι γρηγορήσουσι, καὶ σοὶ κἀκείνοις σωτηρίας γενήσεται ὄνησις. Εἰ δὲ τὰ ὦτα βύσουσιν ὡς ἀσπίδες, αὐτὸς τό γε ἧκον ἐπὶ σοὶ ἐξετέλεσας. Σκόπει τοίνυν μὴ μόνον φωνῇ μαρτυρούμενος φανῇς, τοῖς ἔργοις [ἀδόκιμος καὶ] ἡττώμενος, ἐνδιδοὺς τὰς ἡνίας τῆς ἀρχῆς, τοῖς περὶ σὲ, καὶ πιπράσκων τὴν χάριν ἀσεβῶς. Οὔτε γὰρ χρυσίῳ ἔστιν ἐπιτρέπειν χειροθεσίας, οὔτε ἀγνοεῖν τὸν τῶν προσαγομένων βίον, οὔτε ἑτέρους προβάλλεσθαι τῆς ἁμαρτίας αἰτίους, ἐπὶ τοῦ ἀδεκάστου καὶ φρικτοῦ κριτηρίου. B Οὐδὲ γὰρ τὸν Ἀδὰμ τῆς μέμψεως καὶ τῆς δίκης ἀπέλυσεν ἡ περὶ τῆς γυναικὸς ἀπόκρισις καὶ σκῆψις, τῇ αὐτῆς ὑποθέσει μετειληφέναι τῶν ἀπηγορευμένων ἀπολογούμενον.

XXX. — EUSEBIO EPISCOPO.

De sacerdotio.

« Speculatorem dedi te, » inquit Scriptura, « et videbis gladium venientem, et annuntiabis [40]. » Ac siquidem e somno experrecti sobrium animum præbeant, atque ad veritatem obedientes excubent, et tibi et illis ea res utilitati ac saluti erit. Si autem aspidum more aures occluserint [41], tu certe, quod partium tuarum est, præstiteris. Considera igitur ne voce sola testari videaris, ac non item rebus ipsis, quippe qui imperii habenas iis, quos circum te habes, permittas, gratiamque impie ac nefarie vendas. Neque enim manuum impositiones auro committere licet, nec eorum, qui ad sacros ordines adducuntur, vitam ac mores ignorare, nec item alios sceleris auctores proferre, in incorrupto illo atque horrendo tribunali. Neque enim Adamum culpa et supplicio liberavit illud de uxore responsum, et causificatio, cum scilicet excusandi sui causa se ipsius suasu atque consilio interdictum fructum percepisse diceret [42].

ΛΑ'. — ΔΙΟΦΑΝΤῌ ΑΡΧΟΝΤΙ.

Πρὸς ἄρχοντας.

Βραχυτελῆ οὐ μόνον τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἔχεις τὴν ζωήν. Τί τοίνυν ἁμαρτάνεις ἀτελεύτητα, ἐν ὀλίγαις ὥραις τὴν αἰώνιον ἑαυτῷ κατασκευάζων κόλασιν; Καταμαθὼν οὖν πᾶσαν τὴν πολύστροφον καὶ πολύτρεπτον τῶν πραγμάτων ἀπιστίαν, μᾶλλον ἐπὶ χρηστοῖς γνωρίζεσθαι · κατορθώμασι σπούδαζε, ὧν καὶ οἱ ἐνταῦθα τυγχάνουσιν ἔπαινοι, καὶ οἱ μέλλοντες μισθοὶ οὐκ ἀπόλλυνται.

XXXI. — DIOPHANTI PRÆTORI.

Ad prætores.

Μὴ θαυμάσῃς τὴν τόλμαν Εὐσεβίου καὶ τὸ θράσος Ζωσίμου, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν, οὕτως ἡμᾶς εἰς μετάνοιαν περιμένοντος, καὶ ἐξ ἀκαθάρτου χειρὸς δεχομένου θυμίαμα. Εἰ γάρ τις ἁμαρτίαις ἀπότροφος, πᾶσι κατεστιγμένος μολυσμοῖς τε καὶ

CXX. — ISIDORO PRESBYTERO.

De episcopo Eusebio et Zosimo.

Eusebii temeritatem, et Zosimi audaciam ne mireris, verum Dei lenitatem, ad pœnitentiam nos ita exspectantis, atque ex impura manu incensum accipientis. Nam si quis in sceleribus educatus, atque omni sordium ac peccatorum genere compun-

[66] Marc. XIII, 32; Matth. XXIV, 36. [67] Coloss. II, 3. [68] Matth. XXIV, 42 seqq. [69] Psal. LXVII, 7. [70] Act. VIII, 9 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(15) Codd. iidem legunt pro ἐπικαίουσιν, ἐκκαίουσιν, et pro φάσκουσι, φάσκοντες. POSSIN.

(16) Codd. Vat. 649 et Alt. tertio utuntur casu, scribentes, τῇ θείᾳ ἱερωσύνῃ. Iidem versu 5 legunt ἐργαζόμενος, pro ἐργαζόμενοι. POSSIN.

(17) Inscribitur hæc ep. in cod. Alt. non Εὐσεβίῳ, sed Ἰσιδώρῳ πρεσβ. etc. Vers. pen. pro χρῆμα cod. Alt. habet, τὰ χοίματα. POSSIN.

ctus et iniustus, Dei aras attingit, ac sancta profane tractat, ipse quidem pœnas luet, divinum autem sacrarium improbis ipsius actionibus minime contaminatur.

A πταίσμασι, θυσιαστηρίων ἅπτεται Θεοῦ, καὶ χειρίζει ἀνάγνως τὰ ἅγια, αὐτὸς μὲν ὑφέξει κρῖμα, τὸ δὲ θεῖον βῆμα ταῖς ἐκείνου πράξεσιν οὐ κοινοῦται.

CXXI. — TIMOTHEO LECTORI.

In illud, « Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. »

« Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt, domus Israel, » ad Chananæam inquit Dominus [51], pollicitationem scilicet Abrahæ factam explere volens [52], juxta quam et semen ipsius apprehenderat [53], et matrem illinc elegerat, et in ea, et ex ea carnem induerat, atque homo vere, per omnia, excepto peccato, nobis similis factus fuerat, omnemque Judæis excusationem præcidens. Quoniam enim, ut dixi, patribus salutem promiserat, seque ipsorum semen tanquam cœli stellas multiplicaturum receperat [54], idcirco ad eos, et ex ipsis venit : ac tantisper gentiles minime admittebat, priorem illis ingressum servans. Posteaquam autem obstinatam Judæorum improbitatem perspexit, ac contra gentiles ad bonum flexiles esse reperit : atque illos quidem mortem sibi et crucem comparasse, hos autem adorationem, ac deitatis confessionem obtulisse, a mortuis resurgens, discipulis, ut gentes omnes docerent, mandavit [55], Judæorum videlicet malignitatem et ingratitudinem repudians. Quamobrem illi ad gentes conversi [56], divinæ prædicationis splendorem in universum terrarum orbem diffuderunt [56*].

ΡΚΑ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Εἰς τὸ, « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. »

« Οὐκ ἀπεστάλην, φησὶν ὁ Κύριος τῇ Χαναναίᾳ, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » τὴν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ πληρῶσαι θέλων ὑπόσχεσιν, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐπιλαβόμενος, καὶ μητέρα ἐκεῖθεν ἐπιλεξάμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθεὶς, καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα, πλὴν ἁμαρτίας, γενόμενος, καὶ Ἰουδαίων πᾶσαν σκῆψιν ἀναιρῶν. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς B ἔφην, τοῖς πατράσι τὴν σωτηρίαν ὑπέσχετο, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν πληθῦναι ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, πρὸς αὐτοὺς καὶ ἐξ αὐτῶν παρεγένετο· καὶ τέως τοὺς ἐξ ἐθνῶν οὐ προσίετο (18), προτέραν ἐκείνοις φυλάττων τὴν εἴσοδον. Ἐπειδὴ δὲ τῶν μὲν εἶδε τὸ ἀμετάθετον, τῶν δὲ εὗρε τὸ εὐεπίστροφον, καὶ τοὺς μὲν θάνατον αὐτῷ καὶ σταυρὸν γεωργήσαντας, τοὺς δὲ προσκύνησιν καὶ θεολογίαν καρποφορήσαντας, ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἐντολὴν δίδωσι τοῖς μαθηταῖς μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, τὸ ἀγνωμον καὶ ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων παραιτούμενος. Οὗ χάριν πρὸς τὰ ἔθνη στραφέντες, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τοῦ θείου κηρύγματος αἴγλην ἐξέλαμψαν.

C

38 CXXII. — DOROTHEO COMITI.

Explicatio exclamationis quæ fit a sacerdote.

Pacem sacerdos ex cathedræ fastigio ecclesiæ pronuntiat, Dominum scilicet imitans [57], cathedram assumentem, cum pacem suam discipulis relinqueret, ac daret. Illud autem, quod a plebe respondetur, « Et cum spiritu tuo, » hanc habet sententiam : Pacem quidem nobis præbuisti, Domine, hoc est mutuam inter nos concordiam. Pacem autem nobis da, hoc est, ejusmodi tecum conjunctionem, quæ nullo modo divelli possit [58], ut cum Spiritu tuo pacati (quem nobis in creationis initio indidisti), a tua charitate distrahi nequeamus.

ΡΚΒ'. — ΔΩΡΟΘΕΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Ἑρμηνεία τῆς ἱερατικῆς ἐκφωνήσεως.

Εἰρήνην ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καθέδρας τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιφθέγγεται· τὸν Κύριον τῆς καθέδρας μιμούμενος ἀναλαμβανόμενον, εἰρήνην τὴν οἰκείαν ἀφιέντα καὶ διδόντα. Τὸ δὲ, « Καὶ τῷ πνεύματί σου, » παρὰ τοῦ λαοῦ ἀποκρινόμενον (19), τοῦτο δηλοῖ· Εἰρήνην μὲν ἡμῖν παρέσχες, Κύριε, τὴν ἐν ἀλλήλοις ὁμόνοιαν. Εἰρήνην δὲ δὸς ἡμῖν, τὴν πρὸς σὲ ἀδιαίρετον ἕνωσιν, ἵνα τῷ πνεύματί σου εἰρηνεύοντες, ὃ ἡμῖν ἐν ἀρχῇ τῆς δημιουργίας ἐνέθηκας, ἀχώριστοι τῆς σῆς ἀγάπης τυγχάνωμεν.

CXXIII. — EIDEM.

Explicatio ecclesiasticæ initiationis.

Pura illa sindon, quæ sub divinorum donorum ministerio expansa est, Josephi Arimathensis est ministerium. Ut enim ille Domini corpus sindone involutum sepulturæ mandavit [59], per quod universum mortalium genus resurrectionem percepit : eodem

D

ΡΚΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Διασάφησις τῆς ἐκκλησιαστικῆς μυσταγωγίας.

Ἡ καθαρὰ σινδὼν ἡ ὑφαπλουμένη τῇ τῶν θείων δώρων διακονίᾳ, ἡ τοῦ Ἀριμαθέως ἐστὶν Ἰωσὴφ λειτουργία. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα σινδόνι ἐνειλήσας τῷ τάφῳ παρέπεμψε, δι' οὗ ἅπαν τὸ γένος ἡμῶν τὴν ἀνάστασιν ἐκαρπώσατο· οὕτως

[51] Matth. xv, 24. [52] Gen. xii, 1 seqq.; xviii, 22. [53] Hebr. ii, 16. [54] Genes. xv, 5; xxvi, 4. [55] Matth. xxviii, 19. [56] Act. xiii, 46. [56*] Rom. x, 18. [57] Joan. xiv, 27. [58] Rom. viii, 35 seqq. [59] Matth. xxvii, 57 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(18) Cod. Alt. habet προσίεται. Vers. seq. pro εὐεπίστροφος idem cod. et Vat. 649 legunt, ἀνεπίστροφος. Vers. antepen. et pen., παραιτούμενος, id codex Alt. ad discipulos referens, παραιτουμένους legit. POSSIN.

(19) Lege ex cod. Alt. ὑπαποκρινόμενος. POSSIN.

ἡμεῖς ἐπὶ σινδόνος τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες, σῶμα Χριστοῦ ἀδιστάκτως (20) εὑρίσκομεν, ἐκείνην ἡμῖν πηγάζον τὴν ἀφθαρσίαν, ἣν ὁ παρὰ Ἰωσὴφ μὲν κηδευθεὶς, ἐκ νεκρῶν δὲ ἀναστὰς Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ ἐχαρίσατο.

A modo nos propositionis panem in sindone sanctificantes, Christi corpus sine dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatem fontis in modum proferens, quam Salvator Jesus, a Josepho funere elatus, posteaquam a morte ad vitam rediit, largitus est.

ΡΚΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Κατὰ Θεοπασχιτῶν καὶ τῶν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν εἶναι λεγόντων.

Θεοῦ πάθος οὐ λέγεται· Χριστοῦ γὰρ τὸ πάθος γέγονε· σαρκωθέντος δηλονότι Θεοῦ, καὶ τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς τὸ πάθος ὑπομείναντος. Θεότης γὰρ γυμνὴ οὐ μόνον πάσχειν οὐ δύναται, ἀλλ' οὔτε κρατεῖσθαι, οὐδὲ ὁρᾶσθαι, εἰ μὴ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἡνώθη φιλανθρώπως.

CXXIV. — EIDEM.

Contra eos qui dicunt Deum passum esse, unamque esse in Christo naturam.

Dei passio non dicitur, verum Christi passio: exstitit enim videlicet, incarnato Deo ac per assumptam carnem supplicium perpesso. Nuda enim divinitas non modo pati non potuisset, sed nec teneri, nec cerni, nisi hominum naturæ pro sua benignitate ac misericordia copulata fuisset.

B

ΡΚΕ'. — ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Περὶ τοῦ συναντήσαντος ἀγγέλου τῷ Μωϋσῇ, καὶ ζητήσαντος αὐτὸν ἀνελεῖν.

Τὸ μὲν μῆκος αἰσχύνομαι ὅσον τὸ γράμμα ἀφίκετο· τὸν δὲ τῦφον οὐκ ἤνεγκα παρὰ σοῦ ἐρωτώμενος. Ὅμως ἐπειδὴ καὶ γονεῖς ἐπαγάλλονται τοῖς τῶν παίδων γυμνάσμασιν, εἰ καὶ ψιλὰ εἴη ἀθύρματα, συντόμως ἐρῶ. Ὁ ἄγγελος ὁ ὑπαντήσας Μωσεῖ εἰς Αἴγυπτον καταβαίνοντι, καὶ βουληθεὶς ἀνελεῖν αὐτὸν, οὐ τὸν φόνον ἐκδικῶν, ὃν πάλαι ζηλώσας εἰργάσατο, τὴν μάχαιραν κατ' αὐτοῦ ἀντετείνατο· ἀλλὰ τοῦ νόμου παράβασιν ἐγκαλῶν αὐτῷ, ὃν πληροῦν ἐπορεύετο. Νομοθέτης γὰρ παρὰ Θεοῦ προχειρισθεὶς, καὶ φυλάσσειν τὸν νόμον ἀκριβῶς ὀφείλων, αὐτὸς ἐκ προοιμίων τοῦτον παρέβαινε, τοὺς υἱέας C αὐτοῦ ἀκροβύστους εἰς Αἴγυπτον ἐπαγόμενος, κἀκείνην τὴν ἐντολὴν καταργῶν, ἥτις μόνη Ἑβραίους καὶ ἀλλοφύλους διέκρινεν. Ἐπεὶ δὲ Σεπφώρα ψῆφον λαβοῦσα, τὸν υἱὸν περιέτεμεν, ἐν συναισθήσει γινομένη τοῦ πταίσματος, καὶ πρὸς πόδας τοῦ ἀγγέλου προσέπεσεν, εὐθὺς αὐτὸς ἀνεχώρησεν, ἐκεῖνο δείξας αἴτιον τῆς τοῦ Θεοῦ δικαίας ἀγανακτήσεως, ὃ ἡ πίστις τῆς γυναικὸς ἐστοχάσατο. Καὶ γὰρ φιλεῖ ἐν ἀνάγκαις τὰ γύναια σπουδαιοτέροις κεχρῆσθαι τῶν ἀνδρῶν μηχανήμασι, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν καταφυγῆς γνησιώτερον ἅπτεσθαι. Ἐκεῖνο τοίνυν ἐποίησεν ὃ νῦν λέγεσθαι συμβαίνει ἐν ὀξείαις ἀναγκῶν περιστάσεσι. Τοῖς κακοῖς ἐκυκλώθημεν, σπουδαίως τὰ παιδία βαπτίζωμεν. Ἴσως δυσωπηθῇ ὁ ἄγγελος τὸ μυστήριον. Ἀντὶ βαπτίσματος γὰρ τῇ περιτομῇ D Ἰουδαῖοι ἐκέχρηντο (21).

CXXV. — GREGORIO EPISCOPO.

De angelo qui Mosi occurrit illumque occidere voluit.

Prolixitatis litterarum, quæ ad me pervenerunt, pudet. Fastum autem non tuli, abs te interrogatus. Cæterum quoniam parentes quoque filiorum exercitationibus lætantur, etiamsi meri lusus sint, breviter dicam. Angelus, qui Mosi in Ægyptum descendenti occurrit, eumque morte afficere voluit [60], non ut cædem, quam olim zelo incensus admiserat, vindicaret gladium adversus eum intentavit, sed ut legis, ad quam explendam proficiscebatur, transgressionem ipsi objiceret. Nam cum legislator a Deo institutus fuisset, ac legem accurate servare deberet, ipse primum hanc violabat, **39** filios videlicet cum præputio in Ægyptum secum ducens [61], illudque mandatum abolens, quo solo Hebræi a Barbaris dirimebantur. Posteaquam autem Sephora culpam agnoscens, lapillo arrepto, filium circumcidit, atque ad angeli pedes sese provolvit, confestim ille abcessit. Qua quidem in re illud justæ Dei indignationis causam fuisse indicavit, quod uxoris fides conjecerat. Siquidem mulieres, cum necessitas urget, diligentioribus, quam viri, artibus uti sinceriusque ad Deum perfugere consueverunt. Quamobrem illud fecit, quod in gravissimis necessitatibus ac periculosis casibus dici solet: Malis circumdati sumus, filios quamprimum baptizemus. Angelus fortasse mysterio flectetur. Quippe Judæi baptismi loco circumcisione utebantur.

[60] Exod. iv, 24 sqq. [61] Gen. xvii, 10, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(20) Etsi bene in editis ἀδιστάκτως legitur, quid tamen cod. Alt. in eo innovet referam; habet autem ἀδιαστάκτως. Possin.

(21) Idem est omnium Patrum judicium, baptismum esse subrogatum in locum circumcisionis per adventum Christi sublatæ. Merito itaque rejecta est hæresis eorum qui juxta cum baptismo etiam circumcisionem retinendam in Ecclesia contenderunt. Vid. cap. 3, *Majores*. De baptismo et ejus effectu, lib. iii *Decretal.* Tametsi Æthiopes etiam accepto Christianismo præputia in hanc usque diem ponant: quod ex antiqua ejus gentis consuetudine, de qua Herodot. et alii, ipsos facere, sine Judaismi superstitione, testatur Jos. Scaliger libro septimo *De emendat. temporum*, pag. 640. Ritt.

— Vers. 8, ἀντετείνατο, cod. Alt. habet ἀνετείνατο. Vers. 12, illa verba, τοῦτον παρέβαινε, cod. Vat. 649 et Alt. in hæc commutant, τὸν νόμον ἠθέτησε. Vers. 17 lacuna indicatur asterisco post vocem πρὸς, eam explent Vat. 649 et Alt. addendo τούς. Vers. pen. pro ἴσως codex Vat. 649 solus ἕως substituit. Possin.

CXXVI. — HERMINO COMITI. A

In illud : « Prudentes, sicut serpentes, et simplices, sicut columbæ. »

Dominus nos prudentes ut serpentes esse jubet [62], vir ingeniosissime : sic nempe ut caput nostrum, hoc est fidem in Christum, in omni tentatione conservemus. Etenim quibuscunque adversis casibus ac plagis serpens prematur, incolume atque illæsum caput servat. Ac rursum arte ac versutia vetustatem exuit, in arcta quadam et angusta rima sese comprimens, ac senium deponens. Vult igitur nos quoque per arctam viam et afflictionem, veterem hominem exuere, ac pro eo novum induere, qui ad ejus imaginem renovatur [63].

CXXVII. — SIMPLICIO. B

Multorum librorum possessionem utentibus esse utilem ; iis vero qui sola eorum possessione se ditescere putant, extremum supplicium arcessere.

Plurimos libros, ut audio, emisti, atque opinione locuples es, eorum lectionem ignorans : atque idem faciens quod ii qui frumentum compriment [64], ac tineas alunt. Nam libri quoque tinearum patres et nutritii fiunt, cum vinciuntur. Quare aut opibus tuis utere, aut ingentem eruditionem ne læde, nimirum hic quoque comicos sales colligens (dum librorum corruptor, aut librorum sepulcrum, aut tinearum altor appellaris), atque coram Deo accusationem congerens, ut qui ingens utilitatis talentum occultaris, quod aliis quidem concreditum atque elaboratum est, a te autem improbe defossum. C

CXXVIII. — ZOSIMO.

De vana gloria.

Verisimile quidem est te, cum inscitia labores, parem quoque imperitiæ impudentiam habere. Quoniam autem superbia etiam insuper, ut audio, intumescis, **40** ex sermonibus tuis fac te noscas. In propinquo habes quod te convincat. Vide quantum tui risum barbare loquendo excites. Vide quonam pacto ii qui te audiunt, ad solœcismos tuos subrideant. Atque aut ridicule loqui desine, aut humiliter et abjecte, quemadmodum sermonibus tuis dignum est, senti.

CXXIX. — PACHOMIO MONACHO. D

Dei regnum monastica vita est, ut quæ nulli vitiosæ affectioni succumbat, verum alta sapiat, ac virtutes cœlo superiores præstet. Hanc tu complectens, da operam ne quod te delictum in servitutem

ΡΚϚʹ. — ΕΡΜΙΝῼ ΚΟΜΗΤΙ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί. »

Φρονίμους ἡμᾶς εἶναι κατὰ τὸν ὄφιν κελεύει ὁ Κύριος, ἐν παντὶ πειρασμῷ συντηροῦντας τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις ἡμῶν, εὐμαθέστατε. Ὅσαις γὰρ ἂν περιστάσεσι καὶ πληγαῖς ὁ ὄφις συνέχηται, τὴν ἑαυτοῦ φυλάττει κεφαλὴν ἀβλαβῆ. Καὶ πάλιν σοφισμῷ τὴν παλαίωσιν ἀποδύεται ἐν στενωπῇ τινι παρεισδύσει θλιβόμενος, καὶ τὸ γῆρας ἀποτιθέμενος. Βούλεται τοίνυν καὶ ἡμᾶς διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ καὶ κακώσεως τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεκδύεσθαι, καὶ τὸν νέον ἀνταμφιέννυσθαι, τὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα ἀνακαινούμενον.

ΡΚΖʹ. — ΣΙΜΠΛΙΚΙῼ.

Ὅτι τῶν πολλῶν βιβλίων ἡ κτῆσις τοῖς μὲν κεχρημένοις ὠφέλιμος· τοῖς δὲ μόνῃ τῇ τούτων κτήσει πλουτεῖν οἰομένοις ἐσχάτης τιμωρίας γίνεται πρόξενος.

Βίβλους ἐκτήσω πλείστας, ὡς ἔμαθον, καὶ οἰήσει πλουτεῖς, ἀγνοῶν τὴν ἀνάγνωσιν, ταυτὸν ποιῶν τοῖς τὸν σῖτον κατέχουσι, καὶ τοὺς σῆτας τρέφουσι. Καὶ αὗται μὲν γὰρ σητῶν μητέρες καὶ τροφοὶ, ὅταν δέδενται, γίνονται. Ἢ κέχρησο τοίνυν τῷ κτήματι, ἢ μὴ βλάπτε τὴν παίδευσιν, πολλὴν κἀνταῦθα κωμῳδίαν συνάγων (22), βιβλιοφόρος ἢ βιβλιοτάφος, καὶ σητοτρόφος καλούμενος· καὶ ἐπὶ Θεοῦ κατηγορίαν ἀθροίζων, ὡς μέγα τάλαντον ὠφελείας ἀποκρυψάμενος, ὃ ἄλλοις μὲν ἐπιστεύθη, καὶ σοφῶς ἐπειργάσθη, παρὰ σοῦ δὲ ἰταμῶς κατωρύχθη.

ΡΚΗʹ. — ΖΩΣΙΜῼ.

Περὶ κενοδοξίας.

Εἰκὸς μέν σε ἀμαθαίνοντα, ἀνάλογον ἔχειν τῆς ἀπαιδευσίας ἀναίδειαν. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς ταύταις (23), ὡς ἔμαθον, καὶ φρόνημά σε φυσᾷ ὑπερήφανον, γνῶθι σαυτόν. Ἐκ τῶν λόγων σου ἔχεις ἐγγύς σου τὸν ἔλεγχον. Ὅρα πόσον κινεῖς βαρβαρίζων τὸν γέλωτα. Βλέπε μειδιῶντας τοῖς σολοικισμοῖς τοὺς ἀκούοντας. Καὶ ἢ παῦσαι λαλῶν καταγέλαστα, ἢ φρόνει πτωχὰ πρὸς τοὺς λόγους σου.

ΡΚΘʹ. — ΠΑΧΩΜΙῼ ΜΟΝΑΧῼ.

Ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία, ἡ μοναχική ἐστι πολιτεία, οὐδενὶ μὲν ὑποκύπτουσα πάθει, μετέωρα δὲ φρονοῦσα καὶ ὑπερουράνια κατορθοῦσα. Ταύτης ἐχόμενος, πρόσεχε μή τι σε δοῦλον ἀνδραποδίσῃ παρά-

[62] Matth. x, 16. [63] Ephes. iv, 24 ; Coloss. iii, 10. [64] Prov. xi, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) *Ἢ μὴ βλάπτε τὴν παίδευσιν πολλὴν, κἀνταῦθα κωμῳδίαν συνάγων.* Billius, *aut ingentem eruditionem*, etc. Mala interpretatio male distinctæ lectionis. Melius multo cod. B distinguit : ἢ μὴ βλ. τὴν παίδευσιν· πολλὴν κἀνταῦθα κ. σ. Quæ hunc habent sensum, *aut eruditionem ne læde, nimirum hic etiam copiosos sales comicos colligens.* Ritt.

— Pro τρέφουσι vers. 3 codd. Vat. 649 et Alt. ἐκτρέφουσι ponunt. Vers. 7 pro βιβλιοφόρος, manifeste melius cod. Vatic. exhibet βιβλιοφθόρος, a quo parum abest cod. Alt. βιβλοφθόρος scribens. Vers. penult. pro ἐπειργάσθη cod. Alt. habet, ἐνεπεργάσθη. Possin.

(23) Hic codd. Vat. 649 et Alt. ταυτὴν legunt, et vers. antepenult. pro μειδιῶντας, πηδῶντας. Possin.

πτωμα, καὶ τῶν ἀνακτόρων τῶν βασιλικῶν ὑποσύρῃ (24). Δυσχερὴς γὰρ τοῖς ἐκπίπτουσιν, ἡ πρὸς ἐκείνην ἀνάκλησις. Ὁ δὲ Θεὸς ὁ θύραν ἀνοίξας ἐνεργῆ, καὶ θύραν καλῶν ἑαυτὸν, δι' ἧς ἐστι τῆς σωτηρίας ἡ εἴσοδος, δῴη σοι καὶ νοῦν ἀμετεώριστον, καὶ λόγον ἀκατάγνωστον, ἠρτυμένον τῇ χάριτι. Δι' ὧν καὶ ὁ παρὼν σοι βίος εὐμαρὴς εὑρεθήσεται, καὶ ὁ μέλλων αἰὼν εὐμενὴς καὶ σωτήριος.

adducat, ac regiis templis et palatiis exturbet. Difficile enim factu est, ut qui prolabuntur, ad eam rursum revocentur. Deus autem, qui efficax ostium aperuit, ac seipsum ostium vocat, per quod ad salutem aditus patet, det tibi, et mentem minime palantem ac distractam, et sermonem reprehensionis expertem, gratia conditum : quibus videlicet rebus et planam ac facilem hanc vitam reperias, et futurum ævum placidum ac salutare.

ΡΛ'. — ΙΩΑΝΝΗ͂Ι ΜΟΝΑΧΩ͂Ι.

Περὶ νηστείας, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ γαστριμαργίας.

Οὐχ οἶδε κόρος ἀγρυπνεῖν. Οὐχ οἶδε τῦφος ἠρεμεῖν. Ἐγρηγόρσεως δεῖται καὶ πραότητος ἄσκησις. Εἰ οὖν ταύτης ἀντιποιῇ, ἐκεῖνα κατάργησον· εἰ δὲ γαστρὸς οὐ κρατεῖς, τί καὶ τὸν τόπον καταργεῖς, καὶ τοὺς ἀθλοῦντας ἐκνευροῖς;

CXXX. — JOANNI MONACHO.

De jejunio, vigilia et gula.

Nescit saturitas vigilare : nescit fastus quiescere; vigilantiam et mansuetudinem monastica vita requirit. Si igitur hanc profiteris, fac illa deleas; sin autem ventrem imperio minime tenes, quid et locum occupas, et decertantium animos frangis?

ΡΛΑ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ͂Ι ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ͂Ι.

Περὶ τῆς τοῦ Ζαχαρίου κωφεύσεως.

Ἡ Ζαχαρίου κώφευσις οὐκ (25) ἐκπλήξει γέγονεν, ὡς ἐνόμισας, νουνεχέστατε. Ἐν συνηθείᾳ γὰρ θεοφανείας καὶ ἀγγελικῆς ὀπτασίας ἦν ὁ ἱερεὺς, καθαρῶς τοῖς μυστηρίοις διακονούμενος, ἀλλὰ τῷ τύπῳ τῆς ἐκείνου σιγῆς, ἡ τοῦ νόμου ἐδηλοῦτο σιωπή. Τὸ δὲ ἀπὸ σιγῆς καὶ στειρώσεως, καὶ γήρως τεχθῆναι τὴν φωνὴν, τοῦτο οἶμαι δηλοῦν, τὸ ἐκ τοῦ παλαιωθέντος, καὶ καταγηράσαντος στειρωθέντος τῇ ἀνηκοΐᾳ τῶν δεξαμένων νόμου τοῦ γραπτοῦ, τὰς περὶ Χριστοῦ προῤῥήσεις προελθεῖν, καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα ἐκ τούτου συνελθεῖν.

CXXXI. — TIMOTHEO LECTORI.

De Zacharia muto facto.

Quod Zacharias obmutuerit [63], vir acutissime, non stupore factum est, ut existimas, siquidem sacerdos ille, ut qui puro animo divinis mysteriis operam daret, divinos prospectus atque angelicas visiones familiares habebat : verum silentii ipsius typo legis silentium indicabatur. Quid autem, quod a silentio et sterilitate ac senectute vox procreata sit? Hinc videlicet illud significari arbitror, ex scripta lege, ob eorum, qui eam acceperant, inobedientiam et contumaciam, senio ac vetustate confecta, vaticinia de Christo prodiisse, hincque etiam ipsius matrem una venisse.

ΡΛΒ'. — ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι.

Τί εἰσιν αἱ ἀκρίδες, καὶ τὸ μέλι τὸ ἄγριον, οἷς ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐτρέφετο.

Αἱ ἀκρίδες, αἷς Ἰωάννης ἐτρέφετο, οὐ ζῶά εἰσιν ὥς τινες οἴονται ἀμαθῶς, κανθάροις ἀπεοικότα (26). Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἀκρέμονές βοτανῶν ἢ φυτῶν. Οὔτε δὲ πόα τίς ἐστι πάλιν τὸ μέλι [τὸ] ἄγριον. Ἀλλὰ μέλι ὄρειον ὑπὸ μελισσῶν ἀγρίων γινόμενον, πικρότατον ὂν, καὶ πάσῃ γεύσει πολέμιον. Δι' ὧν τὴν ὑπερβάλλουσαν κάκωσιν ἐπεδείκνυτο Ἰωάννης, οὐκ ἐνδείᾳ μόνῃ (27), ἀλλὰ καὶ τραχύτητι πᾶσαν ὄρεξιν πικραίνων τοῦ σώματος.

CXXXII. — EIDEM.

Quidnam sint locustæ et mel agreste, quibus Joannes Baptista alebatur.

Locustæ (28), quibus Joannes alebatur [64], non sunt, ut quidam imperite putant, scarabæis similia (absit), verum herbarum aut plantarum summitates. Eodemque modo rursum non herba quædam est mel silvestre, verum vel montanum, quod ab agrestibus apibus conficitur, summeque amarum est, et gustatui omni infestum atque inimicum. Quibus ex rebus **41** singularem quamdam ac pene incredibilem corporis afflictationem Joannes præ se ferebat, ut qui non inedia duntaxat, verum etiam victus asperitate omnem corporis appetitionem amaram redderet.

ΡΛΓ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ͂Ι ΔΟΥΚΙ͂.

Πρὸς ἄρχοντας.

Ἔχεις μὲν ψυχὴν ἀρχικὴν μισῶν τὴν πονηρίαν ἐκ παιδός. Ἔλαβες δὲ καὶ νῦν ἐκ βασιλέως ἡγεμονίαν παρέχουσαν δύναμιν, ἣν ἐξῄτει (28) ἡ πρόθεσις.

CXXXIII. — STRATEGIO DUCI.

Ad imperatores.

Habes quidem animum principatu atque imperio dignum, ut qui jam inde a primis annis improbitatem odio habueris. Accepisti autem nunc quo-

[63] Luc. I, 20. [64] Matth. III, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(24) Codd. Vatic. 649 et Alt. malunt, ὑποσύρηται, uti et vers. seq. ἐκπεσοῦσιν legunt pro ἐκπίπτουσιν. Possin.

(25) Vers. 1 pro οὐκ codd. Vat. et Alt. habent οὐ τῇ. Vers. 7 post φωνὴν cod. Vat. 649 addit καὶ, et mox δηλοῦν mutat in δηλοῖ. Vers. 8 post γηράσαντος cod. Alt. inserit, καί. Possin.

(26) Codd. Vat. 649 et Alt. habent, ἐοικότα. Iidem vers. antepen. et pen. pro ἐνδείᾳ μόνῃ, legunt, ἐν διαμονῇ. Possin.

(27) Pro ἐξῄτει. codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἐζήτει. Possin.

(28) *Locustæ.* Malim in Latina versione retinere αἱ ἀκρίδες. In promptu causa est.

que ab imperatore præfecturam, eam vim ac potentiam, quam institutum animi tui requirebat, tibi præbentem. Quoniam autem utrumque hoc donum Dei beneficio tibi contigit, utroque, pro virili tua, ad ipsius cultum utere, ut majorem quoque, tibi potentiam concedat, si hanc abs te pure atque integre administrari noverit. Siquidem pastoritium etiam munus cum animi magnitudine conjunctum in potentissimum regnum commutare novit [67].

A Ἐπειδὴ τοίνυν Θεοῦ ἐστιν ἀμφότερα τὰ χαρίσματα, χρῆσαι τούτοις εἰς θεραπείαν αὐτοῦ ὅση δύναμις· ἵνα καὶ μείζονα δώσῃ ἐξουσίαν, εἰ ταύτην ἴδῃ καθαρῶς διακουμένην. Οἶδε γὰρ καὶ ποιμαντικὴν μεγαλόψυχον, βασιλείαν ποιεῖν πολυδύναμον.

CXXXIV. — ZOSIMO.

De doloris vacuitate.

Si nec regnum te incitat et cohortatur, nec gehenna rursum terret, non animadvertimus nos, cum feram et indomitam belluam incantamus, cum improbo dæmone humana forma contecto luctari.

ΡΛΔ'. — ΖΩΣΙΜΩ.

Περὶ ἀναλγησίας.

Εἰ βασιλεία σε οὐ προτρέπεται, οὐδὲ γέεννα πάλιν δεδίττεται, λανθάνομεν ἀτιθάσσῳ θηρίῳ ἐπᾴδοντες, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ, πονηρῷ δαίμονι [πρὸς] παλαίοντες (29).

CXXXV. — EIDEM.

Simile.

Cum libido, et corporis robur, et animi vires dejiciat et adimat, eumque, qui hoc vitio captus est, omnibus illudendum et irridendum propinet, quemadmodum excæcatus Samson, docet [68], ecquid tu voluntariam captivitatem accersis, nec naturale robur illæsum atque integrum servas, verum vitiosis affectionibus conficiendum te ultro præbens, et Deum, qui in vita tua, ubi caput reclinet, non habet, mœrore afficis, et nos, qui pro tua salute vota facimus oppugnas; et injuriam tibi ipsi infers, dum salutaria medicamenta repudias?

B

ΡΛΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ (30).

Ὅμοιον.

Εἰ καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, καὶ τὴν αὐτοῦ πνεύματος καθαιρεῖ καὶ ἀφαιρεῖται ἡ λαγνεία, καὶ εὐχερῆ ποιεῖ πρὸς ἐμπαιγμὸν καὶ γέλωτα τὸν ἁλόντα, καθὼς διδάσκει Σαμψὼν ἐκτυφλούμενος, τί ἐπισπᾶσαι αἰχμαλωσίαν αὐθαίρετον, καὶ οὐ φυλάττεις τὴν φυσικὴν ῥώμην ἀλώβητον, ἀλλ' ἔργον παθῶν ἑκουσίως γινόμενος, καὶ τὸν Θεὸν λυπεῖς οὐκ ἔχοντα κλῖναι τὴν κεφαλὴν ἐν τῷ βίῳ σου, καὶ ἡμῖν πολεμεῖς εὐχομένοις σωθῆναί σε, καὶ σαυτὸν ἀδικεῖς, τὰ ῥώσεως παραιτούμενος φάρμακα;

CXXXVI. — HERMINO COMITI.

De ordine episcopi, et cujusnam figuram gerit.

Quantum tu inexplebili discendi cupiditate flagras, tantum ego ad ea, quæ quæris, explicanda promptus ac proclivis sum: dummodo Deus, precibus tuis commotus, inventionem mihi cœlitus concedat. Linteum illud cum quo diaconi, in sanctis mysteriis munus suum obeunt, humilitatem Domini, qui discipulorum pedes lavit, et extersit [69], nobis in memoriam redigit. Id autem amiculum, quod sacerdos humeris gestat, atque ex lana, non ex lino contextum est, ovis illius, quam Dominus aberrantem quæsivit inventamque humeris suis sustulit [70], pellem designat. Episcopus enim, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur, atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius ac magni pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit. Ac diligenter animum attende. Nam cum ipse verus pastor per adorandorum Evangeliorum apertionem accedit, 42 tum demum episcopus assurgit, atque imitationis habitum deponit: hinc nimirum Dominum ipsum, pastoralis artis ducem, ac Deum et herum adesse significans.

ΡΛϚ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

C *Περὶ τάξεως ἐπισκόπου, καὶ τίνος τύπον φέρει.*

Ὅσον αὐτὸς ἄπληστος εἶ πρὸς τὴν μάθησιν, τοσοῦτον ἐγὼ πρόθυμος πρὸς τὴν δήλωσιν, μόνον εἰ Θεὸς δῷ ταῖς εὐχαῖς σου τὴν εὕρεσιν ἄνωθεν (31)· ἡ ὀθόνη, μεθ' ἧς λειτουργοῦσιν ἐν τοῖς ἁγίοις οἱ διάκονοι, τὴν τοῦ Κυρίου ἀναμιμνήσκει ταπείνωσιν, νίψαντος τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάξαντος. Τὸ δὲ τοῦ ἐπισκόπου ὠμοφόριον ἐξ ἐρέας ὄν, ἀλλ' οὐ λίνου, τὴν τοῦ προβάτου δορὰν σημαίνει, ὅπερ πλανηθὲν ζητήσας ὁ Κύριος, ἐπὶ τῶν οἰκείων ὤμων ἀνέλαβεν. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος εἰς τύπον ὢν τοῦ Χριστοῦ, τὸ ἔργον ἐκείνου πληροῖ, καὶ δείκνυσι πᾶσι διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι μιμητής ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ μεγάλου ποιμένος, ὁ τὰς ἀσθενείας φέρειν τοῦ ποιμνίου προβεβλημένος· D καὶ πρόσχες ἀκριβῶς. Ἡνίκα γὰρ αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν παραγένηται διὰ τῆς τῶν Εὐαγγελίων τῶν προσκυνητῶν ἀναπτύξεως, καὶ ὑπανίσταται καὶ ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τῆς μιμήσεως ὁ ἐπίσκοπος, αὐτὸν δηλῶν παρεῖναι τὸν Κύριον, τὸν τῆς ποιμαντικῆς ἡγεμόνα, καὶ Θεὸν καὶ δεσπότην.

[67] I Reg. XVI, 11. [68] Judic. XVI, 17. [69] Joan. XIII, 15. [70] Luc. XV, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(29) Codd. Vat. 649 et Alt., προσπαίοντες. Possin.

(30) Hæc epistola in codd. Vat. 649 et Alt. inscribitur, Μάρωνι. Iidem vers. 1 post τὴν addunt ἀνδρίαν, et tollunt, quod sequitur, αὐτοῦ, retenta ultima syllaba, totumque locum sic emendate exhibent: τὴν ἀνδρίαν τοῦ πνεύματος. Vers. pen. inter τὰ et ῥώσεως inserunt τῆς. Possin.

(31) Ἄνωθεν non comparet in codd. Vat. 649 et Alt. Vers. 7 pro ἐρέας cod. Alt. habet ἐρίου. Possin.

ΡΛΖ'. — ΝΕΙΛΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου, « Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι. »

Τὴν αἴτησιν τῆς μητέρος τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου οὐχ ὡς ἀδύνατον αὐτῷ παραιτεῖται ὁ Κύριος· ὃ γὰρ βούλεται δύναται· ἀλλ' ὡς ἄτοπον ἀπεπέμψατο. « Εἰπὲ γάρ, φησίν, ἵνα οἱ δύο υἱοί μου καθίσωσιν, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. » Ὁ δὲ δίκαιος μισθαποδότης, εὐλόγῳ τινὶ κρίσει σωφρονίζει τὸ ἄτοπον (32). Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἁπλῶς τοῖς αἰτοῦσιν, ἀλλὰ παράσχεῖν μισθὸν τοῖς καμοῦσιν· οὐκ ἔστι γὰρ δικαίου κριτοῦ τοὺς ἱδρῶτας παριδεῖν, καὶ ῥᾳθύμοις παρασχεῖν. Εἰ τοίνυν τῆς καθέδρας ἐρῶσι, τοὺς ἀγῶνας οὐκ ἀγνοοῦσιν, ὧν ἐκείνη βραβεῖον τοῖς νομίμως ἀθλοῦσιν ἡτοίμασται.

CXXXVII. — NILO.

In illud dictum a Domino : « Sedere a dextris aut a sinistris, non est meum dare. »

Matris filiorum Zebedæi petitionem Dominus, non ut ejusmodi quæ vires suas excedat, aspernatur (nam quod vult potest), verum ut absurdam rejicit. « Dic enim, inquit, ut duo filii mei sedeant, unus a dextris tuis et alter a sinistris in regno tuo [71]. » At justus ille mercedum repensor æquo ac rationi consentaneo quodam judicio absurditatem hujusmodi coercet. Non est, inquit, meum simpliciter postulantibus dare ; verum iis qui labores subierunt, mercedem præbere. Neque enim justi judicis est sudores contemptui habere, ac segnibus et ignavis largiri. Quamobrem si hujusce sessionis eos cupiditas tenet, certamina illa minime ignorant, in quorum præmium ea, iis qui legitime certant [72], præparata est.

ΡΛΗ'. — ΚΥΘΗΡΙΩ ΣΑΒΕΛΛΙΑΝΩ.

Εἰς τό, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. »

Οὐκ ἔστιν, ὡς ἔγραψας, ἰδεῖν τὸ ἐν (33) Γραφῇ κρυπτόμενον φῶς, δι' ὧν ἐδήλωσας, ἀλλὰ μᾶλλον τυφλώττεις πρὸς τὴν αἴγλην τὴν ἐξ αὐτῆς ἀστράπτουσαν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν μίαν εἶναι φαινομένην ἐν αὐτῇ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ὑπόστασιν, μεγάλης εἶναι ἀνοίας, μᾶλλον δὲ ἐμβροντησίας. Εἰ γὰρ πρόσχῃς ἀκριβῶς τῇ ἀσφαλείᾳ τῶν γεγραμμένων, εὑρήσεις τὸ ἀπλανὲς τοῦ μυστηρίου. « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » εἴρηται· οὐχ, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν εἰμι. Τὸ τοίνυν ἓν τῆς μιᾶς οὐσίας δηλωτικόν· τὸ ἐσμέν, τῶν δύο ὑποστάσεων σημαντικόν.

CXXXVIII. — CYTHERIO SABELLIANO.

In illud : « Ego et Pater unum sumus. »

Lux illa, inquis, quæ in Scriptura delitescit, per ea, quæ exposuisti, cerni non potest. Imo vero ipse ad splendorem ex ea rutilantem caligas. Nam quod ais unam Patris et Filii personam in ea esse videri, magnæ stoliditatis, imo stuporis ac delirii est. Si enim ad eorum, quæ scripta sunt, cautionem et securitatem diligenter animum adjicias, mysterii certitudinem ab omni errore liberam reperies. « Ego enim et Pater meus unum sumus [73]. » dictum est : non, Ego et Pater unum sum. Itaque vox hæc, *unum* unam essentiam indicat ; illa autem, *sumus*, duas personas esse significat.

ΡΛΘ'. — ΘΕΩΝΙ.

Εἰς τό, « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. »

« Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, » Φιλιππησίοις γράφει ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἀνθρώποις καὶ δεισιδαίμοσι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων [Ἑλλήνων (34)] προμάχοις καὶ φύλαξι, καὶ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνα σχολῆς ἀπαραδέκτως πρὸς τὸ κήρυγμα ἔχουσι τοῦ Εὐαγγελίου. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμαθον Ἑλληνίζοντες τὸν θεὸν αὐτῶν καὶ ὕπατον γεγονότα ἐκτεμόντα τῶν γεννητικῶν ὀργάνων τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, δέει ὑπάρξεως ἑτέρων υἱῶν, καὶ τῆς βασιλείας κοινωνῶν, καὶ ἁρπαγὰς θεότητος καὶ ἔρεις καὶ πολέμους περὶ ταύτης πολλούς, ἠπίστουν εἰ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ δεῦρο ἐπιφοιτήσας σεσάρκωται καταλιπὼν τὰ οὐράνια, καὶ μὴ δεδιὼς τινα τοῦ κράτους μετάθεσιν. Ταύτην τοίνυν αὐτοῖς τὴν ἄγνοιαν, καὶ μᾶλλον ἄνοιαν, ὁ θεῖος ἀν-

CXXXIX. — THEONI.

In illud « Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo. »

« Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, » inquit Apostolus ad Philippenses scribens [74], hoc est ad homines superstitiosos, et ethnicorum dogmatum propugnatores et custodes, ac propter otium in illis collocatum sic affectos, ut Evangelii prædicationem minime admittere vellent. Quoniam enim cum gentiles essent, supremum deum suum patri suo eas partes, quæ ad gignendum destinatæ sunt, præcidisse didicerant, illud videlicet metuentem, ne alii filii exsisterent, regnique socii et consortes, ac divinitatis abreptiones, et dissidia de ea ac bella orirentur, addubitabant an Dei Filius, relictis cœli sedibus, nec ullam regni atque imperii commutationem veritus, ad nos veniens carnem

[71] Matth. xx, 21. [72] Sap. x, 17 ; I Cor. ix, 24. [73] Joan. x, 30. [74] Philipp. ii, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(32) Pro his, τινὶ κρίσει σωφρονίζει τὸ ἄτοπον, codd. Vat. 649 et Alt. legunt, ἀποκρίσει σωφρονίζει τὸ ἄκριτον. POSSIN.

(33) Loco asterisci ponunt τῇ codd. Vat. 649 et Alt., et vers. 3 τυφλώττειν pro τυφλώττεις. Vers. 5 et 6 pro his, εἶναι ἀνοίας μᾶλλον δὲ ἐμβρ., etc., sic habent, ἐστιν ἀνομίας, ἢ μᾶλλον ἐμ., etc. Vers. ult. loco asterisci ponunt iidem ἐστι. POSSIN.

(34) Quod inter uncos legitur, Ἑλλήνων, a codd. Vat. 649 et Alt. abest. Vers. 13 loco asterisci codd. Vat. 649 et Alt. ponunt ἢ. Vers. 19 post ἦν addunt οὐχ, et vers. 25 pro ἀνασώζηται legunt ἀναδώσηται. POSSIN.

43 suscepisset. Huic igitur eorum ignorantiæ, vel potius amentiæ, divinus vir atque arcanarum rerum doctor medicinam afferens, his verbis utitur: « Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinanivit semetipsum, formam servi accipiens [75]. » Quod perinde est ac si diceret: Deitatem ac regnum haudquaquam per vim eripuit, verum ante sæcula innatum habuit. Neque item ut id sibi eriperetur, subtimuit, verum cum et cœlestium, et terrestrium, et infernorum Dominus esset [76], nec supera reliquit, et ad nos accessit: imo etiam ad inferos usque profectus est, ut per omnia grassatus, undique omnia in salutem assereret: in terra nimirum eos, qui vivunt, ac victuri sunt, renovans: infra terram autem, eos, qui illic tenebantur [77], a mortis tyrannide abstrahens.

θρωπος καὶ τῶν ἀποῤῥήτων διδάσκαλος διορθούμενός φησι· « Τοῦτο φρονεῖσθε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, » τουτέστιν, ἣν ἥρπασε Θεότητα, καὶ βασιλείαν, ἀλλ' ἔμφυτον ἔσχε πρὸ τῶν αἰώνων, οὐδὲ ἀφαιρεθῆναι ὑπέλαβεν, ἀλλὰ Δεσπότης ὑπάρχων, καὶ τῶν ἐπουρανίων, καὶ τῶν ἐπιγείων καὶ τῶν καταχθονίων, οὐδὲ τὰ ἄνω κατέλιπε, καὶ πρὸς ἡμᾶς παρεγένετο· ἔτι καὶ τῷ ᾅδει ἐπιφοιτήσας, ἵνα διὰ πάντων γενόμενος, πάντοθεν τὰ πάντα ἀνασώζηται· ἐπὶ γῆς μὲν, τοὺς ζῶντας καὶ ζησομένους ἀνανεούμενος· ὑπὸ γῆν δὲ τοὺς κρατουμένους τῆς τοῦ θανάτου τυραννίδος ἀφαιρούμενος.

CXL. — ZOZIMO.

Ad Zosimum senem, et in malis perseverantem.

Humilis et abjecte Zosime, hora extrema est: quid ut in vitæ primordiis ignavia torpes? Messis tibi advenit, alba est regio ad excisionem [78]: quid, tanquam adhuc in semente sis, incuria laboras? Capitis tui pili finem tuum te doceant. Quid est quod diuturnum tempus te finem tuum perspicere minime docuit? Judex cum terrore accedit; quid tu opera tua ad collectionem non præparas? Crapulæ indulgere desine: aliquando saltem resipisce. Ne divinam lenitatem ludibrio habeas, cum temulentis edens ac bibens. Deus venire non moratur, ut existimas: verum tum accedet, cum tu ignorabis [79]. Ac deinceps jam te ex hac temulentia emergere oportet, saltem metu coercitum et castigatum.

ΡΜ'. — ΖΩΣΙΜΩ.

Πρὸς Ζώσιμον γεγηρακότα, καὶ τοῖς κακοῖς ἐπιμένοντα.

Ταπεινὲ Ζώσιμε, ἐσχάτη ὥρα ἐστί. Τί ὡς ἀρχὰς ἔχων τοῦ ζῆν ῥαθυμεῖς; Ὁ θερισμός σοι παρέστηκε· λευκή ἐστιν ἡ χώρα πρὸς τομήν. Τί ὡς πρὸ τοῦ σπεῖραι (35), ἀμελεῖς; Αἱ τρίχες σε τὸ τέλος διδασκέτωσαν· Τί ὁ μακρός σε χρόνος τὸ πέρας συνορᾷν οὐκ ἐπαίδευσεν; Ὁ κριτὴς ἔμφοβος παραγίνεται· τί οὐχ ἑτοιμάζεις τὰ ἔργα σου πρὸς τὴν σύστασιν; Παῦσαι κραιπαλῶν· νῆψον κἂν ὀψέ· μὴ καταγέλα τῆς θείας μακροθυμίας, ἐσθίων καὶ πίνων μετὰ τῶν μεθυόντων. Οὐ χρονίζει ἐλθεῖν ὁ Κύριός σου, ὡς νομίζεις· ἀλλὰ τότε παραγίνεται, ὅτε σὺ οὐ γινώσκεις. Καὶ χρὴ σε λοιπὸν ἀνανῆψαι, κἂν ἐκείνῳ τῷ φόβῳ σωφρονισθέντα.

CXLI. — ADAMANTIO.

Ad Judæos, de divina conceptione.

Dic ad Judæum, qui de divina incarnatione tecum altercatus est, negatque fieri posse ut natura humana citra complexum venereum ac semen pariat: haud novum ac mirum videri debet, si cum omnibus legis mysteriis ac dogmatibus hoc quoque ignoras. Nam qui ipsamet legis præludia, quæ perspicua et aperta sunt, minime cognoscere potuisti, quonam pacto in abditum ipsius penetrale prospicere queas? Scriptum est enim: « Immisit Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam [80], » cum prius ipsum Adam e terra creasset. En igitur vir e terra, et mulier ex viro: et uterque sine concubitu. Quoniam igitur 44 mulier

ΡΜΑ'. — ΑΔΑΜΑΝΤΙΩ.

Πρὸς Ἰουδαίους· περὶ τῆς θείας συλλήψεως.

Εἰπὲ τῷ Ἰουδαίῳ τῷ πρὸς σὲ διενεχθέντι περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, καὶ λέγοντι, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι φύσει ἀνθρωπείᾳ δίχα συνουσίας καὶ σπέρματος τεκεῖν· ὅτι οὐδὲν ξένον, εἰ καὶ τοῦτο ἀγνοεῖς, μετὰ [τῶν] (36) πάντων τῶν τοῦ νόμου μυστηρίων καὶ δογμάτων. Ὁ γὰρ εὐθέως τὰ προοίμια τοῦ νόμου καταμαθεῖν μὴ δυνηθεὶς, ἐπίδηλα ὄντα καὶ σαφῆ, πῶς δύνασαι εἰς τὸν ἀπόκρυφον αὐτοῦ διιδεῖν, ἢ διακύψαι βυθόν; Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς· καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα, » πρότερον κτίσας ἀπὸ τοῦ χοὸς τὸν Ἀδάμ. Ἰδοὺ οὖν ὁ ἀνὴρ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀμφότεροι τῆς συνουσίας χωρίς. Ἐπεὶ οὖν

[75] Philipp. II, 5-7. [76] Ibid. 10. [77] I Petr. III, 19. [78] Joan. IV, 36. [79] II Petr. III, 10; Matth. XXIV, 42. [80] Genes. II, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Cod. Sfort. legit, ὡς πρὸς τὸ σπεῖραι, sed edita lectio videtur melior, uti et vers. 2 præferendum est quod in editis legitur ῥαθυμεῖς illi quod suggerit idem cod. Sfort. ῥαθύμως. Similius vero est quod vers. 6 pro ἔμφοβος Cod. Vat. 649 et Sfort. habent ἐμφόβως. POSSIN.

(36) Dele τῶν post μετὰ, nam illud non agnoscunt codd. Vat. 649 et Alt. Vers. 19 et 20 pro ὥσπερ lege ὅπερ, et post γεγένητο adde τοῦτο καὶ, auctoribus iisdem. POSSIN.

ἐπώφειλεν ἡ γυνὴ χρέος τῷ ἀνδρὶ, ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ δίχα σπορᾶς ὑποστᾶσα, τοῦτο ἀπέτισε καὶ μήτηρ τοῦ Κυρίου, αὐτὸν δίχα σπέρματος ἀποδοῦσα σεσαρκωμένον. Οὐκ ἔστιν οὖν τῇ φύσει ἀδύνατον· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων ἤδη γεγένητο, ἐπὶ τῆς Δεσποτικῆς οἰκονομίας τετέλεστο· εἰ καὶ τὰ παράδοξα τῷ τόκῳ τούτῳ ὠφείλετο· ἀναγίνωσκε οὖν, ἵνα γινώσκῃς. Εἰ δὲ γινώσκειν οὐ βούλει, μὴ ἀναγίνωσκε, ἵνα μὴ καταγινώσκῃ, ὡς ἀγνοῶν ἃ ἀναγινώσκεις.

velut debito quodam astricta erat viro, ut quæ ex ipsius costa citra concubitum exstitisset, Domini mater illud persolvit, eum videlicet absque ulla seminis profusione incarnatum reddens. Quare hoc naturæ minime impossibile est : verum quod prius in primis jam parentibus contigerat, hoc in Dominica quoque incarnatione confectum est : etiamsi alioqui nova et admiranda huic partui debebantur. Lege igitur, ut intelligas. Sin autem intelligere non vis, ne quidem lege, ne condemneris, velut ignorans quæ legis.

ΡΜΒ'. — ΕΙΡΩΝΙ (37) ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Περὶ δούλου πταίσαντος ἵνα λάβῃ συγχώρησιν.

Κατέλαβέ τις τὴν ἐσχατιὰν, ἣν οἰκοῦμεν, νεώτερος, καὶ ἐντυχὼν τῷ τὴν θύραν φυλάσσοντι, πρὸς ἐμὲ γενέσθαι ἠξίωσεν. Ὡς δὲ ἑτοίμη ἡ ἡμετέρα συνήθεια πάντας οἴκοι προσίεσθαι, καὶ δεξιᾶς μεταδιδόναι ὁμιλίας καὶ ἀναπαύσεως, εἰσεκλήθη, καὶ πρηνὴς σπουδαίως ἐπ' ἐδάφους ἐγένετο, οὐδὲν εἰπὼν πρὸ [τοῦ] κλαῦσαι πολλά· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ καὶ χειρὶ ἀντελαβόμην, καὶ συμβαλέσθαι τὰ ἐν δυνάμει ὑπεσχόμην, καὶ ὅς τις εἴη, καὶ ὅτου χρήζει ἠρόμην, οἰκέτης μὲν ἔφη εἶναι ὑμέτερος, πταίσματι δὲ ἐξ ἀγνοίας ἐμπεπτωκέναι κρείττονι, ὡς ἐνόμισε, μεταγνώσεως· καὶ τὸ μὲν πρώτῳ [τὸν] ἐξέπληξεν· οὐ γὰρ οἶμαι οἰκέτην ἔχειν τὸν φιλόχριστον Εἴρωνα, εἰδότα τὴν χάριν τὴν πάντας ἐλευθερώσασαν. Τὸ δεύτερον δὲ ἠνίασεν, ἐπειδὴ πᾶν ἁμάρτημα παρὰ τῶν πραξάντων, καὶ δευτερούμενον ἀφιέναι ἀλλήλοις παρὰ Χριστοῦ ἐκελεύσθημεν, καὶ διδάξαντος, καὶ ποιήσαντος οὕτως. Διδάξαντος μὲν, « Ἐὰν μὴ ἀφῆτε παραπτώματα τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲ ὑμῖν ἀφήσει ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν· » ποιήσαντος δὲ ἐν τῷ τὴν πόρνην καὶ τὸν τελώνην Ματθαῖον καὶ Σαμαρεῖτιδα καὶ Παράλυτον, καὶ αὐτὸν Πέτρον τὸν τοῦ θιάσου [τῶν] μαθητῶν κορυφαῖον, οὐ μόνον σωματικῶν, ἀλλὰ καὶ ψυχικῶν [ἀπολῦσαι] ἁμαρτημάτων καὶ νοσημάτων. Εἰ οὖν [τὸν] Χριστὸν θέλεις μιμήσασθαι, τὰ μεγάλα συγχώρει τοῖς πταίουσιν ἁμαρτήματα. Τὰ γὰρ βραχέα καὶ ὡς κοινὰ παρορῶσιν οἱ πλείονες, καὶ παρακλήσει χαρίζονται. Τὰ δὲ μείζονα, μόνοι οἱ μεγάλην ἔχοντες πρὸς Θεὸν τὴν συνείδησιν, καὶ μεγάλους μισθοὺς παρ' αὐτοῦ τῶν λαμπρῶν πράξεων περιμένοντες.

CXLII. — IRONI SCHOLASTICO.

De servo lapso, ut veniam accipiat.

Ad solitudinem hanc, quam incolimus, juvenis quidam venit, nactusque janitorem, ut sibi ad me adeundi potestas fieret, rogavit. Ut igitur pro meo more omnes domo admittere ac commodum ipsis colloquium et requietem impertire paratus sum, accersitus est. Ille autem statim humi seipsum prostravit, nullum verbum prius locutus, quam ingentem vim lacrymarum profudisset. Posteaquam autem ego, et manu eum prehendissem, et me ipsi pro mea virili opem laturum esse promisissem, et quisnam esset, atque quanta re opus haberet quæsivissem, famulum tuum se esse dixit, in hujusmodi autem peccatum ex ignoratione incidisse, quod omnem, ut existimabat, resipiscentiam superaret. Ac primo quidem admiratione me affecit. Neque enim Christi amantem Ironem, qui cognitam et exploratam eam gratiam habeat, quæ omnes in libertatem vindicavit, famulum ullum habere arbitror. Deinde autem mœrorem mihi attulit. Siquidem peccatum omne, etiam ab iis qui id admiserint repetitum, alii aliis mutuo remittere a Christo jussi sumus. Id enim ille et docuit, et fecit. Docuit, inquam, his verbis, « Nisi remiseritis peccata hominibus, nec Pater vester qui in cœlis est, remittet vobis peccata vestra [81]. » Fecit autem, cum meretricem [82], et publicanum Matthæum [83], et Samaritanam [84], et paralyticum [85], atque adeo ipsum Petrum apostolici sodalitii coriphæum, non solum corporeis, sed etiam spiritualibus peccatis ac morbis liberavit. Quocirca si Christum imitari cupis, magna iis, qui delinquunt, peccata condona. Nam exigua, et ut communia plerique dissimulant, et precibus permoventur. At vero majora, ii duntaxat remittunt, qui magnam ad Deum conscientiam habent, ac magna ab eo pro præclaris actionibus præmia exspectant.

ΡΜΓ'. — ΘΑΛΛΕΛΑΙῼ (38).

Καλῶς καὶ νουνεχῶς προσέχεις τῇ ἀναγνώσει τῆς

CXLIII. — THALELÆO.

Præclare ac prudenter facis, qui, inutilis illius et

[81] Matth. VI, 15. [82] Luc. VII, 37. [83] Matth. IX, 9. [84] Joan. IV, 5 seqq. [85] Matth. IX, 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(37) Inscribitur hæc epistola in codd. Vatic. 649, Alt. et Sfortiano, non Εἴρωνι, sed Ἥρωνι, *Heroni*, unde et nomen illud in contextu corrige. Vers. 5 post μεταδιδόναι cod. Sfort. addit καί. Vers. 7 dele πρό (τοῦ) et loco eorum pone πρινή, sic enim habent codd. Vat. 649 et Alt. Vers. 12 pro τὸ μὲν πρώτῳ (τὸν) lege cum cod. Vat. 649, τῷ μὲν πρώτῳ, vel cum Sfort. τὸ μὲν πρῶτον. Vers. 14 et 15 pro τὸ δεύτερον, codd. Vat. 649 et Sfort. legunt τῷ δευτέρῳ. Mox ante ἠνίασεν, Codd. Alt. addit οὐχ. Possin.

(38) Inscriptio epistolæ in cod. Vatic. 649 est Θαμελέῳ. Vers. 4 cod. προσδεξάμενος in præsens transfert, scribit enim προσδεχόμενος. Vers. 7 ambo

amaræ lectionis, exclusa nausea, divinæ doctrinæ lectioni operam des, 45 Christique mandata pio ac Dei amore prædito animo susceperis. « Nolite igitur dare sanctum canibus [86], » hoc est Judæis, qui divinum sermonem persæpe acceperunt, ac rursum ad vomitum suum revertuntur [87]: aut hæreticis, ad veram doctrinam se conferentibus, ac rursum ad priorem sententiæ perversitatem redeuntibus. Margaritas item ne ante porcos projiciamus, divino interdicto prohibemur [88], hoc est ante eos, qui in vitiosis affectionibus volutantur, ac porcinum vitæ genus sequuntur [89]: ne forte conculcent eas pedibus, nimirum in sceleratis suis studiis divino nomini contumeliam inferentes: et conversi disrumpant vos. Siquidem divinorum mysteriorum cum hujusmodi hominibus communicatio, iis, qui per contemptum ea impertiunt, ejusmodi diruptio est, ex qua emergere nequeant.

θείας παιδεύσεως, τῆς ἀνωφελοῦς ἐκείνης καὶ ἁλμυρᾶς ἀναγνώσεως τὸν ναυτιασμὸν ἀποκλεισάμενος, καὶ τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐντολὰς θεοφιλῶς προσδεξάμενος. Μὴ δότε τοίνυν τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, τοῖς πολλάκις τὸν θεῖον λόγον δεξαμένοις Ἰουδαίοις, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφουσιν, ἢ τοῖς ἐξ αἱρέσεων ἐπὶ τὸν ἀληθῆ λόγον βαδίζουσιν, καὶ παλινοστοῦσι πρὸς τὴν προτέραν κακόνοιαν. Τοὺς δὲ μαργαρίτας μὴ βάλλειν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων ἐκελεύσθημεν, τῶν πάθεσι συμφυρομένων, καὶ χοιρώδη βίον μετερχομένων, μή ποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς πονηροῖς αὐτῶν ἐπιτηδεύμασι, βλασφημοῦντες τὸ θεῖον ὄνομα, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. Ἡ γὰρ πρὸς τοὺς τοιούτους τῶν μυστηρίων μετάδοσις, ῥῆξίς ἐστιν ἀνέγερτος τοῖς καταφρονητικῶς μεταδιδοῦσιν.

CXLIV. — ATHANASIO.

Quid tu, cum arctam viam tibi tenendam proposueris ac de ea re pacta cum Deo inieris, lata via, quæ ad mortem ducit [90], incedis? Nam præsens indulgentia futuram pœnam accersit. Contra præsens afflictio, et cupiditatum compressio futurorum bonorum fructum atque oblectamentum parat [91].

ΡΜΔ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ.

(39) Τί τὴν στενὴν ἑλόμενος, καὶ [τὰς] συνθήκας ὑπὲρ αὐτῆς Θεῷ παρασχόμενος, τὴν πλατεῖαν ὁδεύεις ὁδὸν, τὴν εἰς θάνατον φέρουσαν; Ἡ γὰρ ἐνταῦθα ἀφείδεια, τὴν ἐκεῖθεν φέρει τιμωρίαν. Ἡ δὲ παροῦσα κάκωσις, καὶ τῶν ὀρέξεων στένωσις, τὴν μέλλουσαν τῶν ἀγαθῶν ἑτοιμάζει ἀπόλαυσιν.

CXLV. — MARONI.

Venerandum esse sacerdotium.

Etsi concursatione ac pecuniarum mole sacerdotium rapuisti, homines, utpote ad veritatem cæcutientes, fallens: at non item est quod putes te futuram retributionem latere posse. Nam nec miraculum in Christi nomine a quibusdam editum, nec dæmonum objurgatio, nec virtutum multarum operatio, ex horrenda flamma eos, qui huic obnoxii erunt, extrahere poterit. Quod si quis dicat: Cur ergo Deus edendorum miraculorum potestatem indignis hominibus faciebat [92]? responderim ego: Quoniam Dominus ad conciliandam nomini suo gloriam divina signa perpetrabat, tum ut dæmonum insidias prohiberet, tum ut planam et inoffensam Evangelio viam muniret: quorum utrumque graviorem ingratis hominibus pœnam afferet, quod videlicet tantam a Deo potentiam consecuti, bonorum datorem sponte sua ignorarunt: dæmones nimirum ejicientes, ac morbos invocato Christi nomine profligantes, ingratitudinis autem ab ipsis convicti. Siquidem improbi ac sævissimi dæmones obsequentiores quam isti se præbuerunt, ut qui Domini nomen pertimuerint, ac quam celerrime in fugam se dederint. Quamobrem ipsis inevitabile supplicium denuntiatum est, illud nempe a Christo audientibus, « Discedite a me, operarii iniquitatis, nescio vos [93]. »

ΡΜΕ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Ὅτι φρικτὸν ἱερωσύνη.

Εἰ καὶ τὴν ἱερωσύνην περιδρομῇ καὶ χρημάτων ἥρπασας ὁλκῇ, λαθὼν τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἀβλεπτοῦντας πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ μὴ καὶ τὴν μέλλουσαν οὕτω νομίσῃς λανθάνειν ἀνταπόδοσιν. Οὔτε γὰρ θαυματουργία εἰς ὄνομα Χριστοῦ γινομένη παρά τινων, οὔτε δαιμόνων ἐπιτίμησις, οὔτε δυνάμεων ἐνέργεια πολλῶν, ἐξελέσθαι τῆς φοβερᾶς φλογὸς τοὺς ὑπευθύνους αὐτῆς δυνήσεται. Εἰ δὲ φαίη τις, Τί οὖν συνεχώρει ὁ Θεὸς τοῖς ἀναξίοις τὰ θαύματα, φαίην ἐγώ· Ὅτι διὰ τὴν δόξαν οἰκείου ὀνόματος ἐπλήρου τὰς θεοσημείας ὁ Κύριος, καὶ τῶν δαιμόνων κωλύων ἐπιβουλὰς, καὶ ὁδὸν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁμαλίζων ἀπρόσκοπον· ἅπερ ἀμφότερα κατάκρισιν οἴσει τοῖς ἀγνώμοσι μείζονα, ὅτι τοσαύτης παρὰ Θεοῦ τυχόντες δυνάμεως, τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν ἑκουσίως ἠγνόησαν, τοὺς μὲν δαίμονας καὶ τὰ πάθη ἐπικλήσει Χριστοῦ θεραπεύοντες (40), ἀχάριστοι δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχόμενοι. Οἱ γὰρ πονηροὶ καὶ παγχάλεποι δαίμονες εὐπειθέστεροι τούτων γεγόνασι, καὶ δειλιάσαντες τοῦ Κυρίου τὸ ὄνομα, καὶ σὺν τάχει πολλῷ δραπετεύσαντες. Ὅθεν αὐτοῖς ἄφυκτος ἠπείληται κόλασις, « Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, » οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας ἀκούουσιν.

[86] Matth. vii, 6. [87] II Petr. ii, 22. [88] Matth. ii, 6. [89] II Petr. ii, 22. [90] Matth. vii, 13. [91] Luc. xvi, 25. [92] Act. xix, 4. Matth. vii, 22. [93] ibid. 23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

codd. Vat. 649 et Alt. ἐπιστρέφουσιν in ὑποστρέφουσιν commutant, uti et vers. penult. ἀνέγερτος in ἀνήγερτος. Possin.

(39) Longe correctius codd. Vat. 649 et Alt. hujus epistolæ principium sic exhibent: Τί τὴν στενὴν εἰλάμενος, καὶ συνθήκας ὑπὲρ αὐτῆς, etc. Possin.

(40) Pro θεραπεύοντες multo melius codd. Vat. 649 et Alt. habent φυγαδεύσαντες. Possin.

ΡΜϚʹ. — ΤΙΜΟΘΕῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Διὰ τί τὸ δῶρον προσενεγκεῖν ὁ λεπρὸς ἐκελεύετο ὅπερ ὁ νόμος προσέταξεν.

Καλῶς ἐρευνᾷς τὰς Γραφὰς ὁ τῶν τιμίων ἔμπορος μαργαριτῶν. Καὶ συντόμως ἐρῶ [τοῦτο] (41) ὃ ζητεῖς. Τούτου χάριν τὸ δῶρον προσενεγκεῖν ὁ λεπρὸς ἐκελεύετο, ὅπερ ὁ νόμος προσέταξεν, ἵνα δειχθῇ τῶν δύο Διαθηκῶν ἡ ὁμόνοια· καὶ ὅτι ὁ νῦν τὴν ἴασιν ἐργασάμενος, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν νόμον ἐνθέμενος.

CXLVI. — TIMOTHEO LECTORI.

46 *Cur leprosus munus offerre jubebatur quod lex præcepit.*

Scripturas pulchre scrutaris [94], o eximiarum margaritarum mercator [95]. Ac paucis quod quæris, expediam. Eam ob causam leprosus munus lege indictum offerre jubebatur [96], ut utriusque Testamenti concordia demonstraretur: quodque is, qui nunc morbum depulit, idem ipse est, qui legem quoque imposuit.

ΡΜΖʹ. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ.

Παραζηλῶν ὁ Κύριος τὸν ἀχάριστον δῆμον τῶν Ἰουδαίων τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι ἀντιλέγοντα, πολλοὺς ἐλεύσεσθαί φησιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν προπατόρων αὐτῶν ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἀνακλιθήσεσθαι, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τοῦ νόμου τοὺς τῆς χάριτος λίθους οἰκοδομῶν, καὶ τοῖς πατριάρχαις συντάσσων τὸν θεῖον λαόν (42)· καὶ δεικνὺς τὴν τοῦ νόμου πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον συνάφειαν, καὶ τοὺς ἐν ἀμφοτέραις εὐδοκιμήσαντας τευξομένους ἀναρρήσεως, τοὺς δὲ οἰήσει γένους ἐναβρυνομένους, καὶ ἀρετῆς μὲν χηρεύοντας, υἱοὺς δὲ ὑπάρχειν τῆς βασιλείας κομπάζοντας εἰς ἀτελεύτητον τιμωρίαν ὀλισθησομένους.

CXLVII. — EIDEM.

De Abraham, Isaac et Jacob.

Dominus ingratum Judæorum populum, atque evangelicæ prædicationi repugnantem, velut zelotypiæ œstro concitans, multos ab oriente et occidente venturos esse ait, atque cum Abraham, Isaac et Jacob, generis ipsorum principibus, in cœlorum regno recubituros esse [97], legis videlicet fundamento gratiæ lapides superstruens, divinumque populum cum patriarchis aggregans, legisque cum Evangelio conjunctionem ostendens; eosque qui in utroque præclare atque ex virtute se gessissent, laudem ac prædicationem consecuturos esse; eos autem, qui generis opinione ac fastu gloriantur, et cum virtute careant, filios tamen regni se jactant, in sempiternum cruciatum prolapsuros esse.

ΡΜΗʹ. — ΚΟΝΩΝΙ ΑΡΧΟΝΤΙ.

Ποταπὸν χρὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον.

Αἱ ἀρχαὶ τῶν πραγμάτων (43) καὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ τῶν θρόνων τὰ ὑψηλὰ, καὶ τῶν βημάτων αἱ αὐστηρίαι, εἰ γνώμαις φιλαγάθοις συζεύγνυνται, ὄντως ἀρχαὶ τυγχάνουσι, τὴν ἄνω τάξιν μιμούμεναι· ἂν δὲ πονηραῖς προθέσεσι περιπέσωσι, τυραννίδες μᾶλλον ὑπάρχουσιν, ἀκόντων ἄρχουσαι, καὶ ἀντὶ πειθοῦς ἔριδας καὶ στάσεις τεκταίνουσαι. Τί τοίνυν τὰ πρῶτα καταλιπὼν, τοῖς δευτέροις συγκακουχεῖς; Οὐ γὰρ κακίζεις τοὺς ὑπηκόους, ἀλλὰ σαυτὸν πρὸ ἐκείνων ἀμύνῃ. Ἡ γὰρ τῶν δήμων προπέτεια, τῷ μὲν ἄρχοντι προσρηγνυμένη, πολλή τίς ἐστι καὶ δυσήνιος, εἰς δὲ πλῆθος μεριζομένη, βραχεῖα καὶ δυσεύρετος γίνεται.

CXLVIII. — CONONI PRÆSIDI.

Qualem esse oportet episcopum.

Rerum ac gentium principatus, et thronorum fastigia, et tribunalium severitates, si probis animis conjungantur, vere principatus sunt, cœlestem ordinem imitantes. Sin autem in improbas voluntates incidant, tyrannides potius exsistunt, invitis imperantes, atque illecebræ ac suadelæ loco contentiones et seditiones machinantes. Quid igitur tu prioribus relictis una cum posterioribus vexaris? Neque enim eos, quibus præes, malo afficis, verum teipsum ante eos ulcisceris. Siquidem subditorum temeritas ac petulantia cum præsidi alliditur, vehemens est, atque ejusmodi quæ vix freno coerceri possit; in vulgus autem divisa, exigua et inventu difficilis exsistit.

ΡΜΘʹ. — ΤΡΙΒΟΥΝΙΑΝΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ὅτι λίαν ἐπικίνδυνον ἡ ἐπισκοπὴ, καὶ οὐ μόνον ὁ ταύτῃ ἐπιπηδῶν ἐπίσκοπος, ἀλλὰ καὶ οἱ ψηφιζόμενοι ἀνάξιον, ἀπαραιτήτοις εἰσὶν ἐπιτιμίοις ὑπεύθυνοι.

Ἐπίσκοπος ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τὴν οἰκείαν

CXLIX. — TRIBONIANO EPISCOPO.

Episcopatum rem periculosam esse, neque solum eum qui ipsum occupat, sed eos etiam qui indignum suis suffragiis eligunt, inevitabilibus suppliciis esse obnoxios.

Episcopus, ex ipso nomine, quid ipsius muneris

[94] Joan. v, 39. [95] Matth. xiii, 45. [96] Matth. viii, 4. [97] ibid. 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(41) Dele τοῦτο, omissum ab Alt. Ultima verba epistolæ sic emendatius in codd. Vat. 649 et Alt. exstant, αὐτός ἐστι καὶ τὸν νόμον ὁ θέμενος. Possin.

Εἰ καὶ τῷ Θεῷ ὑπόδικοι, ὡς ἔφης, οἱ κακῶς χρώμενοι τοῖς ἱεροῖς (82) τυγχάνουσιν ἱερεῖς, ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο ἀγνοεῖς· μὴ καὶ τὴν πρόθεσιν τῆς δωροφορίας ὑβρίσῃς, τὸν τρόπον τῆς δαπάνης αὐτῆς ἐρευνῶν, ὡς ἐπὶ τούτῳ δεδωκὼς, ἵν' εὐθύνας αὐτῆς ἀπαιτῇς, κἀκείνους τοῦ μέλλοντος ἐξέλῃ λογοθεσίου. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐπιδεικτικῶς εὖ ποιοῦντες, τοῖς ἐνταῦθα κρότοις τὴν ἐκεῖθεν ἀμοιβὴν ζημιοῦνται· οὕτως οἱ τοῖς ἐκεῖσε δίκην χρεωστοῦντες, ἐνταῦθα προεξετάζοντες, τῆς ἐκεῖθεν ἀφιᾶσιν αἰτίας καὶ τιμωρίας.

CLXXXVIII. — ASCLEPIO.

De iis qui terribilem diem contemnunt.

Si cœlum libri instar convolvitur, et astra cadunt, et Orion ac terra, et omnia quæ ipsius complexu coercentur, igne conflagrant [32], cunctaque nuda et aperta [33] magno illi Dominicæ præsentiæ diei præparantur: ecquid ipse incuria laboras, ac non, ut rationes redditurus, te præparas, verum ut criminum expers, atque incognitus futurus, pœnitentiam differs? Vide igitur ne tum denique tibi in mentem veniat pœnitentia, cum desperationi soli locus erit.

ΡΠΗ'. — ΑΣΚΛΗΠΙΩ.

Περὶ ἀμελούντων τῆς φοβερᾶς ἡμέρας.

Εἰ [ὁ] οὐρανὸς ὡς βιβλίον ἑλίσσεται, καὶ τὰ ἄστρα πίπτει, καὶ Ὠρίων, καὶ (83) γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατακαίεται, καὶ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τῇ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας ἑτοιμάζεται· τοῦ χάριν αὐτὸς ἀμελεῖς, καὶ οὐχ ὡς εὐθύνας ὑφέξων εὐτρεπίζῃ, ἀλλ' ὡς ἀνέγκλητος λησόμενος, ἀναβάλλῃ τὴν μεταμέλειαν; Ὅρα οὖν μὴ τότε σοι ἐπέλθῃ ἡ μετάγνωσις, ὅτε μόνη πάρεστιν ἡ ἀπόγνωσις.

CLXXXIX. — SERENO.

Pulchrum quidem est pietatis martyres votivis donis ornare, quemadmodum tu facis. Pulchrius autem ac præstantius fuerit, eos, per ea quæ cum virtute ac laude gesserunt, colere. Quamobrem quibus ornatum obtulisti, fac iisdem quoque mores offeras.

ΡΠΘ'. — ΣΕΡΗΝΩ.

Καλὸν μὲν τὸ τιμᾷν τοὺς μάρτυρας τῆς εὐσεβείας τοῖς ἀναθήμασιν, ὅπερ αὐτὸς πεποίηκας. Κρεῖττον δὲ τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς οἷς ἐποίησαν (84) κατορθώμασιν. Οἷς τοίνυν προσενήνοχας τὸν κόσμον, καρποφόρησον αὐτοῖς καὶ τὸν τρόπον

CXC. — PALLADIO.

Puer, qui ob aurium levitatem improbis sermonibus depravatus atque corruptus, abs te profugit,

ΡϞ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ.

Ὁ παῖς ὁ πεφευγώς σε δι' εὐχέρειαν ἀκοῆς λόγοις φαύλοις (85) φθαρεὶς, ἧκέ σοι δι' εὐπείθειαν, εὔνοιαν

[32] Apoc. VI, 12, 13; II Petr. III, 12. [33] Hebr. IV, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(81) Verba, ἀλλὰ πρόσφερε μόνον, absunt a cod. Vat. 649, nec vana suspicio est subdititia esse. Vers. 2 quod editio præfert προκομίσας correctius duo codd. Vat. 649 et Alt. scribunt. προσκομίσας. Vers. 3 et 4 pro illis: ἀρκεῖ γὰρ μόνον τὸ δοῦναι, codex Barberinus, consentiente Altaemsi, legit, ἀρκεῖται γὰρ μόνῳ τῷ δοῦναι. Possin.

(82) Cod. Vatic. 649 cum Alt. ἱεροῖς mutat in ἱερείοις, et vers. seq. ἀγνοεῖς in ἀγνόει. Vers. 5, pro τούτῳ δεδωκὼς, ἵν' εὐθύνας, etc., sic legit Alt., τούτῳ δὲ δοκῶσιν εὐθύνας, etc. Vers. 6 pro ἐξέλῃ codd. ambo Vatic. 649 et Alt. habent ἐξελῇ. Vers. 8. post. ἀμοιβὴν, cod. Vat. 649 addit. ζητοῦντες. Vers. cod. et 9 pro τοῖς ἐκεῖσε δίκην χρεωστοῦντες cod. Vat. 649 legit, τοὺς ἐκεῖσε δίκην χρεωστοῦντας. Id.

(83) Duo hiatus vers. 2 recte explebuntur additis articulis ὁ et ἡ. Pro primo auctor est cod. Vat., consentiente Alt.; secundum prona suadet conjectura. Id.

(84) Pro ἐποίησαν cod. Alt. legit ἐποίησας. Id.

(85) Tres cod.: Vat. 649. Sfort. et Alt. φαύλοις recte in φαύλων mutant, moxque pro ἧκέ σοι melius legunt ἧκει σοι. Vers. 3 pro διδαχθεὶς duo codd. Sfort. et Alt. habent παιδευθεὶς, quod mihi quidem magis arridet. Id.

παρ' ἡμῶν διδαχθείς. Δέχου τοίνυν εὐμενῶς, καὶ ἡμῖν καὶ σαυτῷ χαριούμενος· ἡμῖν τὴν ἀγάπην, σαυτῷ δὲ τὴν χρείαν.

A propter obedientiam ad te redit, benevolentiam a nobis edoctus. Quocirca facili ac placido animo eum excipe. Sic enim, et nobis, et tibi ipsi commodabis: nobis videlicet charitatem et benevolentiam, tibi ipsi autem officium atque obsequium præstans.

ΡϞΑ'. — ΚΑΛΛΙΟΠΙΩ.

Ὅτι καλὸν τὸ φεύγειν (f. add. *τὰς*) *πολιτείας· καὶ πρὸς ἄρχοντας.*

Ἡμεῖς τὰς πόλεις ὡς θορυβώδεις πεφεύγαμεν, καὶ θορύβους ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς εὑρήκαμεν. Οἱ γὰρ ἡγεμόνες τῆς πολιτείας, οἱ τὰς πόλεις ἠρεμεῖν παρασκευάζειν ὀφείλοντες, νῦν τὰς ἐρημίας πολίζουσι, τοὺς οἰκοῦντας αὐτὰς τρέποντες εἰς φυγάδας (86), καὶ ἡμῖν δακρυώδεις ἐπαντλοῦντες φωνάς. Ὅτι δὲ θεῖον τὸ συμπαθεῖν, εὖ οἶδα κἀγώ· ὅτι δὲ τὸ πρὸς ἐκδίκησιν ἀσθενὲς προσθήκη ἐστὶ τῆς πληγῆς, καὶ τοῦτο οὐκ ἀγνοῶ. Αὐτὸς οὖν ὡς ἔχων τὸ δύνασθαι, καὶ ἀρκῶν πρὸς τὴν ἄμυναν, καὶ παῦσον τὴν ἀδικίαν, καὶ στῆσον τὴν πολιτείαν, καὶ δὸς ἡμῖν ἠρεμίαν, στείλας τοὺς θρήνους τῆς ἐρημίας.

CXCI. — CALLIOPIO.

Fugiendam esse reipublicæ administrationem: et ad magistratus.

Nos urbes, ut tumultibus laborantes, fugimus: atque in solitudine tumultus invenimus. Etenim reipublicæ duces, qui pro suo munere tranquillitatem urbibus conciliare debent, nunc solitudines in urbes commutant, earum videlicet incolas in exsules convertentes, nobisque lugubres voces infundentes. B Quod autem divina res sit commiseratio, ipse quoque scio. Quod item ulciscendi imbecillitas, plagæ accessio sit, ne id quidem ignoro. Tu ergo, ut qui et opibus ac potentia præditus, et vindicandis injuriis par sis, injuriam comprime, atque rempublicam constitue, nobisque quietem tribue, sedatis nimirum et exstinctis solitudinis luctibus.

ΡϞΒ'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ.

Διὰ τί ὁ Ἰακὼβ ἐν τῷ τίκτεσθαι τῆς πτέρνης ἐπείληπτο τοῦ Ἡσαῦ.

Τῆς πτέρνης Ἡσαῦ ὁ Ἰακὼβ ἐπείληπτο ἐν τῷ τίκτεσθαι, τοῦτο σημαίνων διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι ὁ νοῦς ὁ βλέπων Θεὸν καθαρότητι (τοῦτο γὰρ Ἰσραὴλ ἑρμηνεύεται), πτερνίζει τὰ πάθη τὰ γαστρίμαργα· ὅπερ ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων τετέλεστο, ἡνίκα τὴν ἀκαρτέρητον λύτταν ὁ Ἐδὼμ ἐπεδείξατο, καὶ τῆς πρεσβυγενείας τὴν τιμὴν οἰκέτιν ἐποίησε βρώσεως.

CXCII. — LAMPETIO.

57 *Cur Jacob cum nasceretur, Esau plantam arripuit* [34].

Jacob Esau plantam in ortu arreptam tenebat: hoc videlicet per hanc speciem significans, quod mens, quæ Deum per puritatem cernit (id enim si interpreteris, Israel sonat) gulæ affectus supplantat. C Quod quidem in illis ipsis impletum est, cum Edom effrenatæ cujusdam rabiei significationem dedit, ac primigeniorum honorem edulii servum effecit.

ΡϞΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τί ᾐνίξατο, τὰ τῶν ἐρίφων δέρματα ὁ Ἰακὼβ περιθέμενος

Ὀξέως ἐπιβάλλεις τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ δριμέως θηρεύεις τὰ κεκρυμμένα αἰνίγματα. Τὰ δέρματα τῶν ἐρίφων ὁ Ἰακὼβ περιθέμενος, καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ πατρὸς πορισάμενος, τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα ᾐνίξατο, τὴν ἐναμάρτητον (87) φύσιν ἀναμαρτήτως δεξάμενον, καὶ τὰ πάθη αὐτῆς ἐν ἑαυτῷ θανατώσαντα· τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ τῶν νεκρῶν δερμάτων περίθεσις· ἐπειδὴ οὐδὲν ἐριφῶδες λοιπὸν ἐν τῇ φύσει κατέλιπε, τῆς εὐωνύμου στάσεως καὶ κρίσεως ἄξιον. Ἀλλὰ νεκρώσας αὐτῆς τὰ γήϊνα μέλη, καὶ βρῶσιν προσφιλῆ τῷ Πατρὶ προσεκόμισε, τὴν ἡμετέραν ἀεὶ πεινῶντι σωτηρίαν, καὶ ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀναφαίρετον εὐλογίαν ἐπήγασεν.

CXCIII. — EIDEM.

Quidnam innuerit illud, quod Jacob hædorum pellibus se contexerit [35].

Ingeniose et argute animum cogitationibus adjicis, atque acute occulta ænigmata venaris. Jacob hædorum pellibus contectus, ac paternam benedictionem consecutus, Dominum ac Salvatorem nostrum significavit, qui peccato obnoxiam naturam citra peccatum suscepit, ac vitiosos ipsius affectus in seipso interemit (hoc enim mortuarum pellium indumentum designat). D Quandoquidem nihil jam hædinum, ac sinistro latere atque condemnatione dignum in natura reliquit, verum terrenis ipsius membris morte affectis, Patri, perpetua salutis nostræ fame flagranti, gratam ac minime eripiendam benedictionem fontis in morem protulit.

ΡϞΔ'. — ΩΡΙΩΝΙ ΜΟΝΑΧΩ.

Περὶ τῆς παραβολῆς τῶν ζιζανίων.

Πόθεν, ἔφης, οἱ πονηροὶ λογισμοὶ ἐκ τῆς καρδίας

CXCIV. — ORIONI MONACHO.

De zizaniorum parabola [36].

Unde est, inquis, quod malæ cogitationes e

[34] Gen. xxv, 25. [35] Gen. xxvi, 16. [36] Matth. 25 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Pro φυγάδας codd. Vat. 649 et Alt. φυγὰς legunt. Pos in.

(87) Pro ἐναμάρτητον, cod. Alt. legit ἀνάμαρτον.

Vers. 9 pro κατέλιπε codd. Vat. et Alt. habent, καταλέλοιπε. Vers. ult. pro ἐπήγασεν solus Vat. 649 habet ἐπήγαγε. Ib.

corde exeunt, et coinquinant hominem? Nimirum quia dormiunt agricolæ, qui excubias agere debebant, atque exorientem boni seminis fructum tueri et conservare. Nam nisi ingluvie ac veterno custodiam nostram prodidissemus, divina videlicet imagine contaminata, hoc est præclaro semine adulterato, zizaniorum sator, qua ad nos irreperet, non invenisset, nec zizania igne digna in nobis effecisset.

A ἐξέρχονται, καὶ κοινοῦσι τὸν ἄνθρωπον; Ἐκ τοῦ καθεύδειν τοὺς γεωργοὺς ἐγρηγορέναι ὀφείλοντας, καὶ φυλάττειν τοῦ καλοῦ σπέρματος τὸν καρπὸν ἀναθάλλοντα. Εἰ γὰρ μὴ κόρῳ καὶ κάρῳ τὴν ἑαυτῶν φυλακὴν προδεδώκειμεν, τὴν θείαν εἰκόνα μολύναντες, τουτέστι τὸ καλὸν σπέρμα νοθεύσαντες, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς οὐκ ἂν εὗρε παρείσδυσιν, καὶ ἄξια πυρὸς ζιζάνια [ἐν] ἡμῖν κατειργάσατο.

CXCV. — EIDEM.

In idem.

Vis abeuntes colligamus zizania? aiunt angelicæ virtutes, divinæ voluntati benevolo semper animo administram operam præbere cupientes. Quoniam et segnitiem nostram ac socordiam, et ingentem Dei lenitatem conspiciunt. Verum hoc facere prohibentur, ne una cum zizaniis evellatur et triticum: hoc est, ne rapiatur peccator ad vitæ emendationem spectans, ne una cum improbis parentibus insontes liberi simul exscindantur, **58** qui adhuc quidem sæpe in paternis lumbis sunt, verum apud Deum, utpote occulta cernentem, jam exsistunt. Angelorum enim classes, ut conservæ naturæ, ea quæ nondum præsentia sunt ignorant. Deus autem et intelligit, et persæpe istud fecit. Neque enim Esau peccantem [37], nondum edita prole, demessuit, ne una quoque Jobum evelleret, qui ex eo genus duxit; nec item Matthæum portoriis exigendis operam dantem [38] morte affecit, ne Evangelii prædicationem impediret; nec libidini atque impudicitiæ studentes meretrices oppressit, ne pœnitentiæ exempla deessent [39]; nec Petri abjurationem ultus est, quoniam calentes ipsius lacrymas prospiciebat [40]; nec persequentem [41] Paulum morte abscidit: ne orbis terrarum fines salute frustrarentur. Omnia ergo zizania, quæ messem exspectant [42], nec ad pœnitentiæ fructum sese convertunt, magno igni præparantur, ut quæ sterilitate prorsus laborarint.

ΡϞΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Θέλεις ἀπελθόντες συλλέξωμεν τὰ ζιζάνια; αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις φασὶ, διακονεῖν ἀεὶ τῷ θείῳ θελήματι εὐνοϊκῶς ἐπιθυμοῦσαι, ἐπειδὴ καὶ τὴν B ἡμῶν ὀλιγωρίαν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πολλὴν ὁρῶσι μακροθυμίαν. Ἀλλὰ πρᾶξαι τοῦτο κωλύονται, μὴ συνεκτμηθῇ τοῖς ζιζανίοις ὁ σῖτος, μήποτε ἁρπαγῇ ἁμαρτωλὸς πρὸς διόρθωσιν βλέπων, μὴ πονηρῶν γενομένων (88) γονέων συνεκκοπῇ ἀκατάγνωστα τέκνα, ἔτι μὲν πολλάκις ἐν ὀσφύϊ ὄντα πατρικῇ, Θεῷ [δὲ] ὑφεστῶτα ὡς τὰ κεκρυμμένα ὁρῶντι. Αἱ γὰρ τάξεις τῶν ἀγγέλων, οἷα τῆς φύσεως σύνδουλοι, τὰ μήπω παρόντα ἀγνοοῦσιν. Ὁ δὲ Κύριος καὶ συνιεῖ, καὶ πολλάκις ἐποίησεν. Οὐκ ἐθέρισεν ἄτεκνον τὸν Ἡσαῦ ἁμαρτάνοντα, ἵνα μὴ συνεκτίλ[λ]ῃ τὸν Ἰὼβ, ἐξ ἐκείνου γινόμενον· μὴ θανατώσας τελωνοῦντα Ματθαῖον, ἵνα μὴ κωλύσῃ τὸ Εὐαγγέλιον· μὴ νεκρώσας ἀσελγούσας πόρνας, ἵνα μὴ τῆς μετανοίας οἱ τύποι ἀργήσωσιν· μὴ ἀμυνάμενος τοῦ Πέ- C τρου τὴν ἄρνησιν, ἐπειδὴ τὸ θερμὸν προέβλεπε δάκρυον· μὴ ἐκκόψας τελευτῇ τὸν Παῦλον διώκοντα, ἵνα μὴ ἀστοχήσωσι σωτηρίας τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. Ὅσα τοίνυν τὸν θερισμὸν περιμένει ζιζάνια, καὶ πρὸς καρπὸν μετανοίας οὐ τρέπεται, τῷ μεγάλῳ πυρὶ ἑτοιμάζεται, ὡς παντελῆ ἀκαρπίαν νοσήσαντα.

CXCVI. — SERENO.

In illud Exodi, « Petite singuli de vicinis vasa argentea et aurea, » etc.

Non est iniqui judicii, quemadmodum putas, iis, qui plurimos labores et ærumnas pertulerant, ac domos exstruxerant [43] imperasse, ut Ægyptios spoliarent, aureaque atque argentea vasa ab illis acciperent [44], quibus labores suos impenderant: verum perquam etiam integri ac religiosi judicis, dignum cibo esse operarium sancientis [45]. Nam si quis nostrum cognitionis spiritum assecutus esset,

ΡϞϚ'. — ΣΗΡΗΝΩ (89).

Ἐπιστολαὶ τῆς Ἐξόδου, « Αἰτήσασθε ἕκαστος παρὰ τοῦ πλησίον σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, » καὶ τὰ λοιπά.

Οὐκ ἔστιν ἀδίκου κρίσεως, ὡς οἴει, τὸ κελεῦσαι τοὺς πλεῖστα μοχθήσαντας, καὶ πόλεις σὺν πόνῳ D οἰκοδομήσαντας, σκυλεῦσαι τοὺς Αἰγυπτίους, [καὶ] χρυσία λαβεῖν ἢ ἀργύρια παρ' ἐκείνων, οἷς [τοὺς] πόνους κατέθεντο. Ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀδεκάστου κριτοῦ, ἄξιον εἶναι τῆς τροφῆς ἐργάτην θεσπίζοντος. Εἰ γάρ τις ἡμῶν καὶ γνωστικοῦ ἐπέτυχε πνεύματος, εὗρεν ἂν παρὰ πολὺ τὸν μισθὸν, καὶ οὕτως

[37] Hebr. XII. [38] Matth. IX, 9. [39] Matth. XXI, 31; Luc. VII, 37. [40] Matth. XXVI, 75. [41] Act. IX, 1 seqq. [42] Matth. XIII, 24. [43] Exod. I, 11. [44] Exod. XI, 2. [45] Luc. X, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Recte Cod. Vat. 649 et Alt. γενομένων mutant in τεμνομένων. Vers. 14. Iidem pro συνεκτίλλῃ habent συνεκτέμῃ. POSSIN.

(89) Vide notas ad lib. IV, ep. 87.

— Lacunam primi versus coæquant cod. Vatic. 649 et Alt. inserendo, θαυμάσιε. Vers. 6 cod. Vat. post εἶναι, adjungit, οἶμαι, et post τροφῆς addit τόν. Vers. 8 pro his, παρὰ πολὺ τὸν μισθὸν, ambo codd. habent, παρὰ πλοῦτον θεσμόν. Iidem vers. ult. pro προσέθηκε legunt παρέδωκε. ID.

δεδομένον, τῆς κατωδύνου πλινθείας, καὶ πολυστενάκτου οἰκοδομίας, δι' ἣν αὐτοῖς ὁ δίκαιος κριτὴς καὶ τὴν χάριν πρὸς τὴν χρῆσιν προσέθηκε.

A illud utique invenisset, mercedem hanc, atque ad hunc modum datam, laboris in conficiendis lateribus suscepti acerbitate, ac luctuosa ædificatione, ob quam justus judex ipsis quoque gratiam ad res hujusmodi commodato accipiendas indidit, longe inferiorem fuisse [46].

ΡϞΖ'. — ΚΥΡΩ.

Κόπος, καὶ τῦφος (90), καὶ δόξα κενὴ, οὐ συνιστᾷ τῇ ἄνω λαμπρότητι, ἀλλὰ τρόπος χρηστὸς, καὶ βίος σεμνὸς, καὶ κοινωνία πρὸς τοὺς χρῄζοντας ἀνεπίδεικτος. Τοῖς γὰρ ἐνταῦθα ἐπαίνοις, καὶ ἡ ἀμοιβὴ τῆς εὐποιίας συγκαταλύεται. Εἰ δέ τις τὴν ἐκεῖθεν ἀνταπόδοσιν ζητεῖ, καὶ νῦν λαμβάνει ἀπαρχὰς, κἀκεῖ πλούσιον κομίζεται γέρας.

CXCVII. — CYRO.

Pompa, et fastus, atque inanis gloria, supernum splendorem minime conciliat, verum mores probi, ac vita honesta, et ostentationis expers bonorum communicatio cum iis qui inopia conflictantur. Etenim cum hujus vitæ laudibus beneficii quoque dati merces una exstinguitur. Sin autem quispiam futuram mercedem quærit, ille et nunc primitias accipit, et illic amplum et copiosum præmium B refert.

ΡϞΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ (91).

Ὅτι τὴν ἴσην δίκην οἱ Αἰγύπτιοι ἀπέλαβον ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς, ἀντὶ τῆς ἀῤῥενοφορίας (f. ἀῤῥενοφονίας, vel ἀῤῥενοφθορίας) τοῦ Ἰσραήλ.

Ἐπειδὴ ἄριστά σοι εἶπας πεφηνέναι τὰ πρότερα, δέχου καὶ ἄλλην οὐκ ἀναξίαν ἐκείνης διάνοιαν. Τὴν τῶν Ἑβραίων ἀῤῥένων μιαιφονίαν ὁμοίᾳ Θεὸς ἀντημείψατο ἐκδικήσει, ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ πάντας ἄῤῥενας ἀποπνίξας, ἵνα καὶ τοῖς σώμασιν ἔχῃ ἡ δίκη τὸ ὅμοιον. Πρόσεχε τοίνυν ἀσφαλῶς, καὶ μὴ μέμφου προπετῶς.

CXCVIII. — EIDEM.

Æquales pœnas dedisse Ægyptios in mari Rubro pro masculorum occisione.

Quoniam optima tibi priora visa esse dixisti, aliam quoque illa minime indignam sententiam accipe. Nefariæ masculorum Hebræorum cædi Deus eamdem ultionem ac pœnam rependit, omnibus maribus in Rubro mari oppressis ac suffocatis [47]:
59 quo nimirum cum corporibus quoque pœna similitudinem haberet. Quocirca prudenter attende, non autem temere reprehende.

ΡϞΘ'. — ΔΙΔΥΜΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως. »

Κόκκῳ σινάπεως τὴν οὐράνιον βασιλείαν ἀπεικάζει ὁ Κύριος, πλείστων ἕνεκα τρόπων· διὰ τὴν εὐτέλειαν τῆς ἐν τῇ οἰκείᾳ συγκαταβάσει πτωχείας, ἀφ' ἧς ἡμῖν ἡ σκιὰ καὶ ἀνάψυξις ἀπὸ πασῶν τῶν ἐν τῷ βίῳ γέγονεν ὀδυνῶν· διὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ ποιμνίου σμικρότητα· διὰ τὴν ἔμφυτον τοῦ κόκκου δριμύτητα, ἧς καὶ χρῄζει ὁ τῆς στενῆς ἔμπορος ὁδοῦ, διὰ τὸ μὴ διακόπτεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀδιαίρετον σώζειν ὑπόστασιν. Ὁ γὰρ Θεῷ ἑνωθεὶς, καὶ εἰς ἕνα τέλειον ἄνθρωπον συναρμολογηθεὶς, ἀδιαίρετον ἔχειν καὶ ἄτμητον τὴν πρὸς αὐτὸν ὀφείλει συνάφειαν, οὐδεὶ (92) πάθει χωριζομένην, ἀλλ' ὅλην αὐτῷ συντεταγμένην.

CXCIX. — DIDYMO.

C *In illud, « Simile est regnum cœlorum grano sinapis [48]. »*

Plurimis de causis Dominus cœlorum regnum sinapis grano comparavit: nempe ob paupertatis, quam pro indulgenti sua demissione subiit, vilitatem, quæ nobis umbram atque ab hujus vitæ doloribus levationem conciliavit; ob ovilis, in Evangelii primordiis, tenuitatem; ob naturalem sinapis acrimoniam, qua etiam opus habet is, qui per arctam viam [mercaturæ causa] graditur, ac denique quia ne sectione quidem amputatur, verum individulsam hypostasim conservat. Nam qui Deo copulatus, atque in unum perfectum hominem compactus est, ejusmodi cum eo conjunctionem habere debet, quæ dividi ac scindi nequeat, nec ulla calamitate divelli possit, verum omni ex parte cum eo D conjuncta sit.

Σ'. — ΗΡΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ δακρύων καὶ μετανοίας. Εἰς τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ Ἀμώς· « Τὰ ἱμάτια αὐτοῦ δεσμεύοντες, ἐποίουν παραπετάσματα. »

Ἡ τῶν προφητικῶν ῥημάτων διάνοια, τοιαύτην ἔχει σαφήνειαν· Ἐκάλυπτον δάκρυσι τὸ θυσιαστήριόν

CC. — HERONI DIACONO.

De lacrymis et pœnitentia, in illud Amos, « Vestimenta ejus ligantes, faciebant vela [49]. »

Propheticorum verborum sententia hanc explanationem habet: operiebant lacrymis altare meum,

[46] Exod. I, 11. [47] Ibid. 16. [48] Matth. XIII, 31. [49] Amos II, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) Initium hujus epistolæ sic in codd. Vatic. 649 et Alt. exstat: Κόμπος καὶ τῦφος, etc. Iidem vers. ult. pro κομίζεται γέρας legunt κομίζει πέρας. POSSIN.

(91) In codd. Alt. et Vat. 649 hæc epistola inscribitur Σερήνῳ, Sereno. ID.

(92) Pro οὐδεὶ, quod sine dubio vitiosum est, recte substituit cod. Alt. οὐδενί. ID.

sit Deus, lacrymis, inquam, eorum qui injuria afficiebantur, quibusque facultates suæ eripiebantur, atque calumniæ comparabantur. Eoque nomine hæc ipsis crimini vertit, cum iis succenset, eaque calamitates illas, quæ post evenerunt, conflavisse pronuntiat. Nam alioqui pœnitentiæ lacrymæ non modo reprehensione carent, verum etiam Deo, thymiamatis instar, gratæ ac jucundæ sunt. Vestimenta autem ligata, atque altare obvelantia, quanta ipsorum animus divini numinis contemptione laboraret, indicabant. Nam cum lex ediceret [80], ut divinum templum puris atque ingentis pretii materiis exornaretur, ipsi contra impuras ac sordidas vestes circa sanctius adytum alligantes, contumeliæ notam templo inurebant : non modo inter purum et impurum minime distinguentes [81], sed ne quidem inter Deum et res impuras discrimen ullum statuentes. Quæ quidem etiam ipsis tot malorum fontes aperuerunt.

μου, φησὶν ὁ Θεὸς, δάκρυσιν ἀδικουμένων, ἁρπαζομένων, συκοφαντουμένων. Τούτου χάριν καὶ ἐπ' ἐλέγχου τίθησι ταῦτα μεμφόμενος, καὶ τῶν συμβάντων ἀπηχῶν ταῦτα τυγχάνειν ἀποφηνάμενος αἴτια. Τὰ γὰρ τῆς μεταγνώσεως δάκρυα, οὐ μόνον ἀκατηγόρητα, ἀλλὰ καὶ ἡδέα (93) ἐστὶ τῷ Θεῷ, ὡς θυμίαμα. Τὰ δὲ ἱμάτια τὰ δεσμούμενα, καὶ τὸ θυσιαστήριον καταπετάζοντα, τὴν καταφρονητικὴν αὐτῶν περὶ τὸ θεῖον ἐμφαίνει διάθεσιν. Τοῦ γὰρ νόμου ἐκ καθαρῶν καὶ τιμίων ὑλῶν τὴν περὶ τὸν θεῖον νεὼν τάσσοντος διακόσμησιν, αὐτοὶ ῥυπώσας καὶ ἀκαθάρτους ἐσθῆτας περὶ τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων δεσμοῦντες, καθύβριζον τὰ ἀνάκτορα· μὴ μόνον μεταξὺ καθαροῦ καὶ ἀκαθάρτου μὴ διαστέλλοντες, ἀλλὰ ἀνὰ μέσον Θεοῦ καὶ ἀκαθάρτων μὴ διακρίνοντες, ἅπερ αὐτοῖς καὶ τῶν τοσούτων κακῶν τὰς πηγὰς ἀνεστόμωσε.

CCI. — DIDYMO.

Quomodo assimilatum est regnum cœlorum fermento [82]

Cœlorum regnum fermento comparatum est : hoc est Domini ac Salvatoris nostri incarnationi peccati omnis experti, **60** quæ universum terrarum orbem conspersit : et unius corporis ex nostra substantia atque a Dei genitrice Maria sumpti, coagmentationi, quæ homines omnes, qui ab orbe condito exstiterunt, ad novum ortum renovavit [83].

ΣΑ'. — ΔΙΔΥΜῼ.

Πῶς ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ.

Ζύμῃ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀφωμοίωται, τῇ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναμαρτήτῳ σαρκώσει, ἀναφυρασάσῃ τὸν ἅπαντα κόσμον, καὶ ἑνὸς σώματος ὑποστάσει, ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας καὶ τῆς Θεοτόκου Μαρίας ληφθέντος (94), τὴν ἀπ' αἰῶνος ἀνθρωπότητα εἰς παλιντοκίαν ἀνακαινισάσῃ.

CCII. — MACARIO EPISCOPO.

Recte quidem, ut mihi persuadeo, novos Ecclesiæ ministros instituis : male autem eosdem laudas. Vide ne hujusmodi laudibus inflectantur, contentionisque suavitate spolientur, illisque hoc inanis opinio atque arrogantia afferat, ut intentionis animique nervorum jacturam faciant.

ΣΒ'. — ΜΑΚΑΡΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Καλῶς μὲν (95) ἄγεις τοὺς νέους τῆς Ἐκκλησίας λειτουργούς, πέπεισμαι· κακῶς δὲ τούτους ἐπαινεῖς. Πρόσεχε μὴ τοῖς ἐγκωμίοις ἀνακλιθῶσι, καὶ τῶν τόνων τὸ ἡδὺ συληθῶσιν, οἰήσει τὴν συντονίαν ζημιωθέντες.

CCIII. — ZENODOTO.

Cum et Noe agriculturæ suæ periculum fecerit, ignorans quidnam ex vino ipsi accidisset [84] : et Lot item a vino in amentiam inflexus sit, paterque in senili ætate haud sponte ac voluntarie factus sit [85], et Herodes temulentiæ ludus effectus, magni Joannis cruore mensam suam ac pectus tinxerit [86], et denique omnia hominum vesana crimina a vino promanent [87], quid tu voluntarium furorem accersis, ac non pudicam et temperantem moderationem amplecteris?

ΣΓ'. — ΖΗΝΟΔΟΤῼ.

Εἰ καὶ Νῶε τῆς οἰκείας γεωργίας πεπείρατο, ἀγνοήσας ὃ πέπονθεν ἐξ οἴνου· καὶ Λὼτ εἰς ἄνοιαν (96) ἐκλίθη ὑπὸ οἴνου, καὶ πατὴρ ἐν γήρει ἀβουλήτως γεγένητο· καὶ Ἡρώδης μέθης γενόμενος παίγνιον, τῷ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου αἵματι τὴν τράπεζαν αὐτοῦ καὶ καρδίαν ἐφοίνιζε· καὶ πάντα τὰ ἄλογα τῶν ἀνθρώπων ἐγκλήματα, οἴνου ἐστὶν ἀποβλύσματα· τί τὴν αὐθαίρετον ἐφέλκῃ μανίαν, καὶ οὐ τὴν σώφρονα περιάπτεις συμμετρίαν

CCIV. DIDYMO.

Quemadmodum sagena, quæ in mare projicitur,

ΣΔ'. — ΔΙΔΥΜῼ.

Ὥσπερ ἡ ῥιπτομένη ἐν θαλάσσῃ σαγήνη, διά-

[80] Exod. xxv, 4. [81] Ezech. xxii, 26. [82] Matth. xiii, 33. [83] Joan. iii, 3. [84] Genes. ix, 20. [85] Genes. xix, 35. [86] Matth. xiv, 4. [87] Eccli. xix, 2, et xxxi, 30.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(93) Pro ἡδέα cod. Alt. habet ἴδια. Idem cum Vat. vers. seq. pro καταπετάζοντα legit παραπετάζοντα. Id.

(94) Pro ληφθέντος cod. Vatic. 649 habet ἀναληφθέντος. Possin.

(95) Cod. Sfort. omittit μέν. Vers. 4 cod. Alt. τόνων mutat in πόνων. Id.

(96) Pro εἰς ἄνοιαν cod. Vat. 649 legit, εἰς ἄνομον. Vers. sep. pro ἀβουλήτως cod. Alt. habet ἀβουλήτῳ. Vers. 6 ἐφοίνιζε recte mutant codd. Vat. 649 et Alt. in ἐφοίνιξε. Vers. pen. iidem pro περιάπτεις habent περιέπεις. Id

φορον (97) ἔχει τὴν συγκλεισμὸν τῶν γενῶν τῶν ἰχθύων· οὕτως ἡ αἰώνιος τοῦ Χριστοῦ βασιλεία, τὴν ἐκ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων πληθὺν δεχομένη, ἀνάλογον τῇ πίστει τὴν σωτηρίαν ὁρίζει, οὐ γένους ἀξιοπιστίᾳ, [οὐχ ἀξίας σεμνολογίᾳ,] οὐχ ἱερατείᾳ, οὐ βασιλείᾳ ἀναξίᾳ τῆς κλήσεως τὴν τρυφὴν διανέμουσα, ἀλλὰ τρόπῳ καὶ βίῳ πρὸς καθαρότητα νεύσαντι, καὶ πρὸς τὴν θήραν τῶν ἀληθῶν ἁλιέων ὁρμήσαντι.

ΣΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τὰ καλὰ συνάγεται εἰς ἄγγη, καὶ τὰ κακὰ ἔξω βάλλεται τῆς σαγήνης, ἐρευνωμένης, φημὶ, τῆς τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίας, ἐπειδὴ πάντες τῷ Χριστοῦ ὀνόματι ἐσφραγίσθησαν, καὶ εἰς μίαν ἁρμονίαν ἡνώθησαν. Καὶ συνάγεται μὲν εἰς ἄγγη, τουτέστιν εἰς τὰς αἰωνίους μονὰς, τὰ ἐν ἀληθείᾳ διαμείναντα φρονήματα· ἔξω δὲ βάλλεται τῆς βασιλείας, τὰ αἱρετικὰ καὶ τῆς ὀρθῆς δόξης ἀντίθετα.

ΣϚ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ.

Περὶ τοῦ στατῆρος ὃν ἔλαβεν ὁ Πέτρος.

Ὁ στατὴρ ὃν ὁ Πέτρος ἐκ τοῦ βυθοῦ λαβεῖν ἐκελεύετο ἐν τῷ ἰχθύϊ κρυπτόμενον (98), τὴν μορφὴν ἡμῶν ἐδήλου καλυπτομένην τοῖς πάθεσιν, ἣν ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀνακαλεῖται ὁ Κύριος. Ἀνθ' ἑαυτοῦ δὲ τοῦτον δοθῆναι προσέταξεν, ὡς γεγονὼς ἄνθρωπος τοῖς ἡμῶν ἅπασιν ὑποκείμενος· οὔτε βασιλεῖ συγχωρῶν ἀντιτάσσεσθαι ἀβλαβῶς ἐπιτάσσοντι, καὶ τῆς θεϊκῆς δυνάμεως τὰς ἐνεργείας ἐπιδεικνύμενος.

ΣΖ'. — ΜΑΡΤΥΡΙΩ.

Πῶς νοητέον. « Ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία. »

Οὐχ ἡλικίας ὑποστροφὴν τὴν πρὸς τὰ παιδία ὁμοίωσιν ὁ Κύριος ἀπαιτεῖ, ὅπερ αὐτὸς νομίζεις, ὡς ὁ Νικόδημος, ἀλλὰ τῆς κακίας τὴν ἄρνησιν, ὡς παιδιώδη ἡμῖν ἐνυπάρχειν ἁπλότητα. Καὶ τοῦτο δι' ὧν ἔφησε δείκνυσιν, οὐκ εἰπὼν, Ἐὰν μὴ γένησθε παιδία, ἀλλ', *Ὡς τὰ παιδία*, τῇ τοῦ, ὡς, προσθήκῃ τὴν μίμησιν ἐμφαίνων τοῦ πράγματος.

ΣΗ'. — ΔΟΝΑΤΩ.

Περὶ πραότητος.

Μὴ τὴν ἔννομον ἀρχὴν τοῖς ἀναρμόστοις ἤθεσιν ἐκβαρβάρου, ἀλλὰ τοῖς πρέπουσιν αὐτῇ πράγμασι κατακόσμει πραότητος μεταδιδοὺς τοῖς ἀθύμοις, καὶ ἰσότητος τοῖς ἥττοσι πρὸς τοὺς μείζους· καὶ τότε λαμπρὸν ἐξάψεις πυρσὸν τῆς εὐνομίας. Ὑπέκκαυμα γάρ ἐστι δικαιοσύνη τοῦ φωστῆρος τῆς εὐαρχίας.

A varia piscium genera concludit [58]: eodem modo sempiternum Christi regnum ex omnibus hominum nationibus multitudinem excipiens, pro fidei ratione salutem cuique constituit: non generis auctoritati, non dignitatis amplitudini, non sacerdotio, non regno hac appellatione indigno delicias tribuens, verum moribus ac vitæ, quæ ad puritatem propensa fuerit, atque ad verorum piscatorum prædam [59] se contulerit.

CCV. — EIDEM.

Bona intra vasa colliguntur, mala autem extra sagenam projiciuntur [60]: nimirum cum Domini Ecclesia excutietur, quandoquidem omnes Christi nomine consignati, atque in unam compagem et commissuram copulati sunt. Et quidem in vasa, hoc B
est, in sempiternas mansiones, colliguntur animi qui in veritate perstiterunt. Extra regnum autem projiciuntur hæretica, rectæque doctrinæ adversantia.

CCVI. — EUTONIO.

De statere quem cepit Petrus.

Stater ille, quem in pisce abstrusum Petrus capere jussus est [61], formam nostram vitiosis affectionibus coopertam designabat, **61** quam Dominus in seipso ad primigenium exemplar revocat. Pro se autem hunc dari præcepit, ut homo effectus, atque omnibus nostris conditionibus subjectus: nec imperatori, cum ea imperat, quæ minime noxia et C
perniciosa sunt, obluctari permittens, et divinæ potentiæ vim ac facultatem ostendens.

CCVII. — MARTYRIO.

Quomodo hoc intelligendum: « Nisi conversi fueritis, et facti sicut parvuli [62]. »

Cum Dominus id a nobis exposcit, ut ad puerorum similitudinem accedamus, non id a nobis exigit, ut ad infantiam redeamus, quemadmodum ipse, Nicodemi instar [63], existimas: verum ut improbitatem abjuremus, sicque nos comparemus, ut puerilis in nobis simplicitas insit (99). Atque hoc per ea quæ dixit, ostendit. Non enim dixit, Nisi parvuli efficiamini, sed, ***sicut parvuli***: nimirum hujusce particulæ, ***sicut***, accessione, rei imitationem declarans.

CCVIII. — DONATO.

De mansuetudine.

D Ne legitimum imperium inconditis atque inconcinnis moribus barbarum reddas, verum rebus ipsi consentaneis exornes: mœstis videlicet lenitatem, minoribusque cum majoribus æquabilitatem impertiens. Ac tum præclarum æquitatis et justitiæ ignem accendes, siquidem prælucentis justitia probi imperii ac perfecturæ igniculus est.

[58] Matth. XIII, 47. [59] Matth. IV, 19. [60] Matth. XIII, 48. [61] Matth. XVII, 26. [62] Matth. XVIII, 3. [63] Joan. III, 7 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(97) Pro διάφορον cod. Alt. habet ἀδιάφορον. Vers. 5 pro ὁρίζει cod. Vat. 649 et Alt. legunt, ὀρέγει. Possin.

(98) Codd. Vat. 649 et Alt. ponunt κρυπτόμενος, referunt enim ad ὁ στατήρ. Vers. 6 iidem pro ὡς γεγονὼς, legunt ᾧ γέγονεν, elegantius, ni fallor. Id.

(99) *Ut puerilis in nobis simplicitas insit.* Latius

CCIX. — THEOGNOSTO.

A

Quid sit, « Ea quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo [64]. »

Si quid materiæ proprium, si quod erroris instrumentum, si quod imposturæ simulacrum intestina socordia nobis injecit, hoc Dominus ad vitii architectum et effectorem a nobis projici vult. Contra, si quod virtutis symbolum, si quod honestatis insigne, si quod vigilantiæ atque cautionis lucrum, hoc Dei beneficio nobis contigisse existimare ac persuasum habere, debitamque laudem ipsi offerre. Id enim est quod ait, « Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. »

ΣΘ'. — ΘΕΟΓΝΩΣΤΩ.

Τί ἐστι, « Τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »

Εἴ τι τῆς ὕλης ἴδιον, εἴ τι πλάνης ἐφόδιον, εἴ τι ἀπάτης εἴδωλον ἐν ἡμῖν ἡ ἔνοικος εἰσέφρησε ῥαθυμία, τοῦτο τῷ δημιουργῷ καὶ ποιητῇ τῆς κακίας ἐπιῤῥίπτεσθαι παρ' ἡμῶν ὁ Κύριος βούλεται. Εἴ τι δὲ ἀρετῆς σύμβουλον, εἴ τι σεμνότητος γνώρισμα, εἴ τι νήψεως καὶ ἀσφαλείας ἐμπόρευμα (1), τοῦτο Θεοῦ καὶ ἡγεῖσθαι καὶ πεπεῖσθαι τυγχάνειν δώρημα, καὶ ἀξίαν αὐτῷ προσκομίζειν τὴν αἴνεσιν. Τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν, « Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »

CCX. — CHRISTODORO.

Quid sit, « Tunc qui in Judæa, fugiant ad montes [65]. »

B

Postremæ temporum necessitatis signa, quæ Dominus ad cognitionem nostram patefecit, ut tibi explanarem, per litteras postulasti. Horum igitur vim paucis accipe. « Qui in Judæa sunt, fugiant ad montes : » id est, qui in pietate fixi ac firmati sunt (nam id Judæa sonat) ad sublime perfugium oculos conjiciant, suæ videlicet confessionis præsidio septi ac communiti. « Qui autem in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua : » id est, qui præsentem domum contempsit ac pro nihilo duxit, atque omnem hujusce vitæ scenam pedibus protrivit, vitaque altus et sublimis effectus est, et intestinos animorum motus ablegavit, nihil ex ipsis attrahat, non metum, non ignaviam, non inanem gloriam, **62** C non opum cupiditatem : id enim ex alto descensus significat. « Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam : » id est, qui veterem hominem exuit, rebusque carnalibus nuntium remisit, novum gestet, qui eum ad Dei agnitionem renovavit, atque a fæce et illuvie repurgavit. Hinc enim illud assequetur, ut ingens illa calamitas nihil ipsi insidiarum creare possit.

ΣΙ'. — ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΩ.

Τί ἐστι, « Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. »

Τῆς τελευταίας [τῶν χρόνων] ἀνάγκης τὰ σημεῖα, ἅπερ ὁ Κύριος πρὸς εἴδησιν ἡμῶν ἀπεκάλυψε, σαφηνισθῆναί σοι ἀξιώσας διὰ τοῦ γράμματος, ταχέως τὴν τούτων μάνθανε δύναμιν. « Οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, » οἱ ἐν τῇ εὐσεβείᾳ ἐρηρεισμένοι (τοῦτο γὰρ ἡ Ἰουδαία ἑρμηνεύεται)· ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν καταφυγὴν ἀφοράτωσαν, ὑπὸ τῆς οἰκείας ὁμολογίας φρουρούμενοι. « Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. » Ὁ τῆς παρούσης περιφρονήσας οἰκίας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνταῦθα (2) καταπατήσας σκηνὴν, καὶ ὑψηλὸς τῷ βίῳ γενόμενος, καὶ τὰ ἔνοικα πάθη ἀποπεμψάμενος, μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἐπισπάσθω, μὴ δειλίαν, μὴ ῥαθυμίαν, μὴ δόξαν κενὴν, μὴ ὄρεξιν πλούτου, ἅπερ ἀφ' ὕψους ἐστὶ κατάβασις. « Ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. » Ὁ τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσάμενος ἄνθρωπον, καὶ τοῖς σαρκίνοις ἀποταξάμενος, τὸν νέον φορείτω, ὃς αὐτὸν εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἀνεκαίνισε, καὶ τῆς ἰλύος ἐκάθηρεν. Ἐν τούτοις γὰρ ἕξει τὸ πρὸς ἐκείνην τὴν μεγάλην κάκωσιν ἀνεπίβουλον.

CCXI. — EIDEM.

« Væ prægnantibus et lactentibus in illis diebus, » ait Dominus [66] ad eas animas, quæ divinum amorem velut utero adhuc gerunt, nec verborum libertate ac fiducia uti, Deique confessionem, acremque pro eo contentionem ac dimicationem parere audent, D quæque puerilem et imperfectam de divina patientia mentem ac sententiam obtinent, nec præmiorum spem sibi proponunt, verum minis aut insultibus fractæ sunt, ac futuris rebus spoliatæ.

ΣΙΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

« Οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. » Ταῖς ἐγκυμονούσαις, φησὶ, τὸν θεῖον ἔρωτα ψυχαῖς, καὶ οὐ θαῤῥούσαις παῤῥησιάσασθαι, καὶ τεκεῖν τὴν περὶ Θεοῦ ὁμολογίαν καὶ ἔνστασιν, καὶ ταῖς νηπιώδη καὶ ἀτελῆ περὶ τὴν θείαν μακροθυμίαν γνώμην κεκτημέναις, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀμοιβῶν οὐ προσεχούσαις, ἀλλ' ἀπειλαῖς ἢ προσβολαῖς χαυνωθείσαις, καὶ τῶν μελλόντων γυμνωθείσαις.

CCXII. — ZENONI PRESBYTERO.

Ad eos qui se in rebus divinis exercent.

Habes in divina Scriptura pullulantes earum re-

ΣΙΒ'. — ΖΗΝΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Πρὸς ἀσκητάς.

Ἔχεις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ὧν σπείρεις τοὺς καρ-

[64] Matth. XXII, 21. [65] Matth. XXIV, 16. [66] ibid, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

hoc explicat Basilius Seleuciæ episcopus in orationibus, quem omnino confer pag. 245 et sqq. (*Patrolog. Gr.* t. LXXXV).

(1) Cod. Vat. 649 et Alt. non ἐμπόρευμα sed ἐμπόρευμα legunt, quod videtur argutius. Possin.

(2) Pro ἐνταῦθα codd. Vat. 649 et Alt. ponunt ἐντεῦθεν. Vers. abhinc iidem pro ῥαθυμίαν, habent ἀθυμίαν. Id.

ποὺς ἀναθάλλοντας· βλέπεις τῶν χρηστῶν σου παλαισμάτων τὰ ἐπινίκια· ὑπὲρ μὲν τῆς ἑκουσίου πτωχείας ἑκατονταπλασιονά [σοι] κἀνταῦθα κἀκεῖσε ὑπισχνουμένου ἀγαθὰ τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος καὶ Σωτῆρος· ὑπὲρ δὲ τῶν πρὸς τὰ πάθη ἀγώνων, καὶ σκαμμάτων, τὸν ἄφθαρτόν σοι στέφανον πλέκοντος Παύλου, τοῦ γενναίου τούτων παλαιστοῦ καὶ νικηφόρου.

A rum, quas seris, fructus[67]. Cernis egregiorum tuorum certaminum palmas: nempe et pro sponte suscepta paupertate, centuplo ampliora tum hic, tum illic bona pollicente bono illo Pastore ac Salvatore: et pro subitis adversus vitia certaminibus, ac palæstris, corruptionis expertem coronam tibi nectente Paulo, generoso, inquam, illo in hujusmodi rebus pugile, ac victore.

ΣΙΓ'. — ΣΩΣΑΝΔΡΩ.

Ἔσχες μὲν δεσμὸν τὴν συνάφειαν· ἔλυσε δὲ ταύτην ὁ Κύριος συμφερόντως καὶ ψυχωφελῶς· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀκερδὲς τῶν αὐτοῦ. Ἐπειδὴ τοίνυν μέριμναν ἔχει κοσμικὴν, ἀλλ' οὐ θεϊκὴν, ἡ συμβίωσις, λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα, μήπου σε ἰὸς γυναικὸς φαρμακεύσῃ, πρὸς ἑτέραν γοητεύων B συνέλευσιν ἡδυπαθείας, καὶ σαρκικὰς διδάσκων κολακείας, καὶ ἀνονήτους (3) φροντίδας καὶ ὑπονοίας. Ἀλλὰ σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ ἡμέτερον ὄρος.

CCXIII. — SOSANDRO.

Matrimonii vinculo astrictus fuisti. Hoc autem Dominus conducibiliter, atque ad animæ utilitatem accommodate solvit. Neque enim quidquam eorum, quæ ab eo fiunt, commodi ac lucri expers est. Quoniam igitur mundanam, ac non divinam, sollicitudinem habet vitæ societas, « solutus es ab uxore? noli quærere uxorem[68], » ne te mulieris venenum corrumpat, ad alterum voluptatis congressum te tanquam præstigiis quibusdam illiciens, carnalesque blanditias, atque inutiles curas et suspiciones docens. Verum ad montem nostrum, ut animæ tuæ saluti consulas, te confer.

ΣΙΔ'. — ΔΟΜΙΤΙΩ.

Ὅτι πάσης ἐπέκεινα τόλμης, τὸ δογματίζειν ἀναξίως τῆς πίστεως τοὺς βιοῦντας.

Οὐ παντός ἐστιν, ὦ οὗτος, τὸ δογματίζειν· ἐπειδὴ οὐδὲ πάντες ἁλουργοφοροῦσιν. Οὐκοῦν εἰ ἐκείνοις οὐ κέχρηνται πάντες, καὶ μάλιστα πτωχοὶ, ὡς εἰς τὸ κράτος ὑβρίζοντες, καὶ εἰς εὐτέλειαν τὴν ὑπεροχὴν κατασύροντες, φεῖσαι τῶν ἀπρεπῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ λόγων, οὐδὲν τοῖς ἀκροαταῖς κέρδος φερόντων, ἀλλ' C εἰς ὕβριν τὰ τῆς θρησκείας ἑλκόντων, καὶ τοὺς δυσμενεῖς ἡμῖν αἱρεσιώτας, οὐ πρὸς σὲ καὶ τὴν κατὰ σοῦ κατηγορίαν κλινόντων, ἀλλὰ πρὸς λοιδορίαν τῆς εὐσεβείας ἐρεθιζόντων. Οὐ γὰρ τὴν σὴν ἀμαθίαν συνορῶσιν, ἀλλ' ἐκείνης ἀσθενείας καταγελῶσιν.

CCXIV. — DOMITIO.

Omnem audaciam superare, eos qui indignam fide vitam degunt, dogmata tractare.

Non cujusvis est, heus tu! dogmatistem agere: quandoquidem nec omnium purpuram gestare. Quocirca cum non omnes purpura utantur, ac præsertim pauperes (ut qui alioqui imperatoriæ majestati contumeliam inferant, remque præcellentem vilem et abjectam reddant), abstineas velim ab Ecclesiæ minime congruentibus disputationibus, quæ nullam auditoribus utilitatem afferunt, verum religionem nostram in contumeliam trahunt, infensosque atque infestos nobis hæreticos, non adversum te, atque ad te accusandum et insectandum flectunt,
63 verum ad pietatem conviciis et maledictis incessendam exstimulant. Non enim inscitiam tuam perspiciunt: verum piæ doctrinæ imbecillitatem risui ac ludibrio habent.

ΣΙΕ'. — ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Πρὸς ἱερεῖς φιλαργυρίαν νοσοῦντας.

Ὡς φιλοκόσμῳ εὐπρέπεια ἱματίων, οὕτω σοὶ τὸ Ψαλμικὸν ἐφαρμόζει, « Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. » Θύρας γὰρ καὶ τρόπους κερδῶν ὑπανοίξας, σὺ μὲν τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἀποτίσεις εὐθύνας, D ἑτέροις δὲ θησαυρίζεις τοὺς πόρους, οἷς πλείονας καὶ σαυτῷ τιμωρίας σωρεύεις. Εἰ τοίνυν βούλοιο κἀκείνους καὶ ἑαυτὸν τοῦ πυρὸς ἀπαλλάξαι, πολλοί σε Λάζαροι κυκλοῦσιν· εἰς αὐτοὺς τὴν φλόγα τῶν χρημάτων ἐκτίναξον, καὶ μετ' αὐτῶν ἐκεῖσε κληρονομήσεις ἀνάψυξιν.

CCXV. — EUSEBIO EPISCOPO.

Ad sacerdotes avaros.

Ut ornatus studiosum elegantia vestium decet, ita in te illud Psalmistæ accommode conferri potest, « Confundantur inique agentes, supervacue[69]. » Patefactis enim januis ac quæstuum faciendorum rationibus, tu quidem hoc nomine rationes reddes, aliis autem opes aggeris, quibus quemadmodum et tibi plures cruciatus accumulas. Quocirca si tibi cordi est, et illos, et teipsum igni eximere, multi te Lazari[70] circumdant: in eos pecuniarum flammam excute: et cum his illic refrigerationem ac solatium consequeris.

ΣΙϚ'. — ΖΗΝΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἐδεξάμεθα τὸ ἱμάτιον, καὶ χιτῶνα πεπόμφαμεν, καί σοι πάνυ εὐχαριστήσαμεν, τὸ ἓν ἡμῶν ἀπαιτή-

CCXVI. — ZENONI PRESBYTERO.

Pallium accepimus, ac tunicam misimus. Tibique ingentes gratias habemus, qui indumentum unum

[67] Matth. XIX, 29. [68] I Cor. VII, 27. [69] Psal. XXIV, 4. [70] Luc. XVI, 20,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) Pro ἀνονήτους codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἀνοήτους. Lectio vulgata videtur melior. POSSIN.

A a nobis postularis, quandoquidem Baptistæ legem explevimus, duas tunicas non habentes. Ac siquidem egenti cuipiam detur, bene atque commode cum utroque nostrum actum fuerit: mecum nimirum qui novo indumento corpus foveam; cum illo autem, qui pannosa tunica nuditati suæ consulat. Sin autem hanc quoque, ut quorumdam sanctorum virorum supellectilem servaturus es, me quidem in summam mei diffidentiam conjicies, ut qui conscientiæ meæ testimonio convincar: tu autem si rursum ad nos miseris, rursumque postularis, haudquaquam tamen a nobis accipies.

σαντι σκέπασμα, ὅτι τὸν νόμον τοῦ Βαπτιστοῦ ἐπληρώσαμεν, δύο χιτῶνας οὐκ ἔχοντες. Καὶ εἰ μὲν δοθείη τῷ χρήζοντι, ἀμφότεροι πεπράχαμεν χρηστῶς, ἐγὼ θαλπόμενος τῷ καινῷ, καὶ ἐκεῖνος (4) τῷ τριχίνῳ τὴν γύμνωσιν τιμῶν. Εἰ δὲ καὶ τοῦτον μέλλοις, ὡς τά τινων ἁγίων, τηρεῖν, ἐμὲ μὲν εἰς ἀπόγνωσιν ὠθήσεις, ἔλεγχον ἐμαυτοῦ τὴν συνείδησιν ἔχοντα· πάλιν δὲ πέμψας, πάλιν αἰτήσεις· ἡμεῖς δὲ οὐ δώσομεν.

CCXVII. — EIDEM.

Si ea spe fretus, quæ omnia continet, ad hujusmodi rem oculos conjecisti, ac fide ea aggressus
B es, quæ modulum nostrum superant, fruere sane isto animi instituto, sæpius nos vestiens, ac nobis ea, quæ opus sunt, liberaliter atque copiose impertiens. Atque utinam in die illa misericordiam a Domino nanciscaris.

ΣΙΖ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰ ἐλπίδι τῇ τὰ πάντα συνεχούσῃ πρὸς τὸ πρᾶγμα ἑώρακας, καὶ πίστει ἐτόλμησας τὰ ἡμᾶς ὑπεραίροντα, ὄναιο τῆς προθέσεως, πολλάκις ἡμᾶς περιστέλλων καὶ κοινωνῶν ταῖς χρείαις ἡμῶν φιλοτίμως, καὶ εὕροις ἔλεος παρὰ Κυρίου (5) ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

CCXVIII. — TIMOTHEO LECTORI.

De visione quatuor bestiarum[71].

Divini viri Danielis illa celebris atque hominum sermone pervulgata visio, Assyriorum, et Medorum, ac Macedonum regnum, ut uniusmodi, atque ex una quodque natione conflatum, uni belluæ comparavit, aliud nimirum ursæ, aliud leænæ, aliud pardo. Quarta autem visio, hoc est, horrenda bellua, utpote ingentem stuporem afferens, ferreis dentibus septa, æreisque unguibus armata, devorans et com-
C minuens et conculcans, nec ad ullius animantis similitudinem accedens, Romanorum imperium perspicue designabat, utpote ex omnibus nationibus et tribubus compactum, omnique robore et gloria in seipso præditum. Neque enim uno nomine exprimendum vidit propheta principatum illum, qui potentiæ suæ jugum in omnes extendit, atque Dominicæ incarnationis tempore in infinitum imperium processit.

ΣΙΗ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Περὶ τῆς ὁράσεως τῶν δ' θηρίων.

Τοῦ θεσπεσίου Δανιὴλ ἡ περιβόητος ὅρασις, τὴν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Μακεδόνων βασιλείαν, ὡς μονοειδῆ (6) καὶ ἐξ ἑνὸς ἑκάστην ἔθνους συντεταγμένην [ἑνὶ καὶ] θηρίῳ παρείκασε, τὴν μὲν ἄρκτῳ, τὴν δὲ λεαίνῃ, τὴν δὲ ἑτέραν παρδάλει. Τὴν δὲ τετάρτην ὅρασιν, θηρίον φοβερὸν, καὶ περισσῶς ἔκθαμβον ἔχουσαν, ὀδοῦσι σιδηροῖς ἠρκωμένον, καὶ ὄνυξι χαλκοῖς προσωπλισμένον, ἐσθίον καὶ λεπτῦνον καὶ καταπατοῦν, οὐδενὶ ζώῳ ὡμοιωμένην τὴν Ῥωμαίων ἐπιδήλως ἐσήμανεν, ἐκ πάντων ἐθνῶν καὶ φυλῶν συντεταγμένην, καὶ πᾶσαν ἀλκὴν καὶ δόξαν ἐν ἑαυτῇ κεκτημένην. Οὐ γὰρ ἑνὶ ὀνόματι παραστῆσαι ἑώρακε τὴν ἐπὶ πάντας τὸν ζυγὸν τοῦ κράτους ἐκτείνασαν, καὶ εἰς ἀπέραντον βασιλείαν τῷ καιρῷ τῆς σαρκώσεως τοῦ Κυρίου προκόψασαν.

64 CCXIX. — NILO.

Cur assas igni carnes agni comedere præcepit[72].

Igni assas agni carnes edebant Hebræi, magnum
D divinæ incarnationis mysterium per hujusmodi esum typice adumbrantes, ac Dei agnum prædiscentes, qui divinæ essentiæ ignem modo sermone omni

ΣΙΘ'. — ΝΕΙΛΩ.

Διὰ τί ὀπτὰ πυρὶ τὰ κρέα τοῦ ἀμνοῦ ἐσθίειν προσέταξεν.

Ὀπτὰ πυρὶ τὰ κρέα τοῦ ἀμνοῦ ἤσθιον Ἑβραῖοι, τυπικῶς τὸ μέγα τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον σκιαγραφοῦντες (7) διὰ τῆς βρώσεως, καὶ τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ προμανθάνοντες, τὸ πῦρ τῆς θείας οὐσίας

[71] Dan. VII, 1 seqq. [72] Exod. XII, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(4) Melius codd. Vat. 649 et Alt. κἀκεῖνος. Vers. seq. μέλλοις, cod. Alt. μέλλεις. Paulo post pro τινῶν codd. Vat. 649 et Alt. habent τῶν. Vers. seq. pro ὠθήσεις cod. Alt. legit ὤθησας. Mox pro ἐμαυτοῦ ambo codd. commodius legunt ἐμαυτῷ. POSSIN.

(5) Pro Κυρίου cod. Alt. habet Κυρίῳ. ID.

(6) Pro μονοειδῆ, codd. Vat. 649 et Alt. habent μονοειδεῖς. Vers. seq. pro ultimo τὴν δὲ, cod. Alt. legit καὶ τήν. Vers. inde 3 pro ἠρκωμένον cod. Alt. in contextu ponit ὁρμωμένον, sed in margine e regione ascribit ἐρχωμένον. Mox pro προσωπλισμένον codd. Vat. 649 et Alt. scribunt προωπλισμένον. Vers. 9 post Ῥωμαίων codd. iidem addunt εἶναι. At pro vocabulo sequenti ἐπιδήλως solus Alt. habet δήλως. ID.

(7) Cod. Alt. scribit σκιογραφοῦντες. vers. seq. cod. Alt. pro ἀφράστως legit ἀφράστῳ et ante νῦν, omittit τῇ Vers. ult. participia ἐσθιομένη et ἐργαζομένη in accusativos mutat cod. Alt. ID.

σαρκὶ ἀφράστως συμπλέκοντα, τῇ νῦν παρ' ἡμῶν ἐσθιομένῃ, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν κακῶν ἐργαζομένῃ.

A præstantiore, cum ea carne connectit, quæ nunc a nobis editur, vitiorumque remissionem affert.

ΣΚ'. — ΤΟΙΣ ΕΝ ΠΗΛΟΥΣΙΩ ΜΟΝΑΧΟΙΣ (8).

Οὐκ ἔστιν, ἀδελφοί, ἀσκήσεως πληροφορία, τρίβωνος καὶ ὑπήνης ἐπίδειξις. Οὐκ ἔστιν ἀναχωρήσεως ἐπιθυμία, ἡ ἐν πόλεσι καὶ θορύβοις ἀνάφυρσις. Οὐδεὶς τὴν Χριστοῦ αὔλακα τέμνει, τὴν ἀκανθοφόρον ἀσπαζόμενος φιλοπάθειαν. Οὐ δύναται κατορθῶσαι φιλοσοφίαν, ὁ λογομαχίαις προσασχολούμενος. Οὐκ ἀνέχεται καθαρθῆναι δι' ἐγκρατείας, ὁ βρωμάτων καλλονὰς ζητῶν καὶ ἁβρότητας. Εἰ τοίνυν νομίμως ἐθέλομεν ἀθλεῖν, καὶ σχήματι ἀκόμπῳ, καὶ μονήρει σχολῇ, καὶ ἀπαθείας ἀρετῇ, καὶ ἡσυχίας φυλακῇ, καὶ λιτότητι τροφῆς, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισώμεθα.

CCXX. — PELUSIOTIS MONACHIS.

Religiosæ vitæ certum argumentum haud est, fratres, pallii ac promissæ barbæ ostentatio. Secessionis monasticæ cupiditas non est, in urbibus ac tumultibus immoratio. Nemo Christi arvum sulcat, spinarum feracem voluptatem amplexans. Philosophiam consequi non potest, qui in verborum pugnis et concertationibus operam suam collocat. Per continentiam purgari non sustinet, qui ciborum suavitates ac delicias quærit. Quamobrem si legitime certare volumus, per habitum a fastu et ostentatione alienum et monasticum otium, et tranquillitatis B virtutem, quietisque custodiam, ac victus tenuitatem, bonum certamen certemus [73].

ΣΚΑ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Τί ἐστιν, « Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; »

Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; ὁ θεῖος ἔφη Ἀπόστολος, τὴν τῶν σωμάτων φύσιν οὕτω καλῶς (9), συγκρινομένην τῷ τῆς ψυχῆς ἀκηράτῳ. Ἡ μὲν γὰρ ἀτελεύτητος καὶ ἀθάνατος· ἡ δὲ φθορᾷ καὶ ἀλλοιώσει ὑπόκειται. Βαπτιζόμεθα οὖν ὑπὲρ τῶν νεκρῶν [τῇ] φύσει σωμάτων, εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μετασκευασθῆναι πιστεύοντες. Καὶ ταύτην ἔχει τὸ εἰρημένον σαφήνειαν· Εἰ ὅλως, φησί, τὰ σώματα ἡμῶν οὐκ ἀνίσταται, τί καὶ ἐν τῷ βαπτίζεσθαι, εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν·

CCXXI. — ISIDORO PRESBYTERO.

Quid sit illud: « Si mortui non resurgunt, cur baptizantur pro mortuis [74]? »

Si mortui omnino non resurgunt, ecquid etiam nonnulli pro ipsis baptizantur? ait divinus Apostolus, atque corporis naturam tam præclare cum animæ integritate comparamus? Hæc enim finis expers est, et immortalis: illud corruptioni ac mutationi subjectum. Pro corporibus itaque natura mortuis et exstinctis baptizamur, ea in immortalitatem ac statum a corruptione alienum mutari credentes. Atque horum verborum hæc sententia est: omnino, inquit, si corpora nostra ad vitam minime C redeunt, quid afferri potest, quamobrem, cum baptizamur, ea in statum corruptionis atque interitus expertem mutari credimus?

ΣΚΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πῶς μέλλει ζῶντας καὶ νεκροὺς κρίνειν ὁ Κύριος. Πρὸς Τιμόθεον β'.

Τὸ κρίνεσθαι ζῶντας καὶ νεκρούς, τουτό ἐστι, τὸ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς κρίσιν ἐλεύσεσθαι, καὶ οὔτε ἐν θατέρου κεχωρισμένον, ἀλλ' ὥσπερ κοινὴν τὴν ἐνταῦθα συνάφειαν ἐποιήσαντο, οὕτω καὶ τὴν ἐκεῖθεν δίκην ἡνωμένως ὑφέξουσιν. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως (10) ζητεῖς, οὕτω· Διακρῖναι ζῶντας, τοὺς ἀείζωον βίον καὶ θεοφιλῆ μετελθόντας, καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς ἀτελευτήτους ἀμοιβάς· κρῖναι τοὺς νεκρωθέντας τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ τὸ δοθὲν αὐτοῖς τάλαντον, ὡς ἐν τάφῳ τῇ ἑαυτῶν καταχώσαντας ῥαθυμίᾳ, καὶ ἀμύνασθαι αὐτοὺς τιμωρίᾳ. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως, οὕτως· Κρῖναι τοὺς τότε ζῶντας καταλειφθέντας, καὶ τοὺς ἤδη πρὸ αὐτῶν κοιμηθέντας.

CCXXII. — EIDEM.

Quomodo vivos et mortuos judicaturus est Dominus [75].

Per id, quod vivos ac mortuos judicandos esse ait Scriptura, illud significatur, fore ut anima et corpus simul in judicium veniant, nec alterum ab altero sejungatur, verum quemadmodum in hac vita communem conjunctionem habuerunt, sic etiam futurum judicium subeant. Quod si alio quoque modo hunc locum tibi explicari quæris, sic habeto: vivos, hoc consectati sunt, secernere, ipsisque immortales D mercedes persolvere: eos autem qui peccatis immortui sunt, datumque sibi talentum in sua socordia perinde atque in sepulcro defoderunt, judicare, atque cruciatu afficere. Quod si aliam adhuc explicationem poscis, ea erit hujusmodi: judicare eos qui tum vivi relicti fuerint, et eos, qui ante ipsos vitam cum morte commutarint.

[73] II Timoth. IV, 7. [74] I Cor. XV, 29. [75] II Timoth. IV, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(8) Titulus in codd. Vat. 649 et Alt. sic legitur: Τοῖς ἐν Πηλουσίῳ μοναχοῖς πρὸς τῇ πόλει. Vers. 4 pro ἀκανθοφόρον Cod. Alt. Scribit ἀκανθηφόρον. POSSIN.

(9) Sine dubio mendose in editis legitur καλῶς, pro quo recte codd. Vat. 649 et Alt. scribunt καλῶν. Ad quam veram emendationem sic refingenda est interpretatio: *ait divinus Apostolus, corporum naturam sic vocans comparatam immortalitati animæ*. ID.

(10) Ante ἄλλως codd. Alt. delet καὶ. Idem vers. antepen. pro οὕτως scribit οὕτω. ID.

65 CCXXIII. — ZOSIMO, EUSTATHIO, MARONI. A

Si nec sempiternæ cum Christo vitæ cupiditate flagratis, nec æternæ flammæ multam et condemnationem pertimescitis, certe aut cum contemptoribus dæmonibus certatis, aut inanima, et rationis expertia, nec ullo timoris sensu prædita hominum simulacra estis.

CCXXIV. — QUINTIANO MONACHO.

Mihi ex animi sententia procedebat adversa valetudo, paulatim videlicet me ex tempestate ac procellis subducens. Quoniam autem Deus me rursum inter fluctus manere jussit, precibus tuis navigationem meam juva, ut ne quid a tranquillitate alienum mihi accidat.

B

CCXXV. — SIMPLICIO.

De prætura tua urbi gratulamur, voluptateque afficimur nunc jus cernentes per mediam urbem incedens ac palmam ferens. Quo quidem nomine Deum quoque opitulatorem ac socium habiturus es, tum improbos homines tibi indicantem, tum probos demonstrantem.

CCXXVI. — SENATUI.

Pelusii commodis Deus adhuc consulit. Adhuc divini cultus semen in ea exsistit. Adhuc curam miseræ gerunt martyres urbis conservatores. Venit vir eximia virtute præditus Simplicius, præturæ gubernacula tractans ac moderans. Aliam vobis vitam nuntio. Libenti animo virum excipite, omnes C ipsi molestias vestras et difficultates tragicis verbis exponite. Habet et sapientem mentem, et piam voluntatem, laboribusque mutationem dabit. A Deo enim robur nactus est: a quo plerisque, ut rem recte ac præclare gerant, præbetur.

CCXXVII. — FLORENTIO.

De vanitate, et continentia linguæ.

Athenas non recte miraris, et Porticum, et inambulationem, atque Atticam pompam, in quibus ob nugarum studium olim assiduus eras, tu inquam, qui res terrenas contempsisti, ac nihil eorum, quæ hic sunt, amare jussus es. Quocirca si cum Christo resurrexisti, quæ sursum sunt, sapias [74], ubi ipse est. Nam qui vilem tuam vestem ac philosophiam D in solo habitu sitam conspiciunt, mentis autem perversitatem ac linguæ arrogantiam, adversus divinissimam religionem impias et contumeliosas voces jactant.

ΣΚΓ'. — ΖΩΣΙΜΩ, ΕΥΣΤΑΘΙΩ, ΜΑΡΩΝΙ.

Εἰ οὔτε τῆς σὺν Χριστῷ [αἰωνίου (11)] διαγωγῆς ἐπιθυμεῖτε, οὔτε τῆς ἀϊδίου φλογὸς τὴν κρίσιν δεδιᾶτε, ἢ πρὸς τοὺς καταφρονητὰς δαίμονας ἁμιλλᾶσθε, ἢ ἀνθρώπων ἰνδάλματα τυγχάνετε ἄψυχα, καὶ λόγου ἀμέτοχα, καὶ φόβου ἀναίσθητα.

ΣΚΔ'. — ΚΥΝΤΙΑΝΩ ΜΟΝΑΧΩ.

Ἐμοὶ κατὰ γνώμην προὐχώρει ἡ ἀσθένεια, κατὰ μικρόν με τῆς ζάλης ὑπεξάγουσα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ὁ Θεὸς εἴσω μένειν τῶν κυμάτων ἐκέλευσε, βοήθει πρὸς τὸν πλοῦν ταῖς πρεσβείαις, μή τι πάθωμεν (12) ἀλλότριον τῆς γαλήνης.

ΣΚΕ'. — ΣΙΜΠΛΙΚΙΩ.

Συγχαίρομεν τῇ πόλει τῆς ἀρχῆς σου, καὶ χαίρομεν τὸ δίκαιον ὁρῶντες νῦν ἐπὶ μέσης βαδίζον καὶ βραβεῦον. Ἐφ' ᾧ Θεὸν καὶ βοηθὸν ἕξεις καὶ σύμμαχον, τούς τε κακοὺς ὑποδεικνύντα, καὶ τοὺς χρηστοὺς σοι φανεροῦντα·

ΣΚϚ'. — ΤΩ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩ.

Ἔτι κήδεται Θεὸς Πηλουσίου. Ἔτι σπέρμα θεοσεβείας (13) ἐν αὐτῇ χρηματίζει· ἔτι προνοοῦσιν οἱ πολιοῦχοι μάρτυρες τῆς ταλαίνης. Ἥκει ὁ θαυμαστὸς Σιμπλίκιος τὰς ἡνίας τῆς ἀρχῆς μεταχειρίζων. Ἄλλον ὑμᾶς εὐαγγελίζομαι βίον. Ἄσμενοι τὸν ἄνδρα προσδέξασθε, πάσας αὐτῷ ἐκτραγῳδήσατε δυσχερείας. Ἔχει καὶ διάνοιαν σοφήν, καὶ γνώμην φιλευσεβῆ, καὶ δώσει τοῖς πόνοις μεταβολήν. Ἰσχύει γὰρ ἀπὸ Θεοῦ, παρ' οὗ πολλοῖς τὸ καλῶς πράξαι παρέχεται.

ΣΚΖ'. — ΦΛΩΡΕΝΤΙΩ.

Περὶ κενοδοξίας, καὶ ἐγκρατείας γλώσσης.

Οὐ καλῶς τὰς Ἀθήνας θαυμάζεις, καὶ Στοάν, καὶ Περίπατον, καὶ Ἀττικὴν φαντασίαν, οἷς διὰ μάθησιν φλυαρίας πάλαι προσεκαρτέρεις, ὁ τὰ γήϊνα περιφρονήσας, καὶ μηδὲν ἀγαπᾶν τῶν ἐνταῦθα κεκελευσμένος. Εἰ συνηγέρθης οὖν τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω φρόνει, οὗ ἐστιν αὐτός. Οἱ γὰρ τὴν εὐτελῆ ἐσθῆτά σου ὁρῶντες, καὶ φιλοσοφίαν ἐν μόνῳ σχήματι [σοι] προσοῦσαν, περπερείαν (14) δὲ γνώμης, καὶ γλώσσης ἀλαζονείαν, κατὰ τῆς θειοτάτης θρησκείας βλασφημοῦσι.

[74] Coloss. III, 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Pro αἰωνίου cod. Alt. scribit αἰωνίας. Idem vers. seq. pro οὔτε in margine ponit οὐδέ. Vers. ult. pro λόγου et φόβου codd. Vat. 649 et Alt. λόγῳ et φόβῳ legunt. POSSIN.

(12) Pro πάθωμεν codd. Vat. 649, Alt. et Sfort. legunt πάθω. ID.

(13) Θεοσεβείας in θεοσεβὲς mutant codd. Vat. 649 et Alt. Idem vers. ult. non παρέχεται legunt, sed παρέσχετο. Quod vero versu pen. legitur πολλοῖς, in Alt. non comparet. ID.

(14) Cod. Alt. cum ἰῶτα simplici scribit περπερίαν. ID.

ΣΚΗ'. — ΣΩΡΑΝΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Περὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας.

Κοινωνία κέκληται ἡ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψις, διὰ τὸ τὴν πρὸς Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεσθαι ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ ποιεῖν βασιλείας.

ΣΚΘ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Γέγραφας δηλωθῆναί σοι δι' ἣν αἰτίαν ὁ δεῖνα παραγινόμενος τοὺς πτωχοὺς (15) εὖ ποιῆσαι, κίνδυνον ἀργαλέον ὑπέμεινε, καὶ οὐκ ἐξείλετο αὐτὸν τῶν συμπτωμάτων ἡ πρόθεσις. Ἐπειδὴ, φημὶ, οὐ χαίρει Θεὸς ἐξ ἀδικίας θυσίαις, καὶ οὐ προσίεται κίβδηλα δῶρα. Οὐ γὰρ πᾶς ὁ βουλόμενος εὖ ποιεῖ, ἀλλ' ὁ ἀξίως Θεοῦ καὶ κτησάμενος, καὶ ἐπαγγειλάμενος τὴν θυσίαν.

ΣΛ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἐπειδὴ ἀπόδειξιν τῆς ἀποκρίσεως ἐζήτησας Γραφικὴν, ἴσθι ὅτι ὁ Κάϊν καὶ δῶρα προήνεγκε (16), καὶ ἀπαρχὰς τῶν γεννημάτων τὰ δῶρα. Ἀλλὰ τῇ σκαιότητι ὁ Θεὸς τῆς γνώμης προσέχων, ἐπ' αὐτὸν μὲν οὐχ ἑώρακε, τὰ δὲ δῶρα αὐτοῦ οὐ προσήκατο, καίτοι ἐκ προθέσεως προσκομισθέντα.

ΣΛΑ'. — ΚΕΡΚΥΡΙΩ (17).

Ταῖς παντόλμοις καὶ θρασέσι γνώμαις κίνδυνοι καὶ φόβοι διηνεκεῖς ἀκολουθοῦσι, ταῖς δὲ πραέσι καὶ ἡμέροις ἔπαινοι καὶ τιμαὶ καὶ εὐτολμίαι. Εἰ τοίνυν μὴ τὴν ὀρθὴν τῶν πραγμάτων ἀνοίᾳ ἐζημίωσαι κρίσιν, τῆς κρείττονος μοίρας γενοῦ, ἀφέμενος τῆς χαχίστης.

ΣΛΒ'. — ΣΥΝΕΣΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Καλον (18) μὲν τὸ πρὸ κινδύνων ἐζῶσθαι τὴν ὀσφὺν, καὶ Θεῷ διακονεῖσθαι, καὶ βάλλειν τὰς ἐναντίας φάλαγγας πίστει, ἀλλὰ μὴ ῥαθυμοῦντας καὶ ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις ἐκκεῖσθαι· ἐπειδὴ εἰς τοῦτο προήλθομεν ἀβουλίας, ὥστε μηδὲ καιρὸν ἔχειν Θεῷ ἱερατεύειν, τῶν κυκλούντων κακῶν οὐ διδόντων ἅψασθαι τῶν ἀμυντηρίων ὀργάνων· ἐπεὶ καὶ Φινεὲς σειρομάστῃ ἐχρήσατο, ὅτε Θεὸς παρωργίζετο.

CCXXVIII. — SORANO COMITI.

De sancta communione.

Divinorum sacramentorum perceptio idcirco communio appellata est, quia nobis conjunctionem cum Deo conciliat, nosque regni ipsius consortes ac participes reddit.

CCXXIX. — HERMINO COMITI.

Petiisti per litteras, ut tibi declararem quam ob causam cum quidam ea mente venisset, ut de pauperibus bene mereretur, grave discrimen subiit, nec eum animi institutum ex adversis casibus eripuit.
66 Quoniam, inquam, Deus victimis iniqua ratione partis minime delectatur, nec adulterina dona admittit. Neque enim quisquis vult, benigne facit :
B verum is demum, qui ut Deo dignum est, et acquisivit, et sacrificium promisit.

CCXXX. — EIDEM.

Quandoquidem a me quæsiisti, ut responsum meum Litterarum sacrarum testimonio confirmarem, illud scito, quod Cain et dona obtulit, et eorum, quæ enata fuerant, primitias. Verum Deus animi ipsius improbitatem perspiciens, ad eum oculos minime conjecit, nec ipsius munera suscepit, quamvis etiam alioqui ex voluntate atque animi instituto oblata [77].

CCXXXI. — CERCYRIO.

Audaces ad omnia et temerarios animos, pericula et perpetui terrores comitantur: lenes contra et
C mansuetos, laudes et honores, ac præfidentia. Quamobrem, nisi rectum de rebus judicium amentia perdidisti, scelerata parte missa facta, ad meliorem te adjunge.

CCXXXII. — SYNESIO EPISCOPO.

Præclarum atque commodum est ante oborta pericula lumbos præcinctos habere, Deoque administram operam præbere, atque adversarias copias fide fundere ac profligare, non autem segnitie atque ignavia torpentes, inimicorum et hostium telis patere [78]. Quandoquidem eo imprudentiæ, consiliique inopiæ progressi sumus, ut nec spatium quidem habeamus sacerdotii munus Deo exhibendi : quod videlicet mala, quibus undique cingimur, minime nobis potestatem faciant instrumenta ea capessendi, quibus hostilem impetum propulsemus: cum Phinees irato Deo telo usus sit [79].

[77] Gen. IV, 3 seqq. [78] Ephes. VI, 14 seqq. [79] Num. XXV, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(15) Cod. Alt. tertio casu effert scribens τοῖς πτωχοῖς. ID.

(16) Cod. Alt. scribit προσήνεγκε. ID.

(17) Non Κερκυρίῳ, sed Κερκουρίῳ hanc inscribunt codd. Vat. 649 et Alt. Vers. 4 et 5 pro his ἀνοίᾳ ἐζημίωσαι, mutatis casu et persona, non incommodo sensu codd. iidem habent, ἄνοια ἐζημίωσε. ID.

(18) In primo hujus epistolæ vocabulo satis inopinata codicis Alt. lectio est : nam pro καλὸν in eo scribitur κάλει. Crediderim erratum in tono et rescribendum, καλεῖ τὸ πρὸ κινδύνων ἐζῶσθαι τὴν ὀσφὺν, καὶ Θεῷ διακονεῖν (nam ita habet cod. idem pro διακονεῖσθαι), ut sensus sit : *Vocat homines exspectatio periculorum ad præcingendos lumbos et Deo serviendum*, etc. Nec abhorret ab hoc, si quis attendat, reliquus epistolæ contextus. Vers. 4, pro ἐπειδὰν lege ἐπεὶ et initio versus quinti loco asterisci pone δὲ, auctore cod. Vat. 649. Vers. antepen. tolle asteriscum : nihil enim deest. Vers. penult. codd. Vat. et Alt. σιρομάστῃ scribunt, nam et in loco hic alluso Num. XXV, 7, ἀναλαβὼν σιρομάστην ἐν τῇ χειρὶ, optimæ editiones cum ἰῶτα simplici vocem illam scribunt. Quod sequitur in editis ὅθε correctius scribitur in iisdem codd. duobus ὅτε. ID.

CCXXXIII. — ANASTASIO.

De arrogantia.

A

Quod Christus viros sanguinum abominetur [80], nec eos duntaxat, verum etiam omnes qui cum ipsis degunt (quod scilicet eorum flagitia et scelera minime ulciscatur), in Herode ostendit. Etenim post nefariam Baptistæ cædem, relicta regione secessit [81]. Quocirca, nisi et teipsum, et omnes cives, Herodis fatum subire vis (cum quibus et domus tua, et liberi de medio tollentur), immanem istum furorem comprime. Quid frustra in malam pestem et exitium festinas?

ΣΛΓ'. — ΑΝΑΣΤΑΣΙῼ.

Περὶ ἀλαζονείας.

Ὅτι βδελύσσεται Χριστὸς τοὺς ἄνδρας τῶν αἱμάτων, οὐχ αὐτοὺς δὲ μόνους φημὶ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς οἰκοῦντας σὺν αὐτοῖς, ὡς οὐκ ἐπεξιόντας ταῖς αὐτῶν κακουργίαις, δείκνυσιν ἐπὶ Ἡρώδου. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Βαπτιστοῦ μιαιφονίαν καταλιπὼν ἀνεχώρησεν. Εἰ τοίνυν μὴ καὶ σαυτὸν καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει τῆς Ἡρώδου βούλει τυχεῖν τελευτῆς, μεθ' ὧν καὶ οἶκός σου (19) καὶ παῖδες ἀφανισθήσονται, παῦσαι τῆς ἀνηκέστου μανίας. Τί μάτην ἐπείγῃ κακῶς ἐξολέσθαι;

CCXXXIV. — AMAZONIO.

Quid tu incassum libros gestas, et eorum lectionem, per ea, quæ facis, aversaris? Nam cum Dominus ipsum quoque curiosum feminarum conspectum damnet [82], tu tamen non modo insano pulchritudinum amore flagras, verum etiam servilem, ut intellexi, vitam amplexus es, ut qui contubernale scortum acceperis, ac sempiternam ignominiam ames. Atqui te illud Scripturæ ob oculos habere oportebat: « Honorabile connubium in omnibus, et torus immaculatus: **67** fornicatores autem et adulteros Deus judicabit [83]: » atque illud consectari, hoc odisse. « Horrendum est in Dei manus incidere [84]. » Qui hæc Scripturæ verba attendit, haudquaquam his delectatur, verum resistit.

ΣΛΔ'. — ΑΜΑΖΟΝΙῼ.

Τί καὶ εἰκῇ βιβλιοφορεῖς (20), καὶ τὴν ἀνάγνωσιν B ἐκτρέπῃ οἷς ποιεῖς; Τοῦ Κυρίου γὰρ καὶ αὐτὴν [τὴν] περίεργον θέαν κατακρίνοντος, σὺ οὐ μόνον ἐπιμαίνῃ τοῖς κάλλεσιν, ἀλλὰ καὶ βίον, ὡς ἔγνων, ἀνδραποδώδη ἠγάπησας, πόρνην σύνοικον λαβὼν, καὶ αἰώνιον ἀτιμίαν ἀγαπῶν, δέον συνιδεῖν τὸ γεγραμμένον· « Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός· » καὶ τὸ μὲν ζηλῶσαι, τὸ δὲ μισῆσαι. « Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ. » Οὐχ ἥδεται τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἀντιτάσσεται προσέχων.

CCXXXV. — SERENO.

De Domini interrogatione, « Quem me dicunt esse homines [85]? »

C

Non ea de causa Christus, qui pectus ipsum penetrat, ex discipulis suis percontabatur, « Quem me dicunt homines esse, » quod variam hominum de se opinionem ignoraret, sed ut hac ratione certam omnibus confessionem traderet, quam ab eo inspiratus Petrus, tanquam basim ac fundamentum jecit, super quod Dominus Ecclesiam suam exstruxit.

ΣΛΕ'. — ΣΕΡΗΝῼ.

Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐπερωτήσεως, « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; »

Οὐκ ἀγνοῶν τὴν τῶν ἀνθρώπων περὶ αὐτοῦ πολυώνυμον δόξαν ὁ τὰς καρδίας ἐμβατεύων Χριστὸς, ἤρετο τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; » ἀλλὰ τὴν ἀσφαλῆ ὁμολογίαν διδάξαι πάντας βουλόμενος, ἣν ἐμπνευσθεὶς ὁ Πέτρος παρ' αὐτοῦ ὡς κρηπῖδα καὶ βάθρον (21) ἀπέθετο, ἐφ' ᾗ τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν ὁ Κύριος ᾠκοδόμησε.

CCXXXVI. — EIDEM.

De responsione Petri, « Tu es Christus Filius Dei viventis [86]. »

Hæc verba, *Tu es Christus Filius Dei*, duarum naturarum conjunctionem significant, quam Dei Filius in seipso, nostræ salutis causa, modo deitati consentaneo effecit.

ΣΛϚ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Περὶ τῆς ἀποκρίσεως Πέτρου, « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. »

D

Τὸ, *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ*, τῶν δύο φύσεων σημαίνει τὴν ἕνωσιν, ἣν ἐν ἑαυτῷ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς εἰς σωτηρίαν ἡμῶν θεοπρεπῶς ἐξειργάσατο.

[80] Psal. v, 7. [81] Matth. xiv, 3 seqq. [82] Matth. v, 28. [83] Hebr. xiii, 4. [84] Hebr. x, 31. [85] Matth. xvi, 13. [86] ibid., 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(19) Pro οἶκός σου cod. Alt. legit οἶκοί σου. Possin.

(20) Ambo codd. Vat. 649 et Alt. legunt, βιβλιοφθορεῖς, non βιβλιοφορεῖς, ut videatur auctor vocare βιβλιοφθορεῖν legere librum cujus præscriptis mores contrarios opponas. Vers. 4, etsi elegans est vulgata lectio, ἐπιμαίνῃ τοῖς κάλλεσιν, tamen constanter duo iidem cod. habent ἐπιμένεις, sensu et ipso non malo, ut significetur eum qui reprehenditur inspexisse curiose et cum attenta mora formosas facies. In fine epist. est sine dubio recipienda duorum eorumdem codd. lectio in voce προσέχων quæ continuata superioribus nihil sonat commodum. Nostri autem codd. stigma post ἀντιτάσσεται majus figunt, et demum apponunt: πρόσεχε. *Attende.* Id.

(21) Ambo iidem codd. pro βάθρων scribunt βάθραν. Id.

ΣΛΖ'. — ΗΡΜΟΚΙΑΝΩ (22).

Ἀγνοεῖς μὲν τὴν ἀνταπόδοσιν, ὡς ἀβλεπτῶν πρὸς τὰ μέλλοντα. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ μέλλοντι κριτηρίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ [τὰς ἐπαξίους] τίνουσι δίκας οἱ βάσκανοι. Καὶ πειθέτω σε ἡ τοῦ Ἀχαὰβ Ἰεζάβελ, ἐπιμανεῖσα τῷ τοῦ Ναβουθὰ ἀμπελῶνι, καὶ νῦν μὲν βορὰ κυσὶ γενομένη, μετὰ ταῦτα δὲ τῷ αἰωνίῳ πυρὶ τηρουμένη.

CCXXXVII. — HERMOCIANO.

Mercedem ignoras, ut qui ad futura cæcutias. Porro non in futuro duntaxat judicio ac tribunali, verum etiam in hac vita meritas pœnas pendunt qui invidia laborant. Hujus rei tibi fidem faciat Jezabel illa uxor Achab, quæ insana quadam vineæ Naboth cupiditate exarsit, ac propterea, et nunc canibus præda fuit, et post igni sempiterno servatur.

ΣΛΗ'. — ΣΕΡΗΝΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Σωτῆρος περὶ τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι « Πύλαι ᾅδου. »

Πύλας ᾅδου ὁ θεῖος λόγος ἐκάλεσε, τὰς τῶν ἀθέων τιμωρίας, τὰς τῶν αἱρέσεων βλασφημίας, αἷστισι πάσαις ἀνθεστῶσα ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, τὰς μὲν καταγωνίζεται, ὑπὸ δὲ τῶν οὐ κατακυριεύεται.

CCXXXVIII. — SERENO.

In illud dictum a Domino de Ecclesia, quod « portæ inferi [87].

Per inferi portas divinus Sermo impiorum hominum cœtus atque hæresum blasphemias intelligit: quibus omnibus obsistens Dei Ecclesia, eas quidem frangit et expugnat, ab iis autem vinci non potest.

ΣΛΘ'. — ΑΛΦΕΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἡ ἐν τῷ ὄρει μεταμόρφωσις τοῦ Δεσπότου ὑμῶν καὶ Σωτῆρος, τὴν ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασιν ἡμῶν προεδήλου, ἥντινα καὶ φυλάττειν ἐν ἑαυτοῖς οἱ θεαταὶ προσετάττοντο μέχρι τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, ὡς τότε πιστὴν (23) φανησομένην, οἷα τῷ ἔργῳ ὁρωμένην. Ἡ δὲ Μωσέως καὶ Ἡλίου παρουσία, τὴν ζώντων καὶ νεκρῶν ἐμαρτύρησεν αὐτῷ δεσποτείαν.

CCXXXIX. — ALPHIO PRESBYTERO.

Domini ac Salvatoris nostri in monte transfiguratio [88] nostram a morte ad vitam excitationem præsignabat: quam quidem etiam usque ad ipsius resurrectionem, tacitam apud se tenere spectatores jubebantur, utpote tum fidem inventuram, ut quæ jam reipsa perspiceretur. Mosis autem et Heliæ præsentia hoc testabatur, eum et vivis et mortuis dominari.

ΣΜ'. — ΚΥΡΗΝΙΩ.

Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός.

Εἰ τῶν κακῶν αἴτιόν ἐστι τὸ Θεῖον, πῶς ἐπὶ σὲ ὕει, καὶ ἥλιον ἀνατέλλει, καὶ μέχρι γήρως σε παρέτεινεν ἐνταῦθα, πολλῶν μὲν ἄξιον ὄντα θανάτων, καὶ πρὸ πλείονος χρόνου, δι' εὐσπλαγχνίαν δὲ αὐτοῦ φυλαχθέντα εἰς τοῦτο ἡλικίας πρὸς μετάγνωσιν καὶ νῆψιν;

CCXL. — CYRENIO.

Deum non esse malorum auctorem.

Si Deus malorum auctor est, qui fit ut super te pluat ac solem oriri faciat, atque ad senilem usque ætatem hic tibi vitam prorogarit, qui multis mortibus jampridem dignus eras? Verum ob ipsius misericordiam ad hoc usque ætatis, pœnitentiæ ac resipiscentiæ causa, servatus es.

ΣΜΑ'. — ΣΥΝΕΣΙΩ.

Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν.

Ὃ βούλει μαθεῖν σύντομόν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἀσφαλές. Εἰ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει Θεός, εἰ μηδὲν προσκτᾶταί ποτε, ἀεί ἐστι καὶ Πατήρ. Εἰ δὲ ἀεί ἐστι Πατήρ, ἀεὶ ἔσχε τὸν Υἱόν. Συναΐδιος ἄρα ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί.

CCXLI. — SYNESIO.

De Arianis et Eunomianis.

Quod scire aves, breve est, at certum tamen. 68 Si Deus sui semper similis est, nec quidquam unquam ipsi accedit, Pater semper sit necesse est. Quod si semper Pater est, sequitur ut Filium quoque semper habuerit. Ex quo conficitur, eum eamdem cum Patre æternitatem habere.

ΣΜΒ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Περὶ Μοντανοῦ.

Εἰ καί σοι ἀνήκοος ἦν μέχρι δεῦρο, ὡς ἔγραψας, ἡ Μοντανοῦ βλασφημία· ἀλλ' ἀρχαία ἐστὶ καὶ μακρά, σηπεδόνα πολλὴν ἐργασαμένη [καὶ] λώβην καὶ λύμην. Χρὴ δὲ προτροπάδην αὐτὴν καὶ φεύγειν καὶ ἀποπέμπεσθαι (24), τοσαύτην τίκτειν βλάβην τῇ ψυχῇ δυναμένην, ὅσην αὐτὸς εὗρεν τῆς πλάνης

CCXLII. — HERMINO COMITI.

De Montano.

Et si de Montani blasphemia nunquam ad hunc usque diem quidquam, ut scribis, audieras, tamen ea vetus et longa est, atque ingentem putredinem ac labem et perniciem conflavit: opus est autem eam effuso cursu fugere atque amoliri, ut quæ tantum animæ detrimentum procreare queat, quantum

[87] Matth. XVI, 18. [88] Luc. IX, 29.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) Non Ἑρμοκιανῷ, sed Ἡρωνιανῷ, *Heroniano*, hæc epistola inscribitur in codd. Vat. 649 et Alt. Vers. antepen. et pen. pro Ναβουθὰ cod. Alt. habet Ναβούς τε. Paulo post pro κυσὶ cod. uterque legit κυνῶν. POSSIN.

(23) Pro πιστὴν codd. Vat. 649 et Alt. habent πιστῶς. ID.

(24) Pro ἀποπέμπεσθαι codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἐκπέμπεσθαι, et vers. antepen. pro συντίθεται, συντέθειται. ID.

ipse erroris artifex invenit. Præstigiis enim, et puerorum cædibus atque adulteriis, et simulacrorum cultibus constat, atque a sævis dæmonibus compingitur : cujus qui particeps est, illis confestim expletur.

CCXLIII. — EIDEM.
De eodem.

Prolixam quidem orationem impietatis declaratio requirit. Ut autem paucis rem complectar, Spiritum sanctum de medio tollere student, eum haudquaquam in die Pentecostes ad sacrosanctos apostolos venisse asserentes, verum longo post tempore Montani opera datum esse, hominis qui nil quidem grave, ut ipsi contendunt, admiserit, at revera in adulterio perspicue deprehensus sit, atque hoc præclaro facinore divinum prospectum ipsius fidei creditum esse affirmet.

CCXLIV. — EIDEM.
De eodem.

Nihil eos, qui sanis decretis animum minime adjiciunt, jejunium juvat. Quanto enim anima corpore præstantior est, tanto quoque pietatis dogmata vitæ anteponuntur.

CCXLV. — EIDEM.
De eodem.

Deteriorum usus hoc præstat, ut meliora inveniamus. Ut enim hanc impietatem vitemus, et hanc animadvertimus, et illam effugimus, ac per eam item alteram et denique puram ac labis expertem doctrinam percepimus. Quemadmodum igitur Montanum exhorremus, eodem modo Manichæum etiam, qui eadem quæ ille sentit, exsecrabimur. Gemellum enim malum est gehennæ intermedium.

CCXLVI. — EIDEM.
De Arianis et Eunomianis.

Inter Arium et Eunomium non de eo dissidium fuit, uter meliorem doctrinam profiteatur : verum uterque alterum impietatis magnitudine atque copia superare studuit. Ille nimirum cum Dei Filium factitium quiddam esse impudenter asserere ausus est; hic autem eum servum esse impie affirmavit. Quocirca omnibus viribus ambos fugere oportet, utpote extrema labe ac pernicie discipulos suos implentes.

69 CCXLVII. — EIDEM.
Contra Sabellianos.

Alia narratu difficilis Charybdis, eos, quos arripuit, in inferni profundum præcipites agens, Sabellii error est : qui ex Africa profectus est, atque ad multos perrepsit. Siquidem adorandam ac bea-

A τεχνίτης. Μαγγανείαις γὰρ καὶ παιδοκτονίαις, μοιχείαις τε καὶ εἰδωλολατρείαις συντίθεται· καὶ δαίμοσι χαλεποῖς συγκροτεῖται· ἧς μετέχων, ἐκείνων εὐθὺς ἀναπίμπλαται.

ΣΜΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.
Περὶ αὐτοῦ [περὶ τοῦ αὐτοῦ].

Πολλῆς μὲν δεῖται μακρηγορίας (25) ἡ παράστασις τῆς δυσσεβείας. Ὡς ἐν συντόμῳ δὲ φράσαι, ἀνελεῖν σπουδάζουσι τὸ πανάγιον Πνεῦμα, οὐχ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς ἐπιφοιτῆσαι τοῦτο τοῖς ἱεροῖς λέγοντες ἀποστόλοις, ἀλλ' ἐς ὕστερον μακρῷ, Μοντανοῦ διακονοῦντος δεδόσθαι, ἀνθρώπου οὐδὲν μὲν βαρὺ, ὡς οὗτοί φασι, πεπραχότος, μοιχοῦ δὲ φανερῶς B ἑαλωκότος, καὶ τῷ κατορθώματι τούτῳ θεοφάνειαν λέγοντος πεπιστεῦσθαι.

ΣΜΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.
Περὶ αὐτοῦ.

Οὐδὲν ὀνίνησι νηστεία τοὺς ὑγιέσι μὴ προσέχοντας ὅροις· ὅσῳ γὰρ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ προτερεύει, τοσοῦτον πολιτείας δόγματα (26) προκρίνεται εὐσεβείας.

ΣΜΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.
Περὶ αὐτοῦ.

Ἡ χρῆσις τῶν χειρόνων (27) τὴν εὕρεσιν ποιεῖ τῶν κρειττόνων. Ἵνα γὰρ τήνδε τὴν βλασφημίαν ἐκκλίνωμεν, καὶ τήνδε συνεωράκαμεν, κἀκείνην πεφεύγαμεν, καὶ ἐκ ταύτης ἑτέραν καὶ τὴν ἄσπιλον C κατειλήφαμεν. Ὥσπερ οὖν Μοντανὸν μυσαττόμεθα, οὕτως καὶ Μανιχαῖον τὸν σύμφρονα αὐτοῦ βδελυξόμεθα. Δίδυμον γὰρ κακὸν τῆς γεέννης μεσαίτατον.

ΣΜϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.
Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν.

Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ οὐ γέγονε διαφορὰ πρὸς βελτίωσιν, ἀλλὰ ἀμφότεροι ἀλλήλους βλασφημίας φιλοτιμίᾳ ὑπερβαλέσθαι (28) ἐφιλονείκησαν· ὁ μὲν ποίημα τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν ἐξειπεῖν τολμηρῶς ἀναθαρρήσας, ὁ δὲ καὶ δοῦλον ἀσεβῶς ἀγορεύσας. Παντὶ τοίνυν σθένει [ἀμφοτέρους] φευκτέον, ἐσχάτης λύμης τοὺς μύστας ἐμπιπλῶντας.

D

ΣΜΖ'.—ΤΩ ΑΥΤΩ.
Κατὰ Σαβελλιανῶν.

Ἄλλη δυσεξάγγελτος Χάρυβδις εἰς πυθμένα ᾅδου καταχρημνίζουσα τοὺς ἁλόντας, ἡ Σαβελλίου κακόνοια, ἐκ Λιβύης ἀπάρασα, εἰς πολλοὺς δὲ κωμάσασα. Τὴν προσκυνητὴν γὰρ καὶ μακαρίαν Τριάδα, μίαν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(25) Non μακρηγορίας, sed κατηγορίας codd. Vat. 649 et Alt. legunt. Possin.

(26) Δόγμα in singulari non δόγματα scribit cod. Alt. Id.

(27) Vulgatus ἡ χρῆσις τῶν χειρόνων, male sine dubio ad loci sententiam. Ergo ne dubites rescribere auctoribus codd. Vat. 649 et Alt., ἡ σύγκρισις, etc. Id.

(28) Pro ὑπερβαλέσθαι codd. Vat. 649 et Alt. habent ὑποβαλέσθαι. Id.

τινὰ τριπρόσωπον ὑπόστασιν ἐξελήρησεν, ὅπερ ἐστὶ τῶν τριῶν μᾶλλον ἀναιρέσεις (29)· μία γάρ ἐστιν ἡ θεότης, τρεῖς δὲ αἱ ὑποστάσεις. Ταύτας τήρει, οὕτως ἔχε· μή τίς σε συστολὴν ὑποστάσεως, ὡς οὐσίας ἕνωσιν διδάξῃ.

A tam Trinitatem, unam quamdam tribus personis constantem hypostasin esse deliravit. Quod quidem tres potius delere est; una enim est deitas, tres autem hypostases. Has retine, atque ita crede: ne quis te hypostasis contractionem, tanquam essentiæ conjunctionem, doceat.

ΣΜΗ'. — ΔΡΑΚΟΝΤΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰς τὸ, « Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. »

Ἀνατολὴν ἔχων ὄνομα Θεὸς, ἔφης, καὶ φῶς ὑπάρχων ἀπρόσιτον, πῶς ἐπὶ δυσμῶν ἐπιβέβηκεν; Ἀνατολὴ αὐτῷ ὄνομα, ἡ ἄναρχος θεότης, ἡ φῶς οὖσα ἀΐδιον. Ἡ δὲ ἐπὶ δυσμῶν ἐπίβασις, ἡ κοινωνία τῆς ἀνθρωπίνης πτωχείας, δύσις οὖσα, καὶ νυκτὶ ἐοικυῖα, εἰ συγκρίνοιτο τῇ ἄνω λαμπρότητι. Ἀσύγκριτα γὰρ ὑπῆρχε τὰ πράγματα πρὶν [ἢ] ἑνώσει αὐτὰ ἐν ἑαυτῷ ὁ τεχνίτης.

CCXLVIII. — DRACONTIO PRESBYTERO.

In illud: « Viam facite ei qui ascendit ad occasum[88]. »

Quæris quonam pacto, cum Deus Oriens appelletur, ac lumen inaccessum sit, super occasum tamen ascenderit? Respondeo: Oriens vocatur divinitas ortus expers, quæ sempiternum lumen est. Ascensus autem super occasum, est humanæ pau- B pertatis communio ac societas: quæ occasus est, ac nocti similis, si cum superno splendore compararetur. Incomparabiles enim hæ duæ res erant priusquam eas artifex in seipso copulasset.

ΣΜΘ'. — ΕΠΙΚΤΗΤῼ (30).

Ποτήριον πτώσεως, καὶ κόνδυ θυμοῦ, τιμωρίας τοῖς πταίουσιν ἀπειλεῖ ὁ Θεὸς εἰς διόρθωσιν, ποτὲ μὲν Βαβυλωνίοις, ποτὲ δὲ Ἀσσυρίοις ἐγχειρίζων. Ἅπερ ἐκποθέντα ὑπὸ Ἑβραίων, αὐτοὺς μὲν ἀπεμέθυσε, βελτίονος δὲ ζωῆς οὐκ ἠξίωσεν. Ἐν δὲ Χριστὸς ἐπὶ ξύλου ποτήριον πιὼν, καὶ πικρίαν ἰάτρευσε, καὶ εὐφροσύνην ἐπήγαγεν.

CCXLIX. — EPICTETO.

Prolapsionis ac ruinæ calicem, atque iracundiæ poculum supplicii causa Deus peccantibus comminatur, ut eos ad meliorem frugem convertat: nunc videlicet Babyloniis, nunc Assyriis eos tradens. Quæ quidem ab Hebræis epota, eos quidem temulentos reddidit: meliore autem vita non donavit. At vero Christus, exhausto uno in cruce poculo, et amaritudinem sanavit, et voluptatem invexit.

ΣΝ'. — ΕΥΣΕΒΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἡ ἀχάριστος ἡμῶν καὶ φαύλη διάθεσις, πᾶσαν Θεοῦ δωρεὰν ἀναξίως ἐδέξατο. Πνεῦμα εἰλήφαμεν ἅγιον, καὶ πράξεσιν αὐτὸ φαύλαις ὠθήσαμεν. Θαυμάτων ἐδεξάμεθα χάρισμα, καὶ ἀπιστίαις αὐτὸ παρωσάμεθα. Διδασκαλίαν καὶ σοφίαν ὁ δοτὴρ τῶν τοιούτων ἐνέπνευσε, καὶ βλασφημίαις αὐτὰς ἀπωσάμεθα· ἱερωσύνην τὴν οὐράνιον ἐπιστεύθημεν, καὶ κρίσει αὐτὴν σφαλερᾷ διεφθείραμεν. Ὁ δεῖνα ἔλαβε βιαίως ἐπισκοπὴν, καὶ γένει φορτίζει τὰ πράγματα. Ὁ δεῖνα οἰκονομεῖ, καὶ οἰκέταις ὀχλεῖ τὸ θυσιαστήριον. Οὗτος ἐκείνῳ ᾠκείωται, καὶ τὰ πτωχικὰ σφετερίζεται. Ἐκεῖνος τούτῳ εὐνοεῖ, καὶ ἐντομίας (31) καὶ θηλυδρίας ἀνδράποδα εὔωνα ἐπεισφέρει τοῖς ἀνακτόροις. Βαβαὶ, πόσαις κηλῖσι τὸ Θεῖον χραίνεται βῆμα!

CCL. — EUSEBIO EPISCOPO.

C Ingratus noster atque improbus animus omnia Dei beneficia indigne suscepit. Spiritum sanctum accepimus: ac turpibus actionibus ipsum propulimus. Miraculorum donum consecuti sumus: ac perfidia nostra et incredulitate illud rejecimus. Doctrinam ac sapientiam is, qui hujusmodi munerum auctor est, nobis inspiravit, ac per impietates, et sacrilegas doctrinas, eas submovimus. Cœleste sacerdotium fidei nostræ commissum est: ac per lubricum et periculosum judicium, illud corrupimus. Ille per vim episcopatum accepit: et genere suo rerum statum onerat. Ille dispensatorem agit: et famulorum gregibus altare obturbat. Hic ad illius familiaritatem se adjunxit: et pauperum bona intervertit. Ille huic favet: et spadones atque effeminatos atque abjecta mancipia in templum infert. Papæ, quot maculis divinum sacrarium contaminatur!

ΣΝΑ'. — ΕΥΑΓΡΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Περὶ τῆς χλαίνης.

Ἡ χλαῖνα (32) τῆς χλεύης τὴν ἐπίγειον πᾶσαν ἀρχὴν παίγνιον οὖσαν ἐθριάμβευσεν· ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ

D

CCLI. — EVAGRIO DIACONI.

De veste.

Ludibrii vestis de terreno omni imperio 70 ac principatu, tanquam ludicro, triumphavit: verum

[88] Psal. LXVII, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(29) Codd. Vatic. 649 et Alt. legunt ἀναίρεσις. Possin.

(30) Hæc epistola bis in hac editione describitur. Exstat enim inferius pag. 501, num. 156, lib. IV, unde ab alterutro loco expungenda est. In ea vers. IV pro ἀπεμέθυσε codd. Vatic. 649 et Alt. legunt, ἄλγη ἐμέθυσε. Vers. ult. cod. Alt. pro ἐπήγαγεν habet ἐπήγασεν. Id.

(31) Pro ἐντομίας recte corrigit codd. Vat. 649 et Alt. ἐκτομίας. Id.

(32) Cod. Vat. 649 non χλαῖνα sed χλαίνη scribit, assentiente Alt. Ambo iidem vers. penult. μόνην legunt pro μόνων, quod videtur tamen aptius. Id.

Domino imposita, robur ac vires contraxit, atque ad imperium a successione immune progressa est. Conveniebat enim eam, cum vel Christum duntaxat contigisset atque ipsius fimbria exstitisset, firmam ac stabilem effici.

A περιαφθεῖσα, τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἐῤῥωμένον ἐκτήσατο· εἰς ἀδιάδοχον προκόψασα κράτος. Ἔπρεπε γὰρ αὐτὴν καὶ μόνον ἀψαμένην Χριστοῦ, καὶ κράσπεδον γενομένην αὐτοῦ, ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν γενέσθαι.

CCLII. — ALPHIO PRESBYTERO.

Quare scissum est templi velum [89].

Iter ad sancta, quod in templo occultabatur, ac velo intercipiebatur, illud subindicabat, sanctificationem nondum datam esse, ut quæ ad Domini nostri adventum ac præsentiam servaretur : quo scilicet tempore, cum velum infregisset, ac sanctioris adyti arcana, quæ Judæis, ut ingrati animi nota laborantibus, operta fuerant, gentilibus patefecisset, ad cœlestem cognationem nobis iter munivit.

ΣΝΒ'. — ΑΛΦΕΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Διὸ ἐσχίσθη τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα.

Ἡ τῶν ἁγίων ὁδὸς ἐν τῷ ναῷ κρυπτομένη, καὶ καταπετάσματι διειργομένη, μήπω δεδόσθαι τὸν ἁγιασμὸν ὑπεδείκνυ τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν φυλαττόμενον παρουσίᾳ. Ἡνίκα διαῤῥήξας τὸ καταπέτασμα, καὶ γυμνώσας τοῖς ἔθνεσι τὰ τῶν ἁγίων ἀπόῤῥητα, κεκαλυμμένα Ἰουδαίοις ὡς ἀγνώμοσιν, ὡδοποίησεν ἡμῖν πρὸς τὴν ἄνω συγγένειαν.

B

CCLIII. — EIDEM.

Cur in passione Domini inanimata flagellabantur.

Acriter Scripturæ sensus quæris : et quis mulgenti tibi sufficiet, nisi Deus sermonem ac nervos intentioni tuæ pares præbeat? Quod petræ in Dominica passione perruptæ sunt, et monumenta ad corporum migrationem contremuerunt [89*], hinc illud significabatur, eum qui clavis configebatur, et terrenorum, et subterraneorum Dominum esse.

ΣΝΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Διὰ τί ἐν τῷ πάθει τοῦ Δεσπότου τὰ ἄψυχα ἐμαστίζετο.

Δριμέως ζητεῖς τὰ νοήματα. Καὶ τίς σοι ἀρκέσει ἀμέλγοντι, εἰ μὴ Θεὸς παράσχοι (33) λόγον [καὶ τόνον] τῷ σκοπῷ σου συντρέχοντα; Αἱ πέτραι ἐν τῷ πάθει τῷ Κυριακῷ διεθρύβησαν, καὶ τὰ μνήματα πρὸς μεθοδείαν σωμάτων ἐτρόμαζον, τῶν ἐπιγείων καὶ ὑπογείων Δεσπότην σημαίνοντα τὸν ἡλούμενον.

CCLIV. — EIDEM.

Quam ob causam, inquis, ea quæ anima carebant cædebantur [90]? Nimirum ut Judæorum stoliditatem ac vecordiam accusarent : quod cum ea metu frangerentur, hi contra in lapidum naturam migrabant, atque et ad illatum terrorem stupidi, et ad beneficium ingrati erant.

ΣΝΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τίνος χάριν, ἔφης, τα ἄψυχα ἐμαστίζετο; Τῆς Ἰουδαίων, φημὶ, κατηγοροῦντα ἠλιθιότητος· ὅτι τὰ C μὲν φόβῳ συνετρίβετο, αὐτοὶ δὲ εἰς λίθων φύσιν μεθίσταντο, καὶ πρὸς φόβον ἀναίσθητοι, καὶ πρὸς εὐεργεσίαν ὄντες ἀχάριστοι.

CCLV. — EIDEM.

De duobus latronibus.

Duo latrones [90*] duos populos adumbrabant : ille ut qui ad extremum usque spiritum improbitatem animique perversitatem præ se tulerit, ac ne ultimam quidem captivitatem, quam a Romanis perpessus est, in contumeliarum Christo illatarum pœnam atque ultionem sese subiisse confessus sit; hic autem, ut qui in extremo vitæ spiritu de peccatorum remissione minime desperarit, verum scelerum agmen divinitatis prædicatione correxerit et expiarit.

ΣΝΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τῶν δύο λῃστῶν.

Οἱ δύο λῃσταὶ τοὺς δύο ὑπέγραφον λαούς (34)· ὁ μὲν μέχρι τελευτῆς τὸ ἄγνωμον ἐνδειξάμενος, καὶ οὐδὲ τὴν ἐσχάτην αἰχμαλωσίαν, ἣν ὑπὸ Ῥωμαίων ὑπέμεινεν, εἰς ἄμυναν τῶν κατὰ Χριστοῦ παροινιῶν ὁμολογήσας ὑφίστασθαι· ὁ δὲ, πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει μὴ ἀπογνοὺς τῆς ἀφέσεως, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὸν ἑσμὸν τῶν κακῶν θεολογίᾳ διορθωσάμενος.

D

CCLVI. — EIDEM.

De eodem.

Quod Dominus inter duos latrones cruci affigi sustinuerit, voluntariam ipsius ad duos populos præsentiam patefecit : ad quos, ut utrumque per

ΣΝϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ αὐτοῦ.

Τὸ μέσον τῶν λῃστῶν ἀνασχέσθαι σταυρωθῆναι τὸν Κύριον, τὴν ἑκούσιον αὐτοῦ πρὸς τοὺς δύο λαοὺς ἀπεκάλυψε παρουσίαν, πρὸς οὓς ἑκὼν παρεγένετο,

[89] Matth. XXVII, 51. [89*] ibid. 51, 52. [90] ibid. [90*] Luc. XXIII, 39-43.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(33) Pro παράσχοι codd. Vat. 649 et Alt. habent παρέχοι. Iidem mox pro διεθρύβησαν legunt, διετρίβησαν, et in fine pro ἡλουμένον, ἠλωμένον. POSSIN.

(34) Paulo aliter Leo M. serm. 4, *de passione Domini*, videlicet, duos latrones cum Christo crucifixos repræsentare non Judæorum et gentilium diversos populos, sed totum genus humanum in duo agmina in extremo judicio dividendum. « Jesus Christus, inquit, Filius Dei cruci, quem etiam ipse gestarat, affixus est, duobus latronibus uno ad dexteram ipsius, alio ad sinistram, similiter crucifixis, ut etiam in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quæ in judicio ipsius facienda est, omnium hominum discretio, cum et salvandorum figuram fides credentis latronis exprimeret, et damnandorum formam blasphemantis impietas prænotaret. » RITT.

ἀμφοτέρους τῇ ἑαυτοῦ βουληθεὶς ἐνανθρωπήσει ἀνανεώσασθαι· εἰ καὶ ὁ πρότερος, ὡς ὁ εἷς τῶν λῃστῶν, παρῃτήσατο, « Οὐκ ἔχομεν, λέγων, βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα. » Καὶ τὸ αἷμα τὸ ἀθῷον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἐξαιτούμενος, καὶ ὡς δικαίῳ τῷ φόνῳ ἐναβρυνόμενος. Ἀφ' ὧν καὶ οὗτοι κἀκεῖνος (35) τῆς βασιλείας ἐξέπεσον.

A incarnationem suam renovaret, ultro ac sponte accessit, etiamsi prior, quemadmodum ex latronibus unus, id beneficium repudiarit « (Non habemus regem, inquiens, nisi Cæsarem [91]) dum et innoxium **71** sanguinem in capitis sui perniciem ad necem depoposcit, et hujusmodi cæde tanquam justa gloriatus est. Ex quo effectum est, ut et hic populus et latro ille regno exciderint.

ΣΝΖʹ. — ΕΥΛΟΓΙῼ.

Περὶ τῆς τοῦ Ζαχαρίου κωφεύσεως.

Ἀνατέλλοντος φωτὸς, ὁ ὄρθρος ὑποχωρεῖ. Ἡλίου ἀνίσχοντος λαμπρῶς, τὰ τῶν ἀστέρων ἀμαυροῦται χορεύματα. Ὅτε αἴθριος (36) ἡμέρα ἐπιφανῇ, τὰ τῆς ἕω ἀπολήγει σκιάσματα. Ὅτε ἡ τοῦ Εὐαγγελίου σοφία ἐξέλαμψεν, ἡ τοῦ νόμου παιδαγωγία ἐσχόλασεν. Οὕτω κωφεύει Ζαχαρίας, τὰ τοῦ νέου καὶ παραδόξου ἀσπασμοῦ ἀκηκοὼς εὐαγγέλια.

CCLVII. — EULOGIO.

De eo quod Zacharias mutus factus sit.

Exoriente luce matutina diluculum abscedit. Claro sole oriente siderum chorus obscuratur. Cum purus ac liquidus dies illuxit, auroræ umbræ finem accipiunt. Cum Evangelii sapientia effulsit, legis puerilis institutio munus suum exercere desiit. Sic B nempe vocis usum amittit Zacharias, posteaquam novæ atque admirandæ salutationis lætum nuntium audivit [91*].

ΣΝΗʹ. — ΠΕΤΡῼ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤῌ.

Τοὺς τῶν μοναχῶν νεοπαγεῖς οὔτε καταφορτίζειν δεῖ τῷ τοῦ κανόνος ζυγῷ, ἵνα μὴ εὐθὺς ἐν προοιμίῳ (37) ἀπείπωσιν· οὔτε ἀδαμάστους καὶ ἀπόνους ἐᾷν, ἵνα μὴ πρὸς ῥαθυμίαν ἐμπέσωσιν, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ προσαύξειν αὐτοῖς τὴν ἀνάβασιν, ἵνα ὡς Ἰσαὰκ προβαίνοντες μείζονες γένωνται. Ὁ γὰρ ὑπερβάλλων πόνος ποιεῖ, τοῦτο καὶ πολλὴ ἀμέλεια πληροῖ· ὁ μὲν καταβάλλων, ἡ δὲ ἐκλύουσα.

CCLVIII. — PETRO ARCHIMANDRITÆ.

Monasticæ vitæ tirones, nec regulæ jugo immodice onerare oportet, ne statim in ipsis præludiis animis frangantur, ac deficiant : nec rursus indomitos ac laborum expertes relinquere, ne in socordiam et ignaviam prolabantur : verum paulatim ad altiora provehere : ut, quemadmodum Isaac, sensim progredientes, in majorem magnitudinem evadant. Nam quod immodicus labor efficit, hoc quoque ingens negligentia incuriaque præstat : ille videlicet prosternens, hæc autem enervans et emolliens.

ΣΝΘʹ. — ΓΙΓΑΝΤΙῼ.

Αὐτὸς μὲν πᾶσαν φεῦγε βλασφημίαν· τῶν δὲ τῆς θείας Γραφῆς θεωρημάτων, ἀπαίτει παρ' ἡμῶν μεθοδικῶς τὴν ἐπίλυσιν. Οὐκ οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία τῶν τοῦ Κυρίου θεοσημείων, ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπεφήνατο. Ἐπειδὴ κόσμος σύντομος ὁ ἄνθρωπός ἐστι πάντων [τῶν] τοῦ κόσμου συμπληρωτικῶν μετέχων στοιχείων. Ἃ τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἀπίθανος (38) ὢν, ὡς τὰ πολλὰ, οὐκ ἐχώρει θαύματα, ὡς ὑπερφυῆ καὶ θεῖα, τῶν καὶ πώποτε φθασάντων ὑψηλότερα καὶ μεγαλοπρεπέστερα, ταῦτα μὴ χωρεῖν τὸν κόσμον ἐστοχάσατο.

C CCLIX. — GIGANTIO.

Tu quidem blasphemiam omnem fuge : theorematum autem divinæ Scripturæ solutiones et explicationes compendiaria ratione a nobis exposce. Non arbitror mundum capere posse eos, qui de divinis miraculis conscribi possint, libros [91**], evangelista pronuntiavit. Quoniam brevis ac contractus mundus homo est, ut qui omnium elementorum, ex quibus mundus velut omnibus suis numeris absolutus est : idcirco miracula ea, quæ, ut natura præstantiora, et divina, et iis omnibus, quæ unquam edita fuerant, sublimiora, homo, utpote magna ex parte inscius et absurdus, minime capiebat, a mundo capi non posse conjecit.

ΣΞʹ. — ΛΟΥΚᾼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Περὶ ὑποταγῆς.

Βαρὺν ὑπῆλθες ζυγὸν, ἀπειρόζυγος ὤν. Καὶ δέος ἐστὶ μὴ πρὸς τὴν σμινύην τοῦ θείου ἀτονήσῃς ἀρότρου, κἀκείνου φανῇς συνεργὸς τοῦ πύργον οἰκοδομοῦντος, καὶ τὰς δυνάμεις μὴ προορῶντος. Εἰ τοίνυν δόκιμος βούλει γενέσθαι μοναχὸς, μὴ αὐτόβουλον καὶ

D CCLX. — LUCÆ MONACHO.

De subjectione.

Grave jugum subiisti, jugi adhuc expers. Ac periculum est, ne ad aratri Dominici jugum elanguescas ac deficias, illiusque socius esse videaris, qui, viribus suis ac facultatibus minime ante perpensis et exploratis, turrim exædificandam suscipit. Quare

[91] Joan. XIX, 15. [91*] Luc. I, 13. [91**] Joan. XXI, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35). Codd. Vat. 649 et Alt. addunt κοινῶς. Possin.

(36) Αἴθριος adverbialiter ponunt codd. Vat. 649 et Alt. scribendo, αἰθρίως. Id.

(37) Melius codd. Vat. 649 et Alt. ἐκ προοιμίων. Id.

(38) Codd. Vat. 649 et Alt. ἄπιστος. Id.

si probus monachus fieri studes, ne eam rationem ineas, ut tuo ipsius arbitrio vivas, ac mores tuos tibi uni probatos esse velis : quin potius iis mentem tuam et consilium submitte, qui et vita, et tempore, et labore divinam vineam jam ante foderunt et coluerunt : a quibus munus istud facile perdisces. Ridiculum enim plane est, cum, ut vilium ac mechanicarum artium magistros nanciscamur, **72** huc atque illuc oberremus, divinam tamen philosophiam, tanquam vile aliquid ac despicandum, nobis ipsis committamus.

A μονότροπον ἀρέσκειαν μετέρχου, ἀλλὰ κλῖνον τὴν γνώμην τοῖς βίῳ καὶ χρόνῳ καὶ πόνῳ ἤδη τὸν θεῖον σκάψασι καὶ σκαπανεύσασιν ἀμπελῶνα· παρ' ὧν εὐκόλως τὴν ἐργασίαν μαθήσῃ. Γελοῖον γὰρ καὶ καταγέλαστον, βαναύσου μὲν τέχνης πανταχόσε περινοστεῖν διδασκάλους, τὴν δὲ θείαν φιλοσοφίαν, ὡς εὐτελές τι, ἑαυτοῖς ἐπιτρέπειν.

CCLXI. — EUBULO.

De malitia.

Quod prorsus inutilis sit improbitas atque et in præsens mala contubernalis, et in futurum acris ac vehemens accusatrix, ex multis intelliges. Quid igitur hanc amplecteris ac foves, o Cacobule potius quam Eubule? Quam si fugias, ut bonis omnibus inimicam et infestam, et apud Deum, et apud homines clarus ac celebris exsistes.

ΣΞΑ'. — ΕΥΒΟΥΛΩ.

Περὶ κακίας.

Ὅτι παντάπασιν ἀκερδὴς ἐστιν ἡ κακία, καὶ πρὸς τὰ παρόντα φαύλη σύνοικος, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἰσχυρὰ κατήγορος, φήσουσί σοι πολλοί. Τί τοίνυν αὐτὴν ἀσπάζῃ καὶ περιέπεις, Κακόβουλε μᾶλλον ἢ Εὔβουλε; Ἣν φεύγων (39) ὡς πᾶσι τοῖς καλοῖς πολεμίαν, B καὶ Θεῷ φανήσῃ καὶ ἀνθρώποις ἀοίδιμος.

CCLXII. — LEONTIO EPISCOPO.

Non oportere inexercitatos monasteria instituere.

Bonus ille Eusebius, rebus omnibus aliis recte ac præclare constitutis, id quoque Pelusio adventu suo præbuit, ut bubulcis quibusdam et caprariis, ac fugitivis mancipiis (qui neminem unquam ex iis qui monasticam vitam aut coluerint, aut omnino ament, magistrum habuerunt, nec etiam de hac philosophia quidquam unquam audierunt, aut habitu tenus didicerunt), monasticas palæstras opprimendas ac præfocandas committeret. Qua quidem in re perinde fecit, ut si quis, cum prælio undique urgeatur, ac magna telorum vis emittatur, inermibus hominibus ac rei militaris imperitis instruendam adversus ea aciem mandet, victoriamque sua sponte in perniciem suam prodat.

ΣΞΒ. — ΛΕΟΝΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ὅτι οὐ χρὴ τὴν ἐπισκοπὴν ἀγυμνάστους μοναστήρια συγκροτεῖν.

Πάντα καλῶς ὁ χρηστὸς διαθεὶς (40) Εὐσέβιος, καὶ τοῦτο τῇ παροικίᾳ Πηλουσίου παρέσχετο, βουνόμοις τισὶ καὶ αἰπόλοις καὶ δραπέταις οἰκέταις ἐπιτρέπων μοναχικὰ συμπήγνυσθαι παλαιστήρια, οὐδενὶ μαθητευθεῖσι τὴν μοναχικὴν ἢ μετελθόντων, ἢ ὅλως ἀγαπώντων, οὐδὲ ὅλως τῆς φιλοσοφίας ταύτης ἢ ἀκηκοόσιν, ἢ μέχρι σχήματος διδαχθεῖσι. Τοῦτο ποιῶν, ὥσπερ ἄν εἴτις, πολέμου περιεστῶτος, καὶ βελῶν C σφοδρῶς ἀφιεμένων, ἀόπλοις καὶ ἀπειροπολέμοις ἐπιτρέποι τὴν πρὸς ἐκεῖνα παράταξιν, καὶ προδιδῷ καθ' ἑαυτοῦ ἑκουσίως τὴν νίκην.

CCLXIII. — HERACLIO DIACONO.

Apte atque accommodate omnes, qui tuam mutationem perspiciunt, illud divini Psalmistæ tibi accinunt, « Transivi, et ecce non erat : quæsivi eum, et non est inventus locus ejus [93]. » Nam qui vim aliquam a Domino acceperunt, eaque non ad beneficium rependendum, sed ad ulciscendum usi sunt, eo tandem rediguntur, ut vim nullam habeant, ac maleficæ potentiæ pœnas exposcuntur.

ΣΞΓ'. — ΗΡΑΚΛΕΙΩ (41) ΔΙΑΚΟΝΩ.

Πρόσφορον καὶ ἁρμοδίαν σοι πάντες, ὅσοι τὴν σὴν ὁρῶσιν ἀλλοίωσιν, ἐπᾴδουσι θεόφαντον ψαλμῳδίαν, τὸ, Παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. Οἱ γὰρ δύναμιν παρὰ Κυρίου λαμβάνοντες, καὶ ταύτῃ οὐκ εἰς ἀμοιβὴν κεχρημένοι, ἀλλ' ἄμυναν, καὶ εἰς τὸ μηδὲν δύνασθαι περιίστανται, καὶ τῆς κακοποιοῦ δυνάμεως τὰς εὐ- D θύνας εἰσπράττονται.

CCLXIV. — ORIONI.

Communis quidem omnium hostis est diabolus; generalia autem bella gerit adversus eos, qui ipsius voluptatibus cultum minime adhibent, nec per malorum radicem avaritiam ipsum adorant. Quorum in numero, et quidem inter propugnatores, cum ipse sis, spiritus armaturam arripe.

ΣΞΔ'. — ΩΡΙΩΝΙ.

Κοινὸς μὲν ἁπάντων ὁ ἐχθρὸς, πολέμους δὲ ἔχει γενικοὺς πρὸς τοὺς ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ μὴ λατρεύοντας, καὶ τῇ ῥίζῃ τῶν κακῶν φιλαργυρίᾳ αὐτῷ μὴ προσκυνοῦντας. Ὧν εἷς ὑπάρχων καὶ πρόβολος, ἔχου τῆς πανοπλίας τοῦ πνεύματος.

CCLXV. — SYMMACHO.

Si ob corporis proceritatem omnium mortalium

ΣΞΕ'. — ΣΥΜΜΑΧΩ.

Εἰ τῷ ὕψει τοῦ σώματος, τὸ μείζων εἶναι τῶν ἀν-

[93] Psal. xxxvi, 36.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Pro φεύγων φεῦγε, et vers. seq. pro πολεμίαν, πολέμιον codd. Vatic. 649 et Alt. legunt. Possin.

(40) Διατιθεὶς pro διαθεὶς, et vers. 8 pro περιεστῶτος, παρεστῶτος, codd. Vatic. 649 et Altaemsis habent. Id.

(41) Inscribitur hæc epistola in iisdem ambobus codd. non Ἡρακλείῳ sed Ἡρακλείτῳ. Id.

θρώπων πεφάντασαι, Νεβρὼδ ὁ γίγας πολλῷ σε ὑπερίπτατο, καὶ οἱ Ἀσταρὼθ (42) γίγαντες, καὶ Γολιὰθ ὁ ἀλλόφυλος, καὶ Σαοὺλ ὁ παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὑπερώμιος. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησε τὸ μῆκος, τῆς θείας ἐπιεικείας φρονήσαντας ὑψηλότερα.

A maximum te esse imaginaris, gigas Nembrod longe te altitudine vincebat, et gigantes Astaroth, et barbarus Goliath, et Saul, qui Israelitas omnes humeris superabat. Verum nihil eos sublimitas juvit, divina benignitate ac facilitate altius de se sentientes.

ΣΞϚ'. — ΚΡΑΤΙΝῼ.
Περὶ ὑποταγῆς.

Ἣν αὐτός μοι πεῦσιν προσήγαγες, ἄλλος τις τῷ Κυρίῳ· ὁ μὲν εἰρηκὼς, Τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; αὐτὸς δὲ γεγραφὼς, Τίνι μοναχικὴν κατορθώσω; Ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς τὸν νόμον, ὡς νηπιώδης, ἐπέμπετο· σὲ δὲ ἐγὼ, ὡς τελείων ἐφιέμενον, πρὸς ὕψος χειραγωγῶ ἀναβάσεως. Ἄρνησαι σαυτὸν, καὶ ἆρον τὸν σταυρὸν, καὶ φεῦγε ὡς ἐγώ.

CCLXVI. — CRATINO.
De subjectione.

Quam tu mihi quæstionem obtulisti, eamdem alius etiam quispiam Domino obtulit: ille nimirum, cum dixit, « Quid faciens, **73** vitam æternam possidebo [91]? » Tu autem cum scripsisti: Quanam ratione omnes monasticæ vitæ numeros explebo? Verum ille, ut puerili animo præditus, ad legem mittebatur: ego B vero te, ut perfectionis cupidum, ad ascensionis fastigium porrecta manu duco. Abnega teipsum et tolle crucem tuam, ac mei instar fuge.

ΣΞΖ'. — ΚΥΡΗΝΙῼ (43).

Αὐτὸς μὲν ἠρώτησας, ποίαν ἔχει ἡ ψυχὴ ἐκεῖ τὴν κατάστασιν, ἢ τίνι τρόπῳ συνέχεται. Ἐγὼ δέ φημί σοι, ὅτι Ἡ μὲν βιώσασα χρηστῶς, εἰς ἀνάστασιν ἐλεύσεται ζωῆς· ἡ δὲ ζήσασα κακῶς, εἰς αἰώνιον πορεύσεται πυράν. Ἥνπερ δεδιὼς, φρόντιζε ὅπως εὑρεθήσῃ ἀκατάγνωστος καὶ ἀκόλαστος.

CCLXVII. — CYRENIO.

Tu quidem sciscitatus es, quemnam illic anima statum habeat, aut quonam modo, vel loco contineatur. Ego vero respondeo: Ea quæ recte atque honeste vixit, ad vitæ resurrectionem veniet; quæ autem male et flagitiose curriculum vitæ confecerit, ad sempiternum rogum proficiscetur. Quod quidem tu metuens, curam omnem adhibe, ut condemnationis ac pœnæ expers inveniaris.

ΣΞΗ'. — ΠΑΥΛῼ.
Περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ θείου κηρύγματος.

Αὐτῷ ᾧ νομίζεις ἐλαττώματι [τῷ] ἀκόμπῳ καὶ ἀγραμμάτῳ τῶν ἱερῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν (44), ὑπερέχει τοῦ θείου Εὐαγγελίου ἡ δύναμις, δι' ἐκείνων κρατήσασα, δι ὧν ἄλλοι ἡττήθησαν.

CCLXVIII. — PAULO.
De potentia divinæ prædicationis.

C Hac ipsa, quam tu vitium esse existimas, sanctorum Domini discipulorum humilitate ab omni fastu et ostentatione aliena, litterarumque inscitia, divini Evangelii vis ac potentia majorem in modum eminet: ut quæ per ea victoriam adepta sit, per quæ alii victi sunt.

ΣΞΘ'. — ΜΑΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.
Πρὸς ἱερεῖς, περὶ τῆς τῶν πενήτων οἰκονομίας.

Εἰ καὶ ἀλόγιστος εἶ καὶ ἀνάγωγος· ἀλλ' οὖν κἂν ἐκ παρακούσματος ἔχεις, ὅτι πάλαι οἱ τῶν θείων ἀποστόλων μαθηταὶ, τὰ οἴκοι πιπράσκοντες, τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπὲρ πτωχῶν προσεκόμιζον. Σὺ δὲ πᾶν τοὐναντίον ποιῶν, τὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν πτωχῶν οἴκοι συνάγεις ἀσεβῶς. Παῦσαι τοίνυν τῆς ἀσεβείας· οἰκονόμος γὰρ εἴρηται παρὰ τὸ οἰκεῖα αὐτῶν νέμειν τοῖς πένησιν. Οἰκεῖα δὲ αὐτῶν, εἰκότως τὰ ἐκκλησιαστικά (45).

CCLXIX. — MARONI PRESBYTERO.
Ad sacerdotes, de pauperum dispensatione.

Quanquam tu vecors es atque contumax, attamen vel fando illud audiisti, quod olim divinorum apostolorum discipuli venditas suas facultates ad ecclesiam pauperum causa deferebant. At tu contra omnino faciens, ecclesiæ ac pauperum bona domi tuæ impie ac nefarie colligis. Huic igitur impietati D finem impone: œconomus enim hinc dictus est, quod pauperibus, quæ ipsorum sunt, tribuat. Propria autem ipsorum merito sunt ecclesiastica bona.

ΣΟ'. — ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΟΝΙ.
Κατὰ Ἑλλήνων.

Ἔξεστί [σοι] συνιδεῖν, ἄριστε, ἐκ τῶν συμβάντων

CCLXX. — AGATHODÆMONI.
Contra gentiles.

Optime vir, ex iis quæ evenerunt, majora tibi

[91] Luc. x, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(42) Iidem duo codd. non Ἀσταρώθ, sed Ἀσταρώθιοι legunt. Possin.

(43) Inscribitur hæc epistola in codd. iisdem Κουρηνίῳ, *Curenio*, non Κυρινίῳ. Vers. 2 post τρόπῳ iidem inserunt, ἢ τὸ πῶς. Id.

(44) Pro μαθητῶν cod. Alt. habet μαθημάτων. Id.

(45) Memorabilis hic est locus, ex quo intelligimus, bona ecclesiastica bona pauperum esse. Sic res Ecclesiæ esse patrimonia pauperum scripserunt et Carolus Magnus et Ludovicus Pius impp. in Capitulis, cap. 85, et D. Hieronymus ad Damasum papam scribens, pauperum esse ait, quidquid habent clerici. Quæ dicta in Decretum quoque a Gratiano relata laudat (et merito quidem) Cujacius in Recitationib. ad Decretales ad cap. 2, ext. De præscript. Ritt.

— Vers. 5, τὸ τῆς, codd. V. 649 et A. τὰ τῆς, etc. Vers. 6 et 7, ἀσεβείας, iidem codd. ἀθεΐας. Possin.

perspicere licet. Ethnicismus enim multis et temporibus et laboribus, et opibus, et armis, et sermonibus corroboratus ex oculis evanuit. Nostra autem religio plebeiis et illitteratis, et pauperibus atque abjectis hominibus demandata, brevi temporis spatio fulgetræ in modum quoquo gentium pervasit, non oculos duntaxat atque aspectum, sed etiam mentes illuminans, quoniam videlicet ille ex commentitiis fabulis constabat : hæc autem ex cœlestibus dogmatibus compacta erat.

CCLXXI. — LEANDRO.
De libero arbitrio.

Humana natura, vir eximie, nec ejusmodi **74** est, quæ vitium admittere nequeat : nec rursum vi naturæ vitia habet. Verum mens ac voluntas hæc admittens, prolapsionem a virtutibus sustinet.

CCLXXII. — EIDEM.

Illud quod scribis, primus quoque homo perpessus est, verum secundus priorem formam ipsi reddidit : quippe qui in ea modo sermonem omnem superanti exstiterit, eamque modo divinitati consentaneo correxerit.

CCLXXIII. — EUTONIO.
« *Magnificabo Dominum,* » etc.

« Magnificabo Dominum in laude, et placebit ei super vitulum novum, » canebat David [92], Judæorum ruinam, et gentium adjunctionem significans. Quoniam enim, inquit, populus ille, cujus fidei sacrificia commissa fuerant, Deum rejecit, nec cruoris profusione Deus oblectatur, propterea ego spiritualem cultum adhibeo : quem ipse multo pluris, quam illum, facturus est.

CCLXXIV. — THEONI.

Pulchritudine atque opibus, ut apparet, gloriaris, aliosque, quibus hæc desunt, pro nihilo ducis : illud ignorans, te feno quam ocissime marcescente [93] ornatum esse. Atque item pecunias tanquam aquam contines, quæ alios ex aliis humectat, ac rursum ad alios fluit. Quamobrem aut ad infidas hujusmodi opes, perinde atque ad umbram et fumum, et ventos, animum adjice : aut illud scito, te umbræ, et fumo, et ventis confidere.

CCLXXV. — PELUSII MAGISTRATIBUS.

Præclara educationis præmia Pelusium ab Aspiano capit : præclaram ille vicem ac mercedem altrici

A τὰ μείζονα. Ὁ γὰρ Ἑλληνισμὸς πολλοῖς καὶ χρόνοις καὶ πόνοις καὶ πόροις καὶ ὅπλοις καὶ λόγοις κρατυνθεὶς, ἠφανίσθη. Ἡ δὲ ἡμετέρα θρησκεία ἰδιώταις καὶ ἀγραμμάτοις καὶ πτωχοῖς καὶ εὐτελέσιν ἐγχειρισθεῖσα ἐν βραχεῖ καιρῷ, δίκην ἀστραπῆς διῆλθε πανταχοῦ, οὐ τὰς ὄψεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς γνώμας φωτίσασα· ὅτι ὁ μὲν ψευδέσι μύθοις συνέκειτο· ἡ δὲ δόγμασιν οὐρανίοις συνήρμοστο (46).

ΣΟΑ'. — ΛΑΙΑΝΔΡΩ (47).
Περὶ αὐτεξουσίου.

Ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπεία, θαυμάσιε, οὔτε ἀνεπίδεκτός ἐστι κακοῦ, οὔτε φυσικῶς κέκτηται τὰ κακά.
B Ἀλλὰ γνώμη ταῦτα προσιεμένη, τὴν τῶν καλῶν ὑπομένει ἀπόπτωσιν.

ΣΟΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἐκεῖνο ὃ γέγραφας (48), καὶ ὁ πρῶτος πέπονθεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ δεύτερος αὐτῷ τὴν προτέραν μορφὴν ἀποδέδωκεν, ἐν ἐκείνῃ ἀφράστως γενόμενος, καὶ ταύτην θεοπρεπῶς διορθωσάμενος.

ΣΟΓ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ.
« *Μεγαλυνῶ τὸν Κύριον,* » *καὶ τὰ ἑξῆς*

« Μεγαλυνῶ τὸν Κύριον ἐν αἰνέσει, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, » ἔψαλλεν ὁ Δαβὶδ, τὴν Ἰουδαίων σημαίνων ἀπόπτωσιν, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν οἰκείωσιν. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ὁ τὰς θυσίας πιστευθεὶς ἠθέτησε
C λαὸς, καὶ (49) οὐχ ἥδεται αἵμασιν ὁ Θεὸς, ἐγὼ τὴν ἐν πνεύματι προσάγω λατρείαν, ἥπερ ἐκείνης αὐτῷ φανεῖται ἀξιωτέρα.

ΣΟΔ'. — ΘΕΩΝΙ (50).

Κάλλει καὶ πλούτῳ ἐπαίρῃ, ὡς ἔοικε, καὶ τοὺς ἄλλους περιφρονεῖς, οἷς ταῦτα οὐ πρόσεστιν· ἀγνοῶν, ὅτι χόρτῳ κεκόσμησαι ταχὺ μαραινομένῳ. Καὶ ὡς ὕδωρ συνέχεις τὰ χρήματα, ἄλλους ἐξ ἄλλων νοτίζον, καὶ πάλιν πρὸς ἄλλους βλυστάνον. Ἢ τοίνυν ὡς σκιᾷ καὶ καπνῷ, καὶ ἀνέμοις, τοῖς ἀπίστοις τούτοις πρόσεχε κτήμασιν, ἢ ἴσθι σκιᾷ καὶ καπνῷ πεποιθὼς καὶ ἀνέμοις.

D

ΣΟΕ'. — ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ (51).

Καλὰ λαμβάνει τροφεῖα παρὰ Ἀσπιανοῦ τὸ Πηλούσιον· καλοῖς μισθοῖς τὴν θρεψαμένην ἀμείβεται.

[92] Psal. LXVIII, 31. [93] Isa. XL, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Codd. Vat. 649 et Alt. συνήρμοσται. Possin.

(47) Titulus hujus epistolæ in cod. Vat. 649 nomen Leandri scribit sine diphthongo, Λεάνδρῳ. Porro hæc epistola iterum reponitur hoc ipso in libro pag. 81, numerata illic 303, sed illic plenius habetur plus dimidio aucta, quare hoc ejus principium ex hoc loco expungendum esset. Id.

(48) Codd. Vat. 649 et Alt., in prima persona γέγραφα. Id.

(49) Καὶ omittitur ab Alt. Id.

(50) Hæc epistola in codd. Vat. 649 et Alt. inscribitur Θεονοΐῳ, *Theonoio*. Id.

(51) In titulo codd. Vat. 649 et Alt. post τὴν πόλιν addunt, μοναστηρίοις. Vers. 1, pro Ἀσπιανοῦ iidem habent, Ἀππιανοῦ. Mox e regione vocis εὐηχόῳ cod. Alt. ponit in margine hæc verba, ἄλλως, ἐνηχόῳ. Id.

Ὑποψιθυρισίας γὰρ τῇ εὐηκόῳ ἀκοῇ τοῦ κρατοῦντος συκοφαντίαν, ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τῶν ἐνταῦθα χηνσιτορίαν, καὶ τοσούτων κακῶν ἐν πείρᾳ τοὺς συμφυλέτας κατέστησεν, ὅσων καὶ σύνοικος κλέπτης. Εὔξασθε τοίνυν θερμῶς, μήποτε Πηλουσιώτας δυνηθῆναι ἃ βούλονται. Καλοὶ γάρ εἰσι πτωχεύοντες καὶ συγκύπτοντες, ἢ μικρὰ ἀνανεύοντες, καὶ σκιώδη ἰσχύοντες. Ἐχιδνῶν γεννήματα φαίνονται τὴν κυήσασαν αὐτοὺς γαστέρα ἐσθίοντες.

A suæ rependit. Posteaquam enim in patulas ac nimium credulas imperatoris aures calumniam insusurravit, urbis hujusce quæsturam ab eo accepit: ac tribules suos tot malis atque calamitatibus affecit, quot etiam fur domesticus. Ardenti ergo animo vota facite, ut ne unquam Pelusiotæ tantum possint, quantum volunt. Meliores enim sunt cum mendicitate laborant, et angustia premuntur, quam cum paululum emergunt, et umbratili potentia præditi sunt. Viperarum enim genimina tunc esse videntur, qui ventrem, quo foti editique sunt, erodunt.

ΣΟϚ'. — ΧΑΙΡΗΜΟΝΙ (52).

Πρὸς τοὺς μεγάλα τὰ παρόντα νομίζοντας.

Ἄπιστος ὢν καὶ ἀβέβαιος, καὶ οὐκ ἔχων τὸν νοῦν πρὸς τὰ μέλλοντα, εἰκότως τοῖς ἐνταῦθα ἀβεβαίοις καὶ ἀπίστοις προστέτηκας, πλούτῳ φημὶ καὶ δόξῃ κενῇ. Ἢ τοίνυν περιφρόνει ταῦτα, ὡς γήϊνα· ἢ γυμνάσθητι πρὸς καρτερίαν, ἵν' ἔχοις ὑπομονὴν ὅτε φεύγουσιν.

CCLXXVI. — CHÆREMONI.

Ad eos qui præsentia magna existimant.

B Cum infidelitatis atque inconstantiæ vitio **75** labores, nec futura in mente habeas, non mirum est te incertis atque infidis hujusce vitæ rebus prorsus addictum esse, hoc est, opibus atque inani gloriæ. Quamobrem aut ista, ut terrena contemne, aut ad tolerantiam te exerce, ut, cum fugient, patientiam adhibeas.

ΣΟΖ'. — ΠΑΙΟΝΙΩ (53).

Ἡ πλείων πόσις, μᾶλλον ὑπάρχει πτῶσις καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς πράγμασι, καὶ τὸν νοῦν θολοῦσα μᾶλλον καὶ τὸ σῶμα βαρύνουσα. Ἀπόσχου τοίνυν τῆς ἀφειδ[ε]ίας, καὶ χρῆσαι τῇ συμμετρίᾳ, ἥ καὶ μήτηρ ἐστὶν ὑγείας, καὶ νήψεως αἰτία.

CCLXXVII. — PÆONIO.

Nimia potio, prolapsio potius est, tam in opibus, quam in negotiis: ut quæ et mentem magis perturbet, et corpus premat. Quod cum ita sit, ab immoderato usu abstine, ac moderationi stude, quæ et sanitatis mater est, et prudentiæ ac sobrietatis causa.

ΣΟΗ'. — ΠΕΤΡΩ.

Ἄσκησις, ὦ φιλότης, πασῶν τῶν Κυρίου ἐντολῶν μίμησίς ἐστι καὶ δοχεῖον. Ἀόργητος, ἀπέρπερος, ἄτυφος, ἀφιλάργυρος, ἀφίλαυτος, ὑποτακτική, διακονοῦσα παντὶ, ἀλλοτρία σώματος καθόλου, οἰκία (54) τοῦ πνεύματος [μόνου,] γλῶσσαν εὐχάριστον ἔχουσα, προσευχὴν χρησιμεύουσαν, πρὸς λοιδορίαν ἀκίνητος, πειθοῖ πάντα πράττουσα, [καὶ] τῷ τοῦ ἄγοντος νεύματι, ὃν καὶ χρόνος καὶ πόνος, καὶ θεία ψῆφος ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς προστασίας ἐκάθισε, τὰς ἐμβολὰς τῶν πνευμάτων καὶ γινώσκοντα καὶ ἐκκλίνοντα.

C CCLXXVIII. — PETRO.

Monastica vita, o amice, omnium Dei mandatorum imitatio est ac receptaculum. Etenim ab ira, improbitate, fastu, pecuniarum studio, sui ipsius amore, remota est; obedientiam colit, omnibus inservit, a corpore omnino aliena est, ac spiritus duntaxat propria; linguam ad gratiarum actionem proclivem, atque orationem utilem habet; ad maledictum immota est; persuasione et obsequio cuncta facit, atque ad moderatoris nutum et arbitrium, quem et tempus, et labor, et divinus calculus ad antistitii gubernacula collocavit, ut qui ventorum impetus et cognitos habeat, et vitet.

ΣΟΘ'. — ΚΛΕΑΡΧΩ.

Τοσούτων ἐστὶ κακῶν ἡ μέθη αἰτία, ὦ οὗτος, ὅτι ὁ ἀκροατὴς τῶν ἐν παραδείσῳ ἀῤῥήτων, ἔξω τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἵστησι ταύτην. Μὴ τοίνυν ὡς βραχέος περιφρονῶμεν τοῦ μεγάλου νοσήματος.

CCLXXIX. — CLEARCHO.

D Tot vitiorum causa est ebrietas, heus tu, ut is, qui paradisi arcanorum auditor exstitit, eam extra Dei regnum collocarit. Ac proinde ne ingentem morbum, tanquam levem et exiguum, contemnamus.

ΣΠ'. — ΧΡΥΣΑΝΘΩ.

Περὶ μνησικακίας καὶ θυμοῦ.

Ὡς μνησίκακόν σε πολλοὶ κωμῳδοῦσιν, ἀμυντηρίῳ πονηρῷ τῷ θυμῷ κεχρημένον, ὅνπερ ὁ πλάσας

CCLXXX. — CHRYSANTHO.

De injuriarum recordatione et ira.

Multi te ut injuriarum memorem traducunt, malis armis, hoc est iracundia, utentem, quam Crea-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(52) Nomen ejus ad quem scribitur hæc epistola in codd. Vat. 649 et Alt. habet α simplex sine diphthongo in prima syllaba, Χαρήμονι, *Charemoni*, non Χαιρήμονι. Possin.

(53) Et hic in titulo aliter scribitur in cod. Alt. nomen ejus ad quem est epist.; nam ibi habetur non Παιονίῳ, sed Πεοήνῳ, *Peæno*. Quod v. 2 habetur, μᾶλλον, abest a codd. Vat. 649 et Alt. Id.

(54) Οἰκία. Codd. Vat. 649 et Alt. habent, οἰκεία. Id.

tor animæ opitulatricem adhibuit, ut corporis ignaviam ac mollitiem corroboret. Quamobrem, si vera loquuntur, constat te Creatoris scopum ignorare: ut qui et ferro ad cædem, et pulchritudine ad fraudem, et lingua ad convicium abutaris, et bonorum datorem malorum auctorem facias. Fac igitur frenum iracundiæ quam ocissime injicias, ne te in exitium præcipitem agat.

A βοηθὸν τῇ ψυχῇ προσκατέστησε, τὰς ὀλιγωρίας καὶ χαυνότητας νευροῦντα τοῦ σώματος. Εἰ οὖν ἀληθεύουσι, δῆλος εἶ ἀγνοῶν τὸν σκοπὸν τοῦ Ποιήσαντος, καὶ τῷ σιδήρῳ πρὸς φόνον χρώμενος, καὶ πρὸς ἀπάτην τῷ κάλλει, καὶ τῇ γλώσσῃ πρὸς βλασφημίαν, καὶ αἴτιον ποιῶν τῶν κακῶν, τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν. Χαλίνου τοίνυν θᾶττον τὸν θυμὸν μή σε καταχρημνῶν εἰς ὄλεθρον ὤσῃ.

CCLXXXI. — DIDYMO.

(83) Αὐτῶν uncinis inclusum prorsus omittitur in cod. Vat. 649. Mox pro τοῦτο cod. idem Vatic 649 legit τοῦτον. POSSIN.

(84) Post προδότην codd. Vat. 649 et Alt. addunt αὐτόν. ID.

(85) Pro ὅτι Alt. habet ὅτε. Vers. 6 post διὰ codd. Vat. 649 et Alt. addunt τοῦ. ID.

ἀπαιδευσίαν, πάντας ἐκκρίνει τῆς οἰκουμένης, καὶ A λόγους φιλοσόφους, καὶ ἄνδρας φιλαρέτους. Φιλεῖ γὰρ, ὡς τὰ πολλὰ, ἀνδρίζεσθαι ἡ ἀλογία, καὶ νῦν αὐτὴν εὑρήσεις πανταχοῦ προεστῶσαν (86). Οὔτε γὰρ Ἐκκλησίαν ἄνευ αὐτῆς, οὔτε τὴν πολιτείαν, οὔτε αὐτὴν τὴν βασιλείαν, ἔξω ταύτης ἴδοις διοικούμενην· ἀφ' ὧν καὶ τὰ κακὰ πλεονάζει, καὶ δουλοπρέπεια τὸ πανταχόσε περιεζώσατο κράτος. Φέρε τοίνυν τὸν ἀλόγιστον γενναίως, ἐπειδὴ ἡδέως ἀνέχῃ τῶν ἀφρόνων φρόνιμος ὢν ἐν Κυρίῳ.

dictum aut actum fuerit : sic iste, nisi omnia ad ipsius inscitiam dicta fuerint, omnes et philosophicos sermones, et probos viros ac virtutis amantes ex orbe terrarum explodit et eliminat. Solet enim ut plurimum fortitudinis speciem exhibere temeritas : ac nunc eam passim præsidentem invenias. Nam nec Ecclesiam, nec rempublicam, nec ipsum imperii statum sine ea regi atque administrari perspexeris. Ex quo et mala exuberant, et servilis quædam humilitas imperium ubique arripuit. Quamobrem fer animo forti stultum atque inconsideratum hominem : quandoquidem libenter sustines insipientes, tu qui sapiens es in Domino.

ΤΚΓ'. — ΚΥΡΙΛΛΩ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Πολλαὶ μὲν μαρτυρίαι Γραφικαὶ, πολλαὶ δὲ θεωρίαι B πρακτικαὶ τὸν ἀληθῆ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως λόγον τρανοῦσιν ἀσφαλῶς, εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας διανοίας καὶ γλώσσης ἀνώτερόν ἐστι τὸ μυστήριον. Ὅτι δὲ ὁ ἀληθινὸς καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἄνθρωπος γέγονεν ἀληθῶς, οὔτε ὃ ἦν τραπεὶς, καὶ ὃ οὐκ ἦν προσλαβὼν (87), ἐκ φύσεων δυοῖν ὁ εἷς ὑπάρχων Υἱὸς, ἄναρχος καὶ ἀπέραντος, πρόσφατος καὶ ἀΐδιος, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀρνηθείης, πλείστας ἔχων τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν μεγάλου Ἀθανασίου περὶ τούτων συναινέσεις, ἀνθρώπου τὰ θεῖα ὑπερφυῶς ἐμβατεύσαντος.

CCCXXIII. — CYRILLO ARCHIEPISCOPO ALEXANDRINO.

Cum multa Scripturæ testimonia, tum multæ cum actione conjunctæ contemplationes, veram Dominicæ incarnationis doctrinam certissime nobis declarant · etiamsi mentis ac linguæ nostræ vim et facultatem hoc mysterium excedat. Quod autem verus ac rerum omnium summus Deus, homo vere factus sit, nec ab eo quod erat, demigrans, et quod non erat, assumens, ex duabus naturis unus Filius exsistens, ortus ac finis expers, recens et sempiternus, ne ipse quidem inficias ieris, ut qui plurimas de his rebus sancti Patris nostri magni Athanasii comprobationes habeas, hoc est ejus viri, qui ad divinarum rerum intimos sinus eximie penetravit.

ΤΚΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Χρή σε, θαυμάσιε, ἄτρεπτον μένειν ἀεὶ, οὔτε φόβῳ C προδιδόντα τὰ οὐράνια, οὔτε σαυτῷ ἐναντίον φαινόμενον. Εἰ γὰρ τὰ νῦν γεγραμμένα σοι τοῖς προτέροις ἀντεξετάσειας, ἢ κολακείας φανήσῃ ὑπεύθυνος, ἢ εὐχερείας διάκονος, κενῆς μὲν δόξης ἡττώμενος, τῶν μεγάλων [δὲ] ἁγίων ἀθλητῶν τοὺς ἀγῶνας οὐ μιμησάμενος, οἳ τὸν ἅπαντα βίον ἐπ' ἀλλοτρίας κακουχεῖσθαι ὑπέμειναν, ἢ κακόδοξον φρόνημα κἂν μέχρις ὤτων εἰσδέξασθαι.

CCCXXIV. — EIDEM.

Te oportet, vir admirande, firmum atque constantem semper manere : sic nempe ut nec metu cœlestia prodas, nec tecum ipse pugnare videaris Nam si ea, quæ nunc abs te scripta sunt, cum superioribus perpendas, aut adulationi obnoxius esse videberis, aut levitatis minister, ut qui inani gloriæ succumbas, non autem magnorum ac sanctorum pugilum certamina imiteris, qui per omnem vitæ suæ cursum in extera regione premi ac vexari potius sibi ferendum duxerunt, **87** quam ut perversam ac falsam sententiam vel auribus tenus exciperent.

ΤΚΕ'. — ΚΥΡΩ ΝΕΩ ΜΟΝΑΧΩ.

Περὶ ἐγκρατείας γλώσσης.

Νόμος φιλοσοφίας ἀσφαλοῦς, ὅρος ἁγνείας ἀκριβοῦς, τῷ θεοφόρῳ Παύλῳ διώρισται, νεκρῶσαι πάντα D τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Εἰ τοίνυν ἕπεσθαι βούλει τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ ([88] εἴη δὲ πάντως, εἰ τὸ ἀσκεῖν

CCCXXV. — CYRO MONACHO.

De linguæ continentia.

Tutæ philosophiæ lex, ac certæ et exactæ puritatis regula hæc nobis a divino viro Paulo præscripta est, ut mortificemus membra nostra, quæ sunt super terram. Quamobrem si ipsius placita sequi stu-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) *Φιλεῖ γὰρ... προεστῶσαν*. Thucydidea sententia huc pertinet : Ἡ ἀμάθεια θράσος ἀπεργάζεται· τὸ δὲ μεμαθηκέναι, ὄκνον φέρει. Et veteres Iambi : Ἀμουσία τὸ πλεῖστον ἐν βροτοῖς μέρος, λόγων τε πλῆθος· ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει. Ritt.

(87) *Οὔτε ὃ ἦν τραπεὶς καὶ ὃ οὐκ ἦν προσλαβών*. Similiter sup. ep. 303. Est autem hæc celeberrima et usitatissima in utraque Ecclesia, Græca et Latina, de incarnatione Filii Dei loquendi formula : « Quod erat, permansit, et quod non erat, assumpsit. » Eadem et Leo M. utitur cum alibi, tum serm. 1, De nativit. Dom. et in epistola 10, ad Flavianum episcopum Constantinopol., quam approbavit synodus Chalcedonensis tanquam columnam veritatis, ut est in Synopsi Græca conciliorum. Id.

— Vers. 8 pro Υἱὸς repetitur paulo prius positum εἷς, cui sine ulla interpunctione continnatur ἄναρχος, etc. Possin.

(88) E regione asterisci et consequentium verborum, εἴη δὲ πάντως εἰ τὸ ἀσκεῖν θέλεις, hæc habet in margine cod. Alt., ἔφη δὲ πάντως, εἰ βούλει τὸ ἀσκεῖν. Id.

des (omnino autem sequeris, si monasticam vitam colere cupis) linguæ celeritatem freno coerce. Maximum enim terrenorum omnium membrorum lingua est, ut quæ ægre retineri possit. A

θέλεις), χαλίνωσον τῆς γλώσσης τὸ ταχύ. Τὸ μεῖζον γὰρ ἁπάντων τῶν γηΐνων μελῶν γλῶσσα, ὡς δυσκάθεκτός ἐστιν.

CCCXXVI. — JOANNI MILITI.

Singulari tuæ audaciæ, o Joannes, finem jam impone, ingentem atque circumactu difficilem operum tuorum improbitatem mentis oculis intuere. Atque vel ut legitimus miles ad conserenda cum barbaris prœlia te instrue : aut ut modestus plebeius urbi te ostende, atque ut par est, te gere.

ΤΚϚ'. — ΙΩΑΝΝῌ ΣΤΡΑΤΙΩΤῌ.

Παῦσαι λοιπὸν, Ἰωάννη, τῆς παντολμίας· βλέψον πρὸς τὴν μεγάλην καὶ δυσέκλυτον (89) τῶν ἔργων σου κακίαν. Ἢ ὡς ὁπλίτης νόμιμος, καὶ στρατιώτης ἔνθεσμος, πρὸς τὰς μάχας τῶν βαρβάρων τασσόμενος· ἢ ὡς δημότης εὔτακτος ἐν ἄστει φαινόμενος, καὶ πρεπόντως ἀναστρεφόμενος

CCCXXVII. — EIDEM.

Monachorum ædiculas, ut ad me allatum est, subis, atque agricolarum manipulos rapis, ut eos deprædaris. Ac præterea improbum dogma ipsorum auribus instillas, illudque firmo animo tueris. Vide igitur ne tempestatis cujuspiam periculum facias, justaque cæcitate afficiaris, nimirum et hic oculorum detrimento multatus, et illic igni servandus. B

ΤΚΖ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Οἰκίσκοις, ὡς ἔγνων, ἐπέρχῃ μοναχῶν, καὶ δράγματα ἁρπάζεις γεωργῶν, πρὸς τὸ λῄζεσθαι τούτους· καὶ δόγμα φαῦλον κατηχῶν, καὶ τούτου στεῤῥῶς ὑπερμαχῶν. Ἄθρει τοίνυν, μή τινος σάλου (90) πειραθῇς, καὶ πήρωσιν δικαίαν ὑποστῇς, ἐνταῦθα μὲν τυφλώσει παιδευόμενος, ἐκεῖσε δὲ πυρὶ φυλαχθησόμενος.

CCCXXVIII. — ANATOLIO.

Blasphemia usque adeo clamor et indignatio et ira [7] gravior est, ut etiam priorem hac illam magnus atque ingenti animo præditus Paulus collocarit. Quod autem blasphemus ille dictus sit, atque intelligatur, qui Deo contumeliam infert, nemini unquam incognitum fuit. Quare cum ira, quæ blasphemia gravior est, et per quam omne malorum genus in mundum irrepsit, labores : aut hanc quoque desere, aut cum blasphemus appellaris, mœrorem animique cruciatum ne concipe C

ΤΚΗ'. — ΑΝΑΤΟΛΙῼ.

Τοσοῦτον βλασφημίας κραυγὴ καὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ διενήνοχεν, ὅτι προτέραν ταύτης ἐκείνην ὁ μέγας καὶ μεγαλόφρων τέθεικε Παῦλος. Ὅτι δὲ βλάσφημος ὁ εἰς Θεὸν ἐξυβρίζων καὶ εἴρηται καὶ νενόηται (91), οὐδεὶς ἠγνόησέ ποτε. Εἰ τοίνυν τὴν χείρονα τῆς βλασφημίας κέκτησαι ὀργὴν, δι' ἧς πάντα εἰσκωμάζει τὰ φαῦλα τῷ βίῳ, ἢ [καὶ] ταύτην κατάλιπε, ἢ μὴ ἄλυε καλούμενος βλάσφημος.

CCCXXIX. — EIDEM.

Nonnulli te intemperantem linguam habere cavillantur, fontiumque maledicentiæ flumen esse, ipsius fluenta copiose profuseque tum excipiens, tum eructans : quæ quidem in supplicii et cruciatus mare hominem conjiciunt. Quem si effugere cupis, vivarum potius aquarum puteum investiga : qui hoc affert, ut ne quis postea sitiat, et linguæ custodiam præbet, ne in malitiæ verba declinet.

ΤΚΘ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Τινές σε γλῶσσαν ἔχειν ἀκρατῆ κωμῳδοῦσι, καὶ τῶν πηγῶν τῆς λοιδορίας ὑπάρχειν ποταμὸν, τὰ ἐκείνης δαψιλῶς καὶ δεχόμενον καὶ ἐρευγόμενον ῥεύματα, ἅπερ εἰς θάλασσαν ἐμβάλλει τιμωρίας. Ἣν εἰ θέλεις ἐκφυγεῖν, τῶν ζώντων μᾶλλον ναμάτων τὸ φρέαρ ἐξερεύνησον, ὅπερ χαρίζεται καὶ τὸ μηκέτι διψᾷν, καὶ τῇ γλώσσῃ ὀρέγει φυλακὴν, μὴ εἰς λόγους ἐκκλίνειν πονηρίας.

CCCXXX. — DIDYMO.

In illud, « Non occultatum est os meum. »

Transgressionis primi parentis causam magnus ille David in psalterio canens, atque ad eam condonandam facilem ac placidum Dominum reddens, et inevitabilem Dei cognitionem esse significavit, D

ΤΛ'. — ΔΙΔΥΜῼ.

Εἰς τὸ, « Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου. »

Τὴν αἰτίαν τῆς παραβάσεως τοῦ προπάτορος ὁ μέγας Δαβὶδ ἐν ψαλτηρίῳ ἀνακρουόμενος, καὶ πρὸς συγχώρησιν αὐτῆς τὸν Δεσπότην ἐξιλεούμενος, καὶ τὴν ἄφυκτον τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐσήμανε, καὶ τὴν

[7] Ephes. IV, 31.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(89) Editum δυσέλκτον, haud dubie mendosum, corrigunt codd. Vatic. 649 et Alt. POSSIN.

(90) *Μή τινος σάλου.* Corrupta est sine dubio lectio; veram suggerunt codd. Vat. 649 et Alt. hanc : Ἄθρει τοίνυν, μή τινος Σαύλου πειραθῇς καὶ πήρωσιν δικαίαν ὑποστῇς· *Cave igitur ne Saulum experiaris aliquem et excæcationem meritam sustineas.* Alludit nimirum Isidorus ad historiam Act. XIII narratam de Elyma mago quem Saulus, qui deinde vocatus Paulus est, cæcitate percussit. Vers. 9 : Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος.... ἀτενίσας εἰς αὐτὸν εἶπεν.... Καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον. Nec vero quadrat ad loci sententiam mentio *tempestatis.* ID.

(91) *Καὶ νενόηται.* In cod. Alt. e regione in margine ponitur, καὶ πεπίστευται, quæ lectio magis arguta et auctore digna est. ID.

μετὰ τὸ πταῖσμα τοῦ Ἀδὰμ εὐγνωμοσύνην ἐδήλωσεν, « Οὐκ ἐκρύβη, λέγων, τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ. » Οὐκ ἔλαθέ σε, φησὶ, τῆς γυναικός μου ὁ ὄλισθος, ἣν ἐκ τοῦ ὀστέου μου λεληθότως ἐποίησας, ὕπνῳ βαρεῖ εὐνάσας με. Ἀλλ' ἔγνως τὰ ἡμέτερα κρύφια, ὁ ἐκείνην κρυφίως ὑποστησάμενος.

A et Adami post lapsum candorem animique probitatem declaravit, his verbis utens : **88** « Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto. » Perinde ac si diceret : Non te fugit uxoris meæ lapsus, quam ex osse meo, cum me somno gravi oppressisses, occulte condidisti. Verum animorum nostrorum latebras perspectas habes, qui eam occulte procreasti.

ΤΛΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τί ἐστι, « Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. »

Ἀγχίνους ὢν, καὶ συνετῶς ἐρευνῶν, οὐδὲν δύνασαι ἀγνοεῖν· πάντα γὰρ καλῶς ἀθροίσας ἐν νεότητι, ἔχεις ἐν γήρει ἀνάπαυσιν. « Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἴδοσαν οἱ ὀφθαλμοί σου. » Τὸ μήπω πραχθέν μοι, φησὶν ὁ Ἀδὰμ (92), ὡς ἤδη τελεσθὲν καθορᾷς. Καὶ τοὺς τέως μὴ τεχθέντας, ὡς ἤδη τεχθέντας (93) ἐπίστασαι. Δύναται δὲ νοῆσαι καὶ διχῶς· Τὸ ἄκακον καὶ ἀπόνηρον καὶ ἀνεξέργαστόν μου (ἔργον γὰρ ἡ περίνοια λέγεσθαι φιλεῖ) εἴδοσαν οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τῷ βιβλίῳ σου πάντες γραφήσονται. Καὶ οὐκ ἔστι, φησὶν, ὃ μὴ συνιεῖς, ἢ λανθάνει σε· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα γινώσκεις, καὶ τὸ ἄκακόν μου οἶδας, ὅπως ἀγνοίᾳ ἠπάτημαι, καὶ τῷ ἀλήστῳ τῆς μνήμης σου πάντες οἱ λογισμοί μου ἐνσημαίνονται.

CCCXXXI. — EIDEM.

Quid sit illud, « Imperfectum meum viderunt oculi tui. »

Cum tu et ingenii acumine polleas, et Scripturarum sensum sagaciter perscruteris, nihil est quod te latere possit. Nam cum omnia in juvenili ætate præclare collegeris, requietem in senectute habes. B Imperfectum meum viderunt oculi tui. Illud quod nondum a me factum est, inquit Adamus, tanquam jam confectum perspicis ; et eos, qui nondum nati sunt, tanquam jam in lucem editos, noscis. Potest etiam hic locus alio modo intelligi. Innocentiam meam, animique ab improbitate puritatem, atque id quod minime egi (opus enim plerumque animi conceptio appellatur) viderunt oculi tui. Et in libro tuo omnes scribentur. Hoc est, nihil est quod non intelligas, aut quod te fugiat : verum et futura cognoscis, et innocentiam ac simplicitatem meam exploratam habes, nimirum quonam pacto per ignorationem in fraudem lapsus sim : et in memoria tua, in quam nulla oblivio cadere potest, omnes cogitationes meæ consignantur et insculpuntur.

ΤΛΒ'. — ΕΥΣΤΑΘΙΩ.

Περὶ Εὐσεβίου ἐπισκόπου.

« Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, » ὁ Δεσπότης ἔφη Χριστός. Ἐπειδὴ καὶ μιᾶς ἡμέρας κάκωσις (94) ἐπιλησμονὴν πολλῆς εὐφροσύνης ποιεῖ. Ἤρκει [καὶ] καθ' ἑαυτὸν ὁ χρηστὸς τῶν ἐπισκόπων Εὐσέβιος, πᾶσαν πληρῶσαι τὴν Ἐκκλησίαν συγχύσεως. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς σῆς κακοθελείας ἐπέτυχε, πᾶσαν τὴν οἰκουμενικὴν ταράξαι ἐπαρκεῖ εὐταξίαν. Εὐχὴ τοίνυν ἐστὶν ἱερατικοῖς ἅπασι, καὶ τῷ κοινῷ (95) τοῦ λαοῦ, καὶ τοῖς κατὰ μονὰς ἀγωνιζομένοις θεράπουσι τοῦ Θεοῦ, ἢ διαζευχθῆναι τὴν σὴν σκαιότητα τῆς ἐκείνου πονηρίας, ἢ μεταβληθῆναι ἀμφοτέρας εἰς χρηστότητα καὶ κοινωνικὴν πολιτείαν, ἢ ἀμεῖψαι τὴν μακροθυμίαν εἰς αὐστηρίαν, καὶ ἀξίαις ὑμᾶς ἀνταμείψασθαι ταῖς παιδείαις, ὧν τε πεπράχατε, ὧν τε βουλεύεσθε, ὧν τε ἀσεβῶς ἀλλήλοις συνέρχεσθε.

CCCXXXII. — EUSTATHIO.

C *De Eusebio episcopo.*

« Sufficit diei malitia sua, » inquit Dominus Christus : Quandoquidem etiam unius horæ malitia voluptatis magnæ oblivionem affert. Probus ille episcopus Eusebius ad universam Ecclesiam perturbatione implendam, vel solus sufficiebat. Posteaquam autem te quoque improba voluntate hominem nactus est, eas jam vires habet, quæ toti terrarum orbi perturbando pares sint. Ac proinde tum omnis sacri ordinis viri, tum communis plebs, tum denique Dei famuli qui in solitudine decertant, vota faciunt, ut vel importunitas tua ab illius improbitate disjungatur, aut utraque in benignitatem, ac vitæ rationem ab hominum societate atque commercio D minime abhorrentem commutetur : aut Deus lenitatem suam in acerbitatem convertat, vobisque pro iis, quæ et perpetrastis, et animo agitatis, et impie in unum coitis, meritas pœnas rependat.

ΤΛΓ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Κρίνειν τά τε τῶν ὕβρεων, τά τε τῶν κολάσεων μεγέθη οἱ ἄνθρωποι τῷ πλήθει τῶν συνειδότων εἰώ-

CCCXXXIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Contumeliarum ac suppliciorum magnitudinem spectatorum atque consciorum multitudine ponde-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(92) *Φησὶν ὁ Ἀδάμ.* Suspicabar aliquando legendum ὁ Δαβίδ. Sed in B C etiam est ὁ Ἀδὰμ, nec opus ulla mutatione. Nam Isidorus illa verba, quæ hic ex psalmo CXXXIX, interpretanda suscepit, quasi sub Adami persona a Davide prolata esse vult. Quam vere aut concinne, judicet lector. RITT.

(93) Pro ὡς ἤδη τεχθέντας cod. Alt. non in contextu sed in margine legit, ὡς ἤδη ἀνδρωθέντας. POSSIN.

(94) *Καὶ μιᾶς ἡμέρας κάκωσις. Etiam unius horæ malitia*, vertit Billius, qui legisse videtur ὥρας κακία et κάκωσις hic afflictionem significat et molestiam. RITT.

(95) Pro τῷ κοινῷ cod. Alt. legit in margine, τῷ κόσμῳ. POSSIN.

rare homines consueverunt. Etenim easdem contumelias et cruciatus haud multis inspectantibus illatos, haud æque graves et acerbos existimant. Cum igitur hæc ita se habeant, tecum repntes velim, quonam animo futuri simus, cum coram omni humano genere, **89** atque angelorum agmine, nobis reddendæ rationes erunt: quo tempore præsertim nullus impudentiæ locus erit, peccatis videlicet umbrarum instar nos sequentibus.

A θασι. Τὰς γὰρ αὐτὰς ὕβρεις καὶ τὰς κολάσεις μὴ ἐπὶ πολλῶν γινομένας, οὐχ ὁμοίως βαρυτάτας ἡγοῦνται. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, σκόπει πῶς διακεισόμεθα, ἐπὶ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος καὶ τοῦ τῶν ἀγγέλων δήμου μέλλοντες εὐθύνας ὑφέξειν, ὅταν μάλιστα καὶ πᾶσα ἀναισχυντία χώραν οὐχ ἕξει, τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν, ὥσπερ σκιῶν, ἀκολουθούντων.

CCCXXXIV. — HERMINO COMITI.

« Super mortuum plora, quoniam defecit lux ejus[8]. » His verbis non hoc vult Scriptura ut omnes eos qui e vivis excesserunt, lacrymis ac luctu prosequamur, verum ut eum qui improbis actionibus exstinctus est, nec vivam vitæ rationem consectatus est, lugeamus ac deploremus, ut qui a futura luce exciderit.

ΤΛΔ'. — ΕΡΜΙΝῼ ΚΟΜΗΤΙ (96).

Τὸ, « Κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, ὅτι ἐκλέλοιπε φῶς, » οὐχὶ πάντας τοὺς τεθνεῶτας λέγει καταθρηνεῖσθαι· ἀλλὰ τὸν ἔργοις νεκρωθέντα, καὶ τὴν ζῶσαν ἀναστροφὴν μὴ μετελθόντα, κλαίεσθαι βούλεται, ὡς τοῦ μέλλοντος B φωτὸς ἀποτυχόντα.

CCCXXXV. — EUTONIO DIACONO.

Eum qui de aliquo bene mereri studuit, nec tamen ei opem ferre potuit, ex eventu ne reprehende: verum ex animi instituto ac voluntate lauda, atque honore affice: quoniam etiam naturæ vi ad ea, quæ oportebat, efficienda incitatus est: etiamsi viribus elanguerit, nec quod conabatur, perficere potuerit.

ΤΛΕ'. — ΕΥΤΟΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τὸν βουληθέντα εὐεργετῆσαι, μὴ δυνηθέντα δὲ βοηθῆσαι, μὴ ἐκ τῆς ἐκβάσεως μέμφου, ἀλλ' ἐκ τῆς προθέσεως τίμα· ὅτι [καὶ] τῇ φύσει κεκίνηται, ἃ ἐχρῆν διαπράξασθαι, εἰ καὶ τῇ δυνάμει ἐνάρκησε, μὴ ἰσχύσας ἐργάσασθαι.

CCCXXXVI. — CYNEGIO.

De ingluvie.

Ne Paulus quidem ipse, cœlestium ac divinarum rerum exactissima cognitione præditus, te docet ventrem, præposterosque ipsius appetitus destrui atque aboleri pronuntians: verum mensarum lautitiis totus addictus es, solum ventrem splendide mulcens ac deliniens, Deumque existimas. Quocirca si omnia una cum hac vita exstingui putas, præclare decertas, cibis corpus comprimens. Sin autem aliquid post hanc futurum credis, opera tua ad exitum præpara.

ΤΛϚ'. — ΚΥΝΗΓΙῼ.

Περὶ γαστριμαργίας.

Οὐδὲ Παῦλος ὁ τῶν οὐρανίων ἀκριβέστατος γνώ-C στης παιδεύει σε, καταργεῖσθαι τὴν γαστέρα καὶ τὰς ταύτης δυσορεξίας ἀποφαινόμενος· ἀλλ' ὅλος εἶ περὶ τράπεζαν λίχνος, μόνην λαμπρῶς τὴν κατάποσιν κολακεύων, καὶ Θεὸν ἡγούμενος τὴν κοιλίαν. Εἰ τοίνυν τῇ παρούσῃ ζωῇ πάντα νομίζεις συγκαταλύεσθαι, καλῶς ἀγωνίζῃ στενοχωρούμενος βρώμασιν (97)· εἰ δέ τι καὶ μετὰ ταύτην πιστεύεις ἔσεσθαι, ἑτοίμαζε τὰ ἔργα σου πρὸς τὴν ἔξοδον.

CCCXXXVII. — ISIDORO DIACONO.

Quid sit illud: « Usque ad Appii forum, et tres Tabernas. »

Id quod a Luca dictum est in Actis apostolorum, « Usque ad Appii forum et tres Tabernas, » formam quamdam et effigiem significat ante Romam prostantem, simulacrum quoddam Appii habentem: quemadmodum ad hunc usque diem imperatorum imagines hujus aut illius fora nuncupantur. Per Tabernas autem, Latina lingua hospitia quædam aut cauponarum usus designantur.

ΤΛΖ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τί ἐστιν, « Ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ τριῶν Ταβερνῶν. »

Τὸ « Ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ τριῶν Ταβερνῶν, » τῷ Λουκᾷ ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων Πράξεσιν εἰρημένον, D τόπους τινὰς σημαίνει (98) πρὸ τῆς Ῥώμης, τὸν μὲν εἰκόνα τινὰ Ἀππίου ἔχοντα, ὡς εἰκὸς, καὶ φόρον ἐκείνου καλούμενον, ὡς μέχρι νῦν αἱ τῶν βασιλέων εἰκόνες, τοῦδε [ἢ τοῦδε] φόροι προσαγορεύονται. Τὰ δὲ, πανδοχείων τινῶν ἢ καπηλείων χρῆσιν αἰνίσσονται, τῇ Ῥωμαίων φωνῇ οὕτως ὀνομαζόμενα.

[8] Eccles. XXII, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Non Ἑρμίνῳ κόμητι sed Εὐτονίῳ διακόνῳ, *Eutonio diacono*, hæc inscribitur ep. in codd. Vat. 649 et Alt. Iidemque v. 3 post ἔργοις merito addunt κακοῖς. POSSIN.

(97) *Στενοχωρούμενος βρώμασιν*. Bill. *cibis corpus comprimens*. Malim, *distendens*. RITT.

— Vers. 6 vox ζωῇ elegantius omittitur in codd. Vat. 649 et Alt. tanquam satis intellecta in vocabulo παρούσῃ. Videtur ergo glossema nimis solliciti lectoris; nam notatum reperitur in margine cod. Alt. unde forte in contextum irrepserit. POSSIN.

(98) *Τόπους τινὰς σημαίνει*. Bill. cum vertit, *formam quamdam et effigiem significat*, legisse videtur τύπους non τόπους, id est *loca*: quomodo tamen et Paris. ed. et B C habet diserte. RITT.

ΤΛΗ'. — ΑΓΕΛΙΔΗ ΝΑΥΑΤΙΑΝΩ.

Κατὰ Ναυατιανῶν.

Φλήναφον συνείρας ἀπολογούμενος, σχετλιασμὸν συνθεὶς πολυώδυνον, τὴν θείαν λέγων μὴ ἰσχύειν ἀπόφασιν, ἥνπερ τοῖς ἱερεῦσι παρέσχετο, ἀφιέναι τοῖς ἀνθρώποις τὰ πταίσματα. Εἰ δὲ αὐτὴ ἀνίσχυρος, πᾶσα πάντως ἀβέβαιος, καὶ εἰς μάτην ἐλπίζομεν, ὡς αὐτὸς ἐδογμάτισας.

A CCCXXXVIII. — AGELIDI NOVATIANO.

Contra Novatianos.

Nugas, causam tuam defendens, contexuisti, acerbissimam querelam componens, dum divinam eam sententiam vim habere negas, quam sacerdotibus ad remittenda hominibus peccata præbuit. Quod si hæc minime firma et valida est, omnes profecto incertæ atque infirmæ sunt, atque inanis spes nostra est quemadmodum tu docuisti.

ΤΛΘ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ αὐτοῦ.

Εἰ μὲν ἔχεις οὕτως προγνώσεως, ὡς εἰδέναι τὰ τῇ κρίσει τηρούμενα, εἰκότως κατακρίνεις πρὸ κρίσεως, καρδιογνώστης τις (99) γεγονὼς ἐξ οἰήσεως. Εἰ δὲ καὶ σὺ τῆς φιλαμαρτήμονος φύσεως, ὡς ἄνθρωπος, ὑπάρχεις τις μοῖρα, καὶ πρὸς ἐξέτασιν ἥξειν πάντως περιμένεις, λόγον εἰσπραχθησόμενος· μὴ προάρπαζε τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, πρὸς μετάγνωσιν μᾶλλον καλῶν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀπόγνωσιν ὠθῶν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

CCCXXXIX. — EIDEM.

De eodem.

Si ea in te prænotio est, ut quæ extremo judicio servantur, tibi explorata sint, non abs re ante judicium homines condemnas, ut qui inani opinione B tua, quid in pectoribus conditum sit, compertum habeas. Sin autem naturæ libenter peccantis, ut homo, pars quædam es, atque ad examen omnino venturum te esse exspectes, **90** ut vitæ actæ rationes a te exigantur, Dei judicium ne præripe: atque id potius stude, ut eos, qui peccant, ad pœnitentiam voces, quam ut ad desperationem impellas.

ΤΜ'. — ΑΚΥΛΑ.

Αἱ ἀμετάδοτοι γνῶμαι, καὶ αἱ τούτων τιμωρίαι, πρὸς σωφρονισμὸν ἡμῶν ἀνεγράφησαν, ἵνα τὴν ἐκείνων μίμησιν φύγωμεν, καὶ τούτων πεῖραν (1) λάβωμεν. Εἰ τοίνυν τὸν πλοῦτον ἀγαπῶμεν, καὶ τὸ εὖ ποιεῖν παροροῦμεν, ἔγνωμεν ἐκ τῆς θείας πτυκτῆς τὸν τοιοῦτον μακρῷ πυρὶ τηγανιζόμενον.

CCCXL. — AQUILÆ.

Præparci atque a largitione abhorrentes animi, eorumque supplicia ad emendationem nostram litterarum monumentis mandata sunt, ut illorum imitationem et exemplum fugiamus, cruciatusque haudquaquam experiamur. Quapropter, si opes amamus, ac de hominibus bene mereri negligimus, C ex divinis Litteris hujusmodi hominem diuturno igni torreri cognovimus.

ΤΜΑ'. — ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Εἰς τὸ, « Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι. »

Ἀσφαλῶς τὰ εὐαγγελικὰ παράδεξαι δόγματα, *Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι*, κελεύοντα, *καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι* (ἅπερ τῶν ἐπιθυμιῶν τὰς ὀρέξεις δεδέσθαι, καὶ τοὺς νόας ἐξῆφθαι πρὸς ἐγρήγορσιν βούλονται), ἐπιθυμῶν, καὶ μηνιῶν, καὶ ζηλῶν, καὶ ἀτόπως ἐρῶν, καὶ πάντα μᾶλλον ποιῶν, ὅπως τὴν σαυτοῦ ἀναστροφὴν ἀντίστροφον τοῦ Θεοῦ ἀποτελέσειας νόμου. Καὶ πρόσεχε, πάντολμε, μὴ τῆς ὑψηλῆς χειρὸς (2) πειραθῇς πρὸ τῆς ἐκεῖθεν κολάσεως, κἀνταῦθα κἀκεῖ δι' ὑπερβολὴν κακίας τιμωρούμενος.

CCCXLI. — EUSEBIO EPISCOPO.

In illud, « Sint lumbi vestri præcincti. »

Caute scilicet evangelica hæc dogmata accipe, quibus istud imperatur, *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris* (quæ nimirum hoc volunt, ut cupiditates et appetitiones nostræ vinciantur, ac mentes ad excubandum excitentur), quippe qui et cupiditatibus flagres, et irascaris, et invideas, et præposteris amoribus deditus sis, ac denique in omnibus tuis actionibus sic te potius compares, ut vitam tuam divinæ legi contra- D riam reddas. Vide itaque, homo audacissime, ne sublimem illam manum ante futurum supplicium experiaris, ob singularem improbitatis magnitudinem hic quoque pœnas pendens.

ΤΜΒ'. — ΣΕΛΕΥΚΩ.

Περὶ ταπεινοφροσύνης.

Ταπεινοφρόνει μᾶλλον, καὶ μὴ ταπεινολόγει, ἵνα μὴ ἐγγύθεν ἔχῃς τῶν ῥημάτων κατηγορίαν τὰ πρά-

CCCXLII. — SELEUCO.

De humilitate animi.

Animo atque affectu potiusquam verbis humilem te præbe, ne in propinquo res habeas quæ sermo-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(99) Τις abest a codd. Vat. 649 et Alt. Possin.

(1) Ante λάβωμεν merito codd. Vat. 649 et Alt. addunt μή, cujus defectum interpres ex conjectura supplevit. Id.

(2) Post χειρὸς codd. Vat. 649 et Alt. addunt, τοῦ Θείου et verbum sequens scribunt πειρασθῇς. Id.

nes accusent, verum potius res per verba ostendas, opera pro sermonibus habens, ac non contra, per opera sermones evertens.

A γματα, μᾶλλον δὲ τὰ πράγματα διὰ τῶν ῥημάτων (3) δεικνύῃς, ἔργα τοὺς λόγους ἔχων, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἔργοις ἀνατρέπων τοὺς λόγους.

CCCXLIII. — SILVANO.

De divina bonitate.

Sponte tua (nec enim verum te fugit) divini dogmatis vim ignoras. Nam quod angelorum quoque parens, atque opifex sit Deus, propheta testatur, de Deo his verbis utens : « Cujus manus universam cœli militiam creaverunt. » Quod autem idem aquas et nubes procrearit, in Psalmis canit David, his verbis : *Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini. Quoniam ipse dixit, et facta sunt.* Ac Deus ipse per turbinem Jobum alloquens, Ego posui nubem mari vestimentum. Quod denique bonus sit ille rerum omnium architectus, Dominus in hæc verba affirmat : Oriri facit solem suum super bonos et malos : et pluit super justos et injustos. Quod quidem summæ bonitatis argumentum est.

ΤΜΓ'. — ΣΙΛΟΥΑΝΩ.

Περὶ τῆς θείας ἀγαθότητος.

Λανθάνει σε μᾶλλον ἐθέλοντα (οὐ γὰρ τἀληθὲς ἀγνοοῦντα), ἡ τοῦ θείου δόγματος δύναμις. Ὅτι γὰρ καὶ τῶν ἀγγέλων δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ὁ Προφήτης φησὶν ἐν θεολογίᾳ λέγων περὶ Θεοῦ, «Οὐαὶ χεῖρες ἔκτισαν πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ.» Ὅτι δὲ καὶ ὑδάτων καὶ νεφῶν, Δαβὶδ ἐν ὕμνοις βοᾷ· *Καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, αἰνείτω τὸ ὄνομα Κυρίου. Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγένετο.* Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς διὰ λαίλαπος τῷ Ἰὼβ, « Ἐγὼ ἐθέμην νέφος τῇ
B θαλάσσῃ ἀμφίασιν. » Ὅτι δὲ καὶ ἀγαθὸς ὁ Ποιητὴς, ὁ Κύριός φησιν· « Ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Ὅπερ μεγίστης ἐστὶν ἔνδειξις ἀγαθότητος.

CCCXLIV. — EIDEM.

Scelerum correctionem atque animadversionem, quam Deus emendationis nostræ causa efficit, nec iram, nec indignationem vocare debemus, verum potius admonitionem. **91** Quod si hanc quoque iram nonnulli esse existimant, hinc etiam ipsius erga hominum genus benevolentiam prædicant, dum Deum propter homines, quorum causa humanitatem etiam induit, ad affectus descendere arbitrantur.

ΤΜΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τὴν τῶν ἁμαρτημάτων διόρθωσιν, ἣν ποιεῖται ὁ Θεὸς εἰς ἡμετέραν βελτίωσιν, οὐδ' ὀργὴν κλητέον, οὐδ' ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ μᾶλλον νουθέτησιν. Εἰ δὲ καὶ ὀργήν τινες αὐτὴν οἴονται, καὶ ταύτῃ τὸ φιλάνθρωπον [αὐτοῦ] διαγγέλλουσιν, εἰς πάθη Θεὸν καταβαίνειν δι' ἀνθρώπους νομίζοντες, δι' οὓς καὶ γέγονεν ἄνθρωπος.

C

CCCXLV. — EUSTATHIO.

De ingluvie.

Magna mihi quoque, vir optime, adulandi facultas suppetit, ut qui per fucum et imposturam beatum te prædicare queam, ac pedum tuorum semitam facile conturbare. Quod quidem nihil aliud est, quam te supinum reddere, atque ad ignaviam et socordiam inflectere, cum contra magna cum animi contentione stare debeas, ac Dei misericordiam et facilitatem supplicibus verbis implorare. At non me hoc facere sinit Deus in Davide loquens, ac se eum, ut peccantem, arguturum minitans qui cum adulteris portionem suam ponit. Ac proinde si falsas blanditias, et assentationes amas, eos perfer, qui te in fraude inducunt ac circumscribunt. Si autem te ad Deum abiturum esse exspectas, consiliis meis obtempera, gulæque rabiem exstingue, voluptatum igniculos consopiens : quarum immodicus usus homines ad futuras flammas transmittit.

ΤΜΕ'. — ΕΥΣΤΑΘΙΩ.

Περὶ γαστριμαργίας.

Πολλὴ κἀμοί ἐστι, βέλτιστε, κολακείας εὐχέρεια (4), δυναμένῳ μακαρίζειν ἀπατηλῶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν σου ταράσσειν εὐμαρῶς, ὅπερ ἐστὶν ὑπτιοῦν σε καὶ ἀνακλίνειν πρὸς ῥαθυμίαν, ἑστάναι ὀφείλοντα συντόνως, καὶ τὸν Θεὸν περὶ ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν ἱκετεύειν. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ με ὁ ἐν Δαβὶδ λαλήσας Θεὸς, τὸν τιθέντα μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα ἐλέγχειν ὡς ἁμαρτόντα ἐπαγγειλάμενος. Εἰ τοίνυν τὰς ψευδεῖς κολακείας ἀγαπᾷς, ἀνέχου τῶν ἀπατώντων σε. Εἰ δὲ πρὸς Θεὸν ἀπελθεῖν προσδοκᾷς, ἐμοὶ πείσθητι παραινοῦντί σοι, καὶ σβέσον τὴν γαστρίμαργον λύτταν, μαραίνων τῶν ἡδονῶν τὰς ἐκ-
D καύσεις, ὧν αἱ ὑπερβολαὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν παραπέμπουσι φλόγας.

CCCXLVI. — CELSO.

De Pauli cæcitate : et cur ad eum de cœlo Deus loquitur.

Quemadmodum lanæ, ad excipiendam purpuræ tincturam, ob vestimenti excellentiam rigide admodum prius astringuntur : eodem modo ille ingenti

ΤΜϚ'. — ΚΕΛΣΩ.

Περὶ τῆς τοῦ Παύλου πηρώσεως· καὶ διὰ τί αὐτῷ ἐξ οὐρανοῦ ὁ Θεὸς διαλέγεται.

Ὥσπερ τὰ ἔρια πρὸς παραδοχὴν βαφῆς ἀλουργοῦ, [αὐστηρῶς] μάλα προστύφεται διὰ τὴν τοῦ ἐσθήματος τιμιότητα· οὕτως ὁ μεγαλόφρων Παῦλος τῆς

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) *Τὰ πράγματα διὰ τῶν ῥημάτων.* Vid. not. ad ep. 85, lib. IV. RITT.

(4) Cod. Alt. mavult, εὐτέλεια. Vers. antepen. post σβέσον cod. Alt. addit καί. POSSIN.

Ἰουδαϊκῆς ἀποτμηθεὶς ἀλογίας, τριημέρῳ προσετύφθη πηρώσει, ἁλουργὶς Θεοῦ [καὶ] γενόμενος, καὶ πάντας ἀνθρώπους γενέσθαι προτρεπόμενος.

A animi magnitudine præditus Paulus, a Judaica vecordia præcisus, triduana cæcitate prius astrictus est, ut qui Dei purpura effectus sit, omnesque homines, ut idem fiant, cohortetur.

ΤΜΖ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝῼ ΚΑΙ ΖΩΣΙΜῼ.

Περὶ ἀναλγησίας.

Εἰ μήτε τῆς θείας παιδείας εἰς νουθέτησιν ὑμῖν γινομένης αἰσθάνεσθε, μήτε τὰς ἡμετέρας ὑπομνήσεις εἰς μετάγνωσιν δέχεσθε, Χάρυβδίς τίς ἐστε, ᾅδῃ καὶ ἀπωλείᾳ ἐοικυῖα, πάντα τὰ διδόμενα εἰς ἀφανισμὸν καταπίνουσα, ἧς ὁ πάντων δυνάστης Χριστὸς ἐμφράξει τὸ στόμα, ἵνα φυλάξητε τὰς θείας ἐντολάς, καὶ κἂν ὀψέ ποτε παλινῳδίαν ᾄσητε.

CCCXLVII. — MARTINIANO ET ZOSIMO.

De indolentia.

Si nec divinam disciplinam, quæ monendi vestri causa exsistit, persentiscitis, nec ea, quæ vobis in memoriam redigimus ad meliorem mentem induendam accipitis, Charybdis quædam estis, inferno ac perditioni similis, omnia ea, quæ porriguntur in exitium torquens. Cujus Christus omnium Dominus os obstruet, ut divina præcepta servetis, atque aliquando tandem palinodiam canatis.

ΤΜΗ'. — ΣΙΛΟΥΑΝῼ (5).

Ὅτι τὸν ἐπίσκοπον ἑαυτῶν περιέβαλε κακόν [περιέβαλον κακοῖς].

Τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι πάλαι πεποιήκεισαν περὶ θυσίας δαψιλῶς διακείμενοι, καὶ τοὺς τοῦ νόμου διδασκάλους καὶ ποιητὰς καταλεύοντες· ὅπερ καὶ ὑμεῖς ἐκείνους ζηλοῦντες πεπράχατε, ἀναθήμασι μὲν κοσμοῦντες τὸν θεῖον νεών, τὸν δὲ ποιμένα τούτου περιβάλλοντες κακοῖς. Οὐκ ἐξ ἀγάπης ἄρα πρὸς Θεὸν γέγονεν ὑμῶν ἡ τῶν δώρων προσφορά, ἀλλὰ ἐκ δόξης κενῆς, ἐντεῦθεν ἐχούσης ἀποχὴν τοῦ μισθοῦ αὐτῆς.

B CCCXLVIII. — SILVANO.

Quod episcopum suum malis involverit.

Hoc Judæi quoque olim fecerant, in sacrificiis liberaliter se gerentes, atque interim legis magistros et conditores lapidibus obruentes, quod vos item illorum exemplo fecistis, dum donariis quidem ac votivis muneribus divinum templum exornatis, hujus autem pastorem calamitatibus afficitis. Quapropter non charitate erga Deum ducti hujusmodi munera obtulistis, verum inanis gloriæ studio mercedem suam hinc recipientis.

ΤΜΘ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου.

Εἰ ἀληθῶς βούλει Θεῷ δωροφορεῖν, τὸν μεσίτην τῶν δώρων μὴ ἀτίμαζε, οὗ ταῖς χερσὶ διακόνοις κεχρῆσθαι Θεὸς φιλανθρώπως ἠξίωσεν. Ἱερεὺς γάρ, εἰ καὶ βίῳ τινὶ ῥαθύμῳ, ὥς φατε, κεκηλίδωται, αὐτὸς μὲν ὑφέξει εὐθύνας, ἄγγελος δὲ Κυρίου παντοκράτορός ἐστι, τῇ τε θείας τελετῆς μυσταγωγίᾳ, καὶ τῇ πρὸς σωτηρίαν πολλῶν διακονίᾳ.

92 CCCXLIX. — EIDEM.

De presbytero.

C Si munus Deo vere offerre cupis, muneris sequestrum ne aspernare : cujus administris manibus uti Deus pro sua benignitate minime dedignatus est. Sacerdos enim, etiamsi inertis atque ignavæ vitæ, ut asseritis, maculis contaminatus est, ipse quidem pœnas luet, interim tamen angelus Domini omnipotentis est : tum quia divini sacrificii munere perfungitur, tum quia multorum saluti operam dat.

ΤΝ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ.

Εἰ μὴ ἀνέγνως τῶν ἀχυρμιῶν τὸν σῖτον διακρινόμενον, καὶ τὰ μὲν πυρί, τὰ δὲ ἀποθήκῃ τηρούμενα, οὐδ' οὕτως εἶχες ἀπολογίαν τὴν ἄγνοιαν, πάντων τῶν καλλίστων ἐχούσης γνῶσιν τῆς φύσεως. Ἃ γὰρ παθεῖν οὐ βουλόμεθα, ταῦτα καὶ μὴ ποιεῖν διδασκόμεθα (6). Εἰ δὲ καὶ ἔνδον ἑαυτῶν τῶν χρηστῶν τὴν εἴδησιν ἔχομεν, καὶ τῷ θείῳ νόμῳ ταύτην σαφῶς παιδευόμεθα, τί ταῖς ἡδυπαθέσι ῥιπίζῃ πνοαῖς, ἀχύρων δίκην πρὸς αὐτὰς ἐκριπτούμενος; Ὅρα τοίνυν ὅτι πῦρ ἔχει τελευτὴν τὸ ἀβέβαιον, ἢ καθαῖρον, ἢ εἰς τέλος ἐκκαῖον.

CCCL. — LAMPETIO.

Si parabolam illam non legisti, in qua triticum a paleis distinguitur, atque illæ igni, hoc autem apothecæ servatur, ne sic quidem tamen causam tuam ignoratione tueri potes ; quippe cum præclarissimarum omnium rerum cognitionem natura habeat. Nam quæ perpeti nolumus, eadem ne quidem D facere docemur. Quod si et virtutum cognitionem in animis nostris insitam habemus, et eam ex divina lege perspicue discimus, ecquid tu voluptatis ventis jactaris, palearum instar ad eas projectus ? Vide igitur inconstantiam igne terminari ; vel purgante atque expiante, vel ad extremum usque inflammante.

ΤΝΑ'. — ΑΜΜΩΝΙ.

Περὶ Καππαδοκῶν.

Τί σοὶ καὶ τῷ γένει τῷ θηροτρόπῳ; Τί σοὶ καὶ τῷ

CCCLI. — AMMONI.

De Cappadocibus.

Quid tibi cum genere belluinis moribus prædito?

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Quod in titulo est nomen non ut in edit. Σιλουανῷ, sed cum β scribitur in codd. Vatic. 649 et Alt., Σιλβανῷ. Vers. 1 πεποιήκεσαν melius pro πεποιήκεισαν cod. Alt. ponit. Vers. 3 pro καταλεύοντες cod. Vat. 649 habet καταλέγοντες. POSSIN.

(6) Præcepto videlicet Christi.

Quid tibi cum barbara natione? Quid te cum ignobilibus commisces? Quid cum Cappadocibus collideris? Quid Gigantii congigantes adversus te ipsum armas? Quid eos, qui bibendo plurimum possunt, exstimulas? Quid rabie percitos canes, quorum pestiferi morsus sunt, exasperas? Quid maledicas linguas exacuis? Quid tuam ipsius existimationem commaculas, cum illis te conferens, quibus nec uti mancipiis quisquam mente præditus velit?

A ἔθνει τῷ ἀλλοφύλῳ; Τί τοῖς δυσμενέσι (7) συμφύρῃ; Τί τοῖς Καππαδόκαις συγκόπτῃ; Τί τοὺς Γιγαντείους συγγίγαντας καθ' ἑαυτοῦ ἐξοπλίζεις; Τί τοὺς οἰνοδυνάστας ἐρεθίζεις; Τί τοὺς λελυττηκότας κύνας ἀγριαίνεις, ὧν τὰ δήγματα θάνατος; Τί τὰς λοιδόρους γλώττας παραθήγεις; Τί τὰς ἑαυτοῦ χραίνεις ὑπολήψεις ἐκείνοις συγκρινόμενος, οἷς καὶ ἀνδραπόδοις τις χρήσασθαι νουνεχὴς οὐκ ἂν ἕληται;

CCLII. — EIDEM.

Indigni quidem sunt, ut ais, veterum sanctorum Patrum virtute, Cappadocum, qui nunc ubique decantantur, mores. Ac propterea illos ex his ortum traxisse minime existimas. Ego vero sanctos illos viros e Cappadocia exstitisse assentior. Atque hoc potissimum istorum improbitatis argumentum est. Nam si illi ex istis minime effulsissent, male feriata natio generalem improbitatem, tanquam a natura sibi insitam, suis vitiis prætexere potuisset, ac rerum omnium parentem et Effectorem vitii auctorem fortasse constituisset. Cum autem in viris illis natura emicuerit, in his perspicue animi propensio ac voluntas agnoscitur.

ΤΝΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἀνάξια μὲν, ὡς ἔφης, τῶν πάλαι ἁγίων Πατέρων τὰ ἤθη τῶν νῦν ᾀδομένων πανταχοῦ Καππαδοκῶν, καὶ οὐκ ἐκ τούτων ἐκείνους γεγενῆσθαι νομίζεις. Ἀλλ' ἐγὼ Καππαδόκας τοὺς ἁγίους ἐκείνους σύμ-B φημι γεγενῆσθαι. Καὶ τοῦτο μάλιστα γνώρισμα τῆς τούτων τυγχάνει κακοφροσύνης. Εἰ γὰρ μὴ [ἐκ τούτων] ἐκεῖνοι ἐξέλαμψαν, εἶχεν ἀπολογίαν τὸ κακόσχολον ἔθνος τὴν γενικὴν πονηρίαν, ὡς ἔμφυτον, καὶ αἴτιον ἂν τις κακίας τὸν Δημιουργὸν ἐποιήσατο. Ἀλλ' [ἐν] ἐκείνοις τοῖς θεοφόροις ἀνδράσι λαμψάσης τῆς φύσεως, ἐν τούτοις τρανῶς τὰ τῆς γνώμης γνωρίζεται.

CCLIII — SYMPHORO.

In illud. « Non potest Filius a seipso quidquam facere. »

Hæc verba, « Non potest Filius a seipso facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem, » haudquaquam imbecillitatis significationem dant, verum illud indicant, fieri non posse, **93** ut alia Patris, alia Filii voluntas sit. Quod si, quæ Pater efficit, Filius cernit, profecto cum Pater ex consilio ac deliberatione faciat, ipsa quoque Patris consilia Filius videt: quandoquidem Dei effectio, ipsa voluntas atque consilium sit. Quod si consilium ineuntem cernit, atque consilii particeps est, naturæ quoque procul dubio particeps sit necesse est. Ex quo sequitur, ut Patris et Filii, quemadmodum una voluntas, ita etiam una natura sit.

ΤΝΓ'. — ΣΥΜΦΟΡΩ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν. »

Τὸ, « Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα, » οὐκ ἀσθενείας C σημεῖον, ἀλλὰ τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι, ἄλλην Πατρὸς καὶ ἑτέραν Υἱοῦ εἶναι τὴν βούλησιν. Εἰ δὲ ἃ ποιεῖ ὁ Πατὴρ ὁρᾷ ὁ Υἱὸς, ποιεῖ δὲ ὁ Πατὴρ βουλευόμενος· βλέπει ἄρα ὁ Υἱὸς καὶ αὐτὰ τοῦ Πατρὸς [τὰ] βουλεύματα· ἐπειδὴ ποίησις Θεοῦ, αὐτή ἐστιν ἡ βούλησις. Εἰ δὲ βλέπει βουλευόμενον, καὶ κοινωνεῖ τῆς βουλήσεως, δηλονότι καὶ φύσεως· μία ἄρα οὐσία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὥσπερ θέλησις.

CCLIV. — SERENO.

De mago quem Paulus propria sententia excæcavit.

Vir prudentissime, cum divina lege, quæ inimicos amare præcipit, haudquaquam illud pugnat, quod ab Apostolo adversus magum actum est. Quoniam enim ille prædicationis vias pervertebat, ac proconsulem, cujus opera universa natio ad salutem facile allici et subigi poterat, a fide abducebat, idcirco impium hominem prudenti consilio coercet, invecta ipsi, admonendi causa, cæcitate, quæ etiam ipsum eo tanquam porrecta manu duxit, ut Apostolo se in disciplinam traderet. Didicit enim eo medicamenti genere incredulitatem suam, et ex lege contradictionem curare, quo etiam sanitatem adeptus est. Per hæc autem verba, usque ad tempus, hanc ipsius voluntati legem sanxit, ut, si mores in melius commutaret, luminis receptio penes ipsum esset.

ΤΝΔ'. — ΣΕΡΗΝΩ.

Περὶ τοῦ μάγου ὃν ὁ Παῦλος τῇ οἰκείᾳ ἀποφάσει ἐτύφλωσε.

Οὐκ ἔστιν ἐναντίον τῷ θείῳ νόμῳ, ἐμφρονέστατε, D τῷ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς παραγγέλλοντι, τὸ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου εἰς τὸν μάγον γενόμενον. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰς ὁδοὺς διέστρεφε τοῦ κηρύγματος, καὶ τὸν ἀνθύπατον ἀφίστα τῆς πίστεως, δι' οὗ ἅπαν τὸ ἔθνος χειρωθῆναι ἦν πρὸς σωτηρίαν ῥᾴδιον· ἐκ τῆς καθ' ἑαυτὸν οἰκονομίας σωφρονίζει ὁ Παῦλος τὸν βλάσφημον, τύφλωσιν ἐπαγαγὼν πρὸς νουθεσίαν, τὴν καὶ αὐτὸν χειραγωγήσασαν πρὸς μαθητείαν. Ἐδιδάχθη γὰρ ἐκείνῳ θεραπεύειν τῷ φαρμάκῳ τὴν ἀπιστίαν, ᾧπερ αὐτὸς ἰάθη, τὴν ἐκ τοῦ νόμου ἀντιλογίαν. Τὸ δὲ, ἄχρι καιροῦ, ὅριον τῇ γνώμῃ διδοὺς ἐν ἑαυτῇ ἔχειν τοῦ φωτὸς τὴν ἀπόληψιν, τὸν τρόπον μεταβάλλουσαν πρὸς τὸ βέλτιον.

(7) Codd. Vat. 649 et Alt., δυσγενέσι. Possin.

ΤΝΕ'. — ΛΥΣΙΜΑΧΩ.

Τί αἰνίττεται τὸ, « Ἅγνισον αὐτοὺς σήμερον καὶ αὔριον, καὶ πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἔστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν. »

« Πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια σήμερον καὶ αὔριον, καὶ ἔστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην, » λέγει ἡ Γραφὴ, τοῦτο δηλοῦσα· Οἱ ἐν ταῖς δύο Διαθήκαις καὶ ταῖς αὐτῶν διανοίαις τὴν καθαρότητα τῆς πολιτείας κτησάμενοι, καὶ τῆς πίστεως τὴν ἁγνείαν εὑράμενοι, εἰς τὴν τριήμερον τοῦ Κυρίου χειραγωγοῦνται ἀνάστασιν· ἣ καὶ βασιλεία οὐρανῶν ὀνομάζεται. *Σήμερον* γὰρ, τὴν τοῦ νόμου λέγει κατάστασιν· *αὔριον* δὲ, τὴν εὐαγγελικὴν σημαίνει ἀλήθειαν, ὡς ὑπὸ τοῦ νόμου μηνυθεῖσαν, καὶ μετ' ἐκεῖνον φανεῖσαν.

CCCLV. — LYSIMACHO.

Quid innuit illud : « Purifica illos hodie et cras, et lavent vestimenta sua, et sint parati in diem. »

« Abluant vestimenta sua hodie, et crastino die, et sint parati in diem tertium, » ait Scriptura. Quorum verborum hæc est sententia : Qui in duobus Testamentis, eorumque sensibus, vitæ puritatem adepti, ac fidei sinceritatem consecuti sunt, ad triduanam Domini resurrectionem velut manu ducuntur : quæ etiam cœlorum regnum appellatur. Per hodiernum diem, legis statum intelligit. Per crastinum, evangelicam veritatem significat, ut quæ a lege indicata sit, ac post eam apparuerit.

ΤΝϚ'. — ΣΕΛΕΥΚΩ.

Περὶ τῆς ἀρνήσεως Πέτρου.

Τρὶς τὸν Κύριον ἀρνησάμενος τῶν ἀποστόλων ὁ ἔξαρχος, τὴν τῶν ἀνθρώπων πάντων ἁμαρτίαν ὑπέδειξε, τρὶς ἀθετησάντων τὸν Κτίσαντα, ἐν τῇ δόσει τῆς πρώτης ἐντολῆς, ἐν τῇ θέσει τοῦ νόμου τοῦ γραπτοῦ, ἐν τῇ σαρκώσει τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ ἡμῶν· ἣν τριπλῇ πάλιν μεταγνώσει ἰάσατο, ἀνάλογον τῷ τραύματι πορισάμενος καὶ τὸ φάρμακον, καὶ δείξας ὡς πάντων τῶν κακῶν θεραπεία, ἡ τοῦ Κυρίου γέγονε παρουσία.

CCCLVI. — SELEUCO.

De negatione Petri.

Apostolorum princeps, ter abjurato Domino, mortalium omnium peccatum tacite indicavit, qui Creatorem ter rejecerunt : nimirum cum primum præceptum datum est, cum scripta lex instituta est, ac denique cum Verbum ac Deus noster humanitatem induit. Quam quidem abjurationem triplici rursum pœnitentia sanavit, par videlicet atque consentaneum vulneri remedium nactus, illudque ostendens, Domini adventum ac præsentiam omnibus malis medicinam attulisse.

ΤΝΖ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, πρὶν τὴν ἡμέραν ἐπιφᾶναι τῆς ἀναστάσεως. Αἱ γὰρ τούτων τῶν ὀρνίθων (8) ᾠδαὶ, ἐγγιζούσης μὲν ἕω, ἔτι δὲ σκιᾶς ὑπαρχούσης, γίνονται. Πλησιαζούσης τοίνυν τῆς ζωοφόρου ἀνατολῆς, ἡ τοῦ ὀρνέου φωνὴ κατήγορος τῆς ἀρνήσεως γέγονε, δηλοῦσα, καὶ τῆς νυκτὸς τῆς ἀρᾶς τὴν κατάλυσιν, καὶ τοῦ φωτὸς τῆς ζωῆς τὴν ἐπίφανσιν.

CCCLVII. — EIDEM.

De eodem.

Illud priusquam gallus cantet, idem est, quod priusquam resurrectionis dies illucescat. **94** Hujusmodi enim avium cantus, appropinquante quidem aurora, verum umbra adhuc exsistente, oriuntur. Quocirca, cum oriens ille, qui vitam attulit, appropinquaret, aviculæ vox abjurationem accusavit : hinc videlicet, et maledictam atque exsecrandam noctem depulsam esse, et vitæ lumen exoriri ostendens.

ΤΝΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ὅτι τριπλῆ γέγονε (9) τῶν ἀνθρώπων ἡ ἀθέτησις, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐδήλου, τρὶς λέγων πρὸς τὴν συκῆν ἐληλυθέναι, καὶ καρπὸν ἐν αὐτῇ μὴ εὑρηκέναι· ἧς πᾶσαν τὴν κάκωσιν ἐν ἑαυτῷ ἐθεράπευσε, μηκέτι καρπὸν οἴσειν ἀποφηνάμενος τὴν παράβασιν.

CCCLVIII. — EIDEM.

De eodem.

Quod homines ter Deum rejecerint, ipse quoque Dominus indicabat, cum sese tertio ad ficulneam contulisse diceret, nec fructum in ea invenisse. Cujus quidem vitium omne in seipso curavit, cum transgressionem nullum jam posthac fructum allaturam esse pronuntiavit.

ΤΝΘ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ πρώτη ἀθέτησις, τῆς ἐντολῆς ἐστιν ἡ παράβασις, ἀπὸ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου (10) προσταττούσης μὴ γεύσασθαι. Ἡ ἐν τῷ νόμῳ δευτέρα δυσσέβεια, ἡ πρὸς τὸν μόσχον Ἑβραίων διάθεσις. Ἡ δὲ τρίτη ἀσέβεια, ἡ ἐν τῇ χάριτι τυ-

CCCLIX. — EIDEM.

De eodem.

Prima rejectio, est mandati illius violatio, quo cavebatur, ne primi parentes ligni illius, quod in media paradisi regione situm erat, fructum degustarent. Secunda in lege impietas, est Hebræorum erga vitulum affectus animique propensio. Tertia

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(8) Cod. Alt., ὀρνέων. Possin.

(9) Post γέγονε cod. Alt. abdit ἡ. Id.

(10) Pro τοῦ παραδείσου cod. Alt. habet τῷ παραδείσῳ. Vers. seq. 4 post μόσχον codd. Vat. 649 et Alt. addunt ἐστίν. Id.

impietas gratiæ tempore contigit, cum iidem Christum his verbis repudiarunt : « Non habemus regem nisi Cæsarem, » ac Dominum gloriæ abnegarunt.

CCCLX. — THEONI.

In illud, « Ego sum panis vitæ. »

Panis Dominus appellatus est, ipsemet sibi hoc nomen imponens : si sensum eum, qui prima fronte se offert, spectes, quia salutis cibus omnibus exstitit : si autem abditum et arcanum, quia humanæ conspersionis fermentum copulavit ac perpurgavit, atque divinitatis suæ igne velut excoxit, nec non una cum eo persona, atque una adoranda hypostasis factus est.

CCCLXI. — EUSTATHIO.

De ingluvie.

Obsonia contemne, ut quæ paulo post minime futura sint, nec diuturniorem ipso esu magnificentiam habeant. Siquidem superfluæ cibi sumptiones nunc quidem morbos pariunt : in futuro autem ævo pœnam accersunt.

CCCLXII. — LEONIDÆ.

De patriarchæ Jacob benedictione filiis data.

Benedictio patriarchæ *, quam, cum filiis Joseph bene precaretur, ipsis impertivit, non in illis duntaxat expleta est : verum etiam majorum rerum typus exstitit. Manuum enim cancellatio salutiferam crucem adumbrabat : atque inferioris adductio novum populum subindicabat, per hujusmodi habitum modo non edita voce clamans : Cum crux in benedictionem apparebit, inferior populus augebitur, et qui se humiliat, exaltabitur.

95 CCCLXIII. — SERENO.

In illud dictum ab Elisabeth : « Et unde mihi hoc. »

Nihil te conturbet illud vaticinium Elisabeth, « Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me ? » Nam qui Baptistæ effictionem in ea posuerat, ac præcursorem, priusquam ex utero exiret, prophetam consecrarat, mysterii hujus declarationem intus ipsi præbuit. Quoniam autem temporis immaturitas iis, qui adhuc in materno utero sunt, hoc minime dedit ut loqui possint, idcirco Baptistæ, Redemptorem prædicare maturanti, oris organum mater commodavit.

CCCLXIV. — POMASIO.

Quomodo sit intelligendum : « Laudate eum in sono tubæ. » De musica, cujus Scriptura meminit.

« Laudate eum in tympano et choro, et organo et

* Gen. XLVIII.

A γχάνει παραίτησις· « Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰπόντων, εἰ μὴ Καίσαρα, » καὶ τὸν Κύριον τῆς δόξης ἀπαρνουμένων.

ΤΞ'. — ΘΕΩΝΙ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. »

Ἄρτος ὁ Κύριος κέκληται, αὐτὸς ἑαυτὸν τούτῳ καλῶν τῷ ὀνόματι. Κατὰ μὲν τὴν πρόχειρον ἔκληψιν, ὡς πᾶσι τροφὴ σωτηρίας γενόμενος· κατὰ δὲ τὴν ἀπόῤῥητον ἔννοιαν, τὴν ζύμην τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος ἑνώσας καὶ καθάρας, καὶ ὥσπερ ἐξοπτήσας τῷ οἰκείῳ πυρὶ τῆς θεότητος, καὶ εἰς ἓν σὺν αὐτῇ γεγονὼς πρόσωπον καὶ μίαν προσκυνουμένην ὑπόστασιν.

B ΤΞΑ'. — ΕΥΣΤΑΘΙΩ.

Περὶ γαστριμαργίας.

Καταφρόνει τῶν ὄψων, ὡς μετ' ὀλίγον οὐκ ὄντων, ἀλλὰ σύγχρονον ἐχόντων τῇ καταπόσει τὴν πολυτέλειαν (11). Αἱ γὰρ ὑπέρχρειοι μεταλήψεις, νῦν μὲν νόσων εἰσὶ μητέρες, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι, κριμάτων ἐπάγουσιν εὐθύνας.

ΤΞΒ'. — ΛΕΩΝΙΔῌ.

Περὶ τῆς εἰς τοὺς παῖδας εὐλογίας τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ.

Ἡ εὐλογία τοῦ πατριάρχου, ἣν τοῖς υἱέσι τοῦ Ἰωσὴφ ἐπευξάμενος ἔδωκεν, οὐκ εἰς ἐκείνους μόνους πεπλήρωτο, ἀλλὰ καὶ τύπος μειζόνων πραγμάτων γεγένηται (12). Ἡ γὰρ ἐναλλαγὴ τῶν χειρῶν, τὸν C σωτήριον προεδήλου σταυρόν· καὶ ἡ τοῦ ἥττονος προσαγωγὴ, τὸν νέον ὑπεδείκνυ λαὸν, μονονουχὶ βοῶσα διὰ τοῦ σχήματος· Ὅτε σταυρὸς εἰς εὐλογίαν φανῇ, ὁ ἥττων λαὸς μεγαλυνθήσεται, [καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται.]

ΤΞΓ'. — ΣΕΡΗΝῼ (13).

Εἰς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τῆς Ἐλισάβετ, « Καὶ πόθεν μοι τοῦτο ἵνα. »

Μηδέν σε ταραττέτω τῆς Ἐλισάβετ ἡ προφητεία, « Πόθεν μοι τοῦτο, λεγούσης, ἵνα ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου ἔλθῃ πρός με ; » Ὁ γὰρ θέμενος ἐν αὐτῇ τοῦ Βαπτιστοῦ τὴν διάπλασιν, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας εἰς προφήτην ἁγιάσας τὸν πρόδρομον, ἔνδον αὐτῷ παρέσχετο τοῦ μυστηρίου τὴν δήλωσιν. Ἐπεὶ [δὲ] D οὐκ ἔδωκε λαλεῖν τοῖς ἐμβρύοις τὸ ἄωρον, σπεύδοντι τῷ Βαπτιστῇ κηρύξαι τὸν Λυτρωτὴν, ἔχρησεν ἡ μήτηρ τὸ τοῦ στόματος ὄργανον.

ΤΞΔ'. — ΠΩΜΑΣΙῼ (14).

Πῶς νοητέον, « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος· » Περὶ τῆς μουσικῆς, ἧς ἡ Γραφὴ μέμνηται.

« Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, καὶ ὀργάνῳ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Codd. Vat. 649 et Alt., πολιτείαν. POSSIN.
(12) Codd. Vat. 649 et Alt., γεγένητο. ID.
(13) Non Σερήνῳ sed Σερίνῳ, *Serino*, inscribunt hanc codd. Vat. 649 et Alt. similiter sequentem. ID.
(14) Iidem codd. non Πωμασίῳ, *Pomasio*, sed Κωμασίῳ inscriptam exhibent. ID.

καὶ χορδαῖς,» φησὶν ὁ Ψαλμῳδὸς, οὐ χαλκῷ ἠχοῦντι καὶ ὀργάνοις θελκτικοῖς τὰς θείας ἐπιτρέπων ᾠδὰς, ἀλλὰ τύμπανον ἡμᾶς τὴν ἑαυτῶν ἀποτελεῖν σάρκα παρεγγυῶν, οὐδὲν ἔχουσαν πάθους κίνημα, ἀλλὰ νεκρὰν τοῖς γηΐνοις ὑπάρχουσαν μέλεσι. Χορὸν δὲ τὴν σύμφωνον τῆς Ἐκκλησίας ἁρμονίαν ζητεῖ· καὶ χορδὰς, τὰς ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις δηλοῖ, ὑφ' ὧν τὸ τῆς γλώττης ἀνακρούεται πλῆκτρον· καὶ ὄργανον, ὁ πᾶς εὑρίσκεται ἄνθρωπος, Θεῷ εὐάρεστος, καὶ ἀνθρώποις εὐάρμοστος.

A chordis,» ait Psalmista: non æri tinnienti, et instrumentis ad mulcendos ac deliniendos animos accommodatis divinos cantus committens, verum nos admonens, ut ex carne nostra tympanum efficiamus: sic nempe ut nullum præposteri affectus motum habeat, verum terrenis membris mortua et exstincta sit. Per chorum autem, concordem Ecclesiæ concentum postulat. Per chordas item, sensus nostros intelligit, quorum opera linguæ plectrum pulsatur. Denique, organum quivis nostrum est, cum Deo mores suos ac vitam probat, atque hominum commodis aptus est.

ΤΞΕ'. — ΛΕΩΝΙΔῌ.

Διὰ τί τελευτῶν ὁ Ἰακὼβ καὶ τοὺς υἱοὺς εὐλογῶν, τὰ μέλλοντα αὐτῶν λέγει.

Τὰ μέλλοντα λέγειν ὁ Ἰακὼβ ὑποσχόμενος, καὶ τὰ φθάσαντα τοῖς υἱοῖς ἐξηγούμενος, οὐ κατόπιν ἐπαγγελίας ἐβάδισεν, ἀλλὰ Θεοῦ δακτύλῳ ἐψηλαφήθη τὴν αἴσθησιν, καὶ σιγὴν ἐπετάγη συμφέρουσαν. Προθέμενος γὰρ εἰπεῖν αὐτοῖς τὴν ἐξ αὐτῶν ἐσομένην τῆς θείας οἰκονομίας σάρκωσιν, λήθην τῶν βουλευθέντων ὑπέμεινεν, ἀμείψας τοῖς παρελθοῦσι τὰ μήπω γενόμενα. Σὺ μὲν γὰρ, φησὶν, ἀξίαν γνώμην τοῦ τοσούτου μυστηρίου κτησάμενος, εἰκότως ἐπιστεύθης αὐτοῦ καὶ τὴν εἴδησιν· οἱ δὲ οὐ κατάλληλον ἕξουσι τῷ πατρὶ τὴν εὐσέβειαν.

CCCLXV.— LEONIDÆ.

Cur moriens Jacob et benedicens filiis futura ipsis dicit.

B Cum Jacob, qui futura se dicturum promiserat, præterita tantum filiis suis narraret, contra ea, quæ pollicitus fuerat, haud quaquam incedebat: verum Dei digito sensus ipsius tactus est, eique utile silentium indictum est. Nam cum futuram ex ipsis divinæ dispensationis incarnationem eis exponere constituisset, eorum, quæ proposuerat, oblivione captus est, commutatis videlicet iis, quæ nondum facta fuerant, cum iis, quæ jam præterierant. Nam tu quidem, inquit Deus, cum mentem tanto mysterio dignam consecutus sis, haud abs re tibi quoque cognitio credita est: at isti haud patri parem pietatem habituri sunt.

ΤΞϚ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰ καὶ Γραφικὴν μαρτυρίαν ζητεῖς τῶν γραφέντων (15), Ἡσαΐας τῶν προφητῶν ὁ σαφέστατος, τὴν ἀπορίαν τοῦ Ἰακὼβ ἐξηγούμενος, καὶ ἣν ἔπαθεν ἐγκοπὴν τῆς προθέσεως, ἄλλα μὲν βουληθεὶς, ἄλλα δὲ κελευσθεὶς, οὕτω φησί· Μὴ εἴπῃς Ἰακὼβ, καὶ τί ἐλάλησας Ἰσραὴλ, ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ Κυρίου, καὶ ὁ Θεός μου ἀφεῖλε τὴν κρίσιν, καὶ ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ. Οὐδὲν γὰρ τὸν Ἰακὼβ ἀφείλετο ὁ ἀγαπήσας Θεὸς, ἢ τὴν πρὸς τοὺς υἱέας, ὡς εἶπον, ὑπόσχεσιν, διὰ τὴν προορωμένην αὐτῶν τῆς εὐσεβείας ἀθέτησιν.

CCCLXVI. — EIDEM.

C Quoniam Scripturæ quoque testimonio tibi ea, quæ scripsi, confirmari postulas, Isaias, prophetarum omnium apertissimus, cum ipsius Jacob hæsitantiam animique perplexitatem exponeret, eamque, in quam inciderat, instituti sermonis interruptionem (dum alia, quam quæ vellet, loqui jussus est), his verbis utitur: Ne dicas Jacob, et quid locutus es Israel, abscondita est a Domino via mea, et Deus meus abstulit judicium, et abscessit a me. **96** Nihil enim Deus Jacobo, quem charum habuerat, eripuit, præter eam, de qua locutus sum, ipsius ad filios pollicitationem, ob pietatis rejectionem, quam in ipsis prospiciebat.

ΤΞΖ'. — *Μοναστρίαις εἰς πόλιν φοιτώσαις συχνά.*

Εἰ μήτε τῆς αἰδοῦς τῆς φύσεως καὶ αὐτῆς τῆς ἀσκήσεως φροντίζετε, μήτε τὴν χαύνωσιν πεφόβησθε, ἣν αἱ πόλεις ποιοῦσι καὶ ὄψει καὶ ἀκοῇ· μήτε τὴν μέλλουσαν δεδοίκατε ἐπὶ τούτοις ἀπειλήν· καλῶς θαμινὰ πρὸς τὴν πόλιν βαδίζετε. Εἰ δὲ τῆς μὲν ἀντέχεσθε, τῶν δὲ πειραθῆναι οὐ βούλεσθε, φεύγετε τῶν θορύβων τὸν πόλεμον (16), ὃς δεινοῖς βέλεσι τοξεύει τὴν ἄσκησιν.

CCCLXVII. — *Monialibus crebro in urbem commeantibus.*

D Si nec naturæ pudorem atque ipsam monasticam vitam curatis, nec mollitiem eam, quam civitates et oculis et auribus afferunt, metuitis, nec futuram comminationem huic rei denuntiatam perhorrescitis, præclare facitis, ad urbem crebro commeantes. Sin autem et illam retinetis, et suppliciorum periculum facere minime vultis, tumultuum bellum fugite, quod religiosæ ac Deo consecratæ vitæ exercitationem gravibus ac periculosis sagittis insectatur.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(15) Pro τῶν γραφέντων codd. Vat. 649 et Alt. τοῦ γραφέντος legunt. Possin.

(16) *Φεύγετε τῶν θορύβων τὸν πόλεμον.* Audax fortassis mea videbitur conjectura, non inconcinna tamen, legere tentans, τὸν θόρυβον τῶν πόλεων. Ritt

CCCLXVIII. — SEVERO.

De sui existimatione.

Quemadmodum hoc natura minime concessit, ut ovis cum leæna pabuletur : sic nullo omnino modo fieri potest ut fastus idem cum monastica vita domicilium habeat. Nam ille belluinus est, frenique impatiens : hæc autem bona omnia obsequenti animo excipit, resque molestas, et acerbas toleranter admodum ac fortiter admittit. Quamobrem si te ad hujus studium atque exercitationem accinxisti, ab illo abscede, ne te per eum malo aliquo is mulctet qui adversum Dominum cervicem erexit, atque id agit ac studet, ut omnes superbiæ suæ et ruinæ imitatores habeat.

ΤΞΗʹ. — ΣΕΥΗΡῼ.

Περὶ οἰήσεως.

Ὥσπερ λεαίνῃ συννέμεσθαι πρόβατον ἡ φύσις οὐκ ἔδωκεν· οὕτως οὐδὲ τῦφον μοναχικῇ συνοικεῖν ὅλως ἐνδέχεται. Ὁ μὲν γὰρ θηριώδης ἐστὶ καὶ ἀκάθεκτος (17)· ἡ δὲ πάντα εὐπειθῶς τὰ χρηστὰ καταδέχεται, καὶ τὰ λυπηρὰ καρτερῶς μάλα προσίεται. Εἰ τοίνυν πρὸς ταύτην ἀπεδύσω γυμνάσασθαι, ἐκείνου ἀπόστηθι· μή τί σε δεινὸν διὰ τούτου ἐργάσηται, ὁ ἔναντι Κυρίου τραχηλιάσας, καὶ πάντας ἔχειν ζηλωτὰς τῆς οἰκείας ἐπάρσεως [καὶ πτώσεως] προθυμούμενος.

CCCLXIX. — CYRO.

Ex libris canonicis nullum alteri præferendum lectionis gratia.

Scriptura omnis, quæ pietatem velut ob oculos propositam habet, pulcherrima est laudibusque atque commendatione digna. Sacrosancta autem volumina, quæ divinarum Scripturarum testimonium habent, scalæ quædam sunt, quibus ad Deum ascenditur. Quamobrem ea omnia, quæ in Ecclesia proponuntur, tanquam probum aurum excipe, ut quæ divino veritatis Spiritu, velut igne, purgata sint. Quæ autem extra hoc volumen circumferuntur, etiamsi quidpiam habeant, quod ad gravitatem vitæque honestatem allicere queat, iis, qui a tuis certaminibus remoti sunt, investiganda et conservanda relinque : nimirum iis, qui verborum pompæ potius studuerunt, aut etiam fabulas quasdam hæresum effinxerunt.

ΤΞΘʹ. — ΚΥΡῼ.

Ὅτι οὐδὲν τῶν ἐνδιαθέτων καὶ κεκανονισμένων βιβλίων δεῖ προτιμᾷν εἰς ἀνάγνωσιν.

Πᾶσα μὲν Γραφὴ πρὸς εὐσέβειαν βλέπουσα, καλλίστη καὶ ἐπαινετὴ, καὶ ἐγκωμίων ἀξία. Αἱ δὲ ἱεραὶ πτυκταὶ τῶν μαρτυρουμένων θείων Γραφῶν, τῆς πρὸς Θεὸν εἰσιν ἀναβάσεως κλίμακες. Πάντα τοίνυν τὰ ἐν Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ προφερόμενα (18), ὡς δόκιμον δέχου χρυσίον, πεπυρωμένα τῷ θείῳ τῆς ἀληθείας Πνεύματι. Τὰ δὲ ἔξω ταύτης περιφερόμενα, εἰ καί τι ἔχει πιθανὸν πρὸς σεμνότητα, τοῖς ἔξω τῶν σῶν ἀγώνων, ζητεῖν καὶ τηρεῖν καταλίμπανε· οἷς κόμπος λέξεως μᾶλλον ἐσπούδασται, ἢ καὶ μύθους τινὰς ἀναπλάττει[ν] αἱρέσεων.

CCCLXX. — CYRILLO ALEXANDRINO.

De contentione.

Terrorem mihi Scripturæ exempla inferunt, atque ut ea, quæ opus est, scribam, necessitate adducor. Nam sive pater sum, ut ipse ais, condemnationem Heli pertimesco, propterea quod peccantes filios non castigavit : sive, ut potius persuasum habeo, filius tuus sum, quippe qui magni illius Marci speciem atque habitum præferas, **97** angorem mihi ac sollicitudinem affert, Jonathæ pœna : quia patrem Pythonissam quærentem minime prohibuerat, ob idque ante eum, qui scelus admiserat, is qui prohibere poterat, in bello interiit. Quamobrem ne et ego condemner, et tu divinum judicium subeas, simultates ac dissidia comprime. Ne privatæ ac domesticæ contumeliæ ultionem, qua tanquam ære quodam alieno a mortalibus obstrictus es, in viventem Ecclesiam deriva, atque æternam ipsi dissensionem pietatis specie atque obtentu compara.

ΤΟʹ. — ΚΥΡΙΛΛῼ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

Περὶ ἔριδος.

Φοβεῖ με τὰ τῆς θείας Γραφῆς ὑποδείγματα, καὶ γράφειν τὰ χρεὼν ἀναγκάζομαι. Εἴτε γὰρ πατήρ εἰμι, ὡς ἔφης αὐτὸς, δέδια τοῦ Ἠλεὶ τὴν κατάκρισιν, ὅτι τοὺς υἱοὺς ἁμαρτόντας οὐκ ἐσωφρόνισεν· εἴτε υἱός σου τυγχάνω, ὡς μᾶλλον ἐπίσταμαι, τὸν μέγαν ἐκεῖνον σχηματίζοντος Μάρκον (19), ἀγωνιῶ τοῦ Ἰωνάθαν τὸ ἐπιτίμιον, ὅτι τὸν πατέρα ζητήσαντα ἐγγαστρίμυθον οὐκ ἐκώλυσε. Καὶ πρότερος τοῦ ἁμαρτήσαντος, ὁ κωλῦσαι δυνάμενος τέθνηκεν εἰς τὸν πόλεμον (20). Ἵνα τοίνυν κἀγὼ μὴ κατακριθῶ, καὶ αὐτὸς παρὰ Θεοῦ μὴ κριθῇς, παῦσον τὰς ἔριδας· μὴ οἰκείας ὕβρεως ἄμυναν, ἣν παρὰ θνητῶν κεχρεώστησαι (21), ζῶσαν (22) Ἐκκλησίαν μεθόδευε, καὶ αἰώνιον αὐτῇ διχόνοιαν ἐν προσχήματι εὐσεβείας κατασκεύαζε.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) Codd. Vat. 649 et Alt. ἀκάθαρτος. POSSIN.

(18) Melius codd. Vat. 649 et Alt. legunt προσφερόμενα. Vers. pen. pro ἀναπλάττει solus Vat. 649 habet εἰσαναπλάττει. ID.

(19) *Σχηματίζοντος Μάρκον*. Sic loquitur quia S. Marcus evangelista primus fuit episcopus et fundator Ecclesiæ Alexandrinæ : quem proinde Cyrillus aliique ejus successores specie atque habitu repræsentant. RITT.

(20) Nec id injuria, quia, ut ait Seneca, peccare qui non prohibet, cum possit, jubet. Confer ep. 410 h. lib. 1 ID.

(21) *Ἄμυναν, ἣν παρὰ θνητῶν κεχρεώστησαι.* Non recte hæc reddidit doctiss. interpres, *ultionem, qua tanquam ære quodam alieno a mortalibus obstrictus es*, cum hic potius sit sensus, *ult. quæ tibi a mortalibus velut ære quodam alieno obstrictis debetur.* ID.

(22) Ante ζῶσαν codd. Vat. 649 Sfort. et Alt. ponunt τήν. POSSIN.

ΤΟΑ'. — ΠΑΝΣΟΦΙΩ.

Εἰ προΐσχεται ὁ τῆς Μαρκίωνος συνήγορος βλασφημίας, τὸ παρ' ἐκείνοις ὀνομαζόμενον Εὐαγγέλιον, λαβὼν ἀνάγνωθι, καὶ εὑρήσεις εὐθὺς ἐν προοιμίοις τὴν ἀτοπίαν. Αὐτὴν γὰρ τὴν κατάγουσαν ἐπὶ Χριστὸν ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ γενεαλογίαν ἀπέτεμον· καὶ μικρὸν ὕστερον προϊὼν ἄλλην ὄψει κακόνοιαν. Ἀμείψαντες γὰρ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, « Οὐκ ἦλθον, λέγοντος, καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, » ἐποίησαν· Δοκεῖτε, ὅτι ἦλθον πληρῶσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας; Ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλ' οὐ πληρῶσαι. Ἐκ τούτων δὲ εἴσῃ, ὅπως ἔχθραν ταῖς δυσὶ Διαθήκαις κατασκευάζουσι, ξένον εἶναι τοῦ νόμου τὸν Χριστὸν σχεδιάσαντες (23).

CCCLXXI. — PANSOPHIO.

A Si Marcionicæ impietatis patronus illud, quod apud eos Evangelium appellatur, prætendit, accipe et lege, statimque in ipso principio scelus eorum reperies. Eam enim generis recensionem quæ a Davide et Abrahamo ad Christum delabitur, resecuerunt. Ac paulo longius progressus, aliam rursum eorum improbitatem animorumque perversitatem conspicies. Commutatis enim his Domini verbis [10] : « Non veni destruere legem aut prophetas, » sic effecerunt : Quid putatis? Quod venerim ut legem ac prophetas adimplerem? Veni ut everterem, non ut explerem. Hinc autem intelliges, quonam pacto inimicitiam inter duo Testamenta moliantur, Christum a lege alienum esse confingentes.

ΤΟΒ'. — ΙΩΣΗΦ.

Καλῶς μὲν ἤρξω [τὸ] ἀνδρίζεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ καὶ νῦν, ὡς μανθάνομεν. Ἀλλ' ὅμοιος εἶ τοῖς σπαρεῖσιν ἐπὶ τῆς πέτρας, εὐθὺς μὲν ἐξανατείλασιν, ἐν δὲ καιρῷ καρπῶν ἀτονήσασι. Χρὴ δὲ τὸν τοῦ ἀγῶνος τῶν μοναχῶν ἐφιέμενον, ὡς πύργου οἰκοδομῇ τῇ τούτου προσελθεῖν ὑποταγῇ, μήποτε φιλοτίμως ἀρξάμενος, καὶ πρὸς ὁμοίαν εὐοδίαν μὴ ἐκτεινόμενος, δαίμοσι μὲν καταγέλαστος, ἀγγέλοις δὲ λύπης αἴτιος, ἀνθρώποις δὲ δακρύων πρόφασις γένηται.

CCCLXXII. — JOSEPHO.

B Pulchre quidem cœpisti fortis animi specimen exhibere : at non item nunc quoque, ut ad nos affertur. Verum similis es iis quæ in petra sata sunt, ac statim quidem exorta sunt, verum fructuum tempore oblanguerunt, ac defecerunt. Atqui oportet eum qui monastici certaminis cupiditate flagrat, ad ipsius subjectionem, tanquam ad turris exstructionem accedere, ne alioqui, cum præclare ac magnifice cœperit, nec postea ad idem virtutis iter sese extenderit, et dæmonibus risum moveat, et angelis mœroris causam præbeat, et hominibus lacrymarum materiam suppeditet.

ΤΟΓ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ τοῦ πάντα πειρασμὸν φέρειν γενναίως.

Εἰ πύλαι ᾅδου τῆς ἀμωμήτου καὶ ὀρθῆς οὐ κατισχύουσι πίστεως, αἵπερ εἰσὶ τὰ πεπυρωμένα τοῦ Πονηροῦ ἅπαντα βέλη, καὶ κίνδυνος, καὶ γυμνότης, καὶ θάνατος, Χριστοῦ ἡμᾶς χωρίζειν οὐ δύναται· τοῦ χάριν μικρὰς προσβολὰς διὰ Χριστόν σοι γινομένας, δυσανασχετεῖς ὑπομένειν, θαυμάσιε; Ἵστασο τοίνυν ἑδραῖος, καὶ τὰ μὲν ἐπελθόντα σβεσθήσεται πειρατήρια, τὰ δὲ μελετώμενα πρὸ πείρας οἰχήσεται. Τὸ γὰρ τῆς γνώμης ἀκλινὲς, ἀπράκτους δείξει τὰς μηχανάς.

CCCLXXIII. — PALLADIO SUBDIACONO.

C *De omni tentatione generose perferenda.*

Cum inferi portæ, quæ quidem sunt omnia ignea diaboli tela, adversus rectam atque ab omni reprehensionis labe alienam fidem prævalere nequeant, cumque periculum, et nuditas, et mors a Christo nos sejungere minime possint, quidnam est, vir eximie, quod exiguos impetus Christi causa in te factos ægro atque impatienti animo fers? Firmo igitur ac stabili gradu consiste : atque et tentationes eæ, quæ jam coortæ sunt, exstinguentur, et quæ tibi comparantur, antequam eas experiaris, evanescent. Mentis enim ac sententiæ firmitas, et constantia vim machinarum irritam reddet.

ΤΟΔ'. — ΩΡΙΩΝΙ.

Περὶ καινοδοξίας [f. *κενοδοξίας*].

Ἡ κόλαξ κομπαγωγία, ἡ ξηρὰ καὶ ἄψυχος ἔπαρσις, ἡ κενὴ καὶ ἐπίγειος δόξα, ἀρθήτω ἀφ' ἡμῶν. Ὁ γὰρ τῶν ἀρετῶν καὶ δοτὴρ καὶ ταμίας ὑπογραμμὸν ἡμῖν καταλιμπάνων, φησί· « Δόξαν παρ' ἀνθρώπων οὐ ζητῶ. » Θεοῦ γάρ ἐστι δόσις ἡ δόξα· εἰ καὶ οἱ ποιηταὶ τῶν ὀνομάτων τῇ ἐνταῦθα σκιᾷ τὴν κλῆσιν ἐκείνην ἐπέθηκαν.

98 CCCLXXIV. — ORIONI.

D *De vana gloria.*

Assentator fastus, et sicca atque inanima superbia, et inanis ac terrena gloria de medio a nobis tollatur. Virtutum enim et dator et custos, exemplum nobis relinquens, his verbis utitur : « Gloriam ab hominibus non quæro [10*]. » Dei namque munus gloria est : etiamsi nominum effictores hujus vitæ umbræ vocabulum illud imposuerunt.]

[10] Matth. v, 17. [10*] Joan. XIII, 50.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(23) Participium aoristi σχεδιάσαντες codd. Vat. 649 et Alt. in præsens mutant scribendo, σχεδιάζοντες. Po_SIN.

CCCLXXV. — CYRO. A

De paupertate.

Si paupertas mœrori est, divina hæc lex nihili ducitur: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [11]. » Quamobrem si hoc non expetimus, procul dubio nc illius quidem desiderio tenemur; sin autem illam gratis animis excipimus, etiam hujus cedamus mandatis.

CCLXXVI. — EIDEM.

De paupertate.

Panis penuria, fames non est; nec vestium inopia, nuditas. Pilifer enim ille Baptista, et divitis janitor qui fame ac nuditate contabuit, in sempiterno ac finis omnis experti regno versantur et confoventur. Qui autem in ciborum voluptate ac byssinis vestibus divitiis circumfluebat, gehennam habet, ipsiusque ignem pro indumento. B

CCCLXXVII. — OLYMPIO COMITI.

In Christi nativitatem.

Natura præstantiorem, atque omnem sermonis facultatem superantem partum cuncta supra naturam secuta sunt, nimirum angeli ministerium, Joannis ante nativitatem officium, seminis expers conceptio, partus ab omni labe immunis. His simile quoque ad iter magis præmonstrandum stellæ famulitium habuit, quæ non usitata via usa est, verum miro modo novum cursum tenuit. Ac propterea sapientes illos magos, hujusmodi rerum peritos, admiratione perculit, ipsisque, ut longum iter susciperent, persuasit. C

CCCLXXVIII. — EIDEM.

De stella magos ducente.

Hoc quod in divino libro de stella habetur, « Veniens stetit supra ubi erat puer [11*], » perspicue tibi ostendet stellam illam, quæ lætum divini partus nuntium afferebat, iter illud quod astris consuetum atque usitatum est, non tenuisse. Neque enim altitudinis distantia id afferebat, ut facile inveniri posset quod quærebatur: verum novus atque inusitatus cursus, tum antrum illud, tum Dominiferum ac venerandum præsepe, quod in eo situm erat, tanquam digito demonstrabat.

99 CCCLXXIX. — MARONI. D

Si divini gregis es, Scriptura sacra te doceat ea quæ in hac vita geruntur judicii minime expertia esse, verum ad horrendum examinis diem servari. Si autem Judaicarum partium es, Isaias, vir maximo animo præditus illud te doceat, quod Dominus ignis instar veniet, et tanquam procella currus ejus, ut reddat ultionem in furore, et ejectionem in flamma ignis. Quod si ethnicæ classis ac religionis amatorem quodammodo te profiteris, atque ob præposte-

[11] Matth. v, 3. [11*] Matth. ii, 9.

ΤΟΕ'. — ΚΥΡΩ.

Περὶ πενίας.

Εἰ λυπεῖ ἡ πενία, ἐξουδένωται ἡ θεία νομοθεσία, « Μακάριοι, φάσκουσα, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Εἰ τοίνυν ταύτης οὐκ ἀντεχόμεθα, εὔδηλον, ὡς κἀκείνης οὐκ ἐφιέμεθα· εἰ δὲ ἐκείνην εὐχαρίστως δεχόμεθα, καὶ ταύτης εἴκωμεν τοῖς προστάγμασι.

ΤΟϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ

Περὶ πενίας.

Ἡ τοῦ ἄρτου ἔνδεια οὐκ ἔστι λιμὸς, καὶ ἐσθημάτων ἀπορία, οὐ γυμνότης. Ὁ γὰρ τριχοφόρος Βαπτιστὴς, καὶ ὁ τοῦ πλουσίου θυρωρὸς, ὁ πείνῃ καὶ γυμνώσει τακεὶς, εἰς τὴν ἄληκτον καὶ ἀπέραντον ἀναστρέφονται καὶ θάλπονται βασιλείαν. Ὁ δὲ πλουτῶν ἐν εὐφροσύνῃ βρωμάτων, καὶ ἐνδύματι βύσσου, γέενναν ἔχει, καὶ τὸ ταύτης πῦρ περιβόλαιον.

ΤΟΖ'. — ΟΛΥΜΠΙΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ.

Τῷ ὑπερφυεῖ καὶ ἀνεκλαλήτῳ τόκῳ πάντα ὑπερφυῆ ἠκολούθησαν, ἡ τοῦ ἀγγέλου διακονία, ἡ Ἰωάννου πρὸ τῆς γεννήσεως λειτουργία, τὸ ἄσπορον τῆς συλλήψεως, τὸ ἄφθορον τῆς κυήσεως. Τούτων ὁμοίαν καὶ τὴν τοῦ ἀστέρος ἔσχηκεν ὑπουργίαν πρὸς τὴν τῶν μάγων ὁδηγίαν, οὐ τῇ συνήθει χρησαμένου πορείᾳ, ἀλλὰ παράδοξον καινοτομήσαντος δρόμον, δι' οὗ καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν τοιούτων ἐπιστήμονας ἐξέπληξε μάγους, πρὸς μακρὰν πείσας στεῖλασθαι ὁδοιπορίαν.

ΤΟΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τοῦ ὁδηγήσαντος ἀστέρος τοὺς μάγους. Τὸ ἐν τῇ θείᾳ πτυκτῇ περὶ τοῦ ἀστέρος φερόμενον, « Ἐλθὼν (24) ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον, » ἐμφανέστερον ὑποδείξει σοι, οὐ τὴν συνήθη τῶν ἄστρων πορείαν ποιησάμενον τὸν εὐαγγελιστὴν τοῦ θείου τόκου ἀστέρα (οὐδὲ γὰρ ἡ τοῦ ὕψους διάστασις, εὐχερῆ ἐποίει τοῦ ζητουμένου τὴν εὕρεσιν), ἀλλ' ἑτέραν τινὰ καινοτέραν ἐκείνης, ὡς δακτύλῳ τῷ ἐξηλλαγμένῳ δρόμῳ μηνύουσαν, τό τε ἅγιον ἄντρον, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ Κυριοφόρον καὶ σεβάσμιον φάτνην.

ΤΟΘ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Εἰ μὲν τῆς θείας τυγχάνεις ἀγέλης, ἡ θεία Γραφὴ παιδευέτω σε, μὴ ἄκριτα εἶναι τὰ ἐνταῦθα πραττόμενα, ἀλλ' εἰς ἡμέραν φρικτὴν ἐξετάσεως φυλαττόμενα. Εἰ δὲ τῆς Ἰουδαίων μερίδος, Ἡσαΐας ὁ μεγαλοφρονέστατος διδαξάτω σε, ὅτι ἥξει Κύριος ὡς πῦρ, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἐκδίκησιν ἐν θυμῷ, καὶ ἀποσκορακισμὸν ἐν φλογὶ πυρός. Εἰ δὲ Ἑλληνικῆς [τινος] συμμορίας ἢ θρησκείας ὑπάρξεις ἐραστὴς, καὶ τῇ προσπαθεί-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(24) Codd. Vat. 649 et Alt. addunt ἕως. Possin.

τὴν ἀληθῆ περιφρονεῖς ἐπαγγελίαν, Πλάτων σε καὶ οἱ ἐκείνου Κωκυτοὶ καὶ Πυριφλεγέθοντες καὶ τὰ ῥόθια τῶν πυριπνόων ποταμῶν σωφρονιζέτωσαν κύματα. A

ram animi propensionem veram pollicitationem contemnis, Plato te atque ipsius Cocyti et Phlegethontes, atque rapidi flammivomorum amnium fluctus ad meliorem mentem adducant.

ΤΠ'. — ΚΛΕΟΒΟΥΛῼ ΚΟΜΗΤΙ.

Εἰς τὸ, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. »

Ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἐπίτασις ἀναγκάζει ὥσπερ τὴν θείαν καὶ ἀπαθῆ φύσιν ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγαθότητος, εἰς τὴν παρὰ φύσιν χωρεῖν ὀργὴν, εὐφρονέστατε, αὐτῇ μὲν ἀβούλητον, ἡμῖν δὲ κἂν οὕτως συμφέρουσαν. Τοῦτο καὶ Ἰουδαίοις λέγει ὁ Κύριος· « Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε! Ἰδοὺ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, οὐ δέχεσθε τὴν φιλανθρωπίαν, ἐπιγνώσεσθε τὴν ἐξουσίαν διὰ τῆς τιμωρίας. B

CCCLXXX. — CLEOBULO COMITI.

In illud : « Ecce relinquetur domus vestra deserta. »

Vir prudentissime, scelerum magnitudo atque gravitas divinam atque ab omni turbulento motu liberam naturam ex naturali bonitate, ad iracundiam, ipsius naturæ repugnantem (28), atque ab ejus quidem voluntate alienam, nobis autem sic quoque utilem, migrare pene cogit. Eoque nomine ad Judæos etiam his verbis utitur : « Quoties volui congregare vos, et noluistis! Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta[12] : » hoc est : Quoniam benignitatem meam repudiatis, vim ac potentiam per supplicium atque cruciatum agnoscetis.

ΤΠΑ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝῼ.

Κάλλιστον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, καὶ πρὸς Θεὸν ἔχον ἐγγύτητα (25)· καλὸν δὲ καὶ τὸν ἁμαρτόντα γνωσιμαχῆσαι, καὶ ταχέως ἐξαναστῆναι τοῦ πτώματος. Ἐπειδὴ τοίνυν τοῦ προτέρου, ὡς ἀδυνάτου πάντως διήμαρτες, τοῦ δευτέρου, ὡς δυνατοῦ καὶ ῥᾳδίου ἐπιμελήθητι, μήποτέ σε ἡ τύραννος αἰχμαλωτεύσῃ ἀπόγνωσις (26).

CCCLXXXI. — MARTINIANO.

Longe quidem pulcherrimum est, non peccare, atque a Deo non procul remotum : pulchrum autem illud quoque est cum in peccatum lapsus sis, pœnitudine duci, ac quamprimum e lapsu exsurgere. Quoniam igitur a priori, ut quod vires tuas prorsus superaret, excidisti, posterioris, ut quod nec vires tuas excedat nec difficile sit, curam gere, ne alioqui desperatio, tyranni cujusdam instar, te in captivitatem trahat.

ΤΠΒ'. — Τῼ ΑΥΤῼ ΚΑΙ ΖΩΣΙΜῼ.

Εἰ μὲν ἐνεποίουν ὑμῖν ἁμαρτήματα ὁ κωλύων τὰ C πολλὰ ἁμαρτήματα, [ὦ] ἀτίθασσοι καὶ ἀνάλγητοι, εἰκότως τὰς πρὸς ὑμᾶς μου διαλέξεις ἀπεστρέφεσθε, συγγενῆ μᾶλλον τὴν τῶν χρηστῶν ἐπιθυμίαν ἔχοντες, ἐξ οὗπερ ἴδιόν τι Θεὸς ἡμῖν ἐνεφύσησεν. Εἰ δὲ ἔλεγχός εἰσι τῶν οὐ καλῶν ὑμῶν πράξεων, ὡς ἔσοπτρον αἰσχρῷ (27), καὶ ἰατρὸς ἀσθενοῦντι εὑρίσκομαι. Ὁ μὲν γὰρ, ὅτι τῆς κακίστης αὐτὸν ὑπομιμνήσκει μορφῆς, φεύγει τὸ ἔσοπτρον· ὁ δὲ, ὅτι τέμνει ἢ καίει τὸ πάθος, τὸν ἰατρὸν οὐκ ἀσμενίζει. Ἢ τοίνυν ἀλλάξατε τὴν δυσμορφίαν, καὶ

CCCLXXXII. — EIDEM ET ZOSIMO.

Si ad peccata vos inducerem, quemadmodum a multis peccatis vos deterrere conor, o indomiti ac stupidi homines, haud abs re meos ad vos sermones atque colloquia defugeretis, cognatam potius proborum rerum cupiditatem habentes, ex quo Deus nobis aliquid de suo inspiravit. Sin autem sermones mei turpes vestras actiones coarguunt, tanquam speculum fœdo ac deformi, ac medicus ægrotanti reperior. Nam ille speculum idcirco fugit, quod turpissimæ formæ ipsum submoneat : hic autem ea de causa medicum fastidit, eoque offenditur, quia par-

[12] Matth. XXIII, 37, 38.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(25) *Κάλλιστον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν καὶ πρὸς Θεὸν ἔχον ἐγγύτητα*) pro ἔχον in Bavar. cod. est ἔχων· unde quis divinet legend. ἔχειν. Potest tamen defendi ἔχον, et referri ad κάλλιστον. Ad sententiam quod attinet, eadem exstat apud Clementem Alexandrinum lib. I *Pædag.*, cap. 9 : Καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ ἁμαρτεῖν· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸν (*f.* τὸ *legend.*) ἁμαρτάνοντα μετανοεῖν· ὥσπερ ἄριστον τὸ ὑγιαίνειν ἀεὶ, καλὸν δὲ καὶ τὸ ἀνασφῆλαι τῆς νόσου. Et pluribus eamdem illustrat cap. 2 ejusdem libri : Ἄριστον μὲν οὖν τὸ μηδ' ὅλως ἐξαμαρτάνειν κατὰ μηδένα τρόπον, ὃ δή φαμεν εἶναι Θεοῦ· δεύτερον δὲ, μηδενὸς τῶν κατὰ γνώμην ἐφάψασθαί ποτε ἀδικημάτων, ὅπερ οἰκεῖον σοφοῦ· τρίτον, μὴ πάνυ πολλοῖς τῶν ἀκουσίων περιπεσεῖν, ὅπερ ἴδιον παιδαγωγουμένων εὐγενῶς· τὸ δὲ μὴ ἐπὶ μήκιστον διατρίψαι τοῖς ἁμαρτήμασιν, τελευταῖον τετάχθω· ἀλλὰ καὶ τοῦτο δὲ τοῖς εἰς μετάνοιαν ἀνακαλουμένοις ἀναμαχέσασθαι σωτήριον. Similiter S. Cyprianus lib. I, epist. 3 : « Primus, inquit, felicitatis gradus est, non delinquere ; secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra et illibata, quæ servet ; hic succedit medela, quæ sanet. » Huc et juris nostri sententia accommodari potest, qua dicitur melius esse intacta cujusque jura servare, quam post causam vulneratam remedium quærere.» L. ult. C. *In quibus caus. in integr. rest. necess. non est.* RITT.

(26) *Τύραννος ἀπόγνωσις*. Vid. not. ad epist. 38, supra. ID.

(27) Codd. Vatic. 649 et Alt. habent αἰσχρῶν. POSSIN.

(28) *Iracundiam ipsius naturæ repugnantem*. Maxim, *iram*. Aliud enim est ira, aliud iracundia, aliud ὀργὴ, aliud ὀργιλότης. Huc pertinet quod apud prophetam Deus puniens dicitur facere opus alienum (*Isa.* XXVIII, 21), ut faciat suum ac proprium, id est, ut hominum generi benefaciat. RITT.

tem ægram incidit aut exurit. Quamobrem aut deformitatem mutate, ac sanitatem revocate: aut speculum vobis ac medicus perpetuo ero.

A ἀνακαλέσασθε τὴν ὑγίειαν, ἢ μέχρι παντὸς ὑμῖν ἔσοπτρον καὶ ἰατρὸς ἔσομαι.

100 CCCLXXXIII. — PHILAGRIO.

De gula.

Superflua cibi sumptio, non esus est, sed saturitas et est, et appellatur. Saturitas porro contumeliæ ac petulantiæ mater est. Petulantia autem, vitiosorum affectuum, quemadmodum in deserto contigisse memoriæ proditum est. Saturati enim sunt, inquit ille, et surrexerunt ludere [12]. Quapropter, ne intemperantiæ ludo demus operam (per quam Dei quoque oblivio in discrimen venit), saturitatem et ingluviem, quæ horum causa est, injecto freno compescamus, id studentes, ut necessario ac moderato cibo, per quem et robur ad vocabulum accedet, et voracitatis ac temulentiæ bellum vim omnem amittet, contenti simus.

ΤΠΓʹ. — ΦΙΛΑΓΡΙῼ

Περὶ γαστριμαργίας.

Ἡ περιττὴ μετάληψις, οὐ βρῶσις, ἀλλὰ κόρος καὶ ἔστι καὶ καλεῖται. Κόρος δὲ, ὕβρεως πατήρ· ὕβρις δὲ, παθῶν, ὡς ἐν ἐρήμῳ πάλαι γεγενῆσθαι ἱστόρηται. Ἐχορτάσθησαν γὰρ, φησὶ, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. Ἵνα τοίνυν μὴ παίξωμεν ἀκρασίαν, διʼ ἧς καὶ Θεοῦ κινδυνεύεται λήθη, τὸν αἴτιον τούτων χαλινώσωμεν κόρον, βρώσει ἀναγκαίᾳ καὶ ἐμμέτρῳ προσέχοντες, διʼ ἧς καὶ ἡ δύναμις προσέσται τῷ ὀνόματι, καὶ ἰσχὺν οὐχ ἕξει τῆς γαστριμάργου μέθης ὁ πόλεμος.

B

CCCLXXXIV. — EIDEM.

Gastrimargia, o amice, superfluitas appellata est. Gastrimargia autem est insanum ventris studium. Μάργος quippe *furiosum* sonat. Ecquid igitur moderatam, et cum gratiarum actione conjunctam divinorum munerum perceptionem missam facientes, circa cupedias et inania condimentorum artificia insanire studemus, quæ non ad alendum corpus conferunt, verum ad vitiosos affectus incitant?

ΤΠΔʹ. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Γαστριμαργία κέκληται, ὦ φιλότης, ἡ περιττότης. Γαστριμαργία δέ ἐστιν, ἡ περὶ γαστέρα μανία. Ἐπεὶ μάργος ὁ *μεμηνώς*. Τοῦ χάριν [οὖν] τὴν ἔμμετρον καὶ εὐχάριστον τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν ἀφιέντες μετάληψιν, τὸ μεμηνέναι περὶ τὰ πέμματα καὶ τὰς ὀψαρτυτικὰς ματαιοτεχνίας σπουδάζομεν, οὐκ εἰς τροφὴν συντελούσας, ἀλλʼ εἰς πάθη ἐκβακχευούσας;

CCCLXXXV. — LYSIMACHO.

Imbecillitate laboranti stomacho vini nonnihil impertiendum esse sapiens Paulus docuit, ne ob nimiam continentiam alia rursum aquæ potione immoderatio egeat. At sano atque ætate ferventi, idque monacho, vinum, quo in omnibus rebus liquidis nihil est calidius, infundere, ac velut ignem igni addere, haud mihi bonum esse videtur. Hinc enim et agrestes impetus, et tumidæ cupiditates inflammantur, ac temeritas et petulantia exæstuans lenitatis pugiles ad frenum contumaces reddit.

ΤΠΕʹ. — ΛΥΣΙΜΑΧῼ.

Ἀσθενοῦντι στομάχῳ ὀλίγον ἐπιδίδοσθαι οἶνον, ὁ σοφὸς ἐδίδαξε Παῦλος, μὴ διʼ ὑπερβολὴν ἑτέρας δεηθείη ἡ ἀμετρία ὑδροποσίας· τῷ δὲ ὑγιαίνοντι καὶ ζέοντι ἡλικίᾳ, καὶ ταῦτα μοναχῷ, οὔ μοι δοκεῖ κα-
C λῶς ἔχειν, ἐγχεῖν οἶνον, τῶν ὑγρῶν τὸ θερμότατον, οἷον πυρὶ ἐπικαίοντας πῦρ. Ἐξ οὗ ὁρμαί τε ἄγριαι καὶ ἐπιθυμίαι φλεγμαίνουσαι ἀνακαίονται· καὶ προπέτεια ἀναζέουσα, δυσηνίους ἀποτελεῖ τοὺς ἀθλητὰς τῆς πραότητος.

CCCLXXXVI. — SCHOLASTICO.

De oratione.

Oratio non nudis verbis, sed probis potius actionibus dirigitur. Vide enim quemadmodum divinissimus vir David secundum innocentiam suam judicium de se ferri postulet, et pietatis plenissimus Ezechias pietatem suam ac religionem Deo supplicem offerat, et viduæ Joppenses mulieris defunctæ virtutes ac præclaras actiones ad deprecandum adhibeant. Si ad eumdem modum precationem tuam expleas, ad Deum recta contendet, ac justitiam tuam tanquam lucem educet, et judicium tuum tanquam meridiem.

ΤΠϚʹ. — ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Περὶ προσευχῆς.

Προσευχὴ οὐ ῥήμασι ψιλοῖς, ἀλλὰ πράγμασι μᾶλλον χρηστοῖς κατευθύνεται. Ὅρα γὰρ τὸν θειότατον Δαβὶδ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀκακίαν ζητοῦντα κριθῆναι, καὶ τὸν εὐσεβέστατον Ἐζεκίαν, τὴν οἰκείαν εὐλάβειαν προσάγοντα ἱκέτιν, καὶ τὰς χήρας τὰς ἐν Ἰόππῃ τοῖς τῆς τεθνεώσης κατορθώμασι
D πρεσβευταῖς κεχρημένας. Εἰ οὕτως τὴν δέησίν σου πληρώσειας, εὐθυπορήσει πρὸς Θεὸν, καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὸ κρῖμά σου ὡς μεσημβρίαν.

CCCLXXXVII. — EIDEM.

Quandoquidem apertiore tibi explicatione opus esse dixisti, dilucidius rursum loquar. Vis tibi Deus

ΤΠΖʹ. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰ καὶ τρανοτέρας ἔφης δεῖσθαι (29) σαφηνείας, λευκότερον αὖθις λελέξεται. Ζητεῖς γενέσθαι σοι τὸν

[12] Exod. xxxii, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(29) Post δεῖσθαι merito supplent ambo codd. Vat. 649 et Alt.; hæc necessaria ad plenam sententiam verba, τὰ γραφέντα. Possin.

Θεὸν βοηθόν; ὅρα εἰ χρῄζοντι δυνηθεὶς ἐβοήθησας. Αἰτεῖς πλοῦτον προστεθῆναί σοι παρ' αὐτοῦ; βλέπε εἰ τὸν ὄντα χρηστῶς ᾠκονόμησας. Θέλεις φαίνεσθαί σοι τὸν κριτὴν εὐμενῆ; ἀμνησίκακος ἔσο ἐχθροῖς. Βούλει φιλανθρωπίας τυχεῖν; συγχώρει τοῖς ὑπευθύνοις αὐτός. Καλὸν γὰρ ἀμοιβῇ σώζεσθαι καὶ ὀφλήματι, ἀλλὰ μὴ ἑκάστοτε χάριτι· ὅπερ ἐστὶν ἀγνώμονος.

ΤΠΗ'. — ΚΑΠΙΤΩΛΙΝῼ.

Εἰ καὶ νέον Δωὴκ ὁ παμφόρος χρόνος ἐξέβρασσεν· ἀλλὰ σὲ Σαοὺλ γενέσθαι ἱεροκτόνον οὐκ εὔχομαι. Ἱερεὺς γὰρ ἀκατηγόρητον τὴν πρὸς πάντας ἰσότητα ὀφείλει κεκτῆσθαι, οἷα Θεοῦ λειτουργὸς, τοῦ πᾶσιν ὄντος ἀγαθοῦ. Παῦσαι τοίνυν φλεγμαίνων κατὰ τοῦ γέροντος δύο λαμπρὰ κατορθώσαντος, καὶ σὲ ἀνομῆσαι κωλύσαντος, καὶ ἄνθρωπον κινδυνεύοντα σώσαντος.

ΤΠΘ'. — ΘΗΡΑΣΙῼ.

Περὶ ἱερέων.

Ἡδέως ἂν σε ἠρόμην τὸν φιλοσκώμμονα, καὶ πικρὸν ἡμῶν δικαστὴν, εἴ σε βασιλεὺς πρὸς ἔπαλξιν ἔθετο, καὶ πύργου πόλεως φύλακα, ὑπωρύσσετο δὲ οὗτος καὶ ἐτινάσσετο, ὥστε βάσιμον ποιῆσαι τὴν πόλιν ἐχθροῖς αὐτοῦ, οὐκ ἂν πᾶσιν ἐχρήσω ἀμυντηρίοις οἷς τε εἶχες ἀποκειμένοις, οἷς τε ἐφευρίσκειν ἠπόρεις, εἴργων καὶ βάλλων, καὶ τὴν ἐγχείρησιν τρέπων, τῇ τε πόλει καὶ σαυτῷ ποιῶν τὸ ἀκίνδυνον, καὶ βασιλεῖ τηρῶν τὸ εὐάρεστον; Ἡμῖν δὲ νεμεσᾷς, οὓς Θεὸς τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας προὐστήσατο διδασκάλους, ὅτι Ἀρείῳ μαχόμεθα, μὴ μόνον πολεμοῦντι τῇ ποίμνῃ τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ἤδη καὶ πολλοὺς ἀνῃρηκότι. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἅπας καταπεφρόνηται κίνδυνος ὑπὲρ τούτου, καὶ πάντα μᾶλλον πράττων παυσαίμην, ἢ ἐκεῖνον, ὅση δύναμις, παίων.

ΤϘ'. — ΚΥΝΤΙΝΙΑΝῼ.

Ἀκοαί με σκληραὶ ἐξετάραξαν, ἀπευκτά τινα ἀπαγγείλασαι. Φασί σέ τινες οὕτω μεμηνέναι, καὶ τῆς φρενὸς ἐκτετράφθαι, ὥστε βούλεσθαι, τὸ παιδίον ἐκεῖνο τὸ πάσης παιδείας γενόμενον παρὰ Θεοῦ δεκτικὸν, εἰς ὅπλα ἀγαγεῖν, καὶ στρατείαν εὔωνον καὶ κατάπτυστον, καὶ θανάτου τυγχάνουσαν παίγνιον. Εἰ τοίνυν μὴ πάντη τῶν λογισμῶν ζημίαν ὑπέμεινας, ἀπόστηθι τῆς ἀκρίτου βουλῆς· μὴ σβέσῃς λύχνον, καλῶς ἀναφθῆναι σπουδάζοντα· ἀλλὰ τοῖς λόγοις [τῷ λογικῷ] προσκαρτερεῖν παραχώρησον. Ἐκείνην δὲ τὴν ἀξίαν, ἢ μᾶλλον τιμωρίαν, ἄλλοις τισὶν ἀγύρταις προξένει, οἷς ἡ κοινὴ συνήρμοσται ἀλογία.

A opituletur? Vide si, cum posses, ei qui tua ope indigebat, adjumento fueris. **101** Petis ut opes tuas augeat? Vide an eas, quas habes, recte administraris. Vis judex facilem se tibi ac placabilem præbeat? Hostilium injuriarum memoriam ex animo depone. Vis benignitatem ac misericordiam consequi? Iis, qui tibi obnoxii sunt, remitte. Præclarum enim est remuneratione atque debito salutem adipisci, ac non semper gratia : id quod est improbi et maligni hominis.

CCCLXXXVIII. — CAPITOLINO.

Etsi novum Doeg tempus rerum omnium ferax velut æstu quodam in ortum projecit : at te tamen Saulem sacerdotum interfectorem esse minime opto. B Sacerdos enim ejusmodi ad omnes æquabilitatem obtinere debet, quæ omnem reprehensionis notam effugiat, utpote Dei, qui omnibus bonus est, minister. Ac proinde iracundia adversus senem intumere desine, qui res duas ex virtute gessit, cum et te iniquum facinus perpetrare prohibuit, et hominem de vita periclitantem conservavit.

CCCLXXXIX. — THERASIO.

De sacerdotibus.

Libens ex te sciscitarer, qui cavillis nos petis atque acerbum et infestum te nobis judicem præbes, si te imperator ad propugnaculum collocasset turrisque urbis custodem constituisset, ea autem C suffoderetur atque concuteretur, ut hostibus ad urbem aditus pateret, annon instrumentis omnibus atque armis, quæ vel recondita haberes, vel comminisci posses, utereris, prohibens, ac tela jaciens, conatumque hujusmodi frangens, atque tum urbem ac teipsum a periculo vindicans, tum imperatori fidem ac benevolentiam conservans? Nobis autem, quos Deus Ecclesiæ suæ magistros præfecit, eo nomine succenses, quod Ario, qui non modo cum pio grege bellum gerit, sed etiam permultos jam interemit, obsistimus. Ego vero eam ob causam periculum omne contemno : ac quidlibet potius facere desierim, quam ut non illum, quam maxime queam, feriam.

D

CCCXC. — QUINTINIANO.

Durus me rumor perturbavit, infausta quædam ac detestanda nuntians. Aiunt nonnulli te ita insanire, ac mentis errore affici, ut puerum illum quem Deus eruditionis omnis capacem fecit, ad arma, et vilem ac despuendam, mortisque ludum exsistentem, militiam ducere velis. Quamobrem nisi bonæ mentis jacturam prorsus fecisti, ab hoc præpostero consilio absiste. Ne lucernam, quæ egregie accendi studet, exstingue : verum eum qui ratione utitur, litterarum studiis assiduam operam dare permitte. Illam autem dignitatem, imo pœnam et cruciatum, aliis quibusdam circulatoribus, quibus communis vecordia et litterarum inscitia connexa est, concilia.

102 CCCXCI. — DOMESTIO MEDICO. A

Sapientem artem profiteris, animum autem male feriatum geris, ut qui exigua quidem vulnera cures, ipse autem ingentibus et gravibus ulceribus labores. Quocirca si reipsa medicum te præbere cupis, moribus tuis medere. Frigidum enim et ridiculum, atque illepidum est, aliis medicinam afferre conari, seipsum autem ægrotantem negligere.

ΤϞΑ'. — ΔΟΜΕΣΤΙῼ (30) ΙΑΤΡῼ.

Τέχνην ἐπαγέλλῃ φιλόσοφον, γνώμην δὲ μετέρχῃ κακόσχολον, μικρὰ θεραπεύων τραυμάτια, μεγάλα δὲ νοσῶν ἐξελκώματα. Εἰ τοίνυν ἰατρὸς βούλει φανῆναι τῷ πράγματι, σαυτοῦ τὸν τρόπον θεράπευσον. Ψυχρὸν γὰρ καὶ γελοῖον καὶ ἄχαρι, ἄλλους πειρᾶσθαι ἰᾶσθαι, ἑαυτὸν δὲ παρορᾷν ἀσθενοῦντα.

CCCXCII. — DOSITHEO ARCHIMANDRITÆ.

De monachorum ministris.

Ciborum ministeria gulæ atque ingluviei occasionem multis accersiverunt. Neque enim omnes sobrio ac vigilanti animo ad hujusmodi certamen accedunt. Quamobrem ab hospitibus inserviendi munere Ambrosium fratrem remove, ne per illud eum abs te removeas.

ΤϞΒ'. — ΔΟΣΙΘΕῼ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤῌ.

Περὶ μοναχῶν διακόνων.

Αἱ τῶν βρωμάτων διακονίαι πολλοῖς ὑπῆρξαν αἴτιαι γαστριμαργίας. Οὐ πάντες γὰρ νηφόντως προσέρχονται τῷ ἀγῶνι. Τὸν ἀδελφὸν οὖν Ἀμβρόσιον ἀπόστησον τῆς τῶν ξένων ὑπηρεσίας, μὴ ξενώ- B σῃς αὐτὸν σαυτοῦ δι' ἐκείνης (31).

CCCXCIII. — CYRILLO.

Primum illud miraculum quod a Domino editum est, non simpliciter ac sine causa exstitit. Quamvis enim nuptiis quoque id quod opus erat præbuit, tamen id etiam, quod legi deerat, supplevit. Quoniam namque illa in aquis duntaxat baptizabat, ipse suo cruore initiationem sacram perfecit, utrumque in seipso miscens, ac legem cum gratia copulans.

ΤϞΓ'.— ΚΥΡΙΛΛῼ.

Ἡ τοῦ πρώτου θαύματος ποίησις, ἁπλῇ τῷ Κυρίῳ οὐ γέγονεν. Εἰ γὰρ καὶ τῷ γάμῳ τὴν χρείαν παρέσχετο, ἀλλὰ καὶ τῷ νόμῳ τὸ λεῖπον ἐπλήρωσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐν ὕδασι μόνον ἐβάπτιζεν, αὐτὸς τῷ οἰκείῳ αἵματι ἐτελείωσε, κιρνῶν ἐν ἑαυτῷ τὰ ἀμφότερα, καὶ ἑνῶν τὸν νόμον τῇ (32) χάριτι.

CCCXCIV. — ECDICIO.

Boves ii, quibus os camo non coercetur, alacrius messem conficiunt : qui autem laboribus suis frui prohibentur, segnitie torpent, ac laborem aversantur. Eodem modo magistri, cum per inobedientiam et contumaciam minime ipsis contumelia infertur, lætis animis labores ferunt. Cum autem nullum susceptorum laborum fructum perspiciunt, eos rursum docere piget. Quapropter si ea quæ nunc rursum quæsivisti, ex me intelligere aves, ea quæ prius didicisti, reipsa ostende. Sin autem te ea minime scire apparet, quorsum hæc quoque tibi exponemus ?

ΤϞΔ'. — ΕΚΔΙΚΙῼ.

Οἱ βόες μὴ κημούμενοι, προθυμότερον τὸν ἄμητον κατεργάζονται· τῶν δὲ πόνων μετέχειν κωλυόμενοι, ἀργοῦσι καὶ ἀποτρέπονται. Καὶ διδάσκαλοι C ἀπειθείᾳ μὴ ὑβριζόμενοι, περιχαρῶς τῶν κόπων ἀνέχονται, καρπὸν δὲ τῶν πονηθέντων μὴ βλέποντες, ὀκνοῦσι διδάσκειν ἀνόνητα. Εἰ τοίνυν βούλει μαθεῖν ἃ νῦν πάλιν ἠρώτησας, δεῖξον ἔργῳ ἃ πρότερον ἔμαθες. Εἰ δὲ φαίνῃ ἐκεῖνα μὴ ἐπιστάμενος, εἰς τί κέρδος (33) καὶ ταῦτά σοι σαφηνίσομεν;

CCCXCV. — AUSONIO CORRECTORI.

Ærea quidem statua imperator te remuneratus est, præmium hoc fulgoris causa auro liniens. Neque enim pro egregiis tuis laboribus ullum hoc munere splendidius præmium in te conferre potuit. Quæ autem hujusce vitæ labem atque interitum superant, Christus in altero ævo tibi servat : nimirum immortalem vitam, infinitas delicias, ac gloriam sempiternam : quas quidem in res mutatio nulla cadit.

ΤϞΕ'. — ΑΥΣΟΝΙῼ ΚΟΡΡΙΚΤΩΡΙ.

Χαλκῇ μὲν εἰκόνι βασιλεύς σε ἠμείψατο, χρυσῷ στιλβώσας τὸ γέρας πρὸς ἔκλαμψιν. Οὐδὲν γὰρ τούτου λαμπρότερον εἶδε τῶν ἀγαθῶν σοι πόνων φιλοτιμήσασθαι ἔπαθλον. Ὅσα δὲ τὴν ἐνταῦθα φθορὰν D ὑπερβέβηκε, Χριστὸς ἐκεῖθεν φυλάττει σοι, ἀκήρατον ζωήν, ἀπέραντον τρυφήν, καὶ δόξαν ἀΐδιον, οἷς οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις.

CCCXCVI. — THEODORO SCHOLASTICO.

Abrahamicum hunc Abrahamium a me tibi commendo, etsi me præstantiorem. **103** Fert autem ille ob charitatem eam contumeliam quæ ipsi infer-

ΤϞϚ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Τὸν Ἀβραμιαῖον Ἀβράμιον ἐγώ σοι τοῦτον συνίστημι ἀπ' ἐμαυτοῦ, εἰ καὶ κρείττονα. Φέρει (34) δὲ ὁ ἀνὴρ ὑβριζόμενος δι' ἀγάπην ἐμοὶ συγκρινόμενος.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(30) In cod. Alt. non Δομεστίῳ sed Δομετίῳ inscribitur. POSSIN.

(31) Pro ἐκείνης cod. Vat. 649 ἐκείνην scripit. ID.

(32) Pro ῳ perperam posito rescripsi τῇ, auctoribus codd. Vat. 649 et Alt. ID.

(33) Pro εἰς τί κέρδος cod. Vat. 649 legit εἰς τὸ κέρδος. ID.

(34) Pro τῇέρει rescripsi φέρει e codd. Vatic. 649 et Alt. ID.

Ἔχε τοῦτον τιμῶν. Ἔχει γὰρ τέχνην ἐκ Θεοῦ, καὶ πῦρ νεότητος μαραίνειν εἰδυῖαν, καὶ παίδευσιν ζῶσαν τῇ νεκρᾷ ἐπεισαγαγεῖν.

A tur, cum mecum comparatur. Hunc habe, atque honore affice. Eam enim divinitus artem consecutus est, qua et juvenilis ætatis ignem sopire queat, et vivam eruditionem ad mortuam adjungat.

ΤϞΖ'. — ΖΑΚΧΑΙῼ.

Εἰ θαύματα ἦν τὰ θρυλλούμενα, καὶ τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδι κατώρθωντο, ἔμενεν ἂν μέχρι παντὸς μὴ τρεπόμενα. Εἰ δὲ φάσματα μαγγανείαις γενόμενα, μήτε στηκέτω, μήτε δυνάσθω. Πάντα γὰρ τὰ ἐξ ἀνθρωπίνων (35) καινουργούμενα,' ταχινὴν ἔχει κατάλυσιν, ὅτε τῇ θείᾳ χάριτι μὴ φυλάττεται.

CCCXCVII. — ZACCHÆO.

Si miracula essent res, quæ vulgi sermonibus jactantur, ac per spem in Deum perpetrata fuissent: perpetuo procul dubio ab omni mutatione aliena permansissent. Sin autem spectra duntaxat, quæ præstigiis quibusdam exstiterint, ea nec consistant, nec vim ullam habeant. Quidquid enim humano ingenio atque solertia novo modo efficitur, quam ocissime deletur, nisi divina gratia conservetur.

ΤϞΗ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Καινοῖς τινες λόγοις τοὺς ἀνθρώπους ἠπάτησαν, B τὸν ἐκ Τυάνων εἰσαγαγόντες Ἀπολλώνιον, πολλαχόσε πολλὰ τελεσάμενον, ἐπ' ἀσφαλείᾳ, φησὶ, τῆς οἰκήσεως. Ἀλλ' οὐδὲν ἔχουσι δεῖξαι παρ' ἐκείνου γενόμενον. Οἱ γὰρ καὶ λόγους ψιλοὺς τοῦ ἀνδρὸς ἀναγράψαντες, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβώσαντες, οὐκ ἂν τὰς θρυλλουμένας παρέλιπον πράξεις. Ἔχεις δὲ τὸν Φιλόστρατον ἀκριβῶς τὰ ἐκείνου ἐκθέμενον. Καὶ μάνθανε ὡς σαφῆ συκοφαντίαν μαγγανειῶν, ἐχθροὶ τοῦ ἀνδρὸς, ὡς εἰκὸς, κατεσκεύασαν.

CCCXCVIII. — EIDEM.

Quidam novis sermonibus homines deceperunt, Tyaneum Apollonium inducentes, qui multa plerisque in locis, tutæ habitationis causa, ut aiunt, effecerit. At nihil, quod ab illo factum sit, ostendere queunt. Nam alioqui ii, qui nudos etiam ipsius sermones litteris mandarunt, totamque ipsius vitam accurate conscripserunt, actiones eas, quæ vulgi sermonibus celebrantur, non omisissent. Habes autem Philostratum, qui vitam ipsius magna cura et diligentia in lucem edidit. Ex quo intellige, quam illius hostes, ut vero consentaneum est, concinnarint perspicuam hujusmodi præstigiarum calumniam viri

ΤϞΘ'. — ΚΑΝΔΙΔῼ (36).

Ὅτι τῶν πολλῶν βιβλίων ἡ κτῆσις τοῖς μὲν κεχρημένοις ὠφέλιμος· τοῖς δὲ μόνῃ τῇ τούτων κτήσει πλουτεῖν οἰομένοις, ἐσχάτης τιμωρίας γίνεται πρόξενος.

Σῖτόν τις γεωργήσας κατέκλεισε, καὶ μὴ δοὺς τοῖς πολίταις δεομένοις, ἀπώλετο, λίθοις βληθεὶς, καὶ πυρὶ τεφρωθείς· εἰ ἐκεῖνος οἰκεῖα συγκλείσας γεώργια, ὡς κοινὰ συνέχων ἠφάνιστο· σὺ μηδὲν [μὲν] ἴδιον λογικὸν κεκτημένος, πολλῶν δὲ σοφῶν βίβλους ἐωνημένος, οὔτε μετέχων τῆς ὠφελείας, οὔτε παρέχων τοῖς [ταύτης] ἐρῶσι, τί οὐ πείσῃ κἀνταῦθα κατηγορούμενος, καὶ παρὰ Θεοῦ τιμωρούμενος, ὡς θησαυρὸν ἀνωφελῆ καὶ ἀχρεῖον κτησάμενος;

CCCXCIX. — CANDIDO.

C *Multorum librorum possessionem utentibus esse utilem; iis vero qui sola horum possessione se ditescere putant, extremi supplicii parariam esse.*

Frumentum quispiam, quod ex agricultura collegerat, compressit, et quia id egentibus civibus minime dono dederat, lapidibus obrutus, atque igne consumptus periit. Quod si ille, frugibus suis conclusis, tanquam publica comprimens, de medio sublatus est, tu, cum nihil proprium, quod ad litterarum studia attineat, possideas, verum multos eruditorum virorum libros emercatus, nec utilitatis hujusce particeps ipse sis, neque eam iis qui ipsius desiderio tenentur impertias, quo non malo multaberis, tum hic accusatus, tum a Deo pœna et cruciatu affectus, ut qui inutilem et infrugiferum thesaurum tibi compararis?

Υ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ, « Ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν. »

Τὸ, « Ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, » τοιοῦτον εἶναί μοι δοκῶ· Οὓς ἀπάτῃ ὁ ἐχθρὸς ᾐχμαλώτευσε, ταύτους ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς αὐτοῦ τυραννίδος ἀντῃχμαλώτευσε.

D CD. — PALLADIO DIACONO.

In illud: « Captivam duxisti captivitatem. »

Locus hic, «Captivam duxit captivitatem, [18]» hunc mihi sensum habere videtur: Quos hostis per fraudem captivitate oppresserat, hos Christus ex ipsius tyrannide captivos rursum traxit.

ΥΑ'. — ΒΕΝΙΑΜΙΝ ΕΒΡΑΙῼ.

Καινὴν καὶ ξένην τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἔφης προσφορὰν ἐπινενοῆσθαι, ἐπειδὴ ἄρτος τὸν ἁγιασμὸν ἐν-

CDI. — BENJAMIN HEBRÆO.

Novum ac peregrinum oblationis genus 104 quo Ecclesia utitur excogitatum esse ais, quia pani san-

[18] Ephes. IV, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Exple lacunam asterisco denotatam inserendo ἐπινοιῶν ex codd. Vat. 649 et Alt. Possin.

(36) Non Κανδίδῳ, sed Κανδίχῳ, *Candicho*, inscribitur hæc epistola in codd. Vatic. 649 et Alt. Vers. antepen. tolle asteriscum et vocem ταύτης, si credis cod. Vat. 649. Porro idem codex et pariter cum illo Alt. post vocabulum ἐρῶσι continue adjungendum suggerunt participium, δεομένοις. Possin.

ctificatio commissa sit, cum lex sacrificia cruore definiat, ac præscribat. Quin autem illud perspicis, qui in lege gloriaris, cum legem ignores, quod lex cruenta ac nidorulenta sacrificia in atrio ac prætentis sanctuario velis fieri jubebat : panes autem mensa ea intus excipiebat, quam a veteri populo conspici nefas erat. Quo e numero ipse es, qui veritatem in lege occultatam, ac nunc declaratam, minime cognovisti.

A ἐπιστεύθη, τοῦ νόμου αἵμασι τὰς θυσίας ὁρίζοντος. Πῶς δὲ οὐ συνορᾷς ὁ ἐπὶ νόμῳ αὐχῶν, καὶ τὸν νόμον ἀγνοῶν, ὅτι τὰ αἵματα καὶ τὰς κνίσσας ἐν τῇ αὐλῇ καὶ τοῖς προσκηνίοις τοῦ ἁγιάσματος ὁ νόμος ἐκέλευσε γίνεσθαι; τοὺς ἄρτους δὲ ἡ ἔσω ἐδέχετο τράπεζα, ἡ τῷ παλαιῷ ἀθέατος λαῷ, ὧν εἷς ὑπάρχει (37) αὐτὸς, ὁ τὴν ἐν τῷ νόμῳ κρυπτομένην, καὶ νῦν δεδηλωμένην ἀλήθειαν μὴ γνούς.

CDII. — THAUMASIO.

Impossibile esse in medio tumultu virtutem exercere.

Solitaria secessio mediocrem mihi scientiam adjunxit. Nam qui in mediis tumultibus versatur ac cœlestium rerum scientiam adipisci studet, illud ignorat, id quod inter spinas seritur ab illis præfocari : atque eum, qui otium non agit, Dei cognitionem consequi minime posse.

ΥΒ'. — ΘΑΥΜΑΣΙΩ.

Ὅτι ἀμήχανον ἐν μέσῳ θορύβων ἀρετὴν κατορθῶσαι.

Ἐμοὶ τὴν μετρίαν εἴδησιν ἡ καταμόνας προσέθηκεν ἀναχώρησις. Ὁ γὰρ ἐν μέσῳ θορύβων στρεφόμενος, καὶ γνῶναι τὰ οὐράνια βουλόμενος, λέληθεν, B ὅτι τὸ ἐν ἀκάνθαις σπειρόμενον, ὑπ' ἐκείνων συμπνίγεται· καὶ ὁ μὴ σχολάσας, Θεὸν γνῶναι οὐ δύναται.

CDIII. — ISIDORO DIACONO.

Et pictores et textores qui sericas pelliculas expoliunt, multis coloribus ac filis opera sua variare consueverunt, ut perfectam imaginem, aut omnibus partibus absolutam vestem reddant. Eodemque modo progressus Deo gratus haudquaquam simplex uniusque modi est. Omnes enim virtutes ad perfectionem requirit. Quamobrem ciborum jejunium nihil iis utilitatis affert, qui omnibus sensibus minime jejunent. Nam qui in agone certat, ab omnibus se abstinet.

ΥΓ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Καὶ ζωγράφοι καὶ ὑφάνται, οἱ τοὺς σηρῶν ὑμένας ἐξεργαζόμενοι, πολλοῖς χρώμασί τε καὶ νήμασι τὰς ἑαυτῶν τεχνουργίας ποικίλλουσιν, εἰς τελείας εἰκόνος ἢ ἐσθῆτος ἐκπλήρωσιν. Καὶ ἡ κατὰ Θεὸν προκοπὴ οὐχ ἔστι μονοειδής. Πασῶν γὰρ δεῖται τῶν ἀρετῶν εἰς τελείωσιν. Οὐδὲν οὖν νηστεία βρωμάτων ὀνίνησι τοὺς μὴ πάσαις νηστεύοντας αἰσθήσεσιν (38). Ὁ γὰρ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται.

C

CDIV. — THEODOSIO DIACONO.

De Domini resurrectione.

Quemadmodum virginitatem colente natura partus Domini exstitit, nec incarnationis progressus castitati decrementi quidquam attulit : eodem modo clauso atque obsignato monumento resurrectio contigit. Dei enim humanitate induti utrumque est.

ΥΔ'. — ΘΕΟΔΟΣΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως.

Ὥσπερ παρθενευούσης τῆς φύσεως ὁ τόκος τοῦ Κυρίου γεγένηται, καὶ ἡ πρόοδος τῆς σαρκώσεως τῇ ἁγνείᾳ μείωσιν οὐκ ἐποίησεν· οὕτως ἐσφραγισμένου τοῦ μνήματος, ἡ ἀνάστασις γέγονε (39)· Θεοῦ γὰρ ἐνανθρωπήσαντος τὰ ἀμφότερα.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(37) Codd. Vat. 649 et Alt. legunt ὑπάρχεις. Possin.

(38) Confer epist. 244, 446 et 474 hujus libri I. Sic Basilius Magnus, Τί γὰρ ὄφελος νηστεύειν τῷ σώματι, τὴν δὲ ψυχὴν μυρίων κακῶν ἐμπεπλῆσθαι; Et S. Ambrosius : « Quid prodest jejunare visceribus, et luxuriare venatibus; abstinere cibis, errare peccatis? » Et papa Pius epistola prima : « Nihil prodest homini jejunare, et orare, et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur, et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. » Vid. canonem 12, *Quid prodest*, distinct. 86, can. 12, *Nihil prodest*; De pœnitent., distinct. 3, can. 23, *Nihil enim prodest*. De consecratione, distinct. 5. Sic Leo Magnus cum alibi, tum sermone 4 de Quadragesima : « Non in sola abstinentia cibi stat nostri summa jejunii, aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate revocetur, et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Sic ergo nobis edendi est moderanda libertas, ut etiam aliæ cupiditates eadem lege frenentur, » etc.

Idem Leo Magnus serm. 8 de jejunio decimi mensis : « Indicitur, inquit, ut non solum a cibis, sed etiam ab omnibus carnalibus desideriis temperetur; alioqui superfluum est suscipere esuriem, et iniquam non deponere voluntatem ; reciso affligi cibo, et a D concepto non desilire peccato. Carnale est, non spirituale jejunium, ubi soli corpori non parcitur, et in iis quæ omnibus deliciis sunt nocentiora permanetur. » Et mox : « Jejunet ergo corpus escis, mens jejunet a vitiis, et curas cupiditatesque terrenas, regis sui lege dijudicet. » Et rursum infra : « Et ab iis desideria sua revocet, quæ sibi nocitura cognoscit. Abstinens enim ab invidiæ malignitate, a luxuriæ dissolutione, a perturbatione iracundiæ, a cupiditate vindictæ, purificabitur veri sanctificatione jejunii, et incorruptibilium deliciarum voluptate pascetur, » etc. Similia de vero jejunio loca multa observavi apud Chrysostomum quæ parco ascribere cum hæc sufficere possint; quibus denique addo, versus M. Antonii Mureti :

Nequicquam vitiis abstinet a cibis
Qui factis animum turpibus inquinat. Ritt.

(39) *Ἐσφραγισμένου τοῦ μνήματος ἡ ἀνάστασις γέγονε.* Eadem est multorum veterum Ecclesiæ tam Græcæ quam Latinæ doctorum opinio, Christum sicut clauso et integro virginali Mariæ natum esse, ita et per obsignatum et clausum sepulcrum resurgendo, et per clausas fores ad discipulos ingrediendo miraculose penetrasse suo corpore : in qua et hic

ΥΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ [τοῦ] αὐτοῦ.

Οὐκ ἔστι φυσικὰς ἀποδείξεις τῶν ὑπὲρ φυσιν ζητεῖν. Εἰ γὰρ καὶ σὰρξ ἀληθὴς ὁ Λόγος γεγένηται, ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός· ἐνανθρωπήσας δὲ μᾶλλον Θεὸς, ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν εἷς ὑπάρνει Υἱὸς [τοῦ] Θεοῦ.

ΥϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ [τοῦ] αὐτοῦ.

Τὸν λίθον τοῦ μνήματος μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ὁ ἄγγελος ἀπεκύλισε. Καὶ μὴ μετ' ἐκεῖνο νόμιζε γεγενῆσθαι τὴν ἀνάστασιν. Εἰ δὲ λέγεις· Τίς οὖν ἡ χρεία τῆς τοῦ ἀγγέλου παρουσίας; φαίην ἐγὼ, ὅτι ἔπειθε τοὺς ζητοῦντας ἐγηγέρθαι, ἀλλ' οὐ κεκλέφθαι τὸν Κύριον, ἄγγελος τοῦτο πιστούμενος, καὶ πρὸς τοῦτο διακονούμενος. Θεῷ γὰρ μόνῳ λειτουργοῦσιν οἱ ἄγγελοι.

ΥΖ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ὅτι οὐ πρὸς τὸν νόμον ὑποστρέφων ὁ Παῦλος, ἀλλ' οἰκονομικῶς τὰ τοῦ νόμου πεποίηκεν.

Ὁ θέλων ὑπὲρ Ἰσραηλιτῶν γενέσθαι ἀνάθεμα, καὶ τῆς Χριστοῦ βασιλείας δι' ἐκείνους ἀλλότριος, τί οὐκ ἂν καὶ ὑπέστη καὶ ἔδρασεν, ἵνα τύχοιεν σωτηρίας ἐκεῖνοι; Οὔτε οὖν περιτέμνων Τιμόθεον, οὔτε ἐν ἀζύμοις κειρόμενος, οὔτε δι' αὐτοὺς λέγων περικεῖσθαι τὴν ἅλυσιν, πρὸς τὸν νόμον ὑπέστρεφεν· ἀλλ' ὃν ἀφῆκεν ὡς τέλειος νηπίοις μᾶλλον ἁρμόζοντα, οἰκονομικῶς δι' ἐκείνους ἐδέχετο, ἵνα γένωνται τέλειοι.

ΥΗ'. — ΑΘΑΝΑΣΙΩ.

Περὶ μετανοίας.

Καλὴ μὲν καὶ ἐπαινετὴ ἡ μετάνοια, ἀλλ' ὀλίγοις γίνεται δυνατή. Ὁ τοίνυν Θεὸς ὁ θέλων τὴν ἐν ἐπιστροφῇ ζωὴν ἡμῶν, ἐξάξει ὕδωρ ἐκ τῆς καρδίας σου, δεύτερόν σοι λουτρὸν γενησόμενον, καὶ ἑκούσιον κολυμβήθραν, καθαίρουσάν σου τῶν μολυσμάτων τὴν συνείδησιν, ἵνα ποιήσῃς χαρὰν τοῖς ἀγγέλοις, οὓς ἁμαρτήσας ἐλύπησας.

ΥΘ'. — ΛΕΟΝΤΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ (40).

Τὰ ὑπερφυῆ καὶ θεῖα παιδεύματα διδάσκων ὁ Κύ-

A

CDV. — EIDEM.

De eodem.

Rerum earum quæ naturam superant a natura petitas demonstrationes quærere minime oportet. Nam etsi Verbum caro vera factum est: at non homo duntaxat Christus. Quin potius Deus humanitate indutus, unus in duabus naturis Dei Filius exsistit.

CDVI. — DE EODEM.

Eidem.

Angelus post Domini resurrectionem lapidem a monumento revolvit. Neque enim illud existimes, resurrectionem postea contigisse. Quod si dixeris, Ecquid igitur angeli præsentia opus erat? respon-

B

deam ego : **105** iis qui Dominum quærebant, fidem faciebat angelus eum ad vitam rediisse, nec subreptum esse, cum hoc affirmaret, atque ad eam rem operam navaret. Nam Deo soli angeli inserviunt.

CDVII. — PALLADIO DIACONO.

Quod non ad legem revertens, sed dispensationis causa ea quæ legis sunt Paulus fecit.

Is qui Israelitarum causa anathema esse ac propter eos a Christi regno excludi cupiebat, quid non et subiisset, et fecisset, ut illi salutem consequerentur? Quocirca nec cum Timotheum circumcideret, nec cum azymorum tempore caput attonderet, nec cum eorum causa catena vinctum se esse diceret, ad legem revertebatur; verum quam ut adultus

C

reliquerat, velut pueris potius congruentem, certo consilio propter eos suscepit, ut adulti ac perfecti efficerentur.

CDVIII. — ATHANASIO.

De pœnitentia.

Præclara quidem et laude digna est pœnitentis animi resipiscentia : sed pauci eam consequi possunt. Deus igitur, qui nos vitam per resipiscentiam obtinere vult, de pectore tuo aquam educet, quæ tibi pro altero quodam lavacro sit, ac voluntaria piscina, conscientiam tuam ab inquinamentis repurgans : ut angelis, quos peccando in mœrorem conjecisti, lætitiæ causam præbeas.

D

CDIX. — LEONTIO DIACONO.

Natura præstantiora et divina documenta Domi-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

est Isidorus noster et major ejus Joan. Chrysostomus, et hujus eclogarius sive epitomator Theophylactus, et Joannes Damascenus, et ex Latinis Augustinus. Vide Chrysostomum homil. 86 in Joannem, et homilia de Joanne Baptista, et homilia posteriore in Symbolum. Et Theophylact. in cap. xx Joannis evang.; Damascenum lib. iv *De orthodoxa fide*, cap. κα', et capite ult. ubi pro παραβλέψαι legend. παρακλέψαι in edit. Veronensi; Augustinum denique serm. 159 et seq. de tempore, et lib. xxii *De civit. Dei*, cap. 8, qui locus totidem verbis relatus est in serm. 7 de sanctis.

Diversum tamen ab his sensit Tertullianus in lib. *De carne Christi*, prope finem; cujus sententiam hodie multi amplectuntur. Plura hac de re in *Sacris Lectionibus* nostris. RITT.

(40) In hujus epistolæ titulo aliquid inopinatum habent codd. Vat. 649 et Alt.; inscribunt enim Λεοντίῳ διακόνῳ ἐπισκόπῳ. An forte eidem hæc homini cui superior missa est inscripta Λεοντίῳ διακόνῳ, sed qui post illam receptam episcopus factus sit : quasi dicere velit Leontio nuper diacono, nunc episcopo. POSSIN.

nus Paulo tradens, e cœlo eum alloquitur, ut prædicationem eam, quam ipsius fidei commissurus erat, cœlestem esse demonstraret.

CDX. — LEONTIO EPISCOPO.

« Noli negligere gratiam, quæ in te est [14]. » Ne ad eorum, quibus præes, culpas conniveas : ne alioqui, quæ ab ipsis fiunt, a te autem permittuntur, tua potius fiant, ut qui, cum possis, iis mederi nolis.

CDXI. — CYRECIO.

Justis quidem artibus partas opes habes : at easdem injuste contines. Has igitur communes fac : ut sic tuæ fiant, hoc est, ut angustis ac necessariis temporibus animam tuam redimant, ac Deum tibi placabilem reddant.

CDXII. — NICANORI SCHOLASTICO.

Doctrina, morum dux est, in hoc constituta, ut omnia, quæ in nobis sunt, ex ratione moderetur. Quod si hanc litibus ac jurgiis impendamus, iisque, qui eruditionis expertes sunt, ad furiosius exercendas inimicitias commodemus, ingentes Deo Verbo rationes reddendas habebimus, ut qui nec ex ipsius nomine pudore aliquo affecti fuerimus, 106 nec honorem litteris atque doctrinæ studiis habuerimus, verum ad judicia et lites ac pugnas, ut apparet, eruditi fuerimus.

CDXIII. — SERENO TRIBUNO.

In illud : « Tempus breve est, » etc.

Nulla legum apostolicarum præmio caret : nulla earum utilitatis est expers, quemadmodum improbi ac stulti Manichæi criminantur, qui diabolum impietate longe superant. « Tempus enim breve est, » inquit Paulus. « Reliquum est, ut qui uxores habent, tanquam non habentes sint, [15] » Quibus verbis non legitimum concubitum prohibet, verum præposteram atque inordinatam voluptatem coercet : simulque etiam temporis complementum significat. Si vita celeri cursu transit, inquit, ei, tanquam firmæ ac stabili, propensos deditosque nos esse minime oportet.

CDXIV. — PALLADIO DIACONO.

In illud : « Labores fructuum tuorum manducabis [16]. »

« Labores fructuum tuorum manducabis. » Psalmicus modulus hic est omni vitæ generi conducibilis. Quod perinde est ac si diceret : Vos qui sanctæ atque honestæ vitæ curam geritis, ipsius fructus comedetis, immortalibus scilicet coronis a Deo coronati. Ac rursum intemperantes et flagitiosi homines scelerum suorum pœnas recepturi sunt.

A ριος τὸν Παῦλον, ἐξ οὐρανοῦ αὐτῷ διαλέγεται, οὐράνιον εἶναι δεικνὺς τὸ μέλλον αὐτῷ ἐγχειρίζεσθαι κήρυγμα.

ΥΙ'. — ΛΕΟΝΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

« Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. » Μὴ παρόρα τῶν ὑπηκόων τὰ πταίσματα, ἵνα μὴ ὑπ' ἐκείνων γινόμενα, ὑπὸ δὲ σοῦ συγχωρούμενα, σὰ γένηται μᾶλλον, ὡς δυναμένου μὲν, μὴ βουλομένου δὲ ταῦτα ἰάσασθαι.

ΥΙΑ'. — ΚΥΡΗΚΙΩ.

Ἔχεις πλοῦτον δικαίως, συνέχεις δὲ τοῦτον ἀδίκως· ποίησον ταυτὸν κοινὸν, ἵνα οὕτως γένηται σὸς, λύτρον σοι καὶ ἐξίλασμα ἐν καιρῷ ἀνάγκης γι-
B νόμενος.

ΥΙΒ'. — ΝΙΚΑΝΟΡΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Οἱ λόγοι, τῶν ἠθῶν εἰσιν ἡγεμόνες, ἄγειν πάντα τὰ ἐν ἡμῖν λογικῶς τεταγμένοι. Εἰ δὲ τούτους εἰς ἔριδας ἀσχολοῦμεν καὶ μάχας, κιχρῶντες αὐτοὺς τοῖς οὐκ εἰδόσιν, ἐμμανέστερον γυμνάζειν τὰς ἔχθρας· μεγάλας τῷ Θεῷ Λόγῳ τὰς εὐθύνας ὑφέξομεν, μηδὲ τὴν αὐτοῦ κλῆσιν αἰδεσθέντες, καὶ τιμῆς μεταδόντες τοῖς λόγοις, ἀλλ' εἰς κρίσεις καὶ μάχας, ὡς ἔοικε, παιδευθέντες.

ΥΙΓ'. — ΣΕΡΗΝΩ (41) ΤΡΙΒΟΥΝΩ.

C *Εἰς τὸ, « Ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶ τὸ λοιπόν. »*

Κρατῆρα λόγων, ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, ὦ φιλομαθέστατε, τὰς θείας ἐκέρασε Γραφὰς, κρατῆρα, οὐ μέλιτος, οὐ γάλακτος, οὐκ οἴνου, ἀλλὰ παιδείας καὶ φιλοσοφίας πεπληρωμένον, καὶ θείοις χαρίσμασιν ἐστεμμένον, ὅστις τοὺς χρωμένους εἰς ἀρετὴν καὶ εὐσέβειαν προτρέπει, τῶν μὲν ἐπιγείων ἀμελεῖν παρασκευάζων, τῶν δὲ οὐρανίων εἴσω χωρεῖν· κρατῆρα, οὐ μεθόδους περιέχοντα, οὐδὲ σοφίσματα, οὐδὲ φυσιολογίας ἀτόμους καὶ ἀπείρους (87), ἀλλ' ἔργα ἀνδρῶν ὀνομαστοτάτων καὶ ἐνδοξοτάτων, οἷς ὅμοια καὶ πράττων καὶ λέγων, ἀρετῆς κόσμον ἕξεις. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν πταισάντων τοὺς βίους καὶ τὰς τιμωρίας ἀπεσιώπησεν· ὅπως μαθὼν, τὰ μὲν καλὰ ἔχοις, εἰ θέλοις, ζηλοῦν· τὰ δὲ φαῦλα, φεύγειν. Ὅσον μὲν οὖν χρήσιμον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν ἐκ τῆς ἔξωθεν παιδεύσεως, ὥσπερ ἡ μέλιττα, δρεψάμενος (πολλὰ γὰρ, εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, ἀρετῆς ἕνεκεν πεφιλοσοφήκασι), τὸ λοιπὸν ἅπαν χαίρειν ἔα· μάλιστα ὁρῶν αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων διαπρύσιον κεκινηκότας πόλεμον. Ἀριστοτέλης μὲν γὰρ ἐπανέστη Πλάτωνι (88)· οἱ Στωϊκοὶ δὲ πρὸς τοῦτον ἐφράξαντο. Τοῖς δὲ θείοις χρησμοῖς διὰ βίου δίδου σαυτόν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐξ ἐκείνων καὶ ἐκ τούτων ὠφελούμενος, μέγα καὶ σαυτῷ καὶ πᾶσιν ἔσῃ χρῆμα. Ἐπειδὴ δὲ

B

III. — TIMOTHEO LECTORI.

Quomodo sapientia craterem suum miscuit.

Sermonum craterem, vir discendi cupidissime, hoc est divinas Scripturas, Dei sapientia miscuit, craterem, inquam, non melle, aut lacte, aut vino, sed doctrina et philosophia refertum, divinisque gratiis redimitum, qui eos a quibus adhibetur, ad virtutem ac pietatem hortatur, id nimirum efficiens, ut res terrenas negligant, atque in cœlestes sese insinuent: craterem, inquam, non artificiosa quædam et captiones continentem, nec absurdas et infinitas naturæ contemplationes: verum celeberrimorum et clarissimorum virorum res gestas. Quorum si tum actiones tum sermones imiteris, virtutum ornamentum es habiturus. C At ne improborum quidem vitas et supplicia reticuit: ut iis cognitis, et virtutes, si libeat, imitari, et vitia fugere possis. Quamobrem cum ex externa eruditione apiculæ instar tantum collegeris, quantum ad nostram philosophiam conducit (multa enim, si vere loqui volumus, de virtute illi disseruerunt), id omne quod reliquum est, valere jube: præsertim cum eos perpetuum sibi ipsis invicem bellum indixisse videas. Nam et Aristoteles adversus Platonem impetum fecit: et Stoici rursum adversus hunc arma induerunt. Divinis autem oraculis per omnem vitæ cur-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Pro συνενέγκωμεν codd. Vat. 649 et Alt. scribunt συνεισενέγκωμεν. Possin.

(87) *Ἀτόμους καὶ ἀπείρους.* Billius cum vertit *absurdas*, videtur legisse ἀτόπους, quod non improbo. Bav. tamen cod. etiam retinet ἀτόμους. Ritt.

(88) Dissidium philosophorum inter se pluribus notavit idem Isidorus lib. iv, ep. 55 et 91, et Justinus Martyr, Theodoretus aliique SS. Patres: ut nunc omittam Lactantium et Chrysostomum. Id.

(89) Quod ad gratiam divinam oporteat accedere industriam humanam, perpetua est vox Scripturæ sacræ, cum qua Isidorus hic et ep. 61, 242 et 266 hujus libri ii, et ep. 13 et 51 libri iv consentit. Nec aliter alii vet. Ecclesiæ doctores, ex quibus Leo Magnus sermone 2, in solemnitate Epiphaniæ D. N. J. C.: « Et nos, inquit, de cordibus nostris, quæ D Deo sunt digna, promamus. Quamvis enim omnium bonorum sit ipse largitor, etiam nostræ tamen fructum quærit industriæ. Non enim dormientibus provenit regnum cœlorum, sed in mandatis Dei laborantibus atque vigilantibus, ut si dona illius irrita non fecerimus, per ea quæ dedit, mereamur accipere quod promisit. » Et rursum sermone 5, in eadem solemnitate: « Considerantes ineffabilem erga nos divinorum munerum largitatem, cooperatores simus gratiæ Dei operantis in nobis. Non enim dormientibus provenit regnum cœlorum; nec otio desidiaque torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur, » etc. Possem plura ejusmodi ex Chrysostomi et Macarii homiliis et aliunde comportare. Sed modum servabo. Id.

sum te penitus trade. Sic enim et ab illis, et ab istis, utilitatem capiens, magna quædam res, et tibi ipsi, et cunctis eris. Quoniam autem intelligere aves, quidnam istud sibi velit, « Sapientia miscuit vinum suum[69], » quidque causæ sit, quamobrem non purum illud proposuerit, paucis verbis multa accipe. Divina et natura sublimiora documenta corporeis sermonibus et exemplis temperavit. Neque enim fieri poterat, ut alia ratione ea intelligeremus. Quapropter divinarum cogitationum ac terrenorum verborum conjunctionem, mistionem ac temperationem haud abs re appellavit.

A βούλει [γνῶναι] τί ἐστιν, « Ἐκέρασεν ἡ σοφία τὸν ἑαυτῆς οἶνον, » καὶ δι' ἣν αἰτίαν, οὐκ ἄκρατον αὐτὸν προύθηκε, μάνθανε δι' ὀλίγων πολλά· Τὰ θεῖα καὶ ὑπερφυῆ παιδεύματα, λόγοις καὶ παραδείγμασι σωματικοῖς ἐκέρασεν. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ἡμᾶς ἄλλως νοῆσαι. Τὴν γοῦν ἕνωσιν τῶν θείων νοημάτων καὶ τῶν ἐπιγείων λόγων, κρᾶσιν οὐκ ἀπεικότως ἐκάλεσε.

IV. — EIDEM.

Quomodo sit intelligendum, « Habemus thesaurum in testaceis vasis[70]. »

Permulta habuissem, quæ in apostolicum **128** dictum scriberem, nisi majores, quam pro mea tenuitate, laudes ad me misisses : quæ etiam parum abfuit, quin ut silerem effecerint. Quare desine, quæso, ad hunc modum laudare. Nam alioqui et stultos ignavos ac supinos reddes : et prudentibus ac cordatis ruborem excitabis. Cæterum, quoniam satis a me admonitus es, de Apostoli dicto pauca dicam. Hæc verba, « Habemus thesaurum hunc in vasis fictilibus, » duplicem mihi sensum habere videntur. Nimirum vel ad hunc modum, Habemus thesaurum hunc, hoc est, cœlestes divitias, atque excellentia et dignitate nostra majora beneficia, in mortali hoc corpore, quod fictile optimo jure appellatum est, quandoquidem e terra exstitit; aut hoc pacto : Divinæ sapientiæ opes in sacrosanctis Scripturis habemus, vilibus et abjectis atque indoctis verbis et exemplis inclusas. Nam quod hoc significet, causam quoque mox subjunxit : « ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis. » Nam qui verbi præcones indoctos ac litterarum ignaros et infirmos esse conspiciebant (cædebantur enim, atque undique vexabantur et exagitabantur), interim tamen victoriam ac palmam adipisci, Dei gloriam prædicabant. Siquidem Dei virtus in apostolorum infirmitate perspectior erat, magisque explendescebat : propterea quod cum infirmi atque imbecilles essent, robustos frangebant : et cum paupertate laborarent, divites et copiosos vincebant : et cum rudes et indocti essent, sapientes et eruditos superabant.

Δ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πῶς νοητέον τὸ, « Ἔχομεν τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι. »

Πολλὰ ἂν εἶχον γράψαι εἰς τὸ ῥητὸν ἀποστολικὸν, B εἰ μὴ ἀπέστειλας μείζονα ἢ κατ' ἐμὲ ἐγκώμια τυγχάνοντα, ἃ μικροῦ δεῖν τὴν σιωπὴν τιμῆσαι παρεσκεύασε. Πέπαυσο τοίνυν οὕτως [ἐπαινῶν]· τοὺς μὲν γὰρ ἀφραίνοντας ὑπτιώσεις· τοὺς δὲ ἐχέφρονας, ἐρυθριᾷν παρασκευάσεις. Πλὴν ἀλλ' ἀποχρώντως παραινέσας, [ὀλίγα] περὶ τῆς ἀποστολικῆς εἴποιμι ῥήσεως. Τὸ, « Ἔχομεν τοίνυν τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, » διττὴν μοι δοκεῖ ἔννοιαν ἔχειν· ἢ ὅτι Ἔχομεν τὸν θησαυρὸν τοῦτον, τουτέστι τὸν οὐράνιον πλοῦτον, καὶ τὰ ὑπερφυῆ καὶ μείζονα τῆς ἡμετέρας ἀξίας χαρίσματα (90) ἐν τῷ θνητῷ τούτῳ σώματι, ὀστρακίνῳ δικαίως κληθέντι, ἐπειδήπερ ἐκ γῆς γέγονεν· ἢ ὅτι Ἔχομεν τὸν πλοῦτον τῆς θείας σοφίας ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, εὐτελέσι καὶ ἰδιωτικαῖς λέξεσι καὶ παραδείγμασιν ἐμπεριεχόμενον C (91). Ὅτι γὰρ τοῦτο δηλοῖ, ἐπήγαγε καὶ τὴν αἰτίαν, « ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν. » Οἱ γὰρ ὁρῶντες τοὺς κήρυκας τοῦ λόγου, ἀμαθεῖς μὲν ὄντας καὶ ἰδιώτας καὶ ἀσθενεῖς (ἐτύπτοντο γὰρ καὶ ἠλαύνοντο πάντοθεν), περιγινομένους δὲ καὶ νικῶντας, τὸν Θεὸν ἐδόξαζον. Ἡ γὰρ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀποστόλων ἐδείκνυτο μειζόνως καὶ διέλαμπεν· ὅτι ἀσθενεῖς ὄντες, τῶν ἰσχυρῶν περιεγένοντο· καὶ πένητες ὄντες, τῶν πλουσίων ἐκράτουν· καὶ ἰδιῶται τυγχάνοντες, τῶν σοφῶν περιῆσαν.

V. — EIDEM.

In idem.

Qui superioribus temporibus Ecclesiæ status esset, ignorare mihi videris. Neque enim, si id scires, de his rebus dubio atque anxio animo fuisses. Ego vero calentibus lacrymis hoc nomine profusis,

Ε'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

D Ἔοικας τὴν κατάστασιν τῆς Ἐκκλησίας, τὴν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων, ἀγνοεῖν. Οὐ γὰρ ἂν γινώσκων περὶ τούτων ἠπόρησας. Ἐγὼ δὲ δακρύσας θερμῶς, ὅτι τὰς θήκας ἔχοντες τοῦ πλούτου, τὸν πλοῦτον αὐ-

[69] Prov. IX, 2. [70] II Cor. IV, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) E regione vocabuli χαρίσματα ambo codd. Vat. 649 et Alt. in margine scribunt, Ἄλλως, γνωρίσματα. Possin.

(91) *Ἔχομεν τὸν πλοῦτον... ἐμπεριεχόμενον.* De simplicitate sacrarum Litterarum, quæ jam olim sapientia sæculari eruditos offendit atque avertit, vid. et Lactant. Firmian. lib. VI *Divin. Instit.*, cap. 21, et in Epitome earumd. cap. 5, ejusque magistrum Arnob. lib. I, *Advers. gentes*. Plura quoque apud ipsum Isidorum prox. ep. seq. et lib. IV, ep. 91, ubi et de admirando et sapientissimo temperamento facilitatis et obscuritatis sacrarum Litterarum convenientia Augustino, Prospero aliisque SS. Patribus scripsit epist. 82. Ritt.

τὸν διὰ ῥαθυμίαν, τόγε ἐμαυτοῦ φημι μέρος, ἀπωλέσαμεν, ἐπὶ τὸ σαφηνίσαι τὰ δηλωθέντα ἥξω· Οἱ ἀπόστολοι σῶμα ἔχοντες θνητὸν, καὶ πηλοῦ παντὸς ἀσθενέστερον, ἐλαυνόμενοί τε καὶ διωκόμενοι, νεκροὺς ἤγειρον, παραλυτικοὺς ἔσφιγγον, νοσοῦντας ἰῶντο, δαίμονας ἤλαυνον, προυφήτευον τὰ μέλλοντα, Πνεύματος ἁγίου παρουσίαν προυξένουν. Ἢ οὐκ ἤκουσας τοῦ Σίμωνος φήσαντος αὐτοῖς, « Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον; » Τί τούτου τοῦ πλούτου ἴσον; τί δὲ τιμαλφέστερον; Ἐγὼ εἰ πάσης (92) τῆς γῆς συναγαγών τις τὰς βασιλείας, τὴν Ἀσσυρίων λέγω, καὶ Περσῶν, καὶ Μακεδόνων, καὶ Ῥωμαίων, μίαν τῷ λόγῳ ποιήσειε, καὶ παραβάλλοι τούτῳ τῷ πλούτῳ, ὡς ἀνοήτου παιδὸς καταγνώσομαι, καὶ μὴ εἰδότος διακρίνειν πραγμάτων φύσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ τούτων μείζονα ἐννοήσειας, μείζονα ὄψει τὸν πλοῦτον· συνέστιοι καὶ ὁμοτράπεζοι τοῦ πάντων Δεσπότου γεγένηνται, ὁμιλίας κατηξιώθησαν θείας, παιδεύσεως ὑπερφυοῦς, υἱοθεσίας καὶ φιλίας ἐντὸς ἐγένοντο. Οἷον γὰρ ὕπαρχοί τινες ἦσαν περὶ τὸν βασιλέα, ἀστέρες τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης συμπεριπολοῦντες, καὶ δεχόμενοι οὐχὶ δέλτους ἐξ ἐλέφαντος, ἴσως γέρας ἀνθρώπινον ὠδινούσας, ἀλλ' ἐξουσίας, οἵαν οὐδ' οἱ τῆς γῆς βασιλεῖς ἔχουσιν. Ἐῤῥέθη γὰρ αὐτοῖς· « Ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε, ἔσται λελυμένα. » Εἰ δὲ καὶ τὰ ἐκεῖσε ἐπηγγελμένα αὐτοῖς ἀγαθὰ λογίσαιο, πλέον ἐκπλαγήσῃ. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τοῖς μέλλουσιν, ἀπὸ τῶν παρόντων ἀπόδειξιν λαμβανέτω. Ὁ γὰρ γῆς τε καὶ θαλάττης βασιλεύων, ἄπεισιν εἰς τὸ μνῆμα τοῦ ἁλιέως τὰ ὀστᾶ περιπτυξόμενος. Εἶδες τὸν ἀκήρατον πλοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι κείμενον; Θέα καὶ τὴν θείαν σοφίαν εὐτελέσι λόγοις καὶ παραδείγμασι κραθεῖσαν. Εἰ γὰρ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀξίαν μόνον προσέσχεν ὁ Θεὸς, καὶ μὴ πρὸς τὴν ὠφέλειαν τῶν ἐντευξομένων, οὐρανίοις ἂν καὶ θείοις λόγοις τε καὶ παραδείγμασιν ἐχρήσατο. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνθρώποις ἐνομοθέτει ἀσθενέσι τυγχάνουσι, καὶ ἀνθρωπίνων δεομένοις λόγων (οὕτω γὰρ ῥᾳδίως τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς νοῆσαι ἠδύναντο), ἰδιωτικαῖς λέξεσιν ἐκέρασε τὰ θεῖα μαθήματα, ἵνα καὶ γυνὴ καὶ παῖς καὶ ἁπάντων ἀνθρώπων ἀμαθέστατος κερδάνῃ τι καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκροάσεως. Τῆς γὰρ τῶν πολλῶν καὶ ἀγελαιοτέρων φροντίσας σωτηρίας ὁ λόγος, σαφηνείᾳ τοσαύτῃ διὰ φιλανθρωπίαν τοῦ νομοθέτου κραθεὶς, οὐδένα τῆς κατὰ δύναμιν ὠφελείας ἀποστερεῖ. Οὔτε δὲ τῶν σοφωτέρων ἠμέλησεν. Ἐν τοσαύτῃ γὰρ σαφηνείᾳ οὕτως ἀπόῤῥητοι λόγοι καθάπερ θησαυροί τινες ἐνοικοῦσιν, ὡς καὶ τοὺς σοφωτάτους καὶ ἐλλογιμωτάτους τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ βάθος τῶν νοημάτων ἰλιγ-

A quod cum opum *scrinia* habeamus, ipsas tamen opes propter segnitiem nostram (de me loquor) amiserimus, ad ea, quæ per litteras significasti, explicanda veniam. Apostoli, cum mortale corpus ac luto quovis imbecillius haberent, atque exagitarentur et vexarentur, mortuos excitabant, paralyticorum solutos artus astringebant, ægrotos sanitati reddebant, dæmones profligabant, futura prædicebant, Spiritus sancti præsentiam hominibus conciliabant. Annon enim Simonem ad eos his verbis utentem audisti, « Date et mihi hanc potestatem, ut cuicunque manus imposuero, accipiat Spiritum sanctum?[70] » Quidnam est quod cum his opibus comparari possit? Quid his præstantius et excellentius? Equidem ipse, si quis totius terræ imperia,
B hoc est Assyriorum, Persarum, Macedonum, et Romanorum collegerit, atque sermonis vi et facultate unum ex omnibus effecerit, illudque cum his divitiis compararit, eum ut stultum ac stolidum puerum, quique rerum naturam internoscere nequeat, condemnarim. Quod si, quæ his majora sunt, animo perpendas, **129** majores divitias perspicies. Domini omnium rerum contubernales mensæque consortes exstiterunt: divini colloquii honore affecti, ac doctrina naturæ captum superante ornati atque instructi sunt: ad filiorum adoptionem Deique amicitiam pervenerunt. Etenim velut præfecti quidam erant circum regem, ac velut stellæ una cum justitiæ Sole cursum obeuntes: atque non eburneas quasdam tabellas, quæ humanum aliquod
C præmium et honorem parturirent, verum ejusmodi potentiam atque auctoritatem, quam ne terreni quidem reges habent, accipientes. Ipsis enim dictum est: « Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlis: et quæcunque solveritis, soluta erunt[71]. » Quod si ea etiam quæ in futuro ævo ipsis promissa sunt, cum animo tuo repotes, magis adhuc obstupesces. Porro si quis futuris diffidit, a præsentibus argumentum sumat. Nam qui et terræ et maris imperium obtinet, ad piscatoris sepulcrum exosculandorum ossium causa se confert. Annon immortales opes in fictilibus vasis conditas perspexisti? Vide jam divinam quoque sapientiam abjectis sermonibus et exemplis temperatam. Nam si Deus dignitatis tantum suæ rationem
D habuisset, ac non potius legentium utilitati consultum voluisset, cœlestibus profecto ac divinis sermonibus et exemplis usus fuisset. Quoniam autem hominibus, qui infirma et imbecilli natura præditi erant, atque humanis verbis (sic enim ea, quæ ipsorum captum excedebant, intellectu facile consequi

[70] Act. VIII, 19. [71] Matth. XVI, 19; Joan. XX, 21-23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(92) Pro πάσης cod. Alt. legit πάσας. Vers. 27 post βασιλέα cod. Alt. addit μέν. V. 36 post παρόντων, sublato asterisco τὴν adjungunt codd. Vat. 649 et Alt. V. 40 pro σοφίαν cod. Alt. habet φιλοσοφίαν. V. 47 pro οὕτω codd. Vat. 649 et Alt. habent οὔπω, sed in marg. Alt. οὕτω ponitur. V. 57 pro ἐνοικοῦσιν cod. Vatic. 649 legit κρύπτονται, idemque adnotatur in marg. cod. Alt. V. antepen. loco eorum verborum, πρὸς τὸ βάθος, cod. Vatic. 649 legit πρός τι βάρος. POSSIN.

poterant) opus habebant, leges perscribebat : idcirco rudibus et incultis verbis cœlestes disciplinas temperavit, ut et mulier et puer, et omnium etiam mortalium indoctissimus, ex ipsa quoque auditione commodi aliquid perciperet. Si quidem plebeiorum ac gregalium hominum saluti prospiciens divinus sermo, tanta ob legislatoris humanitatem et benignitatem perspicuitate temperatus est, ut neminem ea quæ ipsius viribus respondeat, utilitate privet. Quanquam ne eruditiorum quidem commoda neglexit. Nam in tanta perspicuitate tam arcani sermones, velut thesauri quidam, insident, ut sapientissimi etiam et eloquentissimi quique homines ad sententiarum profunditatem æstuent, animique vertigine afficiantur, atque etiam persæpe sapientiæ magnitudini, ut quam consequi ac percipere nequeant, cedendum sibi esse ducant.

A γιᾶν, καὶ παραχωρεῖν πολλάκις τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς σοφίας.

VI. — EUSTATHIO PRESBYTERO.

De patientia.

Qui præclaram ac luculentam victoriam adipisci studet, acceptas injurias et contumelias non modo forti ac strenuo animo ferre debet; verum etiam plura ei, a quo injuria afficitur, præbere, quam ipse accipere cupiat, improbæque cupiditatis ipsius metas liberalitatis suæ copia superare. Quod si hæc tibi ab hominum sensibus et judicio remota esse videntur, a cœlis sententiam feremus, illincque hanc **130** legem recitabimus. Neque enim dixit Salvator, Si quis in dextram maxillam alapam tibi impegerit, forti animo id patere ac conquiesce (hoc enim nullis etiam præceptis et consiliis instructi quidam philosophiæ laude clari atque insignes homines, atque ex lege ipsis a natura insita vitam moderantes, præstiterunt); verum illud adjecit, ut alteram quoque ad excipiendam plagam promptam ac paratam habeas [72]. Nam in hoc demum præclara et splendida victoria sita est. Illud enim philosophicum est : hoc natura præstantius et cœleste.

ϛ'. — ΕΥΣΤΑΘΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ ὑπομονῆς.

Χρὴ τὸν βουλόμενον λαμπρὰν ἀναδήσασθαι νίκην, μὴ μόνον ὑβριζόμενον καὶ ἀδικούμενον φέρειν γενναίως, B ἀλλὰ καὶ πλείονα παρέχειν τῷ ἀδικοῦντι ὧν βούλεται λαβεῖν, καὶ τοὺς ὅρους τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας ἐκείνου τῇ δαψιλείᾳ τῆς οἰκείας ὑπερβαίνειν φιλοτιμίας. Εἰ δέ σοι παράδοξα εἶναι δοκεῖ ταῦτα, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν τὴν ψῆφον οἴσομεν, καὶ τὸν νόμον τοῦτον ἐκεῖθεν ἀναγνωσόμεθα. Οὔτε γὰρ εἶπεν ὁ Σωτήρ, Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, φέρε γενναίως, καὶ ἡσύχαζε· ἤνυσαν γὰρ τοῦτο καὶ ἄνευ ὑποθηκῶν τινες ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαλάμψαντες (93), καὶ τῷ ἐμφύτῳ νόμῳ πολιτευσάμενοι· ἀλλὰ προσέθηκε τό, καὶ τὴν ἄλλην τῷ τύπτοντι ἑτοίμην πρὸς τὴν πληγὴν παρέχειν. Αὕτη γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη. Τὸ μὲν γὰρ φιλόσοφον, τὸ δὲ ὑπερφυὲς καὶ οὐράνιον.

C

VII. — ATHANASIO.

De temperantia.

Quisquis visendam et excellentem temperantiæ pulchritudinem conspicatus, ipsius amore minime captus ac subactus est, hic me judice a pulchrarum rerum amore alienus esse censeatur.

Ζ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ.

Περὶ σωφροσύνης.

Ὅστις τὸ ἀπόβλεπτον καὶ ὑπέρκαλον τῆς σωφροσύνης κάλλος θεασάμενος, οὐκ ἐδαμάσθη τῷ φίλτρῳ, οὗτος ἀνέραστος τῶν καλῶν παρ' ἐμοὶ κριτῇ γεγράφθω.

VIII. — JUNIÆ.

De virginibus.

Non corporis duntaxat castitate, vir sapiens et erudite, verum etiam quietis atque otii amore divus Paulus virginitatem definit [73].

Η'. — ΙΟΥΝΙᾼ (94).

Περὶ παρθένων.

Οὐ τῇ τοῦ σώματος ἁγνείᾳ μόνον, ὦ σοφέ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τὴν παρθενίαν ὁ θεσπέσιος ὁρίζεται Παῦλος.

IX. — JOSEPHO PRESBYTERO.

De virtute.

Omnibus viribus, optime vir, ipsam virtutem consectari oportet : ac non in ea opinione versari, ut tibi satis esse putes, quod monasticam vitam colere videaris.

Θ'. — ΙΩΣΗΦ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ ἀρετῆς.

D Παντὶ σθένει, ὦ βέλτιστε, προσήκει τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν (95), ἀλλ' οὐχ ἀρκεῖν ἡγεῖσθαι τὸ δοκεῖν ἀσκεῖν.

[72] Matth. v, 39. [73] I Cor. vii, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(93) *Τινὲς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαλάμψαντες.* Ut Socrates, Aristides, Phocion et alii. Ritt.

(94) Male inscribitur in editis hæc epistola, Ἰουνίᾳ, *Juniæ*, quod est nomen muliebre, cum eam ad virum missam contextus ipse manifestet. Verum nomen illius quem hic Isidorus alloquitur produnt codd. Vat. 649 et Alt., in quibus nuncupata hæc epistola legitur Ἠλίᾳ, *Heliæ*. Possin.

(95) Ἀσκεῖν, quod suggerunt codd. Vatic. 649 et Alt., recepimus et asteriscum lacunæ indicem amovimus. Edit. Patr.

Ι'. — ΧΑΙΡΗΜΟΝΙ, ΑΝΑΤΟΛΙΩ, ΓΟΤΘΙΩ, ΜΑΡΩΝΙ. A

Πρὸς ἀσκητάς.

Ἐπειδὴ τοῖς ἁγίοις ὁ βίος ὁ ὑμέτερος δακρύων γέγονεν ὑπόθεσις ἀεννάων, λογιζομένοις δι' ἣν αἰτίαν Χριστιανοὶ φάσκοντες εἶναι, Ἐπικούρειον διαζῆτε βίον, οὔτε ἔργον ἀκολασίας καταλείψαντες ἄπρακτον, οὔτε λόγον αἰσχρὸν ἄῤῥητον· γέγραφα παραινῶν, ὅπως γνωσιμαχήσαντες, ἑαυτοὺς μὲν αἰσχύνης καὶ ὀνειδῶν, καὶ τῆς μελλούσης ἀδεκάστου κρίσεως, τοὺς δὲ ἁγίους τῆς ἐφ' ἑαυτοῖς λύπης, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν δυσεκπλύτου (96) κηλῖδος ἀπαλλάξητε.

X. — CHÆREMONI, ANATOLIO, GOTTHIO, MARONI.

Ad eos qui se in pietate exercent.

Quoniam vita vestra perennium lacrymarum causam et materiam sanctis viris præbuit (considerantibus nimirum quidnam causæ sit, quod vos, cum Christianorum nomen usurpetis, Epicuream tamen vitam ducatis, ut qui nec ullum libidinis atque intemperantiæ facinus non perpetratum, nec fœdum ullum et obscenum sermonem non prolatum reliqueritis), hac epistola vos moneo ut ab improba vitæ ratione animum abducentes, et vos ipsos probris atque infamia, futurique judicii severitate, et sanctos viros ea, in qua vestra causa versantur, mœstitia, ac denique Ecclesiam gravi, nec facile eluenda macula liberetis.

ΙΑ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΝΕΩΣΤΙ ΚΑΤΑΣΤΑΝΤΙ. B

Ἴσθι, τιμιώτατε, ὅτι ἐν παντὶ μὲν τῷ βίῳ, μάλιστα δὲ [νῦν] ἐπιβαίνων τοῖς ὅροις τῆς δοξάσης μὲν εἶναι ἀρχῆς, οὔσης δὲ λειτουργίας, δίκαιος ἂν εἴης κολάζειν τὰς αὐτοῦ ἐπιθυμίας, ὥστε μηδενὸς τῶν παρὰ τοῖς ὑπηκόοις φαύλων ἡττᾶσθαι. Καὶ γὰρ αἴσχιστον εἰ τοῖς ἀρχομένοις ἐπιτάττειν βουλόμενος, φωραθείης μηδὲ σαυτοῦ ἄρχειν δυνάμενος.

XI. — STRATEGIO, EPISCOPO NUPER INSTITUTO.

Illud scias velim, vir præstantissime, quod cum in omni vitæ curriculo, tum nunc præsertim cum ad fines, non tam imperii, ut tu existimasti, quam officii ac ministerii ascendisti, æquum sit cupiditates jam tuas reprimere atque coercere : ita ut vitiorum eorum, quibus subditi laborant, nulli succumbas. Turpissimum enim fuerit, si iis qui tibi subsunt, imperare cupiens, ita affectus esse deprehendaris, ut ne tibi quidem ipsi præesse queas.

ΙΒ'. — ΓΑΙΩ.

Ὅτι ἡ κακία τὸ τερπνὸν ὀλέθριον ἔχει, ἡ δ' ἀρετὴ τὸ ἐπίπονον, εὐκλεέστατε, καὶ εὐδόκιμον (97) (ἱδρῶσι γὰρ ἡδέως ἀρδεύεται ἡ εὐδοκίμησις), οἶσθα. Χρὴ C τοίνυν τὴν μὲν φεύγειν, τῆς δ' ἀπρὶξ ἔχεσθαι.

XII. — CAIO.

Non te fugit, vir clarissime, vitium quidem pestiferam voluptatem habere : virtutem autem, laborem cum gloria nominisque splendore conjunctum. Siquidem gloria sudoribus libenter irrigatur. Oportet igitur illud fugere, hanc autem mordicus retinere.

ΙΓ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Τοσοῦτον οἱ συνοικοῦντες τῇ ἀρετῇ τῶν ἀμοιρούντων αὐτῆς διενηνόχασιν, ὅσον ἄνθρωποι μὲν τῶν θηρίων, ἄγγελοι δὲ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ γάρ τοι πορεύονται διὰ τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ φωστῆρες ἐξαίφνης ἐν σκότῳ φανέντες, καὶ ἐπιστρέφοντες πρὸς ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων τὰς ὄψεις. Εἷς τοίνυν αὐτῶν τυγχάνων, ἔχου τοῦ κτήματος.

131 XIII. — EUTONIO DIACONO.

Qui virtutem contubernalem habent, iis, qui ipsius expertes sunt, tantum præstant, quantum homines belluis, et angeli hominibus antecellunt. Siquidem per forum tanquam luminaria quædam gradiuntur, simul atque in tenebris conspecti fuerint, aliorum oculos in se convertentes. Quorum in numero cum ipse sis, cura ut possessionem tuam retineas.

ΙΔ'. — ΙΕΡΙΩ (98).

Οἱ γνήσιοι τῆς ἀρετῆς ἐρασταὶ, καὶ ζῶντες ἐν σώματι, ὀρθοῦσι τὰς πόλεις· καὶ ἀποθέμενοι τοῦτο, ἐγκαταλείπουσι κέντρον τοῦ πόθου. Τοιγάρτοι ἐπίσημοι μὲν αὐτῶν οἱ τάφοι, ἐν τιμῇ δὲ τὰ γένη, διηνεκὴς δὲ ἡ μνήμη. Δικαίως. Ἀρετὴν γὰρ ἐκτήσαντο, ἧς οὐ πέφυκεν ἅπτεσθαι τελευτή. Εἰ δὲ καὶ ὁμογνωμονῶν ἡμῖν ἐτύγχανες ἐν τῇ περὶ Θείου δόξῃ

XIV. — HIERIO.

D Veri ac sinceri virtutis amatores, et dum in corpore vivunt, urbes dirigunt : et eo deposito, amoris ac desiderii aculeum relinquunt. Quocirca et clara atque insignia eorum monumenta sunt, et in honore posteri, et perpetua memoria, idque merito : virtutem enim adepti sunt, quæ ita natura comparata est, ut mors eam minime attingat. Quod

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) E regione δυσεκπλύτου codd. Vat. 649 et Alt. aliam lectionem suggerunt, δυσεκλύτου. POSSIN.

(97) Illa compellatio Caii vers. 2, εὐκλεέστατε, quam interpres reddit, *vir clarissime*, subdititia est in cod. Alt. credimus, in quo legitur εὐκλεές τε καὶ εὐδόκιμον, etc. ID.

(98) Solus cod. Vatic. 649 sexum in titulo mutat, ex Ἱερίῳ faciens Ἱερίᾳ. Idem vers. seq. pro σώματι commodius σώμασι legit. ID.

si de divino Numine eadem nobiscum sentires, futura gloria commemorata te ad virtutis amorem vehementius acuissem et erexissem.

A τῆς μελλούσης δόξης μνημονεύσας, ἐπτέρωσα ἄν σε πλέον πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς ἔρωτα.

XV. — SERAPIONI CORRECTORI.

Nihil æque apud homines illustrem ac præclarum, atque apud Deum splendidum et laude dignum aliquem reddere solet, quam ut ea quidem quæ velit, efficere possit, semper autem benigna atque humana, et velit, et faciat. Quoniam igitur potestas in imperio inest, cura ut humanitas ei admisceatur: quo deposito etiam magistratu, clarum ac celebrem te præbeas. Nam si iracundiæ indulgeas, ac potentia tua et auctoritate abutaris, gloriam tuam exstingues, atque immanitatis et feritatis opinionem referes. Etenim iis qui peccant veniam impertire, divina quædam res est: e vestigio autem eos implacabili animo excruciare, belluina et serpentina. Ecquis igitur omissa divini Numinis imitatione animalibus humi serpentibus similem se præbere in animum induxerit? Nemo profecto: nisi qui et divinum metum, et humanam existimationem atque gloriam parvi pendit.

ΙΕ'. — ΣΕΡΑΠΙΩΝΙ ΚΟΡΡΙΚΤΟΡΙ.

Οὐδὲν οὕτω καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἔνδοξον, καὶ παρὰ Θεῷ εὐδόκιμον οἶδε ποιεῖν, ὡς τὸ δύνασθαι μὲν ἃ βούλεται πράττειν, ἀεὶ δὲ φιλάνθρωπα καὶ βούλεσθαι καὶ πράττειν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ δύνασθαι ἐν τῇ ἀρχῇ πάρεστι, τὸ φιλάνθρωπον τούτῳ κιρνάσθω, ἵνα καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν ἀοίδιμος γένοιο. Εἰ δὲ θυμῷ χαρίσαιο, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ ἀποχρήσῃ, σβέσεις μὲν τὸ σαυτοῦ κλέος, θηριωδίας δὲ δόξαν ἀποίσῃ (99). Τὸ μὲν γὰρ συγγνώμης ἀξιοῦν τοὺς πταίοντας, θεῖον· τὸ δὲ παρὰ πόδας ἀπαραιτήτως B κολάζειν, θηριοπρεπὲς καὶ ὀφιῶδες. Τίς [τοι]γαροῦν παρεὶς τὸ μιμήσασθαι τὸ Θεῖον, τοῖς χαμαὶ ἕρπουσιν ἐξομοιωθῆναι βουληθείη; Οὐδεὶς, πλὴν εἰ μή τις καὶ τοῦ θείου φόβου καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης καταφρονήσειεν.

XVI. — MARONI.

Medicus Hippocrates incurabili morbo correptis manum admovere vetat: cui nonnulli obtemperantes ex iis qui de tua salute, ut hominis ab omni doloris sensu remoti, vel potius mortui, desperarunt, nos quoque qui te ad pœnitentiam cohortamur, tanquam Æthiopem dealbare conantes, comicis dicteriis insectantur. Ego vero, multas in hominibus mutationes, et jam exstitisse audiens, et fieri conspiciens, et futuras exspectans, recte mihi facturus esse videor, si, bona spe fretus, te excitem ac corrigam. Quod si (id quod utinam ne accidat) mea me spes fefellerit, illud certe lucrabor, ne quis me criminari possit: nec iis, qui navigant, crudeliorem me præbebo, qui cum aliquem e navi lapsum viderint, demissis velis eum ex undis extrahere nituntur. **132** Quod si ille servari nolit, nemo jam erit qui eos hoc nomine accuset, quod eum, qui noluerit, minime conservarint. Quam-

ΙϚ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Ὁ μὲν ἰατρικὸς Ἱπποκράτης παρῄνεσε, τοῖς κεκρατημένοις μὴ ἐγχειρεῖν (1). Ὧ τινες πειθόμενοι τῶν ἀπαγορευσάντων σε, ὡς κομιδῇ ἀπηλγηκότα, μᾶλλον δὲ νενεκρωμένον, καὶ ἡμᾶς, τοὺς ἐπὶ μετάνοιάν σε παρακαλοῦντας, κωμῳδοῦσιν, ὡς Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειροῦντας. Ἐγὼ δὲ πολλὰς ἐν ἀνθρώ- C ποις μεταβολὰς καὶ γεγενημένας ἀκούων (2), καὶ γινομένας ὁρῶν, καὶ ἐσομένας (3) προσδοκῶν, διεγείρειν σε καὶ κατευθύνειν δίκαιον ᾠήθην, ἐλπίδι χρηστῇ τρεφόμενος. Εἰ δὲ καὶ, ὅπερ μὴ γένοιτο, διαμαρτήσαιμι, τὸ γοῦν ἐμαυτῷ ἐγκαλεῖν κερδανῶ, καὶ οὐχ ἔσομαι τῶν τὴν θάλατταν πλεόντων ἀπηνέστερος· οἳ ὅταν τινὰ ἴδωσιν ἐκπεσόντα νεὼς, τὰ ἱστία χαλάσαντες, πειρῶνται αὐτὸν ἀνιμήσασθαι. Εἰ δὲ μὴ βουληθείη (4) ἐκεῖνος σωθῆναι, οὐδεὶς αὐτοὺς, [ὡς μὴ] βουληθέντας σῶσαι, αἰτιάσοιτο. Ἀνάνευσον τοιγαροῦν ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας, πέπαυσο τῆς ἀσελγείας· ἐννόησον τὸ ἐπίκηρον τοῦ τῇδε βίου,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(99) Codd. Vat. 649 et Alt., ἀποίσεις. Possin.

(1) Similiter infra ep. 79 hujus libri II. Sic et Cicero lib. XVI *ad Attic.*, ep. 15: « Desperatis, inquit, medicinam adhibere vetat etiam Hippocrates. » Apuleius quoque eodem allusit libro *De philosophia* scribens: « Ut optimi medici conclamatis desperatisque corporibus non adhibent medentes manus, nec nihil profutura ratio (*f. leg.* curatio) doloribus spatia promulget, ita eos, quorum animæ vitiis imbutæ sunt, nec curari queunt medicina sapientiæ, mori oportet. » Eleganter etiam Chrysostomus hoc ad obstinatos et ἀδιορθώτους hæreticos accommodat, homil. ad Titum: Ὥσπερ τὸ τοὺς ἐλπίδας ἔχοντας μεταβολῆς παρορᾶν νωθείας, οὕτως τὸ τοὺς ἀνίατα νοσοῦντας θεραπεύειν, ἀνοίας καὶ τῆς ἐσχάτης παραπληξίας· θρασυτέρους γὰρ ἐργαζόμεθα ἐκείνους. Nec omittam Corn. Celsi huc facientem locum lib. V *De re medica*: « Est prudentis hominis, primum, eum qui servari non potest, non attingere, nec subire speciem ejus ut occisi, quem sors ipsius per- D emit. Deinde, ubi gravis metus, sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis, in difficili rem esse, ne si victa ars mala fuerit, vel ignorasse vel fefellisse videatur. » Ritt.

(2) Hoc pluribus explicat et exemplis illustrat hujus lib. II epist. 72, et lib. IV epist. 81. Vere itaque ζῶον εὐμετάβολον ἄνθρωπος olim dictus est. Et fit ea mutatio in utramque partem. Causa est arbitrii libertas, et quod (Irenæo quoque teste, ut Isidorum et alios nunc omittam) Deus nemini vim faciat. Id.

(3) Post ἐσομένας apte inserunt ἀεὶ Codd. iidem. Vers. seq. pro κατευθύνειν diversam lectionem proponit cod. Alt., vitiosam illam quidem, sed ideo notandam quia viam sternere utili forte conjecturæ poterit. Sic igitur habet, Ἄλλως κατεονεῖν. Poss.N.

(4) Cod. Vat. 649 in ipso contextu δυνηθείη ponit pro βουληθείη. Cod. vero Alt., in contextu editioni consentiens, in margine ascribit δυνηθείη. Id.

καὶ τὴν ἐκεῖσε ἀπαραίτητον τιμωρίαν. Τί μάτην, μᾶλλον δὲ ἐπὶ κακῷ ἀναλίσκεις τὸν χρόνον; Ἐννόησον, ὅτι μίαν [ἔχων] ψυχὴν, πᾶσιν αὐτὴν τοῖς αἰσχροῖς πάθεσι κατεμόλυνας. Ἀπάλλαξον σαυτὸν μὲν κακίας καὶ αἰσχύνης καὶ κωμῳδίας καὶ κολάσεως, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν μολυσμοῦ, τὸ δὲ θυσιαστήριον κηλῖδος, τὸν δὲ χειροτονήσαντά σε ἐγκλημάτων, ἡμᾶς δὲ λύπης, τοὺς δὲ ἁγίους ἀεννάων δακρύων.

A obrem ex vitii fundo emerge, ac petulantiæ et lasciviæ tuæ finem impone. Cogita quam caduca et fragilis hæc vita sit, quam acerbum futuræ vitæ supplicium. Quid tu incassum, vel ut rectius loquar in malum ac perniciem tempus consumis? Veniat tibi in mentem, quemadmodum, cum unam duntaxat animam habeas, omni eam flagitiorum genere contaminaris. Libera, quæso, et teipsum vitio, atque infamia, et sugillatione, ac cruciatu, et Ecclesiam labe, et altare macula, et eum, qui te in sacrum ordinem cooptavit, criminatione; nos vero tristitia: ac denique sanctos viros lacrymis, quas sine ulla intermissione profundunt.

ΙΖ'. — ΠΑΜΠΡΕΠΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ (5).

Ἡ εἰς τὸ Θεῖον ἐλπὶς, πύργος ἐστὶν ἀῤῥαγὴς, οὐ τὴν λύσιν μόνον ἐπαγγελλόμενος τῶν δεινῶν, ἀλλ' οὐδὲ παρόντων αὐτῶν ταράττεσθαι συγχωρῶν. Ὁ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων ἀπηλλαγμένος, καὶ τῇ ἄνωθεν ἐλπίδι ἑαυτὸν ἐξαρτήσας, οὐ μόνον ταχίστην ἐπάγεται τῶν δεινῶν τὴν ἀπαλλαγὴν, ἀλλ' οὐδὲ παρόντων αὐτῶν θορυβοῦται (6) καὶ ταράττεται, τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἀγκύρας ὀρθούμενος. Χρῶ τοίνυν αὐτῇ, καὶ πάντων ἔσῃ κρείττων τῶν λυπηρῶν.

XVII. — PAMPREPIO DIACONO.

Spes in Deum, firma turris est, non modo rerum gravium et acerbarum depulsionem pollicens, B verum ne præsentibus quidem illis animum perturbari sinens. Nam qui a rebus humanis sese exemit, ac spe cœlesti suspensum animum habet, non modo id consequitur, ut rebus molestis et gravibus quamprimum liberetur: verum ne præsentibus quidem illis in tumultu ac perturbatione versatur, ut qui sacræ illius anchoræ exspectatione recreetur et erigatur. Hanc igitur adhibe: atque omnes molestias superabis.

ΙΗ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Κορωνίδα ἐπιθεῖναι τῷ κατὰ τὸν θεοσεβέστατον Ἡσύχιον πράγματι καταξίωσον, ἵνα σὺ μὲν ἀοίδιμος γένοιο, ἐγὼ δὲ λίαν ἡσθείην, αὐτός τε πάλιν ἀνακηρύξῃ τὰ σὰ [ἅπαντα]· ἀνὴρ γάρ ἐστιν εἰδέναι χάριτας ἐπιστάμενος.

XVIII. — ISIDORO PRESBYTERO.

Hesychii, viri singulari erga Deum pietate præditi, negotio coronidem imponas velim: ut et tu nominis celebritatem adipiscaris, et ego ingenti voluptate afficiar: et ipse rursum tua omnia prædicet. Est enim is vir, qui gratias agere norit.

C

Θ'. — ΕΥΤΟΚΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Ὅτι μὲν τὸ μὴ δεῖσθαι πολλῶν συνωμολόγηται μέγιστον ἀγαθὸν, δῆλον. Ὅτι δὲ καὶ τὸ τῆς τῶν ὄντων χρείας ἀνώτερον καὶ κρείττονα εἶναι, πολλῷ μείζονος εὐπραγίας ἂν εἴη, καὶ τοῦτο συνωμολόγηται. Οὐκοῦν φροντίσωμεν τῆς μὲν ψυχῆς μάλιστα, τοῦ δὲ σώματος ὅσον ἀνάγκη, τῶν δὲ ἔξω μηδ' ὅσον. Οὕτω γὰρ κἀνταῦθα πρὸς τὴν ἀκροτάτην μακαριότητα φθάσαιμεν, τὴν καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὠδίνουσαν. Εἰ δέ τισιν οὐ δοκεῖ ταῦτα [ἀκούουσιν] ἀληθῆ εἶναι, ἐμοὶ δοκεῖ. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ὅπως τοῖς ἀκούουσιν ἃ λέγω δόξῃ ἀληθῆ εἶναι, προθυμοῦμαι, εἰ μὴ εἴη πάρεργον, ἀλλ' ὅπως ἐμοί.

XIX. — EUTOCIO DIACONO.

Quod multis rebus minime indigere, communi omnium consensu maximum bonum sit, liquet. Quod autem sublimiorem se præbere, quam ut facultatibus opus sit, multo majoris virtutis ac laudis sit, id quoque extra controversiam est. Ac proinde animæ curam maxime geramus: corporis, quantum necessitas exigit; externorum bonorum, ne tantillum quidem. Hac enim ratione hic quoque beatitudinis arcem attingemus, quæ cœlorum etiam regnum parturit. Quod si quibusdam audientibus minime vera hæc esse videntur, at mihi videntur. Neque enim tam sedulo id ago, ut, quæ dico, veritatis fidem apud auditores nanciscantur (nisi velut obiter ac præter destinatum opus) quam ut apud me.

D

Κ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Ἔοικας ἀγνοεῖν ὅσην ὁ ἀπράγμων βίος ἔχει τὴν εὐφροσύνην· τάχα δὲ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν αὐτόν σοι βίον ἐπανῃρημένοι, ἅτε μηδέποτε ταύτης γευσάμενοι καθαρῶς. Πέπαυσο τοίνυν μὴ μόνον πολυπραγμονῶν, καὶ συκοφαντῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συκοφάντας συγκροτῶν. Κινδυνεύεις γὰρ

XX. — MARONI.

Quantum vita quieta, et a negotiis feriata, voluptatis habeat, minime scire videris; nec tu fortasse solus, verum ii quoque qui idem, quod tu, vitæ genus susceperunt, ut qui eam **133** nunquam pure ac sincere degustarint. Desine itaque non modo curiose aliena inquirere, atque calumniari:

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Ad eumdem alias etiam præter hanc quatuor dedit epistolas, quæ hoc lib. continentur. Fit ejus mentio apud Suidam in *Serapione* cui ait dissimillimum fuisse, adeoque non solum κατὰ διάμετρον ὅλην αὐτοῦ ἀφεστῶτα, μᾶλλον δὲ ἔτι τῆς διαμέτρου μειζόνως. Ritt.

(6) Codd. Vat. 649 et Alt. θορυβοῦται mutant in θορυβεῖται. Possin.

verum etiam calumniatoribus applaudere. Metuendum enim est, ne in stuporem prolapsus, vitium complectaris, virtutem autem probris atque ignominia afficias.

A εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεπτωκὼς, τὴν μὲν κακίαν περιέπειν, τὴν δ' ἀρετὴν προπηλακίζειν.

XXI. — HERMOGENI EPISCOPO.

Gravibus verbis, ut ad me perlatum est, pietas tua præsentibus quibusdam amicis me accusavit, quod liberioribus acrioribusque litteris minime usus sim (quandoquidem blandæ ac suaves admonitiones nihil valuerunt), quibus etiam nolentem episcopum Eusebium corrigere potuissem. Hoc igitur scias velim, o mihi sacrosanctum caput (me enim purgem oportet), me nullum non medicinæ genus tam blandius, quam asperius tentasse, nec eorum, quæ morbum revellere debebant, quidquam omnino prætermisisse : nec tamen id potuisse : quod videlicet morbus omnibus remediis superior ac valentior inventus sit, atque in stuporem exciderit. Quanquam autem ea minime divulgare attinet, quæ oblivione atque alto silentio conterenda sunt, pauca tamen ex iis quæ privatim ad eum adhibita verborum libertate scripsi, tibi patefaciam, ut eum hanc quoque partem contempsisse intelligas, meque criminari desinas. Etenim multa quidem ad eum, quæ oportebat, scripsi : pauca autem lacrymas fundens scribo, pleraque enim resecabo, ne prolixitatis opinionem subeam : Urbs universa, perspicua tua flagitia tragicis verbis prosequens, ad hunc modum loquitur : Quam ob causam sacras initiationes vendis? Ecquid sacerdotium prodis? Quid affers, quod divino Numine ad cauponarum quæstum abuteris? Quid causæ est, quamobrem templa contaminas? Eccur aversis pauperum bonis opes colligis? Quid est, cur in senectutis limine flagitiis et sceleribus juvenescis? Cur non in imperio permansisti, verum vitio parere deprehensus es? Hoc igitur scito, te graviores hoc nomine pœnas daturum esse, quod ea ipse perpetrasti, quæ ne alii committerent, pro tuo munere atque officio prohibere debuisti.

ΚΑ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Δεινὴν ἡμῶν, ὡς ἐπυθόμην, ἡ σὴ θεοσέβεια ἐπὶ φίλων ἐποιήσατό [τινων] τὴν καταβοὴν, ὡς [ἔδει] διὰ γραμμάτων παῤῥησιαστικωτέρων ἐλθεῖν (αἱ γὰρ χρησταὶ παραινέσεις, ἴσχυσαν οὐδὲν), δυναμένων διορθώσασθαι Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ μὴ βουλόμενον. Ἴσθι τοίνυν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ (χρὴ γὰρ ἀπολογήσασθαι), ὅτι πᾶσαν κεκίνηκα, ὡς οἷός τε ἦν, ἰατρείας ὁδὸν, καὶ προσηνεστέραν καὶ τραχυτέραν· καὶ οὐδὲν παραλέλοιπα τῶν ὀφειλόντων
B ἀναμοχλεῦσαι τὴν νόσον, καὶ οὐ δεδύνημαι, τοῦ πάθους κρείττονος τῶν βοηθημάτων εὑρεθέντος, καὶ εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεπτωκότος. Δημοσιεῦσαι μὲν [οὖν] οὐ χρὴ τὰ λήθης ἄξια καὶ βαθείας σιγῆς· ὅμως δὲ ὀλίγα τῶν ἰδικῶς αὐτῷ μετὰ παῤῥησίας ἐπεσταλμένων δηλῶ, ἵν' εἰδείης ὅτι καὶ τούτου τοῦ μέρους κατεφρόνησε, καὶ παύσαιο ἡμᾶς αἰτιώμενος. Γέγραφα μὲν γὰρ αὐτῷ πολλὰ μὲν ἃ ἐχρῆν, ὀλίγα δὲ δακρύων γράφω· ἐπιτεμοῦμαι γὰρ τὰ πλεῖστα, μακρηγορεῖν δόξαι φυλαττόμενος. Ἡ πόλις πᾶσα (7), τὰ περιφανῆ σου τραγῳδοῦσα δράματα, φησί. Δι' ἣν αἰτίαν πιπράσκεις τὰς χειροτονίας; Τίνος ἕνεκεν προπίνεις τὴν ἱερωσύνην; Τοῦ χάριν καπηλεύεις τὸ θεῖον; Δι' ἣν αἰτίαν μιαίνεις τὰ ἀνάκτορα; Τίνος χάριν τὰ τῶν πενήτων σφετεριζόμενος χρη-
C ματίζῃ; Διὰ τί ἐπὶ γήρως οὐδῷ (8) νεωτερίζεις τοῖς ἀδικήμασι; Τίνος ἕνεκεν οὐκ ἔμεινας ἄρχων, ἀλλ' ἀρχόμενος ὑπὸ τῆς κακίας ἐφωράθης; Ἴσθι τοίνυν ὅτι μείζονα δίκην δοίης ἂν, ὅτι δέδρακας αὐτὸς ἃ κωλύειν ἑτέρους ἐτάχθης (9).

XXII. — MARONI.

Lubenter ex te audirem, quidnam causæ sit, quamobrem tam atrox atque inexpiabile virtuti bellum indixeris. Si enim Epicurum admiraris, atque ad ejus exemplar vitam tuam depingis, ecquid Christianum te profiteris? Si autem Christianus appellari cupis, quam ob causam Epicureo more vitam instituis?

ΚΒ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Δι' ἣν αἰτίαν ἄσπονδός σοι καὶ ἀκήρυκτος ὁ πρὸς τὴν ἀρετὴν τυγχάνει πόλεμος, ἡδέως ἂν σου πυθοίμην ἐγώ. Εἰ μὲν γὰρ Ἐπίκουρον θαυμάζεις, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶν τὸν σαυτοῦ ζωγραφεῖς βίον, τίνος ἕνεκεν Χριστιανὸς εἶναι προσποιῇ; Εἰ δὲ
D Χριστιανὸς χρηματίζειν βούλει, δι' ἣν αἰτίαν (10) Ἐπικούρειον διαζῇς βίον;

XXIII. — EUTOCIO DIACONO.

Pura et numeris omnibus absoluta libertas est, nulla omnino re indigere : quod quidem ut humanæ naturæ conditione sublimius ac præstantius, divino

ΚΓ'. — ΕΥΤΟΚΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ἡ μὲν εἰλικρινὴς καὶ ἀκριβὴς ἐλευθερία ἐστὶ, τὸ μηδενὸς ὅλως δεῖσθαι, ὅπερ (11) κρεῖττον ὂν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, θεῖον ἔστω. Ἡ δὲ μετ' ἐκείνην,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(7) *Ἡ πόλις πᾶσα.* Accipe hæc tanquam particulam vel epitomen epistolæ ab Isidoro ad Eusebium scriptæ. Ritt.

(8) *Ἐπὶ γήρως οὐδῷ.* Homericum hoc est. In Bav. cod. tamen legitur οὕτω. Id.

(9) Velim addi interpretationi, *in quo collocatus es*, ut exprimatur verbum, ἐτάχθης. Id.

— Vers. 8. ambo iidem codd. pro τραχυτέραν substituunt βραχυτέραν. Versu autem 15 cod. Alt. e regione verbi ἐπεσταλμένων in marg. ponit ἐπισταλέντων. V. 26, etsi recte videtur editor posuisse ἐπὶ γήρως οὐδῷ, non silebo tamen cod. Vat. 649 legere ὁδῷ. Possin.

(10) Pro δι' ἣν αἰτίαν cod. Alt. legit τοῦ χάριν. Id.

(11) Post ὅπερ opportune cod. Vat. 649 et Alt. addunt καί. Id.

τὸ ὀλίγων δεῖσθαι, ὅπερ καὶ δυνατὸν καὶ ἐφικτὸν τοῖς ἀνθρώποις καθέστηκε. Ταύτην οὖν περιέπωμεν, ἐπειδήπερ ἡ πρώτη τέως ἡμῖν ἀνέφικτος.

A Numini tribuatur. 134 Secunda autem ab ea, paucis opus habere, quod quidem homines consequi, atque ad id pervenire possunt. Hanc igitur amplectamur : quoniam prima captum nostrum nunc excedit.

ΚΔ'. — ΟΛΥΜΠΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε. »

Ὅτι τὴν ἄφραστον καὶ ἄληκτον εὐφροσύνην οἱ πόνοι καὶ οἱ ἀγῶνες φύουσι, καὶ ὅτι οὐδὲν οἱ μόχθοι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς εὐκλείας τῆς ὑπὸ τῆς ἀρετῆς τικτομένης, οἶσθα. Πῶς τοίνυν ταῦτα ἐπιστάμενος, ἐκεῖνο ἐζήτησας μαθεῖν, τὸ, « Θλῖψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ; » Δῆλον μὲν γὰρ ὅτι τῶν μὲν ἀγώνων καὶ τῶν ἄθλων στάδιόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος· τῶν δὲ στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων, ὁ μέλλων.

XXIV. — OLYMPIO DIACONO.

In illud, « In mundo tribulationem habebitis [74]. »

Quod omni oratione præstantiorem, nec finem unquam habituram voluptatem, labores ac certamina proferant, quodque ærumnæ nihil sint, si cum ejus gloriæ, quam virtus parit, magnitudine comparentur, non te fugit. Quonam igitur pacto, cum hæc tibi comperta et explorata sint, illud a me tibi exponi voluisti, « In mundo pressuram habebitis? » B Perspicuum enim est certaminum ac laborum stadium hanc vitam esse : coronarum autem et præmiorum, futuram.

ΚΕ'. — ΑΥΣΟΝΙῼ ΚΟΡΡΗΚΤΩΡΙ.

Πυθόμενος ὑπὸ τῆς πόλεως πάσης τὴν σὴν παρακεκλῆσθαι μεγαλόνοιαν, ἄτοπον ᾠήθην ἀμοιρῆσαι τῆς τοιαύτης παρακλήσεως, τὸν καὶ πρῶτον καὶ μόνον ἴσως φροντίζειν περὶ αὐτῆς ὅπως ἀνυσθείη ὀφείλοντα. Τοῦ μὲν οὖν βραδέως εἰς τοῦτ' ἐληλυθέναι (χρὴ γὰρ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτῆς), ἡ τῶν μὴ ῥᾳδίως αὐτῇ πειθομένων ἀρχόντων αἰτία τυγχάνει προαίρεσις. Διὰ γὰρ τοὺς ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως ἡγουμένους, καὶ μὴ κιρνῶντας τῇ καθαρότητι τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ ἡ πόλις ἀπενάρκησε λοιπὸν προσάγειν συνεχῶς παρακλήσεις τοῖς [οὐ] κατὰ τὴν σὴν σύνεσιν νομίμως καὶ φιλανθρώπως ἄρχουσι, καὶ αὐτεπαγγέλτως εὐεργετοῦσι. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Τὴν δὲ παράκλησιν τῶν δήμων, εἰς ἔργον ἐνεγκεῖν καταξίωσον. Ὥσπερ γὰρ ἴσμεν ὅτι τῶν δυσκόλων διὰ τὴν σὴν πεπείραται πραγμάτων ὁ κατεχόμενος μεγαλοπρέπειαν, οὕτως ἴσμεν εὐεργετηθῆναι αὐτὸν δύνασθαι, εἰ τῆς σῆς ἐπιλάβοιτο ῥοπῆς.

XXV. — AUSONIO CORRECTORI.

Cum certior factus fuissem preces ab universa urbe tibi adhibitas fuisse, absurdum existimavi me hujusce deprecationis expertem esse, qui et primus, et fortasse solus, ut ea conficiatur, laborare debeam. Ac quidem quod serius ad eam illa venerit (nam pro ipsa, causa mihi dicenda est), præfectorum eorum, qui huic haud facile obtemperant, animus atque institutum in causa fuit. Etenim propter eos, qui crudeliter et inhumane imperant, nec benignitatem, ac misericordiam integritati admiscent, urbem quoque jam piguit, crebras iis depre- C cationes offerre, qui non, pro tuæ prudentiæ more, legitime atque humane magistratum gerunt, nec sponte ipsi sua ad bene de hominibus merendum impelluntur. Atque hæc hactenus. Tu vero id quod precibus a te plebs petit, conficere, quæso, ne graveris. Quemadmodum enim hoc scimus, eum, qui detinetur, difficiles ac molestas res ob magnificentiam tuam expertum esse : eodem modo illud quoque scimus, eum juvari ac beneficio affici posse, si opem tuam atque auxilium nanciscatur.

ΚϚ'. — ΩΡΙΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Χρὴ τοὺς μαθητευομένους, καὶ ὡς πατέρας φιλεῖν τοὺς ὄντως διδασκάλους, καὶ ὡς ἄρχοντας δεδοικέναι, καὶ μήτε διὰ τὴν ἀγάπην ἐκλύειν τὸν φόβον, μήτε διὰ τὸν φόβον ἀμαυροῦν τὴν ἀγάπην.

XXVI. — ORIONI DIACONO.

Discipuli veros magistros, et ut patres amare, et ut principes timere debent : ac neque ob amorem metum discutere, neque ob metum benevolen- D tiam obscurare.

ΚΖ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰ σωτηρίας ἐρᾷς, πάντα ποίει τὰ εἰς ταύτην ἄγοντα. Τοῦ γὰρ ἐπιθυμοῦντός τι γενέσθαι, οὐ τὸ γενέσθαι κωλύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ πάντα πράττειν ὅπως ἂν γένοιτο.

XXVII. — PALLADIO DIACONO.

Si salutis desiderio teneris, omnia, quæ ad eam ducunt, effice. Nam qui ut aliquid fiat, expetit, quo id fiat, quidvis agere debet.

ΚΗ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ, ΑΝΑΤΟΛΙῼ, ΚΑΙ ΜΑΡΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝΟΙΣ

Εἰ τοῖς φιλαρέτοις τὸ μετριοπαθεῖν πρέπει (τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἄλλα πλεονεκτήματα κοσμεῖ τε καὶ φαιδρύνει), τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὸ ταπεινοῦσθαι δῆλον ὅτι συμφέρει. Ἐπὶ τίνι γὰρ καὶ ὑψηλὰ φρονήσειαν,

XXVIII. — ZOSIMO PRESBYTERO, ANATOLIO ET MARONI DIACONIS.

Si virtutis amantes modestia decet (nam ea reliquas animi dotes exornat et illustrat), peccatoribus quoque profecto submisso atque humili animo esse conducit. 135 Quonam enim nomine subli-

[74] Joan. XVI, 33.

militer de se sentiant, qui et hic risum atque infamiam sustinent, et illic pœnam et cruciatum exspectant? Nam probi viri, ex iis quæ recte atque cum laude gerunt, gloriandi ansam habent. Improbi autem ac scelerati, quasnam tandem actiones habent, ob quas animis efferantur? Quidnam igitur ex iis quæ egistis, ad deprimendam et dejiciendam arrogantiam non sufficit? Tot enim ac tanta, ut aiunt, vestra scelera sunt, ut ne quisquam quidem e vulgo ea ignoret. Adeo per totam urbem sugillantur, ac pervulgata sunt. Quod si tot flagitia perpetrantes, et superbitis, et adversus probos viros arma induitis, virtutis eorum cursum interrumpere molientes, videte quem finem malum hoc habiturum sit. Nam cum virtute florentem atque ornatum Pharisæum (non enim eum, ut mentientem, sed ut arrogantem accusat Scriptura) concepta ex recte factis superbia detrimento affecerit [78], quid afferri potest, quin vobis, qui ne publicano quidem similes, verum multis partibus eo improbiores estis, contracta ex sceleribus insolentia, et animi elatio detrimentum allatura, vosque in extremum exitium dejectura sit? Quamobrem hujusmodi crapulam edormite: ac maxime quidem, ut ne peccetis, studete (sic enim via quadam progredientes eo tandem pervenietis, ut probas quoque atque cum virtute conjunctas actiones edatis); sin autem (quod non credo) in flagitiis et sceleribus ad extremum usque diem volutari constituistis, saltem ne committite, ut malum malo curetis, nimirum adversus quos minime fas est, arma sumentes, atque adversus quos minime convenit, insolenter vos efferentes.

A ἐνταῦθα μὲν γέλωτα καὶ αἰσχύνην ὑπομένοντες, ἐκεῖσε δὲ δίκην καὶ τιμωρίαν ἀναμένοντες; Οἱ μὲν γὰρ δίκαιοι καὶ ἀφορμὰς ἔχουσι τὰ κατορθώματα πρὸς τὸ καυχᾶσθαι· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ἀπὸ ποίων πράξεων ἐπαρθεῖέν ποτε; Τί τοίνυν τῶν πεπραγμένων ὑμῖν οὐχ ἱκανὸν ταπεινῶσαι καὶ καθελεῖν τὸ φρόνημα; Τοσαῦτα καθ' ὑμῶν ἐστιν, ὥς φασι, τὰ πλημμελήματα, ὡς μηδὲ τῶν πολλῶν τινα αὐτῶν ἀγνοεῖν. Οὕτω κωμῳδεῖται ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ περιβόητά ἐστιν. Εἰ δὲ τοσαῦτα δρῶντες, καὶ μέγα φρονεῖτε, καὶ κατὰ τῶν σπουδαίων ὁπλίζεσθε, ἐγκόψαι αὐτοῖς τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον μηχανώμενοι, ὁρᾶτε οἷ τελευτᾷ τὸ κακόν. Εἰ γὰρ τὸν ἀρετῇ κομῶντα Φαρισαῖον (οὐ γὰρ ὡς ψευσάμενον αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἀλαζόνα γράφεται ἡ Γραφὴ) τὸ μέγα B φρονεῖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἔβλαψεν, ὑμᾶς τοὺς μήτε κατὰ τὸν τελώνην, ἀλλὰ πολλῷ πονηροτέρους ἐκείνου, ὥς φασι, τυγχάνοντας, [πῶς οὐ βλάψει τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς πταίσμασι, καὶ εἰς ἔσχατον] ὄλεθρον κατενέγκοι; Ἀνανήψατε τοιγαροῦν ἐκ τῆς τοιαύτης μέθης, καὶ μάλιστα μὲν σπουδάζετε μὴ πλημμελεῖν. Οὕτω γὰρ καὶ εἰς τὸ κατορθοῦν ὁδῷ προϊόντες ἔλθοιτε. Εἰ δὲ τοῖς ἁμαρτήμασιν, ὅπερ οὐ πιστεύω, μέχρι τέλους ἐγκαλινδεῖσθαι κεκρίκατε, μὴ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθε (12), ὁπλιζόμενοι μὲν καθ' ὧν οὐ θέμις, ἐπαιρόμενοι δὲ καθ' ὧν ἥκιστα χρή.

XXIX. — EIDEM.

C

Qui nec judicii metu tanguntur, nec regni cupiditate flagrant, verum ad sævitiam et inhumanitatem seipsos acuunt (quorum principes ac coryphæos nonnulli vos esse censent, ex iis, quæ perpetratis, hanc sententiam ferentes), hæc cum animis suis reputare debent, quæ, ut mihi quidem persuadeo, rationi consentanea sunt, ac lectorum calculo judicanda permitto. Nempe quod si Dei causa quidpiam perpeti recusent, id tamen alio quoque modo perpeti necesse habebunt. Si autem Dei causa mortem oppetierint, immortales atque ab omni labe alieni fu-

ΚΘ'. — ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ.

Οἱ μήτε κρίσιν δεδιότες, μήτε βασιλείας ἐρῶντες, ἀλλ' εἰς ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν ἑαυτοὺς ἀλείφοντες (ὧν κορυφαίους ὑμᾶς τινες κατατάττουσιν, ἐξ ὧν διαῤῥήδην δρᾶτε ταύτην φέροντες τὴν ψῆφον), ἐκεῖνα λογίσασθαι δίκαιοι ἂν εἶεν, ἅπερ καὶ εὔλογα καὶ ἀκόλουθά ἐστιν, ὥσγε ἐμαυτὸν πείθω. Κρινέσθω δὲ καὶ τῇ τῶν ἐντυγχανόντων ψήφῳ, ὅτι ἂν μὴ διὰ τὸν Θεὸν ἕλωνταί τι παθεῖν, ἀνάγκη αὐτὸν (13) καὶ ἄλλως ὑπομεῖναι. Ἂν διὰ τὸν Θεὸν μὲν τελευτήσωσιν, ἀθάνατοι καὶ ἀκήρατοι ἔσονται. Οὔτε ἂν τὰ χρήματα δι' αὐτὸν μὴ δοῖεν τοῖς δεομένοις, ἔχοντες

[78] Luc. XVIII, 10 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(12) *Μὴ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθε.* Vetus hoc est præceptum sive interdictum, *Ne malum malo sanemus.* Isidorus infra hujus libri II epist. 127, κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθαι σπεύδων, vel ut in B C est, σπουδάζων. Et epist. 145: Οὐδεὶς γὰρ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται· ὑπερβολὴ γὰρ ἀτοπίας τοῦτό γε καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι κέκριται... KITT.

— Vers. 1 e reg. verbi μετριοπαθεῖν codd. Vat. 649 et Alt. suggerunt in margine aliam, puto meliorem, lectionem, μετριοφρονεῖν. Iidem v. 3 post φαιδρύνει addunt καί. V. 16 pro σπουδαίων cod. Vat. 649 legit δικαίων. Idem v. 18 pro τὸ κακὸν habet τὸ δίκαιον. POSSIN.

(13) Pro αὐτὸν lege αὐτὸ et tolle asteriscum præcedentem, sic monstrat cod. Vat. 649. Mox post ὑπομεῖναι addunt οὔτε γὰρ duo codd. Vatic. 649 et D Alt. et sequens μὲν mutant in μη, totum locum sic exhibentes: ὅτι ἂν μὴ διὰ τὸν Θεὸν ἕλωνταί τι παθεῖν, ἀνάγκη αὐτὸ καὶ ἄλλως ὑπομεῖναι. Οὔτε γὰρ ἂν διὰ τὸν Θεὸν μὴ τελευτήσωσιν, ἀθάνατοι καὶ ἀκήρατοι ἔσονται· *quod non ultro elegerint propter Deum pati, id eos et aliter sustinere necesse est. Neque enim si propter Deum non oppetierint mortem, propterea immortales et incorruptibiles erunt.* Hæc vera et primigenia lectio est, edita vero manca et depravata fraudi fuit interpreti. Versu inde septimo pro τοσοῦτον ἂν οὖν lege cum codd. Vat. 649 et Alt. τοσοῦτον μὲν οὖν, et vers. 20 pro γίνεσθαι repone γίνεται sensu poscente et iisdem codd. suadentibus. Denique antepenultimo muta μὲν in μόνον, et scribe, τοῦτο γὰρ εἰ προσχέοιτο μόνον, *hoc enim si solum accesserit.* ID.

αὐτὰ ἐκεῖσε ἀπελεύσονται. Ταυτα ἀπαιτεῖ παρ' αὐτῶν ἐνταῦθα, ἃ καὶ μὴ ἀπαιτοῦντος καταλείψουσι πάντως διὰ τὸ θνητοὶ εἶναι καὶ ἐπίκηροι. Ταῦτα βούλεται αὐτοὺς ποιῆσαι γνώμῃ, ἃ καὶ ἀνάγκῃ δεῖ αὐτοὺς ποιῆσαι. Τοσοῦτον ἂν οὖν ἀπαιτῇ προσθεῖναι μόνον τὸ δι' αὐτὸν γίνεσθαι. Ὡς τόγε συμβῆναι πάντως καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων γίνεσθαι. Τοιγαροῦν χρὴ τοὺς ἐχέφρονας, ἃ πάντως ἀνάγκη παθεῖν, ἑλέσθαι παθεῖν δι' αὐτόν. Τοῦτο γὰρ εἰ προσκέοιτο μὲν, ἀρκοῦσαν ἕξει τὴν ὑπακοὴν, καὶ ὑπερβαλεῖ τοὺς πόνους ταῖς ἀντιδόσεσιν.

A turi sunt. Neque si ipsius causa pecunias egentibus minime dederint, cum iis ad alteram vitam abscessuri sunt. Hæc igitur Deus hic ab ipsis exposcit, quæ, etiamsi ipse non exposcat, tamen quia mortales atque corruptioni obnoxii sunt, omnino relinquent. Hæc eos animi inductione ac sententia facere vult, quæ etiam invitos ac repugnantes facere necesse est. Quapropter hoc duntaxat ab ipsis adjungi postulat, ut sua causa ea fiant. **136** Nam ut contingant, ab ipsa quoque rerum natura prorsus efficitur. Ac proinde qui sana mente sunt, quæ omnino perpeti sibi necesse est, ut ea ipsius causa perpetiantur, animum inducere debent. Hoc enim si accesserit, sufficientem obedientiam habebit, ac labores præmiis superabit.

Λ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ.

Εἰ βασιλείας ἐρᾷς, τί χρημάτων οὐχ ὑπερορᾷς; Εἰ δὲ καὶ τῆς θείας ἀμοιβῆς ἀντιποιῇ, τί τὴν ἀνθρωπίνην θηρώμενος οὐ λήγεις;

B

XXX. — ATHANASIO.

Si te regni cupiditas tenet, quin tu pecunias contemnis? Rursum si divinam mercedem affectas, quin tute humanam aucupari non desinis.

ΛΑ'. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Νῦν τοῖσδε τοῖς γράμμασι (14) καθάπερ προοιμίοις ἑστιῶμεν τὸν πόθον, σκιρτῶντα μὲν ὑπὸ θείας εὐφροσύνης, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἐπειγόμενον, ἀδυνατοῦντα δὲ πρὸς τὸν μέλλοντα χρόνον ἠρεμεῖν, εἰ μή τινα παραψυχὴν ἐκ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς πορισάμενος, ἐντεῦθεν ἤδη ἐλπίδα δόξειε καταβάλλεσθαι βεβαίαν, τῆς μελλούσης φημὶ πανηγύρεως τὴν προσδοκίαν. Οὐκοῦν ὅσον τάχος ἐπείχθητι, ἑορτὴν ὑμῖν διὰ τῆς παρουσίας ἀποτίκτων.

XXXI. — APOLLONIO EPISCOPO.

Nunc hisce litteris, velut præludiis quibusdam, cupiditatem nostram pascimus, præ divina quidem lætitia gestientem et exsultantem, atque ad conspectum tuum properantem, verum ad futurum tempus quiescere nequeuntem, nisi solatium quoddam ex hac epistola consecuta, hinc jam firmæ spei fundamenta jacere videatur, hoc est, futuræ solemnitatis exspectationem. Quocirca festum nobis per adventum tuum et præsentiam quam ocissime parere matura.

C

ΛΒ'. — ΗΡΑΚΛΕΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ

Ὅσῳ κρειττω και ἀξιολογωτερα ἐχειροτονήθης οἰκονομεῖν πράγματα, τοσούτῳ μᾶλλον ἀκοίμητον καὶ διορατικώτατον (15) εἶναί σε χρή· ἵνα μὴ θείων διολισθήσας ἐγχειρημάτων, μείζονα ἀπενέγκῃ τὴν γραφήν. Ἀνάγκη γὰρ τὴν κατηγορίαν τοσαύτην ἔσεσθαι διαμαρτόντι τῶν μεγίστων, ὅσην ἂν καὶ τὴν ἀμοιβὴν, ἄμεμπτον διατηρήσαντι τὴν λειτουργίαν.

XXXII. — HERACLIO EPISCOPO.

Quo præstantioribus et excellentioribus negotiis administrandis præfectus es, eo vigilantiorem ac perspicaciorem te esse par est: ne a divinis conatibus lapsus, majorem criminis notam subeas. Tantam enim, si a summis virtutibus aberres, accusationem esse necesse est, quanta, si munus tuum ab omni reprehensione sartum tectumque conservaris, merces futura sit.

ΛΓ'. — ΙΣΧΥΡΙΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Λίαν ἐπῄνεσα τὴν σὴν θεοσέβειαν, τιμήσασαν τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην, καὶ τῷ ἡγεῖσθαι λαχόντι τὴν ἐπὶ τῷ ἄριστα διεσκέφθαι ἀπονενεμηκυῖαν ψῆφον.

XXXIII. — ISCHYRIONI PRESBYTERO.

Pietatem tuam magnopere laudavi, qui patris sententiam honore prosecutus sis: eique, cui ut præesset, obtigit, hoc suffragium tribueris, quod præstantissime quid faciendum esset considerarit.

D

ΛΔ'. — ΔΙΟΝΥΣΙῼ.

Περὶ λήθης.

Οὐχ ἐκτὸς ἀνθρωπίνου πάθους ἡ λήθη [συμβαίνει]· συμβαίνει δὲ ὅμως, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα. Ἔπεισι γὰρ τὰς ψυχὰς ὧν ἡ μνήμη κεχώρισται. Ἀλλὰ τότε φεύγει καὶ οἴχεται, ὅταν τις αὐτὴν τοῖς τῆς μνήμης ὅπλοις καταγωνίσηται. Ἐπεὶ γοῦν ὅτε μὲν μεθ' ἡμῶν ἦσθα, μνήμην ἄληστον εἶχες τῆς ἀρετῆς· ἀποφοιτήσας, δὲ λήθῃ, ὡς ἐπυθόμεθα, ἐκδέδωκας σαυτόν· ἀναγκαῖον ᾠήθημεν ταύτην κατατο-

XXXIV. — DIONYSIO.

De oblivione.

Oblivio citra humanum vitium haudquaquam contingit: contingit tamen, quemadmodum et alii morbi. Eorum enim animos subit, a quibus memoria sejuncta est. Tum autem fugit et evanescit, cum quispiam eam memoriæ armis profligarit. Quoniam igitur, cum nobiscum esses, virtus tibi perpetuo in memoria versabatur: posteaquam autem abscessisti, teipsum, ut audivimus, oblivioni dedisti, ne-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(14) Scriptum erat πράγμασι, cum asterisco prævio, quod in γράμμασι mutavimus auctoribus codd. Vat. et Alt. apud Possinum. Edit. Patr.

(15) Duo codd. Vat. 649 et Alt. pro διορατικώτατον congruentius legunt διορατικώτερον. Possin.

cessarium duximus eam epistolarum jaculis petere, ut exstinctam ac deletam memoriam reducamus. Abeat itaque in præceps oblivio, ut memoriæ gratia rursum explendescat.

A ξεῦσαι γραμμασιν, ἵνα τὴν ἀφανισθεῖσαν μνήμην ἐπανάξωμεν. Οἰχέσθω τοίνυν ἡ λήθη κατὰ κρημνῶν, ἵν' ἐκλάμψῃ πάλιν τῆς μνήμης ἡ χάρις.

XXXV. — MACARIO EPISCOPO.

Eorum, qui duriore fortuna conflictantur, quisque misericordia et commiseratione dignus est, cum calamitates suas deplorat. Sin autem ad alios calumniandos ipsisque obtrectandum se convertat, miserationem quoque, **137** quam res ipsius adversæ atque calamitosæ aliis excitabant, ut ipse nosti, amittit. Neque enim jam misericordia, verum odio dignus esse judicatur, dum ad facessenda aliis negotia calamitate abutitur. Quoniam igitur curiositatis, molestiam aliis libenter exhibentis, semina exorientia evellenda sunt priusquam pullulent, nec vi ulla comprimi possint, atque ei ipsi qui lacessivit, periculum creent (nam qui calumniis premitur probitatis ac morum elegantiæ nomine cunctorum ore celebratur), eum, quem calamitas temulentia afficit, velim accersas, ipsique, ut a claro ac celebri viro abstineat, persuadeas.

ΛΕ'. — ΜΑΚΑΡΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Τῶν δυσπραγέντων (16) ἕκαστος, ἐλέους ἐστὶ καὶ οἴκτου ἄξιος, κατοδυρόμενος τὰς ἑαυτοῦ συμφοράς. Ἐὰν δὲ πρὸς τὸ συκοφαντεῖν ἑτέρους καὶ ἐπηρεάζειν τρέπηται, καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς δυσπραγίαις ἔλεον, ὡς οἶσθα, ἀπόλλυσιν· οὐκ ἔτι γὰρ οἴκτου, μίσους δ' ἄξιος [εἶναι] κρίνεται, εἰς φιλοπραγμοσύνην τῇ συμφορᾷ καταχρώμενος. Ἐπεὶ τοίνυν χρὴ τὰ σπέρματα τῆς φιλοπραγμοσύνης ἀρχόμενα ἐκκόπτειν πρὶν ἀναφυῆναι, καὶ ἀκάθεκτα γενέσθαι, καὶ κίνδυνον τεκεῖν αὐτῷ τῷ καταρξαμένῳ (ὁ γὰρ συκοφαντούμενος B παρὰ πάντων ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ ᾄδεται)· καταξίωσον μεταπέμψασθαι τὸν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς μεθύοντα, καὶ πεῖσαι ἀποσχέσθαι ἀοιδίμου ἀνδρός.

XXXVI. — PETRO.

Quoniam per litteras a me quæris, quidnam illud sit, « Concident gladios suos in vomeres[78*], » existimo, vel potius mihi persuadeo, aperte illud prædictum esse, quod pacis aratrum, hoc est, divina de Christo prædicatio regiones belli cupidas mitigabit : quarum vitii arma et præsidia in utilia et ad vitam accommodata organa commutabuntur.

ΛϚ'. — ΠΕΤΡῼ.

Ἐπειδὴ γέγραφας· Τί ἐστι τὸ, « Συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα; » οἶμαι, μᾶλλον δὲ πέπεισμαι, σαφῶς τοῦτο πεπροφητεῦσθαι, ὅτι τὸ τῆς εἰρήνης ἄροτρον, φημὶ δὴ τὸ θεῖον περὶ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα, τὰς φιλοπολέμους τιθασσεύσει χώρας, ὧν τὰ ἀμυντήρια τῆς κακίας, εἰς τὰ βιωφελῆ τῆς γεωργίας μετασκευασθήσεται ὄργανα.

XXXVII. — HERMIO COMITI.

Quandoquidem Zosimi presbyteri vita offensus, ut scripsisti, eos, qui ab eo baptizantur, gravissimis ac maximi momenti detrimentis multari existimas, rescribendum ad te quam celerrime duxi : nimirum quod is qui initiatur, quantum ad salutaria symbola spectat, ex improba sacerdotis vita nullo damno afficitur, verum ipse prorsus atque omnino (asseveratione quippe uti oportet) divinis atque omni dicendi facultate præstantioribus beneficiis fruetur. Sacerdos autem graviores vitæ suæ rationes subibit, tantusque ad ipsius pœnam atque cruciatum cumulus accedet, quantus prius in eum honor collatus est. Nam qui, ne sacerdotio quidem ornatus, probitati studuit, ut gravius in eum animadvertatur, haud dubie promeretur. Quæ cum ita sint, nemo ex iis qui divino hoc sacramento, quod cœleste regnum initiatis aperit, imbuuntur et consecrantur, ut hinc ad salutis tesseram damno atque incommodo affectus, in cura et sollicitudine versetur : nec, cum in peccatum lapsus fuerit, speciosam excusationem se sacerdotis vitam habere existimet. Hæc autem dico, non tanquam sacerdotes omnes tales sint (Deus enim procul id avertat : quamvis

ΛΖ'. — ΕΡΜΙῼ ΚΟΜΗΤΙ.

C Ἐπειδὴ σκανδαλιζόμενος, ὡς γέγραφας, τῷ βίῳ Ζωσίμου τοῦ πρεσβυτέρου, τοὺς βαπτιζομένους ὑπ' αὐτοῦ, εἰς τὰ καίρια καὶ ἀναγκαιότατα ἡγῇ παραβλάπτεσθαι· ἀντεπιστεῖλαι τὴν ταχίστην δίκαιον ᾠήθην, ὅτι ὁ τελούμενος οὐδὲν παραβλάπτεται εἰς τὰ σωτηριώδη σύμβολα, εἰ ὁ ἱερεὺς μὴ εὖ βιοὺς εἴη· ἀλλὰ αὐτὸς μὲν πάντως (χρὴ γὰρ διαβεβαιώσασθαι) ἀπολαύσει τῶν θείων ἐκείνων καὶ λόγου κρειττόνων εὐεργεσιῶν· ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ ἰδίου βίου ἀργαλεώτερον ὑφέξει λόγον, καὶ τοσαύτη αὐτῷ προσθήκη κολάσεως γεν[ν]ήσεται, ὅση καὶ τιμὴ αὐτῷ ὑπῆρκται. Ὁ γὰρ μηδὲ τῷ ἱερωσύνῃ τετιμῆσθαι, γενόμενος ἀγαθὸς, μείζονος ἂν εἴη κολάσεως εἰκότως ἄξιος. Μηδεὶς D τοιγαροῦν τῶν μυουμένων τὴν θείαν ἐκείνην τελετὴν, ἥτις τοὺς οὐρανοὺς τοῖς μυηθεῖσιν ἀνοίγει, φροντιζέτω, ὡς ταύτῃ παραβλαπτόμενος εἰς τὰ τῆς σωτηρίας συνθήματα, μηδ' ὅταν πταίσειεν, εὐπρόσωπον ἡγείσθω ἔχειν ἀπολογίαν τὸν τοῦ ἱερέως βίον. Ταῦτα δέ φημι, οὐχ ὡς πάντων τῶν ἱερέων τοιούτων ὄντων, μὴ γένοιτο (εἰ γὰρ καί τισι πρόσεστι ταῦτα τὰ ἐγκλήματα, τινῶν ἄπεστι. Καὶ εἰ μή τισι πρόσεστι κατορθώματα, οὐδὲ πάντων ἄπεστιν)· ἀλλὰ δεῖξαι θέλων, ὡς κἂν πάντες εἶεν τοιοῦτοι, οὐδὲν ὁ

[78*] Mich. IV, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(16) Principium hujus ep. mendosum est in edito, τῶν δυσπραγέντων. Recte duo codd. Vat. 649 et Alt. δυσπραγούντων rescribunt. Iidem vers. 8 præsens in aoristum mutant scribentes ἀρξάμενα, non ἀρχόμενα. Possin.

φωτιζόμενος παραβλάπτεται (17). Εἰ δὲ λογισμοὺς οἴει ταῦτ' εἶναι ἀνθρώπων, ἀπὸ τῶν θείων σε πιστώσασθαι λογίων πειράσομαι. Τί γὰρ τοῦ Βαλαὰμ γέγονε μιαρώτερον; Ἀλλ' ὅμως τῇ γλώττῃ αὐτοῦ εἰς εὐλογίας κατεχρήσατο ὁ Θεός. Τί δὲ τοῦ Καϊάφα; Ἀλλ' ὅμως προεφήτευσε, καὶ ἡ χάρις τῆς μὲν γλώττης ἥψατο, τῆς δὲ γνώμης οὐχ ἥψατο. Εἰ δὲ καὶ παραδοξότερόν τι ἐθέλεις μαθεῖν, διὰ κόρακος, ἀκαθάρτου πτηνοῦ, τὸν οὐρανοδρόμον ἔτρεφεν Ἠλίαν (18). Μὴ τοίνυν ἀμφίβαλλε, εἰ δι' ἱερέων τινῶν ἁμαρτωλῶν (οὐδὲ γὰρ πάντων καταψηφίσασθαι χρὴ, οὐδὲ δίκαιον) τὰ θεῖα καὶ ὑπερφυῆ δίδοται χαρίσματα.

A enim nonnulli his vitiis laborent, at a quibusdam tamen eadem absunt; ac rursum quamvis quibusdam virtutes desint, at non tamen omnibus desunt): verum ut illud ostendam, quod, etiamsi omnes ejusmodi essent, nihil tamen hinc ad eum, qui baptizatur, detrimenti redit. Quod si hæc hominum duntaxat ratiocinationes esse arbitraris, a divinis oraculis fidem tibi facere conabor. Quid enim Balaam illo impurius ac scelestius exstitit? **138** Et tamen ipsius lingua Deus ad benedictiones abusus est[76]. Quid rursum Caipha sceleratius? Et tamen vaticinatus est[77], et gratia linguam quidem ipsius tetigit, at non item mentem tetigit. Quod si quid etiam, quod magis mirandum sit, intelligere cupis, per corvum, hoc est, immundam avem, cœlipetam illum Eliam pascebat[78]. Quocirca ne dubites, quin per flagitiosos quosdam sacerdotes (neque enim omnes condemnare oportet, nec æquum est) divina et natura sublimiora beneficia tribuantur.

ΛΗ'. — ΖΩΣΙΜΩ.

B

Λίαν θαυμάζω, πῶς μήτε παραδείγματι ἐκβιασθεὶς, μήτε ἕξων τὸν μιμησόμενον (μὴ γὰρ δὴ γένοιτό τινα εἰς τοσοῦτον βάραθρον καταπεσεῖν, γένοιτο δὲ καὶ σὲ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς ὀλεθρίου ταύτης μέθης), τοὺς ἀρεταῖς κομῶντας ἱερέας, καὶ πνευματικοῖς κατορθώμασι βρύοντας κακηγορεῖς, νομίζων ἀπολογίαν ἔχειν τῶν οἰκείων πραγμάτων (19), τὴν τῶν ἄλλων κωμῳδίαν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, ὦ βέλτιστε, οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ καὶ παρ' ἀνθρώποις γέλωτα ὀφλισκάνεις καὶ κατάγνωσιν, καὶ παρὰ Θεοῦ πολλὰς ὑπομενεῖς τιμωρίας, ὅτι τε κακίαν ἠσπάσω, καὶ ὅτι τὴν ἀρετὴν ἠτίμασας, καὶ ὅτι τοὺς ταύτης τροφίμους ἐκακηγόρησας, καὶ ὅτι εἰς τὴν ἱερωσύνην παροινήσας ἐξύβρισας, ὡς τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων, C ἵνα μὴ λέγω πάντας, σκανδαλισθέντας ὑπὸ σοῦ, νομίσαι (20) εἰς τὰ τῆς σωτηρίας παραβεβλάφθαι σύμβολα. Ἵν' οὖν τούτων ἁπάντων ἀπαλλαγείης τῶν κακῶν (εὔχομαι γὰρ), γνῶθι σαυτόν.

XXXVIII. — ZOSIMO.

Majorem in modum miror qui fiat ut tu, nec cujusquam exemplo impulsus ac pertractus, nec quemquam qui te imitetur habiturus (avertat enim Deus ne quis in tantam voraginem ruat: utinamque etiam ipse ex pestifera hac temulentia emergas!), sacerdotes eos qui virtutibus ornati atque instructi sunt, ac spiritualibus dotibus ac recte factis abundant, vituperes, eorumque sugillationem actionum tuarum excusationem habere te existimes. At non ita est, vir optime, non, inquam, ita est. Quin potius et hominibus ridendum atque condemnandum te propinas: et a Deo permultas pœnas sustinebis, quod et vitium amplexus sis, et virtutem contempseris, et ipsius alumnos maledictis proscideris, et sacerdotio per summam petulantiam contumeliæ notam inusseris: adeo ut plurimi homines, ne dicam omnes, a te offensi, in salutis symbolis detrimentum acceperint. Ut igitur ab omnibus his malis eximaris (id enim opto) fac teipsum noscas.

ΛΘ'. — ΑΡΑΒΙΑΝΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Περὶ τοῦ ὁποῖος ἂν ᾖ ἄριστος ἱερεύς.

Μὴ μόνον μέμψεως κρείττονα οἴου δεῖν εἶναι σαυτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνων ἔμπλεων· τὸ μὲν γὰρ καὶ τῶν τυχόντων ἐστὶ, τὸ δὲ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετήν.

XXXIX. — ARABIANO EPISCOPO.

Qualisnam sit optimus sacerdos.

Non modo illud existima, te culpa et reprehensione carere, verum etiam laudibus plenum esse oportere. Illud enim quorumlibet etiam est: hoc autem summa virtute præditorum.

Μ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ αὐταρκείας.

Ἐπειδὴ πλείστας ἡ φύσις ἡμῶν ἀνάγκας ἔχουσα, D

XL. — EUDÆMONI DIACONO.

De frugalitate.

Quoniam inter plurimas necessitates quibus natu-

[76] Num. XXIII, 24. [77] Joan. XI, 49, 50. [78] III Reg. XVII, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) *Οὐδὲν ὁ φωτιζόμενος παραβλάπτεται.* Recte Bill., *Nihil hinc ad eum qui baptizatur detrimenti redit.* Nam, ut idem Billius docet lib. I *Observat. sacrar.* c. 20 et plurimis ex Chrysostomo locis probari potest. Φωτίζεσθαι id est illuminari, ἀντὶ τοῦ βαπτίζεσθαι, et φωτισμὸν ἀντὶ τοῦ βαπτισμοῦ sancti Patres usurparunt. Plura ad hanc rem notavi in *Sacris Lectionibus*. RITT.

(18) *Διὰ κόρακος, ἀκαθάρτου πτηνοῦ, τὸν οὐρανοδρόμον ἔτρεφεν Ἠλίαν.* Similiter illam Eliæ pastionem per corvos facta accommodat S. Eulogius orat. I contra Novatianos, apud Photium Patriarcham in *Bibliotheca* p. 876: Καὶ τὴν τροφὴν τῷ προφήτῃ Ἠλίᾳ κόραξ τὸ ἀκάθαρτον διηκόνει ζῶον, etc. ID.

(19) Πραγμάτων in πταισμάτων recte mutant codd. Vat. 649 et Alt. Vers. abhinc quinto post ἱερωσύνην addi jubent iidem cod. τοσοῦτον. POSSIN.

(20) Post νομίσαι hæc adjungunt iidem codd. τοὺς βαπτισθέντας διὰ σοῦ, quæ et contextui inserenda, et eorum vim in interpretatione exprimendam censeo. ID.

ra nostra premitur, maxima est ea, qua eam venter exercet (nam cum multa nobis imperet, rationi obtemperare minime vult), considerationis ope atque auxilio ipsius tyrannidem amputemus: atque, ut quod vix omnino subigi potest subigamus, rationem ineamus. Hoc autem assequemur, si eo quod opus sit necessitatem leniamus, ac per frugalitatem immoderationem coerceamus.

A μεγίστην ἔχει τὴν τῆς γαστρὸς (πολλὰ γὰρ ἡμῖν ἐπιτάττουσα, ἥκιστα λόγῳ πεισθῆναι βούλεται)· λογισμῷ [τὴν] τυραννίδα αὐτῆς περικόψωμεν, καὶ τὸ ἀχείρωτον χειρώσασθαι μηχανησώμεθα. Τοῦτο δὲ ἔσται, εἰ τῇ χρείᾳ τὴν ἀνάγκην θεραπεύσαιμεν, καὶ τῇ αὐταρκείᾳ τὴν ἀμετρίαν κολάσαιμεν.

XLI. — ZOSIMO

De judicio.

Quod nondum pœnas dederis, vir optime, non eo tibi redigetur ut nullas pœnas pendas, sed ut graviores et atrociores luas, nisi resipiscas, atque acceptas clades sarcias.

ΜΑ'. — ΖΩΣΙΜΩ.

Περὶ κρίσεως.

Οὐχ εἰς τὸ μὴ δοῦναι δίκην, ὦ βέλτιστε, ἀλλ' εἰς τὸ δοῦναι ἀργαλεωτέραν, εἰ μὴ γνωσιμαχήσειας, καὶ τὰς ἥττας πάσας ἀναμαχέσαιο, τὸ μηδέπω δοῦναι περιστήσεταί σοι.

139 XLII. — OPHELIO GRAMMATICO. B

Quod, non dicam alii (parvum enim id fortasse plerisque videri queat), verum etiam ipse Libanius qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus ac celebris est, præclari viri Joannis linguam, ac sententiarum pulchritudinem, et argumentorum densitatem ad stuporem usque miratus sit, argumento est ea epistola, in qua non modo eum, qui tanta dicendi facultate præditus sit, beatum prædicat: verum etiam eos, quorum laudes oratione celebrarat, et quidem qui imperatores essent, quod ejusmodi laudum suarum præconem consecuti essent. Hujus autem epistolæ hoc exemplum est.

« Libanius Joanni salutem. Cum pulchram tuam et elegantem orationem accepissem, viris quibusdam, qui et ipsi orationum opifices et architecti sunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non saltaret et clamorem ederet, eaque omnia faceret, quæ homines admiratione perculsi et attoniti facere solent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus sum, quod ad forensem operam, in qua artis specimen edis, demonstrativum quoque dicendi genus adjungis. Atque et te beatum duco qui ad hunc modum laudare queas, et item eos qui talem laudum suarum præconem nacti sunt, hoc est, et patrem, qui imperium dedit, et filios qui acceperunt. » Atque hæc quidem scripsit Libanius. Plutarchus autem perspicuitatem ac facilitatem germanum Atticismum esse censet. « Sic enim, inquit ille, locuti sunt oratores. At vero Leontinus Gorgias primus hunc morbum in forenses orationes invexit, ut qui sublime ac tropicum dicendi genus amplexus sit, ac perspicuitatem labefactarit. Hic porro morbus, inquit ille, admirandum quoque Platonem attigit. » Quamobrem si hac in re Plutarcho fides (ut profecto) habenda est, præclarus ac celebris Joannes omnes superat, ut qui, et Atticum se verbis præbuerit, et perspicuitatem, qualem haud scio an alius quisquam, adhibuerit.

ΜΒ'. — ΩΦΕΛΙΩ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ.

Τοῦ καταπεπλῆχθαι, οὐ φημι τοὺς ἄλλους (μικρὸν γὰρ ἴσως τοῖς πολλοῖς τοῦτο), ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Λιβάνιον τὸν ἐπ' εὐγλωττίᾳ παρὰ πᾶσι βεβοημένον, τὴν τοῦ ἀοιδίμου Ἰωάννου γλῶτταν, καὶ τὸ κάλλος τῶν νοημάτων, καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἐνθυμημάτων, τεκμήριον, ἡ ἐπιστολὴ (20), ἐν ᾗ οὐ μόνον αὐτὸν μακαρίζει οὕτω δυνάμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐγκωμιασθέντας, καὶ ταῦτα βασιλεῖς τυγχάνοντας, ὅτι δὴ τοιούτου ἐπαινέτου τετυχήκασιν. Ἔστι δὲ αὕτη·

« Λιβάνιος Ἰωάννῃ. Δεξάμενός σου τὸν λόγον τὸν C πολὺν καὶ καλὸν, ἀνέγνων ἀνδράσι λόγων καὶ αὐτοῖς δημιουργοῖς, ὧν οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐκ ἐπήδα τε καὶ ἐβόα, καὶ πάντα ἔδρα τὰ τῶν ἐκπεπληγμένων. Ἥσθην οὖν, ὅτι τῷ δεικνύναι τὴν τέχνην ἐν δικαστηρίοις προστίθῃς τὰς ἐπιδείξεις, καὶ μακαρίζω σε μὲν οὕτω δυνάμενον ἐπαινεῖν, ἐπαινέτου δὲ τοιούτου τετυχηκότας, τόν τε δόντα πατέρα, καὶ τοὺς λαβόντας υἱεῖς τὴν βασιλείαν. » Καὶ ταῦτα μὲν Λιβάνιος γέγραφε. Πλουτάρχῳ δὲ δοκεῖ τὸ σαφὲς καὶ λεῖον, γνήσιον εἶναι Ἀττικισμόν. « Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐλάλησαν οἱ ῥήτορες. Γοργίας δὲ ὁ Λεοντῖνος, πρῶτος τὴν νόσον ταύτην εἰς τοὺς πολιτικοὺς λόγους εἰσήγαγε, τὸ ὑψηλὸν καὶ [τὸ] τυπικὸν ἀσπασάμενος, καὶ τῇ σαφηνείᾳ λυμηνάμενος. Ἥψατο δὲ, φησὶν, ἡ νόσος αὕτη καὶ τοῦ θαυμαστοῦ Πλάτωνος. » Εἰ τοίνυν D χρὴ (χρὴ δὲ) (21) ἐν τούτῳ Πλουτάρχῳ πείθεσθαι, πλεονεκτεῖ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὁ ἀοίδιμος Ἰωάννης, καὶ κατὰ τὴν φωνὴν Ἀττικίσας, καὶ σαφηνείᾳ, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος, χρησάμενος.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(20) *Ἡ ἐπιστολή.* Multo plenior est lectio codicis Bavarici [et codd. Vat. 649 et Alt. ap. Possinum]: ἡ παρ' αὐτοῦ ὅτι νέῳ ὄντι καὶ βασιλικὸν εἰπόντι γραφεῖσα ἐπιστολή. Quæ sic vertenda: *ea epistola, quæ ab ipso* (Libanio) *ad eum* (Chrysostomum scil.) *etiam nunc juvenem cum apud imperatorem perorasset, scripta est.* Βασιλικὸν εἰπόντι, subandi λόγον. Ritt.

(21) *Χρὴ δέ.* Omiserat hanc clausulam Billius, vertens, *Quamobrem si hac in re Plutarcho fides habenda est, præclarus*, etc. Edit. Patr.

ΜΓ'. — ΕΥΣΤΑΘΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Φίλωνος χρῆσις (22). *Περὶ ἀναστάσεως.*

Τὸν τῆς ἀναστάσεως τῶν σωμάτων λόγον ἔφης, ὡς ἀδύνατον, γελᾶσθαι παρ' Ἕλλησιν. Οὐκοῦν χρὴ, ἐπειδὴ τὰς ἱερὰς παραγράφονται Γραφὰς, ἐκ λογισμῶν καὶ ἀποδεικτικῆς τάξεως, ἀναγκαστικὸν κατασκευάσαι λόγον, παρασκευάζοντα ἡμᾶς τὸ σαφὲς συνιδεῖν. Εἰ μὲν οὖν σοφοὶ εἶεν, λογισάσθωσαν, ἃ φασιν οἱ φιλόσοφοι. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων τὴν οὐσίαν τὴν σωματικὴν κεκρᾶσθαι φάσκοντες, τρεπτὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ἅτε ῥᾳδίως τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταχωρούντων. Παχυνόμενον [μὲν] γὰρ τὸ πῦρ, καὶ κάτω βρῖσαν, ἀέρα γίνεσθαι· τὸν δὲ ἀέρα, ὕδωρ· τὸ δὲ ὕδωρ, γῆν. Καὶ ἀνάπαλιν λεπτυνομένην τὴν γῆν, ὕδωρ γίνεσθαι· τὸ δὲ ὕδωρ, ἀέρα· τὸν δὲ ἀέρα, πῦρ. Τί τοίνυν ἄπιστόν φαμεν, εἰ τὸ σῶμα τοῦτο, τὸ νῦν γῆς πλεῖστον μέτοχον, ἐκλεπτυνόμενον, αἰθέριον γίνεσθαί φαμεν καὶ πνευματικόν; Ἀνίστασθαι γὰρ λέγομεν αὐτὸ, οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετακοσμηθὲν, καὶ τὴν φθορὰν ἅπασαν καὶ τὰ πάθη ὥσπερ ἐν χωνευτηρίῳ ἀποθέμενον. Εἰ μὲν οὖν σοφοὶ εἶεν [οἱ] ταῦτα λογιζόμενοι, παυσάσθωσαν τῆς ἀπιστίας. Εἰ δὲ καὶ λόγων ἄμοιροι, καὶ διαλεκτικῆς γυμνασίας ἄπειροι τυγχάνοντες, ἔροιντο, τί ἐστι τοῦτο ἢ τὸ τοιοῦτο· δι' ὑποδείγματος βαδιεῖται ὁ λόγος, δεικνὺς καὶ τοῖς ἰδιώταις τὴν ἀλήθειαν. Φαμὲν γὰρ, ἵνα καὶ παχυτέρῳ πρὸς τὴν σαφήνειαν τοῦ λεγομένου χρησώμεθα παραδείγματι, ὅτι ὥσπερ ἡ χρυσῖτις γῆ, λαμβάνουσα μὲν ὕδωρ, πηλὸς γίνεται, πυρὶ δὲ ὁμιλοῦσα χρυσὸς, καὶ οὐκ ἔτι πάσχει ἐκεῖνα ἃ πρώην ἔπασχεν· οὕτω καὶ τὸ σῶμα, ὁμιλῆσαν τῇ ἀθανασίᾳ καὶ τῇ ἀφθαρσίᾳ, ἀνάλωτον ἔσται καὶ ἄβατον πᾶσι τοῖς πάθεσιν οἷς νυνὶ εὐάλωτον καθέστηκεν. Εἰ δὲ καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἐκ τοῦ (23) μὴ ὄντος αὐτὸ πεποιηκότος εὐγνωμόνως λογίσονται, οὐδὲ λογισμῶν τοιούτων δεήσονται. Ὁ γὰρ μὴ ὂν ποιήσας, πολλῷ μᾶλλον γεγενημένον ἀναστήσει.

XLIII. — EUSTATHIO PRESBYTERO.

De resurrectione.

Resurrectionis corporum sermonem, ut impossibilis, ab ethnicis irrideri dixisti. Operæ pretium est igitur, quoniam Scripturas sacras rejiciunt, ex ratiocinationibus ac demonstrationibus ejusmodi sermonem exstruere, qui velut vim afferat, efficiatque ut quod obscurum est perspiciamus. Quapropter si sapientes et eruditi sunt, quænam philosophi dicant considerent. Nam illi corpoream essentiam ex quatuor elementis conflatam ac temperatam esse asserentes, mutabilem hanc esse statuunt: quippe cum elementa facile inter se migrent. Etenim ignis, crassitiem contrahens, ac deorsum vergens, aer efficitur, aer aqua, aqua terra. **140** Ac rursum, terra extenuata, in aquam, aqua in aerem, aer in ignem commutatur. Quid igitur incredibile dicimus, cum corpus hoc, quod nunc maxima ex parte terræ particeps est, cum attenuatur æthereum ac spirituale fieri affirmamus? Resurgere enim illud dicimus, non cujusmodi nunc est, sed in meliorem statum immutatum et exornatum, atque ita, ut labem omnem et corruptionem, ac vitia, tanquam in fornace, deposuerit. Quocirca si sapientes et eruditi sunt, qui hæc considerant, incredulitati suæ finem constituant. Sin autem litterarum expertes, et dialecticæ exercitationis imperiti sint, quærantque quidnam hoc aut cujusmodi sit, per exemplum oratio nostra gradietur, ut rudibus etiam et indoctis veritatem ostendat. Dicimus enim (ut declarandæ hujus rei causa crassius exemplum adhibeamus) quod quemadmodum auri spuma, si aquam assumat, lutum efficitur; si autem igni admoveatur, aurum: nec jam ea patitur quæ prius patiebatur: sic etiam corpus, cum immortalitate atque incorruptione versatum, ab omnibus his affectionibus, quibus nunc obnoxium est, prorsus immune ac liberum erit. Quod si vim quoque ac potentiam illius prudenti animo perpendant qui ex nihilo corpus in ortum produxit, ne his quidem ratiocinationibus opus habebunt. Nam qui illud ex nihilo effecit, multo magis effectum ad vitam revocabit.

ΜΔ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Εἰ μὲν δυνατὸν ἦν τὰ χρήματα μετὰ θάνατον ἀποκομίσαι μετὰ σαυτοῦ, μάλιστα μὲν οὐδ' οὕτω τίμια ἦν, ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε τιμαλφεστάτων ἐπισκοτούμενα· πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐδόκει σκιάν τινα παραμυθίας σοι φέρειν. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν ἀδύνατον, δυνατὸν δὲ ταῦτ' ἀμεῖψαι εἰς ἐλεημοσύνας ἀναλώσαντα, καὶ μάλιστα μηδὲ τῆς εὐπροσώπου δοκούσης εἶναι τῶν παίδων σκήψεώς σοι προσούσης· ἄμεινον τῆς προαιρέσεως γενέσθαι, ὃ τῆς ἀνάγκης ἐστίν. Εἰ δ' οὐ βούλει παρασχεῖν, τί καὶ τὰ τῶν πενήτων ἁρπάζων οὐκ ἐρυθριᾷς;

XLIV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Si fieri posset ut opes tuas post discessum e vita tecum asportares, quanquam ne sic quidem pretii cujusquam essent, utpote a pretiosissimis alterius ævi divitiis obscuratæ, tamen umbram quamdam consolationis eæ tibi afferre viderentur. Cum autem id fieri nequeat, possis autem eas, si in eleemosynas insumpseris, in meliores commutare, quin tu id facis? præsertim cum ne filiorum quidem excusatio, quæ honesti cujusdam prætextus speciem præ se fert, tibi suppetat, nimirum id quod necessitatis est, melius eo esse, quod voluntate animique inductione efficitur. Quod si largiri non vis, quin tu saltem, pauperum bona rapiens, erubescis?

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) Forte legendum φιλοσοφικὴ χρῆσις, cum nulla sit hic Philonis mentio. Ritt.

(23) Post τοῦ cod. Vat. addit αὐτοῦ. Possin.

XLV. — ALEXANDRO.

Ad monachos jejuniis immodice deditos.

Virtutis labor moderatus sit, ne immoderatus mutationis modus exsistat.

XLVI. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Contra gentiles.

Dic ad eum qui tecum altercatus est, atque ethnicorum dogmata profitetur contenditque Evangelium novam quamdam, atque a veteri consuetudine dissidentem vitæ rationem induxisse : Vir sapientissime, illud ignorare videris, improbam consuetudinem novitate sola comprimi atque exstingui solere. Qua de causa Evangelii quoque Dominus huc venit ac cœleste vitæ genus invexit. Et quidem si ut in pristino statu permaneremus, **141** admoneret, nihil novi moliri necesse fuisset. Sin autem idcirco venit, ut ea, quæ minus recte constituta erant, reprehenderet, novis rebus profecto erat opus, ut improbitas quæ invalueral frangeretur. Neque enim fieri poterat ut eadem turpitudine vires obtinente correctio fieret : verum ei necesse erat, qui vitia emovere ac de medio tollere cupiebat, ea quæ nondum legibus sancita erant, eorum loco, quæ in detrimentum ac perniciem invaluerant, constituere. Quapropter illud potius in contrarium admirationem haud immerito movere debuisset, si cum ad res mutandas huc venisset, nihil novi legibus suis sanxisset. Oportet enim et legislatorem, et monitorem, ea quæ in rem futura sint, proloqui, nihil omnino curantem, an sententiis novitatis aliquid insit. Quemadmodum enim eum, qui minime conducibilia suadet, odisse ac detestari par est, etiamsi consuetudinis vestigiis hærere videatur : sic eum qui cum optimis atque utilissimis consiliis accedit, laudibus ac plausu prosequi convenit, etiamsi alioqui extra ea, quæ moribus recepta sunt, aliquid consulat. Quocirca si quid quod reprehensionem mereatur, Christi oraculis adjunctum esse perspicis, id ostende, et tibi victoriam concedam. Sin autem cum hoc dicere nequeas, morem atque consuetudinem, tanquam firmum quoddam præsidium, retines, apparet te per speciosum consuetudinis prætextum id quod utile est repudiare. Neque enim grave ac sceleratum est aliquid innovare, cum utilitas novitati adjuncta est. Non enim noxia et utilia temporis diuturnitate perpenduntur : verum id explorandum est, an in antiquioribus rebus vitium inveniatur : an contra in recentioribus virtus reperiatur. Tu porro hac ratione videris existimare, huic, qui a juvenili ætate semper in lustris et prostibulis sese volutavit, sermonem de pudicitia minime inserendum esse : nec sicario, de mansuetudine ac morum lenitate. Nam si quisque illorum consuetudinem honestati anteponat, sexcentis malis seipsum involvet atque transfiget.

A

ΜΕ'. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ.

Πρὸς νηστεύοντας ἀσκητὰς ἄγαν. Πρὸς ἀσκητὰς ὑπεράγαν νηστεύοντας.

Σύμμετρος ἔστω τῆς ἀρετῆς ὁ πόνος, ἵνα μὴ ἄμετρος γένηται τῆς μεταβολῆς ὁ τρόπος.

ΜϚ'. — ΑΘΑΝΑΣΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Κατὰ Ἑλλήνων.

Εἰπὲ τῷ διενεχθέντι πρὸς σὲ, καὶ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντι (24), φήσαντί τε, ὅτι καινήν τινα, καὶ παρὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, εἰσηγήσατο πολιτείαν τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι· Ὦ σοφώτατε, κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ὅτι τὴν πονηρὰν συνήθειαν καινότης μόνη παύειν πέφυκε. Διὸ καὶ δεῦρο ἐφοίτησεν ὁ τοῦ Εὐαγγελίου Δεσπότης, καὶ πολιτείαν οὐρανῷ πρέπουσαν εἰσηγήσατο. B Εἰ μὲν οὖν παρῄνει ἐμμένειν τοῖς καθεστηκόσιν, οὐδὲ ἂν ἐχρῆν καινοτομεῖν· εἰ δὲ τοῖς οὐκ ὀρθῶς διακειμένοις παρῆλθεν ἐπιτιμήσων, νεωτέρων ἔδει πραγμάτων, εἰς τὸ τὴν πονηρίαν τὴν κρατήσασαν λυθῆναι. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν, τῆς αὐτῆς ἀκοσμίας κρατούσης, γενέσθαι τὴν ἐπανόρθωσιν· ἀλλ' ἀνάγκη τὸν ἐθέλοντα κινῆσαι καὶ ἀφανίσαι τὰ φαῦλα, τὰ μήπω νενομισμένα ἀντὶ τῶν πρότερον ἐπὶ ζημίᾳ κεκρατηκότων καταστῆσαι. Ὥστε τοὐναντίον θαυμάζειν εἰκὸς ἦν, εἰ μεταβολῆς ἕνεκα πραγμάτων, δεῦρ' ἐπιφοιτήσας, μηδὲν καινὸν ἐπὶ τῶν νόμων (25) παρεῖχε. Χρῆναι γὰρ προσήκει καὶ τὸν νομοθέτην, καὶ τὸν σύμβουλον, τὰ λυσιτελοῦντα φαίνεσθαι φράζοντα, μηδαμῶς ὑπολογιζόμενον, εἰ καινότητός τι πρόσεστι ταῖς γνώμαις. C Ὥσπερ γὰρ τὸν τὰ μὴ λυσιτελῆ πείθοντα μισεῖν ἄξιον, κἂν δοκῇ τοῖς ἔθεσιν (26) ἀκολουθεῖν· οὕτω τὸν μετὰ τοῦ βελτίστου παριόντα δίκαιον κροτεῖν, κἂν ἔξω τῶν καθεστηκότων παραινοίη. Εἰ μὲν οὖν βλάβην ἐνορᾷς τοῖς χρησμοῖς συνοῦσαν, δείκνυε, καὶ τὴν νικῶσάν σοι παραχωρήσω. Εἰ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔχων λέγειν, ὥσπερ ἰσχυροῦ τινος ἀντέχῃ τοῦ ἔθους (27), οὐ λανθάνεις τῇ τῶν νενομισμένων εὐπρεπείᾳ τὸ συμφέρον παραιτούμενος. Οὐ γὰρ δεινὸν καινοτομεῖν, εἰ τοῦ λυσιτελοῦντος ἡ μερὶς τῷ καινῷ προσείη. Οὐ γὰρ χρόνῳ κρίνεται τὰ βλαβερὰ καὶ τὰ μή, ἀλλ' εἰ εὑρεθείη μὲν ἐν τοῖς πρεσβυτέροις τῶν πραγμάτων κακία, εὑρεθείη δὲ ἐν τοῖς νεωτέροις ἀρετή. Ἔοικας δὲ σὺ νομίζειν τῷ ἐκ νέας ἡλικίας ἐν χαμαιτυπείοις καλινδουμένῳ μὴ D δεῖν τὸν περὶ σωφροσύνης κατασπαρῆναι λόγον, μηδὲ τῷ ἀνδροφόνῳ τὸν περὶ ἐπιεικείας. Εἰ γὰρ ἐκείνων ἕκαστος τὴν συνήθειαν τοῦ πρέποντος προτιμήσειεν, μυρίοις ἑαυτὸν περιπείρῃ κακοῖς.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(24) Merito cod. Alt. πρεσβεύοντι mutat in πρεσβεύσαντι· versu vero seq. cod. Vat. 649 ἀρχαίαν non male item vertit in ἀρχαίων. Possin.

(25) Uterque codex pro νόμων legit λόγων. Id.

(26) Pro ἔθεσιν ambo codd. habent ἔθνεσιν. Id.

(27) Ubi ἔθους in edito est, cod. Vat. 649 ἔθνους ponit. Vers. seq. pro εὐπρεπείᾳ cod. Alt. legit ἀπρεπείᾳ. Mox παραιτούμενος uterque cod. in παραιρούμενος commutat, uti et vers. ult. περιπείρῃ in περιπαρεῖ. Id.

ΜΖ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Ποῖα παρεχώρησε τῷ Ἰακὼβ ὁ Ἡσαῦ πρωτοτόκια.

Οὐ τὸ καλεῖσθαι ἁπλῶς πρωτότοκον, ὦ προ[σ]φιλέστατε, ὡς ἡγῇ, παρεχώρησε τῷ Ἰακὼβ ὁ Ἡσαῦ, ἀλλὰ τὸ πατριαρχικὸν ἀξίωμα, τὸ τῇ ἀρετῇ μάλιστα καὶ οὐ τῇ πρεσβυγενείᾳ χρεωστούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ τῷ πρωτοτόκῳ, ἢ τῷ πρεσβυτάτῳ, καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἱερωσύνη, καὶ τὸ πατριαρχικὸν ἐχρεωστεῖτο ἀξίωμα, καὶ ὁ νόμος ὁ τῆς πρεσβυγενείας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἐκάλει, ἔρημος δὲ ἦν οὗτος ἀρετῆς, εἰς τοιαύτην ἀνάγκην κατέστη, ὥστε καὶ ἑκὼν πωλῆσαι, ὅπερ καὶ ἄκων ἀφαιρεθῆναι δίκαιος ἦν.

XLVII. — TIMOTHEO LECTORI.

Qualia concessit Jacob Esau primogenituræ jura.

Non hoc duntaxat Esau Jacobo concessit, quemadmodum existimas, ut primogenitus vocaretur, verum patriarchicam dignitatem, quæ virtuti potissimum ac non primogenituræ debebatur. Quoniam enim primogenito, vel omnium natu maximo, et regnum et sacerdotium et patriarchica dignitas debebatur, atque primogeniorum lex eum ad principatum vocabat, virtute porro iste vacuus erat, idcirco in eam necessitatem redactus est, ut etiam sua sponte id venderet, quo etiam invitus spoliari merebatur.

ΜΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Διὰ τί ὁ Ῥουβὴμ πρωτότοκος ὤν, οὔτε ἱερωσύνης ἠξιώθη, οὔτε μὴν βασιλείας.

Καὶ αὐτὸ τοῦτο, ὃ ἔφης, ὦ τᾶν, συνίστησιν ἀληθὲς ὄν, τὸ πρώην σοι παρ' ἐμοῦ γραφέν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπελύττησε τῇ πατρῴᾳ εὐνῇ ὁ Ῥουβεὶμ, διὰ τοῦτο οὔτε βασιλείας οὔτε ἱερωσύνης ἠξιώθη, καίτοι πρωτότοκος ὤν· ἀλλ' ὁ μὲν Λευῒ τρίτος ὤν, οὐ μόνον διὰ τὸ ἐπαγγείλασθαι τὸν πατέρα δεκάτην ἀφιερώσειν (κάτωθεν γὰρ ἀριθμούμενος δέκατος ἦν, ἄνωθεν δὲ εἰ ἠριθμήθη, εἷς τῶν ἐκ παιδισκῶν ηὑρίσκετο), ἀλλὰ καὶ δι' ὁσιότητα, καὶ τὸ συγγενικῶν αἱμάτων, διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον τιμὴν, τὰς χεῖρας ἐμπλῆσαι, ἱερωσύνης ἠξιώθη. Ὅνπερ καὶ θαυμάζων ὁ Μωϋσῆς, ἐν ταῖς εὐλογίαις ἔλεγεν· « Ὁ λέγων τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Οὐχ ἑώρακά σε, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ [οὐκ] (25) ἐπέγνω, ἐφύλαξε τὰ λόγια Κυρίου. » Ὁ δὲ Ἰούδας τέταρτος ὤν, διὰ τὴν ἀδέκαστον κρίσιν, καὶ τὴν ὀρθὴν ψῆφον, βασιλείας ἠξιώθη. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τὰ οἰκεῖα κρύπτοντες πλημμελήματα, ἑτέρους καταδικάζουσιν· οὗτος δὲ ἑαυτοῦ μὲν κατεψηφίσατο, τὴν δὲ πεπορνεῦσθαι νομισθεῖσαν ἀπήλλαξε τῆς τιμωρίας· διὰ τοῦτ' εἰκότως τῆς βασιλείας ἠξιοῦτο. Ἱερῶντο γὰρ οἱ ἐκ Λευῒ, ἐβασίλευον δὲ οἱ ἐξ Ἰούδα, οὐ κατὰ ἀποκλήρωσιν, ἀλλ' ἀρετῆς γέρας εἰληφότες. Ὅτε γοῦν τινες ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐκ τοῦ Ῥουβεὶμ καταγόμενοι, καὶ νομίζοντες ἱερωσύνης ἄξιοι εἶναι, διὰ τὸ τοῦ πρωτοτόκου εἶναι ἀπόγονοι, κατὰ τῶν ἱερωμένων ἐμάνησαν, Μωσέα νομίσαντες κατὰ χάριν τῷ τε ἀδελφῷ τοῖς τε ἀδελφιδοῖς τὴν ἱερωσύνην προπεπωκέναι· τότε δὴ σκηπτοῖς καὶ κεραυνοῖς οὐρανόθεν κατετοξεύοντο, τῆς δίκης οὐ τῇ πρεσβυγενείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἀρετῇ, τὸ τῆς ἱερωσύνης γέρας βεβαιούσης.

XLVIII. — EIDEM.

Cur Ruben, cum esset primogenitus, neque sacerdotii, neque regni dignus habitus est.

142 Hoc quoque ipsum, quod abs te commemoratum est, id quod nuper ad te scripsi, verum esse confirmat. Quoniam enim Ruben in paternum lectum rabido quodam furore insilierat [79], propterea, nec regnum, nec sacerdotium, tametsi alioqui natu primus esset, consecutus est: verum Levi, qui tertius erat, non modo quia pater decimam consecraturum se promiserat (nam si ab inferiore parte numeretur, decimus erat; si autem a superiore numeratus fuisset, unus ex ancillarum filiis inventus esset), sed etiam ob pietatem et sanctitatem, et quia divini honoris causa cognatorum sanguine manus impleverat, sacerdotio donatus est [80]. Quem etiam Moses in benedictionibus admirans his verbis utebatur: « Qui dicit patri aut matri: Non vidi vos, et fratres suos non agnovit, ille Domini mandata custodivit [81]. » At vero Judas, qui quartus erat, propter integrum judicium, ac rectam sententiam, regiam dignitatem obtinuit. Quoniam enim plerique, delicta sua occultantes, alios condemnant, hic autem se ipsum condemnavit, eamque, quæ stuprum admisisse credebatur, supplicio et cruciatu liberavit, ob eam causam haud injuria regiam dignitatem est assecutus [82]. Etenim qui ex Levi ortum trahebant, sacerdotii munere fungebantur: qui autem a Juda genus ducebant, regnum gerebant, non tam sortito ac fortuito, quam in virtutis præmium, istud capientes. Quamobrem cum quidam in deserto, qui a Ruben genus traxerant, seque, quod a primogenito oriundi essent, sacerdotio dignos esse judicarent, furore quodam perciti, in eos qui divino cultui consecrati erant, impetum fecissent: Mosem videlicet arbitrati, favore ductum fratri et nepotibus suis sacerdotii dignitatem prodidisse: tum vero fulminibus ac tonitruis cœlitus petiti atque confecti sunt [83]: vi nimirum ultrice sacerdotii honorem non primogeniorum juri, sed virtuti confirmante atque asserente.

[79] Gen. XLIX, 3, 4. [80] Exod. XXXII, 26 seqq. [81] Deut. XXXIII, 9. [82] Gen. XXXVIII, 14 seqq. [83] Num. XVI, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(25) Ubi οὐκ uncinis clauditur locus est mutilus, sic ex codd. Vatic. 649 supplendus, οὐκ ἔγνω καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀπέγνω ἐφυλ., etc. POSSIN.

XLIX. — EIDEM.

A

Ne Joseph quidem, vir optime, gratia et favore regnum consecutus est. Multis enim virtutibus, etiam cum adhuc adolescens esset, ornatus et instructus erat. Eoque nomine pater quoque ipsum præ cæteris filiis amabat[84]. Quoniam autem eum fraterna invidia flagrare perspiciebat, ut eorum livori mederetur, amoris causam afferebat, eum nimirum non ex pueri virtute nasci asserens, verum quod eum postremum in lucem edidisset. Quod autem hoc patris causificatio ac prætextus esset, id agentis ut incensam adversus eum invidiam exstingueret (hac enim inflammati nefarium etiam ipsi crimen affinxerunt), hinc liquido constat. Nam si hac de causa patri charus erat, quod tarde primogenitus fuisset, Benjamin, qui tardius in lucem prodierat[85], B majorem patris amorem ac benevolentiam obtinere debuisset. Verum, ut a me dictum est, sapientissimum patris prætextum Moses insinuavit. Nam quod eximiis virtutum **143** dotibus etiamnum adolescens floreret, et juventus et reliqua ætas planum fecit, ut quæ virtutes eas, quibus ab initio præditus erat, haudquaquam exstinxerit, verum potius novis incrementis cumularit, atque ut simul pubescerent effecerit. Quodnam enim virtutis genus est, quo non redimitus atque coronatus fuerit? Semel et iterum venditus est[86]: at propterea nobilitatem minime amisit. A domino suo propter morum honestatem dilectus est: nec tamen hoc eum in arrogantiam extulit. Domina ipsius amore flagravit: nec tamen C pudicitiam suam prodidit. Calumniis appetitus est: atque id forti animo tulit; in vincula conjectus est, nec tamen animo consternatus est[87]. Sapientiæ nomine prædicatus est (siquidem somniorum interpretatio in opus prodiit), et tamen a regiis servis neglectus, molesto et acerbo animo id minime tulit[88]. Regnum gessit, et mulieris, quæ calumniam in eum struxerat, scelus æquo ac moderato animo tulit, nec pœnam ullam ab ea expetivit. Fratres in potestate habuit: ac non modo eos, ut hostes, minime ultus est, idque cum ipsis ignotus esset, verum etiam ut de se præclare meritis vicem rependit[89]. Ægypti imperium administravit, atque ob sapientiam ac morum facilitatem mirificis laudibus in cœlum ferebatur[90], ac per omnes ætatis gradus tropæa tropæis copulabat. Quæ cum ita sint, nemo in rebus acerbis et calamitosis animum dejiciat: verum probitatis semen foveat atque excolat: atque omnino, vel in hac vita, vel in altera, effulgebit.

ΜΘ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οὐδὲ ὁ Ἰωσὴφ, ὦ βέλτιστε, κατὰ χάριν βασιλείας ἠξιώθη. Πολλαῖς γὰρ ἀρεταῖς καὶ ἔτι μειράκιον ὢν ἐκόμα. Διὸ καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἠγάπα παρὰ τοὺς ἄλλους αὐτοῦ υἱεῖς. Ἐπειδὴ δὲ ἑώρα αὐτὸν φθονούμενον, θεραπεύων ἐκείνων τὸν φθόνον, τῆς ἀγάπης τὴν ὑπόθεσιν ἔλεγεν, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ παιδὸς τίκτεσθαι ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς τελευταίας γονῆς. Ὅτι δὲ τοῦτο σκῆψις ἦν τοῦ πατρὸς, βουληθέντος σβέσαι τὸν πυρσευόμενον κατ' αὐτοῦ φθόνον (ἐκ τούτου γὰρ ὑποσμυχόμενοι καὶ ψόγον πονηρὸν ἔπλασαν κατ' αὐτοῦ), δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἠγαπᾶτο, ὅτι ὀψίγονος ἦν, ὁ ὀψιγονώτερος (Βενιαμὶν δὲ οὗτος ἦν), δίκαιος ἦν μᾶλλον ἀγαπηθῆναι. Ἀλλ', ὡς ἔφην, σοφωτάτην τοῦ πατρὸς σκῆψιν ὁ Μωσῆς εἰσηγήσατο. Ὅτι γὰρ ἐξαιρέτοις ἀρεταῖς, καὶ ἔτι μειράκιον ὢν, ἐκόμα, ἔδειξε καὶ ἡ νεότης, καὶ [ἡ] ἄλλη πᾶσα ἡλικία, οὐ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἀρετὰς ἀπολέσασα, ἀλλὰ καὶ αὐξήσασα, καὶ συνηβᾷν παρασκευάσασα. Ποίᾳ (26) γὰρ ἀρετῇ οὐκ ἐστέφθη; Ἐπράθη δεύτερον, ἀλλ' οὐκ ἀπώλεσε τὴν εὐγένειαν. Ἠγαπήθη παρὰ τοῦ δεσπότου διὰ τρόπων κοσμιότητα, καὶ οὐκ ἐπῆρεν αὐτὸν τοῦτο εἰς ἀλαζονείαν. Ἐφιλήθη παρὰ τῆς δεσποίνης, καὶ οὐ προὔδωκε τὴν σωφροσύνην. Ἐσυκοφαντήθη, καὶ ἤνεγκε γενναίως. Δεσμώτης ἐγένετο, καὶ οὐκ ἀπέπεσε τῷ φρονήματι. Ἐπὶ σοφίᾳ ἀνεκηρύχθη (ἡ ἑρμηνεία γὰρ τῶν ἐνυπνίων εἰς ἔργον ἦλθε)· καὶ ἀμεληθεὶς παρὰ τῶν βασιλικῶν δούλων, οὐκ ἐδυσχέρανεν. Ἐβασίλευσε· καὶ μετρίως ἤνεγκε, τὴν συκοφαντήσασαν δίκας μὴ ἀπαιτήσας. Τοὺς ἀδελφοὺς ὑποχειρίους ἔσχε· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο ὡς ἐχθροὺς, καίτοι ἀγνοούμενος, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐεργέτας ἠμείψατο. Τὴν ἀρχὴν τὴν Αἰγυπτιακὴν διεῖπε· καὶ ἐπὶ σοφίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ ἀνεκηρύττετο, καὶ διὰ πασῶν τῶν ἡλικιῶν τρόπαια τροπαίοις συνῆπτε. Μηδεὶς τοίνυν τῶν ἐν συμφοραῖς καταπιπτέτω, ἐντυφέσθω δὲ σπέρμα καλοκαγαθίας, καὶ πάντως ἢ ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖσε ἀναλάμψει.

L. — JOANNI DIACONO.

D

Eorum, qui se mansueti ac facilis Domini, sapientisque magistri servos ac discipulos esse jactant, sacerdotiique munus et officium sibi obtigisse gloriantur, quidam hac re ad tyrannidem abutuntur; quidam ad quæstum et opes comparandas; quidam, ad luxum et delicias. Atque alii quidem ad hoc, ut

Ν'. — ΙΩΑΝΝῌ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τῶν τοῦ πρᾴου Δεσπότου καὶ σοφοῦ διδασκάλου αὐχούντων εἶναι δούλων καὶ φοιτητῶν, καὶ τὴν τῆς ἱερωσύνης λειτουργίαν κεκληρῶσθαι ἐναβρυνομένων, τινὲς μὲν εἰς τυραννίδα ἀπεχρήσαντο τῷ πράγματι, τινὲς δὲ εἰς χρηματισμὸν, τινὲς δὲ εἰς τρυφήν· καὶ ἄλλοι μὲν εἰς τὸ καὶ ἑαυτοὺς καὶ φίλους ἀγνοῆ-

[84] Gen. XXXVII, 4 seqq. [85] Gen. XXXV, 18. [86] Gen. XXXVII, 28, 36. [87] Gen. XXXIX, 4 seqq. [88] Gen. XL, 1 seqq. [89] Gen. XLII, 1 seqq. [90] Gen. XLI, 37 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(26) Ante ποίᾳ cod. Vat. 649 apponit ἐπί. Vers. inde 7, pro οὐκ ἀπέπεσε cod. Alt. habet οὐ κατέπεσε. Vers. antepen. codex uterque merito pro ἐντυφέσθω substituit ἐμφυτευέσθω. POSSIN.

σαι, ἄλλοι δὲ εἰς τὸ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι. Εἰσὶ δὲ οἳ τοὺς μὲν κοσμίως ζῶντας ἀπελαύνουσι, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἁλισκομένους, καὶ μείζονος βαθμοῦ ἀξιοῦσιν. Εἰ δὲ Εὐσέβιος, ὡς γεγράφηκας, τὰ πάντων ὁμοῦ ἐλαττώματα ἀπομαξάμενος, καὶ ἐγκρίνων μὲν οὓς οὐ χρὴ, χρηματιζόμενος δὲ καὶ τρυφῶν, καὶ ἑαυτὸν καὶ φίλους ἀγνοῶν, ἐχθροὺς τε ἀμυνόμενος, καὶ εἰς τυραννίδα τῇ ἱερωσύνῃ ἀποχρώμενος, οὐδενὶ πλεονεκτήματι κεκόσμηται (οἱ γὰρ τὰ εἰρημένα δρῶντες, καὶ κατορθώμασί τισι πάντως εἰσὶ κεκοσμημένοι), μὴ θαυμάσῃς. Τὸ γὰρ μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ συνορᾷν τὸ δέον, μήτε συμβουλεύοντος ἀνέχεσθαι (27), εἰς τοιαύτην ἐξώκειλε κακίαν, ὥστε καὶ τοὺς πάσῃ ἀρετῇ κομῶντας, καὶ κατὰ τὸν ἀποστολικὸν ζῶντας βίον (28), καὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος διασώζοντας τὸν χαρακτῆρα (εἰσὶ γὰρ, εἰσὶ, κἂν μυριάκις τινὲς μαίνωνται, πάντας εἰς κακίαν ἐκπεπτωκέναι διαβεβαιούμενοι), οὐ μόνον οὐκ ἀποδέχεται, οὐδὲ ζηλοῖ, ἀλλὰ καὶ κακίζει, καὶ ἐξοστρακίζει. Ἔλεγχον γὰρ τοῦ οἰκείου βίου τὴν ἐκείνων πολιτείαν ἡγούμενος, διὰ τοῦ ἐκείνους αἰτιᾶσθαι, τὴν οἰκείαν κακίαν περιστέλλειν οἴεται. Μὴ τοίνυν ὀλιγώρει· ἀναλογοῦσαν γὰρ τοῖς πταίσμασι τὴν τιμωρίαν ὑφέξει.

A et seipsos, et amicos ignorent; alii autem, ut hostes suos ulciscantur; nonnulli etiam, ut eos, qui probe atque honeste vivunt, submoveant: eos autem, qui in turpissimis flagitiis deprehensi sunt, ad altiorem quoque dignitatis gradum provehant. Quod si Eusebius, ut ad me scripsisti, omnium in unum collecta vitia exprimens, atque et eos, quos minime oportet, in sacrum ordinem allegens, et quæstui studens, et deliciis ac voluptatibus indulgens, et seipsum atque amicos ignorans, et hostes ulciscens, et sacerdotii dignitate ad tyrannidem abutens, nulla omnino virtutis dote coronatus est (nam ii, qui ea quæ a me commemorata sunt, perpetrant, quibusdam haud dubie virtutibus instructi sunt): id tibi haud mirum videatur. Nam quia nec per seipsum id quod B officii ratio poscit, perspicit, nec cujusquam monitis atque consilio uti sustinet, eo improbitatis provolutus est, **144** ut eos etiam, qui omni virtutis genere florent, et apostolicam vitam ducunt, ac discipulorum Salvatoris notas retinent (sunt enim, sunt, inquam, qui ita vivant: etiamsi nonnulli millies repugnent, omnesque in vitium prolapsos esse affirment), non modo non laudet atque imitetur, verum etiam vituperet et ejiciat. Nam quia illorum vitæ rationem vitæ suæ reprehensionem esse existimat, improbitatem suam iis accusandis obtecturum se arbitratur. Quamobrem ne propterea segniorem ac languidiorem te præbeas: consentaneas enim ille suis peccatis pœnas luet.

ΝΑ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Φίλων γνησίων καὶ δι' ἄκραν ἀρετὴν τὰς φιλίας ἀσπαζομένων ἔρημος οὐκ ἂν εἴης, ἕως ἂν ᾖς τοιοῦτος, οἷόσπερ εἶ. Δεινὸς γὰρ εἶ θηρατὴς τοῦ πράγματος, ἀντὶ ἀρκύων ἔχων τοὺς τρόπους. Χρῶ τοίνυν αὐτοῖς· καὶ πάντες, οἷς ἀρετῆς λόγος, ἕξουσί σε φίλον.

LI. — HERMOGENI EPISCOPO.

Sinceris amicis, atque ob summam virtutem amiC citias amplexantibus nunquam carebis, quandiu talis fueris, qualis nunc es. Callidum enim ac peritum hujus rei venatorem te præbes, ut qui pro retibus mores habeas. His igitur utere: atque omnes quibus virtus curæ est, amicum te habituri sunt.

ΝΒ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Θεῖον μέν τι χρῆμα ἡ ἱερωσύνη, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων τὸ τιμιώτατον. Ὑβρίζουσι δὲ εἰς αὐτὴν μάλιστα πάντων οἱ κακῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενοι· οὓς ἱερᾶσθαι παντάπασιν οὐκ ἐχρῆν, ἵνα μὴ οἱ ἀνόητοι τὰ τῶν κακῶς αὐτὴν μετιόντων ἐγκλήματα εἰς αὐτὴν τρέπειν τολμῷεν. Τῶν γὰρ καθυβριζόντων αὐτὴν ἀφέμενοι (29), εἰς αὐτὴν τρέπουσι τὰς αἰτίας, ἣν ἐχρῆν καὶ ἐκδικίας τυχεῖν, ὡς παροινουμένην παρὰ ἀνδρῶν μιαρῶν, καὶ οἷς οὐ θέμις αὐτῆς προσάπτεσθαι. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν κοσμικῶν ἀρχῶν, ἄλλο μέν τοί ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἄλλος δὲ ὁ οὐ δεόντως αὐτὸ μετιών· καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν οἰκείαν ἐχούσης τάξιν τε καὶ ἀξίαν, ὁ παροινήσας εἰς αὐτὴν, δίκην δίδωσι τὴν ἐσχάτην· δι' ἣν αἰτίαν ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης συγ-

LII. — THEODOSIO EPISCOPO.

Divina quædam res est sacerdotium, ac rerum omnium præstantissima. In illud autem ii omnium maxime contumeliosi sunt, qui male illud ac scelerate administrant. Quos etiam sacerdotio fungi omnino non oportebat, ne stulti atque amentes homines, eorum, qui improbe ac flagitiose id muneris gerunt, crimina in sacerdotium convertere auderent. Siquidem iis, qui contumelia illud afficiunt, D omissis, culpam in illud conferunt: cum contra ipsum ultionem consequi par esset, utpote ab impuris et scelestis hominibus, quibusque illud attingere nefas est, indigne ac petulanter exagitatum. Nam cum in mundanis imperiis ac præfecturis aliud est ipsa res, aliud is, qui non ut convenit

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(27) *Μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ συνορᾷν τὸ δέον, μήτε συμβουλεύοντος ἀνέχεσθαι.* Hoc extremæ dementiæ et ingenii plane deplorati esse ait Hesiodus, et ex eo Livius. Notissima loca parco ascribere. Ritt.

(28) *Κατὰ τὸν ἀποστολικὸν ζῶντας βίον.* Cujusmodi hoc sit vitæ institutum, notabo ad ep. 33 lib. iv, ex Basilio M. et Suida. Eo licet recurras. Id.

— Vers. 12. γεγράφηκας in γέγραφας mutat. cod. Alt. vers. 13 pro ἐγκρίνων, cod. Vat. 649 habet ἐγχιρνῶν· eamdemque lectionem Alt. exhibet in margine vers. 19 τὸ γὰρ, in Alt. legitur τῷ γάρ. Possin.

(29) Pro ἀφέμενοι codd. Vat. 649 et Alt. scribunt ἀφιέμενοι. Id.

eam tractat, imperioque ordinem suum ac dignitatem obtinente, is qui contumeliam ipsi intulit, extremo supplicio afficitur, quidnam causæ est, quamobrem in sacerdotio res confundunt, eorumque, qui non, ut officii ratio postulat, illud administrant, scelera in illud conferre nituntur? Quamobrem desinant ii, qui ob Eusebium, et Zosimum, et Palladium, et Maronem sacerdotium parvipendunt, nec vindicem Dei gladium in seipsos acuant: verum illos quidem, si sapienter se gerere non sustinent, ut impios et exsecrandos homines, ac pietatis et virtutis hostes insectentur: sacerdotium autem laudibus efferant, et corona donent, ut quod omnibus, quæ congrua sunt, tribuat. Illius enim opera, et regeneramur, et divinorum mysteriorum participes efficimur: quibus sublatis nemo cœlestia præmia consequi potest: quemadmodum ex ipsius Veritatis oraculis ab omni mendacio alienis constat, primo quidem his verbis utentis: « Nisi quis regeneratus fuerit ex aqua et Spiritu [sancto], non intrabit in regnum cœlorum [91]; » **145** nunc autem, « Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit partem mecum [92]. » Quocirca si his remotis hæreditatem divinam consequi non possumus, hæc autem non alia ratione quam per sacerdotium perficiuntur: qui tandem fieri potest, quin is qui illud contemnit, contumeliam rebus divinis inferat, animamque ipse suam aspernetur? Ac proinde, ne hæc contingant, sacerdotium divinam quamdam rem esse existimemus: eos autem, qui indigne illud obeunt, lacrymis prosequamur, nec eorum errata ei, cui vindicta debetur, ascribamus.

A χέουσι τὰ πράγματα, καὶ τὰ τῶν οὐ δέοντως αὐτὴν μεταχειριζομένων ἁμαρτήματα εἰς αὐτὴν ἀναφέρειν πειρῶνται; Παυέσθωσαν οὖν οἱ δι' Εὐσέβιον καὶ Ζώσιμον, Παλλάδιόν τε καὶ Μάρωνα τὴν ἱερωσύνην ἐξευτελίζοντες, καὶ μὴ καθ' ἑαυτῶν τὸ τῆς δίκης ξίφος ἀκονάτωσαν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν, εἰ φιλοσοφεῖν οὐκ ἀνέχονται, κακιζέτωσαν, ὡς ἀλάστορας, καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἀρετῆς ἐχθρούς· ταύτην δὲ ἀνυμνείτωσαν καὶ στεφανούτωσαν, ὡς πρυτανεύουσαν πᾶσι τὰ πρέποντα. Δι' αὐτῆς γὰρ καὶ ἀναγεννώμεθα, καὶ τῶν θείων μετέχομεν μυστηρίων, ὧν ἄνευ, τῶν οὐρανίων μετασχεῖν οὐχ οἷόν τε γερῶν, κατὰ τοὺς ἀψευδεῖς τῆς ἀληθείας χρησμοὺς, ποτὲ μὲν λεγούσης, « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν B βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » ποτὲ δὲ, « Ἐὰν μή τις φάγῃ μου τὴν σάρκα, καὶ πίῃ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει μέρος μετ' ἐμοῦ. » Εἰ τοίνυν ἄνευ τούτων οὐχ οἷόν τε τῆς θείας (30) ἀξιωθῆναι λήξεως, ταῦτα δὲ δι' οὐδενὸς ἑτέρου ἢ τῆς ἱερωσύνης ἐπιτελεῖται· πῶς ἔστι τινὰ αὐτῆς καταφρονοῦντα μὴ εἰς τὰ θεῖα παροινῆσαι, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καταφρονῆσαι; Οὐκοῦν ἵνα μὴ ταῦτα γένηται, τὴν μὲν ἐκθειάζωμεν, τοὺς δὲ ἀναξίως αὐτὴν μετερχομένους δακρύωμεν, καὶ μὴ τὰ τούτων πταίσματα τῇ καὶ ἐκδικηθῆναι ὀφειλούσῃ ἐπιγράφωμεν.

LIII. — HIERACI PRESBYTERO. C

De ornatu mulierum.

Mulieres eæ, quæ muliebres morbos occultare nequeunt, si formosæ sunt atque opibus circumfluunt, splendidis ac summi pretii lapillis auro intextis gloriantur; si autem deformes et inopes, fucis quibusdam et oculorum pigmentis, ascititiam pulchritudinem comminiscuntur. Quæ autem honestatis ac pudicitiæ existimationem habere cupiunt, naturæ quidem pulchritudine contentæ sunt: eam autem in melius excolere non repudiant. At vero eæ, quæ vere pudicæ sunt, in animæ cura studium omne suum positum habentes, corpus quidem, ut animæ organum, mediocriter curare minime defugiunt: at ipsum exornare ac delinire haudquaquam dignantur (ne quod natura servum est, adversus animam, cui principatus attributus est, impudenter insurgat): verum illud ordinem suum agnoscere docent, nec libidinis igniculum ac materiam, tanquam escam, proponunt. Quin potius ignis hujusce materias, quoad ejus fieri potest, eximunt. Quo in genere commemorandam, ac memoria dignam historiam a quo-

ΝΓ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ καλλωπισμοῦ γυναικῶν.

Τῶν γυναικῶν αἱ μὲν μὴ καρτεροῦσαι κρύψαι τὰς γυναικείας νόσους, εἰ μὲν εὔμορφοι εἶεν, καὶ πλούτῳ κομῶσαι, λίθων τιμαλφεστάτων αὐγαῖς πρὸς χρυσὸν κεκραμέναις ἐναβρύνονται· εἰ δὲ καὶ δύσμορφοι καὶ πενιχραὶ, χρίσμασι καὶ ὑπογραφαῖς ὀφθαλμῶν τὸ ἐπίκτητον σοφίζονται κάλλος. Αἱ δὲ σεμνότητος δόξαν ἔχειν βουλόμεναι, τῷ αὐτοφυεῖ μὲν ἀρκοῦνται κάλλει, ἀσκεῖν δ' αὐτὸ ἐπὶ τὸ βέλτιον οὐ παραιτοῦνται. Αἱ δ' ὄντως σώφρονες, περὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν πᾶσαν τὴν σπουδὴν ἔχουσαι, θεραπεύειν μὲν μετρίως τὸ σῶμα ὡς ὄργανον τῆς ψυχῆς οὐ παραιτοῦνται· κοσμεῖν δ' αὐτὸ καὶ ἐναβρύνειν, οὐ D καταξιοῦσιν, ἵνα μὴ φύσει δοῦλον ὑπάρχον, τῆς τὴν ἡγεμονίαν ἐμπεπιστευμένης ψυχῆς καταθρασύνηται· ἀλλὰ παιδεύουσιν αὐτὸ τὴν οἰκείαν ἐπιγινώσκειν τάξιν, οὔτ' ὑπέκκαυμα καὶ ἀσελγείας ὑπόθεσιν αὐτὸ καθάπερ δέλεαρ προτιθέασιν. Ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ πυρὸς τούτου, ὡς ἐνδέχεται, ὑπεξαιροῦσιν ὕλας. Ἤκουσα τοίνυν παρά τινος φιλαλήθους ἀνδρὸς διήγημα λόγου καὶ μνήμης ἄξιον, ὃ καὶ τῇ σῇ γυ-

[91] Joan. III, 5. [92] Joan. IV, 54.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(30) Tolle asteriscum et pro τῆς θείας rescribe τῆς ἀληθοῦς, auctore cod. Vat. 640: versu inde 10 e regione horum verborum τοὺς δὲ ἀναξίως, etc., in margine cod. Alt. hæc leguntur: Ἄλλως· τοὺς δ' ἀναξίους αὐτῆς ἀνακρούωμεν. Possin.

νεικὶ δηλῶσαι ἐδικαίωσα, Ὅτι Ποτὲ νεανίσκου κατωφεροῦς καὶ γυναικοδούλου ἑωρακότος εὐειδεστάτην παρθένον, καὶ κατὰ κράτος ἁλόντος, καὶ πᾶσαν μηχανὴν κεκινηκότος ὥστ' ἀπολαῦσαι τῆς ἐπιθυμίας, ἐκείνη παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀπηγόρευσεν. Ἦν γὰρ καὶ εὐγενὴς, καὶ σώφρων, καὶ ἀνέπαφον καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα διατηρεῖν τῷ Χριστῷ ἐπηγγελμένη. Ὡς δ' ἤκουσεν αὐτὸν τὰ μαινομένων δρῶντα καὶ λυττῶντα, εὗρε μηχανὴν, δι' ἧς καὶ αὐτὴ ἀκέραιος διατηρηθείη, κἀκείνου σβέσει[ε] τὸ πῦρ. Ἀποκειραμένη γὰρ, μᾶλλον δὲ πᾶσαν τῶν τριχῶν ξυρήσασα τὴν εὐκοσμίαν, καὶ σποδῷ ὕδατι μεμιγμένῃ τὸ πρόσωπον χρίσασα, ἐκέλευσεν ἐκεῖνον πρὸς αὐτὴν εἰσελθεῖν. Εἶτα εἰσελθόντι ἔφη· Ταύτης τῆς ἀκοσμίας ἐρᾷς; Ὁ δὲ ὥσπερ ἐκ μανίας ἀνενεγκὼν, οὐ μόνον ἔσβεσε τῆς ἐπιθυμίας τὸ πῦρ, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνης γέγονε θερμὸς ἐραστής. Συμβουλεύεται τοίνυν (31) καὶ αὐτὸς (ἄμεινον γὰρ τῶν μελλόντων κακῶν ἀποτροπὴν εὑρεῖν ἢ τῶν ἤδη γεγενημένων δίκην λαβεῖν [32]), μὴ κόσμῳ ἐπεισάκτῳ χρῆσθαι· μηδὲ τῷ πυρὶ τῷ ἐμφύτῳ τὴν ἀπὸ τοῦ καλλωπισμοῦ προστιθέναι ὕλην, ἵνα μὴ πτωμάτων ἐξαισίων πρόξενοι γένωνται.

A dam viro minime mendaci accepi: quam etiam uxori tuæ narrare operæ pretium esse existimavi: Cum aliquando juvenis quidam ad libidinem propensus, ac mulierum servus, pulcherrimam virginem conspexisset, ejusque amore captus fuisset, atque, quo cupiditate sua frueretur, nullam non machinam movisset, illa principio quidem ejus postulatum repudiavit: nam et nobilis, et casta erat, seque et animum et corpus ab omni libidine intactum servaturam esse Christo promiserat. Ut autem certior facta est, eum propterea furore ac rabie præcipitem agi, rationem excogitavit, per quam et pudicitiam suam incolumem retineret, et ipsius ignem exstingueret. Attonso enim, vel, ut rectius loquar, abraso universo crinium suorum ornatu et elegan B tia, facieque sua cinere aqua permisto delibuta, eum ad se accivit, eique, cum ingressus esset, dixit: Tune hanc deformitatem amas? Ille vero, tanquam ex furore revocatus, non modo libidinis ignem exstinxit, verum etiam ingenti postea castitatis amore flagravit. **146** Itaque ipse quoque admonetur [admone eas] (præstat enim futurorum malorum aversionem invenire, quam eorum quæ jam acciderint supplicium sumere) ascititio ornatu minime uti, nec igni vi naturæ insito fuci ac præposteri ornamenti materiam adjungere, ne gravissimorum lapsuum causæ sint.

ΝΔʹ. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ.

Ὅτι μακάριον τὸ διὰ Χριστὸν λοιδορεῖσθαι.

Ὥσπερ οἱ ἀπόστολοι ἀνδρείᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ φραξάμενοι, καὶ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ θωρακισθέντες, τοσούτοις πολέμοις συῤῥαγέντες (33) ἀρκοῦσαν εἶχον παράκλησιν τὴν τῶν ἀγώνων ὑπόθεσιν (οὐ γὰρ ὑπὲρ οἰκείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς Δεσποτικῆς δόξης ἔπασχον, ἅπερ ἔπασχον· διὸ οὐδὲ φθόνος ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ἐπωδίνων αὐτοὺς ἠδίκησεν)· οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅταν μὴ δι' οἰκείαν σκαιότητα, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην πάσχωμεν, ἀλύειν οὐκ ὀφείλομεν. Ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν πρὸς κόσμον, καὶ πρὸ τῶν μελλόντων στεφάνων, ἡ τῶν ἀγώνων ὑπόθεσις.

LIV. — APPOLLONIO.

Beatum esse propter Christum conviciis affici.

Quemadmodum apostoli, fortitudine animique C magnitudine septi, divinoque auxilio instructi atque armati, tot bellis exagitati, ex certaminum causa satis amplam consolationem capiebant (non enim suæ, sed Dominicæ gloriæ causa ea patiebantur quæ patiebantur; ac proinde nec livor, qui proborum virorum successibus discruciari solet, eos læsit): eodem modo nos quoque, cum non ob improbitatem nostram, sed pietatis ac justitiæ causa malo aliquo afficimur, animis consternari minime debemus. Nobis enim, etiam ante futuras coronas, ad ornatum ipsa certaminum causa sufficit.

ΝΕʹ. — ΩΦΕΛΙῼ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῼ.

Περὶ φιλανθρωπίας.

Χρὴ, ὦ φίλε, καὶ πρὸς πολεμίους ἱκετεύοντας σπένδεσθαι. Ὁ γὰρ μὴ σπενδόμενος, ἀλλ' ἀνθρώπους ἱκέτας [τὰς] τῆς ἀνάγκης ἀφιέντας φωνὰς, καὶ μηκέτι ἐκ τοῦ ἴσου μαχομένους τιμωρούμενος, καὶ μήτε οἴκτῳ καταιδέσας τὸν θυμὸν, μήτε ἐπὶ τὸ τῆς φύσεως χωρήσας συγγενές τε καὶ οἰκεῖον, καὶ

LV. — OPHELIO GRAMMATICO.

De humanitate.

Cum hostibus quoque supplicantibus, o amice, D pacisci atque in gratiam redire oportet. Nam qui non paciscitur, verum supplices homines, ac voces eas, quas necessitas exprimit, emittentes, nec jam ex æquo pugnantes ulciscitur, ac neque iracundiam misericordia comprimit, neque naturæ cognatione

VARIÆ LECTIONES EN NOTÆ.

(31) *Συμβουλεύεται τοίνυν.* Multo melior lectio est Bav. cod. [Vatic. 649 et Alt.,] συμβούλευε τοίνυν. Verte, *admone igitur*, tuam scil. uxorem. Ritt.

(32) Platonis quoque eadem est sententia plus uno in loco divinorum ipsius scriptorum proposita. Id.

(33) Post συῤῥαγέντες desunt quædam in editis; hæc supplentur a codd. Vatic. 649 et Alt. qui sic totum hunc locum exhibent: Τοσούτοις πολέμοις συῤῥαγέντες, καὶ καινὰς καὶ παραδόξους τραγῳδίας ὑπομείναντες, ἀρκοῦσαν εἶχον, etc. Versu etiam seq. post vocem οἰκείας deesse valde opportunum vocabulum κακίας iidem indicant, sic scribentes, Οὐ γὰρ ὑπὲρ οἰκείας κακίας, ἀλλὰ ὑπὲρ τῆς Δεσποτικῆς δόξης ἔπασχον· *Non enim pro culpa propria, sed pro Dominica gloria patiebantur.* Vers. inde tertio locus incipiens ab ἀλλὰ διὰ correctius exhibetur ab iisdem codd. duobus in hunc modum, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν εὐσέβειαν, ἢ τὴν δικαιοσύνην πάσχωμεν, quod argutius et Isidori stylo congruentius est. Possin.

ac propinquitate movetur, tum victoriæ laudem labefactabit, tum ab omnibus, ut immanis et effera bellua, vituperabitur, ac propterea divinam ultionem haud effugiet.

A τὸ τῆς νίκης διαφθερεῖ καλὸν, καὶ παρὰ πάντων, ὡς ἀτίθασσον κακισθήσεται θηρίον, καὶ τὴν θείαν οὐ διαφεύξεται δίκην.

LVI. — ALPHIO SUBDIACONO.

Cur dixit Paulus: « Nunc ex parte cognosco [93]. »

« Nunc cognosco ex parte, » inquit Apostolus: illud videlicet exploratum habens, Deum hic quoque exuberantem sapientiæ suæ copiam demonstraturum fuisse, si id, quod accepturum erat, cognitionem eam, quæ nunc percipi non potest (percipietur autem, quantum fas erit, in futuro ævo), accipere potuisset.

ΝΑ'. — ΑΛΦΕΙΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ.

Διὰ τί εἶπεν ὁ Παῦλος· « Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους. »

« Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους », ἔφη ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος, γινώσκων ὅτι τὸ Θεῖον κἀνταῦθα τὴν περιουσίαν τῆς οἰκείας σοφίας ἔδειξεν ἄν, εἰ τὸ δεξόμενον ἱκανὸν ἦν δέξασθαι τὴν νυνὶ μὲν ἀχώρητον γνῶσιν, χωρηθησομένην δὲ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

LVII. — PALLADIO.

De ciborum frugalitate.

B

Corpus, vir optime, alimento non deliciis, paucitate non saturitate, sufficientia non magnificentia sumptuumque profusione opus habet. Illæ enim et animo et corpori utilitatem afferunt, ut quæ et sanitatem, et robur, et optimam habitudinem concilient; hæ autem utrique parti obsunt. Neque enim duntaxat sanitatem labefactant, verum etiam graves morbos parturiunt. Argumento perspicuo illud est, quod ii, qui ita vivunt, ut paucis rebus egeant, eos qui molle ac luxu diffluens vitæ genus sequuntur, et ingenii acumine, et prudentia, et corporis valetudine superant.

ΝΖ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ.

Περὶ αὐταρκείας βρωμάτων.

Τὸ σῶμα, ὦ βέλτιστε, τροφῆς δεῖται οὐ τρυφῆς, ὀλιγοδείας οὐ πλησμονῆς, αὐταρκείας οὐ πολυτελείας. Αἱ μὲν γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὠφελοῦσιν, ὑγείαν καὶ ῥώμην καὶ εὐεξίαν τίκτουσαι· αἱ δ' ἄμφω καταβλάπτουσιν, οὐ μόνον τὴν ὑγείαν διαφθείρουσαι, ἀλλὰ καὶ νοσήματα ἀργαλεώτατα ὠδίνουσαι. Ἀπόδειξις δὲ σαφὴς, τὸ τοὺς τῆς ὀλιγοδείας ἀσκητὰς, τῶν τὸν ἁβροδίαιτον ἑλομένων βίον καὶ συνετωτέρους καὶ σωφρονεστέρους (34) καὶ ὑγιεινοτέρους εἶναι.

147 LVIII. — ISCHIRIONI.

C

Videris, pro abjecto ac vitioso animi tui affectu, nec animi magnitudinem omni miraculo sublimiorem, nec novum et ab hominum sensibus remotum, ac cœlos omnes superantem apostolicum amorem comprobare. Nam si nunc quoque obscurum tibi esse videtur, id quod dictum est, illud equidem probe scio, fore, ut cum apertioribus ac dilucidioribus id extulero, tum rursum incredibile id tibi videatur, quod nunc obscurum esse videtur: quod videlicet ita vitiose affectus sis. Ille enim abalienationem a Christo libenti animo laturum se dicebat [94], dum hac ratione ipsius Christi gloriam omnes celebrarent. Tu vero apostolicam exsuperantiam usque adeo deprimere ac dejicere conaris, ut quædam dicas, quæ etiam meminisse me pudet. Neque enim thesaurum se esse optavit, ut ais (ecquis enim tam segnis atque ignavus est, qui non hoc in votis habeat?), nec rursum corpoream mortem provocabat, qui quotidie moriebatur [95]; nec tanquam fidem

ΝΗ'. — ΙΣΧΥΡΙΩΝΙ.

Ἔοικας ἀπὸ ταπεινοῦ καὶ φαύλου φρονήματος, μήτε τὴν μεγαλόνοιαν τὴν παντὸς ἐπέκεινα θαύματος, μήτε τὸν καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ πάντας τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβάντα ἀποστολικὸν ἔρωτα καταδέχεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ νῦν ἀσφαλὲς (35) εἶναί σοι δοκεῖ τὸ λεχθὲν, εὖ οἶδ' ὅτι, ὅταν αὐτὸ σαφέστερον φράσω, τότε πάλιν ἄπιστον εἶναί σοι δόξει, ὃ πρότερον ἀσφαλὲς, διὰ τὸ οὕτω φαύλως διακεῖσθαι. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔλεγεν ἀσμένως ἂν, εἰ οἷόν τε ἦν, καὶ ἀλλοτριωθῆναι τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τοῦ αὐτὸν τὸν Χριστὸν παρὰ πάντων δοξάζεσθαι. Σὺ δ' εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατάγειν τολμᾷς τὴν ἀποστολικὴν ὑπεροχὴν, ὥς τινα φράζειν, ὧν καὶ μνησθῆναι αἰσχύνομαι. Οὐ γὰρ κειμήλιον, ὡς φῄς, ηὔξατο εἶναι· τίς γὰρ καὶ
D τῶν σφόδρα ῥᾳθύμων, οὐκ ἂν εὔξαιτο τοῦτο; οὐδὲ θάνατον σωματικὸν προυκαλεῖτο, ὁ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων· οὐδὲ τοσαῦτα ἂν διεβεβαιώσατο, ὡς μέλλων ἀπιστεῖσθαι, εἴγε εὐτελές τι ἦν καὶ φαῦλον τὸ νενοημένον αὐτῷ. Ἀλλ' ἐπειδὴ κρεῖττον ἦν ἀπά-

[93] I Cor. XIII, 9. [94] Rom. IX, 3. [95] I Cor. XV, 31.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(34) Cod. Vatic. omittit vocem σωφρονεστέρους· in hæc enim verba hæc desinit apud hunc epistola; καὶ συνετωτέρους καὶ ὑγιεινοτέρους εἶναι. POSSIN.

(35) Adhibe necessariam correctionem e codd. Vat. 649 et Alt. rescribendo ἀσαφὲς ubi perperam ἀσφαλὲς ponitur, quod et eruditissimus interpres ex conjectura divinavit. Versu quoque abhinc tertio, auctoribus iisdem codd., non solum tollas oportet male illuc intrusum ἀσφαλὲς, sed et suppleas omissum substantivum verbum rescribendo pro, ἀσφαλὲς, ἦν ἀσαφές. ID.

σης δυνάμεως καὶ ῥώμης, πολλοὺς μάρτυρας παρέστησε τοῦ μὴ ψεύδεσθαι καὶ κομπάζειν. Καὶ γὰρ ἀλήθειαν λέγω, φησὶν, ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεως ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Εἰ τοίνυν καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ μὴ ψεύδεσθαι, καὶ τὴν συνείδησιν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μάρτυρας τῶν λεχθησομένων παρέστησε, τίς ἂν πιστεύσειεν, ὅτι ταπεινόν τι ἐννοῶν καὶ οὐδαμινὸν, εἰς τοσαύτην ἐξηνέχθη διαβεβαιώσεως ὑπερβολήν; Εἰ δ' ἔτι μικρὰ φρονεῖς, καὶ περὶ γῆν εἰλυσπώμενος, οὐδὲν μέγα καὶ νεανικὸν ἐννοῆσαι βούλει, παρεὶς τὸν θεοφιλῆ Μωσέα, εὐξάμενον ἐκ τῆς θείας βίβλου ἐξαλειφθῆναι, εἰ οἱ ὑπ' αὐτῷ τελοῦντες πανωλεθρίᾳ παραδοθεῖεν (36) (μεῖζον γάρ ἐστι τὸ τοῦ Ἀποστόλου· ὁ μὲν γὰρ συναπολέσθαι, ὁ δ' ἀπολέσθαι, ἵνα ἄλλοι σωθῶσιν, ηὔξατο)· ἀπὸ γυναικὸς γενναίας, ὡς ἂν τις μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσειε, τοῦτ' ἀποδεῖξαι πειράσομαι· Ἡ Ῥεβέκκα ἀποστολικὴν, ὡς ἂν τις εἴποι, ἔχουσα μεγαλοψυχίαν, εἵλετο κατάραν ὑποστῆναι, ἵν' ὁ παῖς εὐλογίαν κληρονομήσῃ· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἐκείνῳ παρεχώρει· οὐ γὰρ δὴ μετ' ἐκείνου εὐλογεῖσθαι ἤμελλε· τὰ δὲ κακὰ αὐτὴ μόνη παρεσκευάζετο ὑπομένειν. Καὶ οὕτω προθύμως παρεσκεύαζε τὸ δρᾶμα (37), ὡς καὶ τῇ μελλήσει δυσχεραίνειν, καὶ τῇ ταχυτῆτι χαίρειν, καὶ κατεπείγειν τὸν παῖδα· καὶ ταῦτα, κινδύνου μεγίστου παρεστῶτος. Ἀφεῖσα γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Ὁ πατήρ σου εἰς γῆρας βαθὺ ἐλήλακε, καὶ τὸ τρανὸν τῆς αἰσθήσεως ἀφῃρέθη, καὶ οὐ φωράσει τὸν δόλον· ταῦτα πάντα συντεμοῦσα, ἔφη τῷ παιδὶ ἀναδυομένῳ καὶ δεδοικότι· «Ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρα σου, τέκνον.» Μόνον μὴ διαφθείρῃς τὸ κατασκευασθὲν παρ' ἐμοῦ δρᾶμα, μηδ' ἀπολέσῃς ὀξύτατον ὂν τὸ θήραμα, μηδὲ προδῷς τὸν θησαυρόν. Εἰ τοίνυν γυνὴ, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν μηδὲ μεγαλοψυχίαν, εἵλετο καταραθῆναι (38), ἵνα ἄλλος εὐλογηθῇ, ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος Ἀπόστολος οὐκ ἂν ηὔξατο τοιοῦτόν τι παθεῖν, ἵν' οἱ Ἰουδαῖοι πιστεύσωσι, καὶ μὴ δόξῃ βλασφημεῖσθαι ὁ Θεὸς, ὡς ἄλλοις μὲν ἐπαγγειλάμενος, ἄλλους δὲ εἰς τοσαύτην ἀξίαν ἀναγαγών; Πάνυ μὲν οὖν ταῦτα· ἔλεγεν· οὐχ ὡς τῷ ὄντι τῆς ἐπαγγελίας διαπεσούσης. (Ἔφη γάρ, οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, πρὸς τοὺς πατέρας δηλονότι γεγενημένος· ἐξέβη γὰρ ἡ ἐπαγγελία ἐν

A nemini facturus, tot asseverationibus usus fuisset, si quod mente conceperat, tenue quiddam et exile fuisset. Verum quoniam vim omnem ac robur superabat, idcirco multos testes adhibuit, ne mentiri ac se insolenter jactare videretur. «Veritatem enim dico in Christo, inquit, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia in Spiritu sancto [94].» Cum igitur et veritatem, et Christum, et non mentiri, et conscientiam, et Spiritum sanctum, eorum, quæ dicturus erat, testes produxerit, quis illud credat, eum vile quiddam et abjectum animo agitantem ad tantam asseverationis magnitudinem progressum fuisse? Quod si abjectum quoddam adhuc sentis, atque humi provolutus, nihil magni ac generosi animo concipere vis, pio viro Mose misso facto, qui ut de di-

B vino libro expungeretur, rogavit, si ii qui sub ipsius imperio erant, internecione delerentur [95*] (majus enim est quod Apostolus fecit: nam ille simul perire cupiebat: hic autem perire, ut alii salutem consequerentur), ab egregia et strenua femina (ut quispiam rei magnæ conjecturam perexiguam faciat) istud demonstrare conabor. Rebecca, apostolica, ut sic loquar, animi magnitudine prædita, imprecationem suscipere minime dubitavit, ut ipsius filius benedictionem consequeretur. Atque bonis quidem ipsi cedebat: mala autem ipsa sola sufferre parata erat. Ac tanta animi promptitudine tantoque studio hanc fabulam præparabat, ut cunctationem iniquo animo ferret, celeritate autem

C lætaretur, ac filium ad maturandum facinus urgeret: idque, tanto periculo proposito. Omissis enim his verbis, Pater tuus senectute jam longe processit, sensuumque integritatem ac perspicuitatem amisit, nec fraudem deprehendet, his, inquam, omnibus verbis incisis, **148** ad filium detrectantem ac metuentem dixit: «In me sit, o fili, ista maledictio [96].» Tantum ne fabulam a me structam labefactes, nec volucrem prædam amittas, nec hujusmodi thesaurum prodas. Cum igitur mulier, quæ ne mulieris quidem fortitudinem animique magnitudinem habebat, diris devoveri non recusarit, ut alius benedictionem obtineret: quid? an tantus ac talis Apostolus non idem perpeti optasset, ut Judæi ad fidem accederent, nec Deus contumeliosis verbis configi

[94] Rom. IX, 1. [95*] Exod. XXXII, 32. [96] Gen. XXVII, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(36) Mendum ex iisdem codd. correximus vers. 33, ubi legitur παραδοθεῖν, plane barbare. Possin.

(37) *Παρασκεύαζε τὸ δρᾶμα*. Bill., *hanc fabulam præparabat*. Malim, *hanc actionem*, ut et mox infra τὸ κατασκευασθὲν παρ' ἐμοῦ δρᾶμα, pro *fabulam a me structam*, *actionem a me adornatam*. Ritt.

(38) In editis de Rebecca sic legitur: Εἰ τοίνυν γυνὴ, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν μηδὲ μεγαλοψυχίαν, εἵλετο καταραθῆναι, quæ sic vertit interpres, *Cum igitur mulier, quæ ne mulieris quidem fortitudinem animique magnitudinem habebat, diris devoveri non recusarit*. His quis prudens lector non quærat qua Rebeccæ culpa tam abjecte de illa sentiat auctor, ut eam infra vulgus etiam mulierum pusillanimitate ac debilitate deprimat? Non est profecto Isidori tam injusta sententia: utique cum is paulo superius hac eadem epistola illud plane contrarium scripserit: Ἡ Ῥεβέκκα ἀποστολικὴν, ὡς ἂν τις εἴποι, ἔχουσα μεγαλοψυχίαν, εἵλετο κατάραν ὑποστῆναι· *Rebecca, apostolica, ut sic loquar, animi magnitudine prædita*. Recte igitur præcit. codicis Altaemsis descriptor in margine, illa verba, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν, μηδὲ μεγαλοψυχίαν, expungenda ut supposititia, et temere intrusa. Versu post tertio idem cod. Alt. recte mutari jubet ηὔξατο in εὔξαιτο. Possin.

videretur, ut qui, cum aliis promisisset, alios tamen ad tantum honoris gradum evexisset. Ac quidem certe non eo hæc dicebat, quod re vera pollicitatio excidisset (dixit enim, non quod promissio exciderit, ea nimirum, quæ ad patres facta est): nam in eorum posteris, qui fidem amplexi sunt, et in ethnicis qui per baptismum ad similitudinem Isaac accesserunt, eventum habuit. Idque etiam apostolorum antesignanus Petrus his verbis confirmat: « Hanc promissionem implevit Deus ipsorum filiis, hoc est, nobis, suscitato Jesu [96]. » Quocirca, non tanquam promissio excidisset, his verbis usus est: verum ut effrenatum suum erga Christum amorem demonstraret. Ac si locum hunc Apostoli accurate pervolvas, eum hoc confirmantem reperies.

A τοῖς ἐξ αὐτῶν πιστεύσασι, καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις τῷ Ἰσαὰκ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐξ ἐθνῶν τεχθεῖσι. Καὶ τοῦτ' ἐγγυᾶται καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος, λέγων· « Ταύτην τὴν ἐπαγγελίαν ἐκπεπλήρωκεν ὁ Θεὸς τοῖς τέκνοις αὐτῶν, ἡμῖν ἀναστήσας Ἰησοῦν· » οὐ τοίνυν, ὡς διαπεσούσης τῆς ἐπαγγελίας τοῦτ' ἔφη, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸν ἀκάθεκτον ἑαυτοῦ περὶ τὸν Χριστὸν πόθον. Καὶ εἰ ἀκριβῶς διέλθοις τὸ χωρίον τὸ ἀποστολικὸν, τοῦτο αὐτὸν κατασκευάζοντα θηράσεις.

LIX. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Audio te, iis, qui optima consilia tibi subministrant, valere jussis, atque omnibus pudoris vinculis effractis, ad infame ac detestandum vitium præcipitem rapi. Ac velim quidem id minime verum esse. Sin autem ita est, da operam, ut priusquam te hujusmodi temulentia prorsus oppresserit, ex ea emergas: ne alioqui, et hic probrum atque infamiam, et illic pœnam subeas.

ΝΘ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

B Πυνθάνομαι ὡς ἐῤῥῶσθαι φράσας τοῖς τὰ κάλλιστα συμβουλεύουσι, καὶ πάντας τοὺς τῆς αἰδοῦς διαῤῥήξας δεσμοὺς, οἴχῃ φερόμενος ἐπὶ τὴν δυσκλεᾶ καὶ δυσώνυμον κακίαν. Βουλοίμην μὲν οὖν μὴ εἶναι ταῦτα ἀληθῆ· εἰ δ' ἐστὶ, σπούδασον πρὶν σφόδρα ὑπὸ τῆς τοιαύτης καταγωνισθῆναι μέθης ἀνενεγκεῖν, ἵνα μὴ κἀνταῦθα αἰσχύνην ἕξεις, κἀκεῖσε δίκην ὑφέξεις.

LX. — PALLADIO ET MARONI.

Multus sermo fluit, ac multorum fide dignorum hominum auctoritate confirmatur, antistitem vestrum ex multis argumentis id compertissimum habentem, commodi sui causa, non autem utilitati nostræ consulentem, nec quid publice profuturum esset spectantem, vos avaritiæ suæ socios et adjutores in sacrum ordinem ascivisse. Quod si ita est, in cœlum jaculari, ac, dum ex alienis calamitatibus commoda vestra comparatis, paupertatis legislatori bellum indicere desinite.

Ξ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ ΚΑΙ ΜΑΡΩΝΙ.

Πολὺς λόγος ῥεῖ, καὶ δι' ἀξιοπίστων προσώπων βεβαιοῦται, ὅτι μάλ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενος ἐκ πολλῶν τεκμηρίων ὁ ἡγεῖσθαι ὑμῶν λαχὼν [διὰ] τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, [οὐ] διὰ τὸ λυσιτελοῦν ὑμῖν ἀγαπήσας, οὐχ ὅτι τῷ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας συνοίσει C σκεψάμενος, συνεργοὺς ὑμᾶς τῆς ἑαυτοῦ ἐχειροτόνησε πλεονεξίας. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, παύσασθε εἰς οὐρανὸν τὰ τόξα τείνοντες, καὶ τῷ τῆς ἀκτημοσύνης πολεμοῦντες νομοθέτῃ, δι' ὧν τὰς ἀλλοτρίας πραγματεύεσθε συμφοράς.

LXI. — APHRODISIO MONACHO.

Quod quantum in nobis fuit, periimus: quantum autem in Christo, salutem consecuti sumus, omnibus perspicuum est. Nam cum supplicium mereremur, ipse per baptismum justitia nos donavit, ac cœlestibus gratiis auxit et exornavit. Quod autem nisi ea, quæ nostrarum partium sunt, præstiterimus, nihil ex hujusmodi quæstu et gratia commodi capiemus, imo gravioribus potius suppliciis afficiemur (ut quos tantum beneficium nihilo meliores reddiderit), id quoque perspicuum est.

ΞΑ'. — ΑΦΡΟΔΙΣΙῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Ὅτι τὸ μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς ἀπολώλαμεν, τὸ δ' ἐπὶ τῷ Χριστῷ ἐσώθημεν, δῆλόν ἐστιν ἅπασι. Δίκην γὰρ ὀφείλοντας διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδικαίωσε, καὶ οὐρανίοις χαρίσμασιν ἐκόσμησεν. Ὅτι δὲ εἰ τὰ παρ' ἡμῶν μὴ ἕψοιτο, οὐδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης πραγματείας καὶ χάριτος κερδανοῦμεν, ἀλλὰ καὶ μείζονα δώσομεν δίκην, ἅτε μηδὲ τοσαύτῃ εὐεργεσίᾳ βελτιωθέντες, καὶ τοῦτο δῆλον. D

149 LXII. — PAULO PRESBYTERO.

Equidem illud pium ac sanctum esse existimo, divinis oraculis fidem adhibere, eaque studiose sequi, nec simplicem minimeque callidam ambitionem Dominicæ cautioni anteferre. Quod si quis tantam sibi ipsi pudicitiæ laudem arroget, ut ne continenter quidem feminas contemplans quidquam inde detrimenti ferat, discat ille humanæ naturæ imbecillita-

ΞΒ'. — ΠΑΥΛῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐγὼ μὲν εὐαγὲς ἡγοῦμαι τὸ τοῖς θείοις πιστεύειν χρησμοῖς, καὶ τούτοις ἕπεσθαι μετὰ (39) σπουδῆς, καὶ μὴ τὴν ἄκακον φιλοτιμίαν τῆς Δεσποτικῆς ἀσφαλείας προκρίνειν. Εἰ δέ τις ἑαυτῷ τοσαύτην μαρτυρήσειε σωφροσύνην, ὡς μηδὲ συνεχῶς ὁρῶν βλάπτεσθαι, μανθανέτω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν καὶ τῶν θείων χρησμῶν τὴν ἀσφάλειαν. Τοῖς

[96] Act. II, 32.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Pro μετὰ duo codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἀπὸ, et vers. seq. ἄκαιρον, pro ἄκακον. Possin.

μὲν οὖν ἁλόντας, ἵνα μὴ δόξω διενοχλεῖν, παραλείψω· A πᾶσαι γὰρ αἱ ἱεραὶ Γραφαὶ, καὶ αἱ ἔξωθεν τραγῳδίαι, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν δράματα (40), τούτων γέμουσι τῶν παραδειγμάτων· τοὺς δὲ προμηθείᾳ τινὶ χρησαμένους καὶ περιγενομένους τοῦ πάθους (οὐ γάρ ἐστιν ἀπραγμόνως κατορθῶσαι σωφροσύνην), τούτους εἰς μέσον ἀγαγεῖν πειράσομαι. Εἰ μὲν οὖν τινας τῶν ἔξω τῆς πίστεως τοῦτ' αὐτὸ κατορθώσαντας ἐπιδείξαιμι προνοίᾳ τινὶ καὶ ἀσφαλείᾳ, καὶ οὐ τῷ ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτειν τῷ πυρὶ, ἴσως ἂν αὐτοὺς παραγράψοιντο, ὡς οὐδὲν μέγα ἀνύσαντας. Εἰ δὲ καὶ τὸν Θεσπέσιον Παῦλον μάρτυρα καλέσω, λέγοντα, « Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀ[πο]δόκιμος γένωμαι, » πᾶσα αὐτοῖς ἀποκέκλεισται ἀπολογία. Καὶ ἴσως ἂν δυσωπηθεῖεν (41), καὶ τῆς οἰκείας ἀσφαλείας πρόνοιαν B ποιήσονται. Ἐχρῆν μὲν οὖν ἀρκεσθῆναι τῇ ἀποστολικῇ μαρτυρίᾳ. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὰ τοῖς ἔξωθεν κατορθωθέντα ἀλείφει εἰς σωφροσύνην, οὐδὲ τούτων ἀμνημονήσω. Οἶδα τοιγαροῦν ἀναγνοὺς, ὅτι βασιλεύς τις Ἐφεσίαν ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολῇ καλὴν φανεῖσαν, ἀνέζευξεν εὐθὺς ἐξ Ἐφέσου, φοβούμενος μὴ παρὰ γνώμην ἐκβιασθῇ πρᾶξαί τι τῶν οὐχ ὁσίων. Καὶ Κῦρος δ' ὁ Πέρσης οὐδ' ἰδεῖν τὴν Πάνθειαν ἐτόλμησε (42), θαυμαστόν τι καὶ ἀμήχανον κάλλος ἔχειν μαρτυρουμένην. Εἰ τοίνυν καὶ τὰ πράγματα, καὶ οἱ ἔξωθεν τῷ σωτηρίῳ χρησμῷ μαρτυροῦσιν, ὡς ὀρθῶς καὶ ἀσφαλῶς ἔχοντι (ἡ γὰρ συνεχὴς θέα ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἄγουσα· εἰ δὲ καὶ εἰς ἔργον μὴ ἐκβαίη, μολύνει τὸν λογισμὸν, καὶ μοιχὸν ἀποφαίνει τὸν ἁλόντα)· τίς τοσοῦτόν ἐστι τολμηρὸς, ὅστις ἀλλο- C τρίοις συνεχῶς ἑστιώμενος κάλλεσι, λέγοι μηδὲν τὸ παράπαν παραβλάπτεσθαι; Εἰ δὲ τοῦτο δύσκολον, χρὴ μάλιστα μὲν φεύγειν τὰς συνεχεῖς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις· εἰ δ' ἀνάγκη εἴη, χαλινοῦν τοὺς ὀφθαλμούς.

tem, ac divinorum oraculorum cautionem ac præmunitionem. Atque eos quidem, qui capti ac subacti sunt, ne gravis ac molestus esse videar, silentio prætermittam (nam et omnes sacræ Litteræ, et externæ tragœdiæ, et quotidianæ fabulæ his exemplis refertæ sunt) : eos autem qui cura quadam et providentia usi sunt, atque hunc affectum superarunt (neque enim sine labore ac negotio quisquam pudicitiam consequi potest), in medium proferre conabor. Ac siquidem nonnullos ex iis, qui a fide abhorruerunt, cura quadam et cautione, ac non seipsos in ignem projiciendo, hoc ipsum consecutos esse ostendero, eos fortasse, ut qui nihil magni præstiterint, submovebunt ac rejicient. Si autem divinum Paulum testem laudavero, his verbis utentem : « Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar [97], » omnis profecto ipsis defensionis ratio præclusa erit : ac fortasse pudore commovebuntur, suæque cautioni ac securitati consulendum putabunt. Quanquam autem nos apostolico testimonio contentos esse oportebat : tamen quoniam ea quoque, quæ ab exteris præstita sunt, ad pudicitiam acuunt, ne hæc quidem oblivione præteribo. Lectione igitur didici, regem quemdam, cum Ephesiam sacerdotem, cujus incredibilis quædam ac singularis pulchritudo erat, conspexisset, statim ex Ephesina urbe digressum esse, illud videlicet metuentem, ne præter voluntatem nefarii aliquid admittere cogeretur. Atque item Persarum regem Cyrum, Pantheam, quæ admiranda quadam et incomparabili formæ elegantia esse ferebatur, ne videre quidem sustinuisse. Cum igitur, et res ipsæ, et externi auctores salutari oraculo, ut recto ac securo, testimonium dicant (siquidem assiduus conspectus viam ad facinus munit : atque ut etiam in opus minime exeat, mentem tamen contaminat, eumque qui captus est, adulterum efficit), quis tanta audacia est, ut cum aliena pulchritudine oculos assidue pascat, se tamen hinc nihil omnino detrimenti capere contendat ? Quod si hoc difficile est, maxime quidem illud curandum est, ut crebros et assiduos mulierum congressus fugiamus ; si autem necessitas nos traxerit, ut saltem oculos tanquam injecto freno coerceamus.

ΞΓ'. — ΤΙΜΟΘΕῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος δύναμις, ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, ἡ τῆς συνέσεως καὶ πάσης ἀρετῆς ἀρχή τε καὶ αἰτία καὶ ῥίζα, βουληθεῖσα τὰς τῶν μελλόντων προῤῥήσεις ταῖς ἀρχαιοτέραις ἐνυφῆναι γραφαῖς, σοφῶς, καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον καὶ ἔπαινον, τὸ πρᾶγμα μετῆλ-

LXIII. — TIMOTHEO LECTORI.

Divina illa et ab omni labe aliena potentia, 150 ille sapientiæ fons, illa prudentiæ ac virtutis omnis origo et causa, et radix futurarum rerum, vaticinia vetustioribus scripturis intexere volens, sapienter, atque omni sermone ac laude præstantius hujusmo-

[97] 1 Cor. IX, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(40) *Καὶ τὰ καθ' ἡμέραν δράματα*. Bill., *et quotidianæ fabulæ*. Præfero quod est in B C [et in cod. Vat. et Alt.] δρώμενα, id est, *quæ quotidie fiunt*, *quotidianæ actiones*. Ritt.

(41) Codd. Vat. et Alt. lacunam asterisco recte indicatam, unde compleas suggerunt hæc verba, καὶ τῷ οὐρανίῳ χρησμῷ λοιπὸν πεισθεῖεν, quæ plane ad loci sententiam faciunt. Possin.

(42) *Καὶ Κῦρος... ἐτόλμησε*. Idem exemplum continentiæ Cyri laudat etiam infra lib. III, ep. 66. Et vide apud Xenophontem lib. VII *Pædiæ Cyri*. B. C. lectio utroque in loco nihili est, ubi hac ep. scriptum est παρθενίαν, in altera πανθίαν. Addit eadem ep. 66, etiam Alexandrum M. qui oculos a Darii formosissima uxore abstinuit. Romana historia suppeditat exemplum Scipionis, quod est notissimum. Ritt.

di rem administravit. Etenim si quando aliquid A accidebat, quod futurorum bonorum imaginem ac simulacrum complecti posset, in eo quædam delineabat, quædam coloribus adhibitis declarabat, splendidamque ac vivam imaginis notam ostendebat. Hinc enim duo maxima commoda contingebant : alterum, quod hac ratione veteres tanquam novis et inusitatis rebus minime offendebantur, nec ea, quæ dicebantur, irridebant, ut qui ex his, quæ dicerentur, utilitatis aliquid percipere possent; alterum, quod posteri vaticinii veritatem indagarent. Quo quidem nomine divinam gratiam adorare atque admirari convenit, quæ rem usque adeo arduam ac difficilem facile persecuta sit. Ac proinde ita se gerere interpretes debent, ut si commode ac nulla vi adhibita omnia peragrare possint, id impigre ac B sedulo faciant ; sin autem id fieri nequeat, ne iis, quibus minime opus est, vim afferant (ut ne alioqui iis locis, qui id requirant, depravationis ac præposteræ expositionis suspicionem pariant : atque Judæis quidem et gentilibus, et hæreticis ansas præbeant, ad Christum autem abjecta quædam atque ipsius dignitate inferiora referant) : verum hanc rationem ineant, ut humilia et abjecta prætereant, aut si congruentem notam accipiant, assumptæ humanitati convenire existiment, sublimia autem et excelsa dignitatis duntaxat causa dicta esse concedant : quod si quid eorum, quæ tum contigerunt, causa dictum est, illud ob ea, dictum esse fateantur : ac non in eum sensum qui minime conveniat, velut obtorto collo trahant.

θεν. Εἴ ποτε γοῦν πρᾶγμα ὑπέπιπτε δυνάμενον χωρῆσαι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὴν εἰκόνα· ἐν αὐτῷ τὰ μὲν ἐσκιογράφει, τὰ δὲ διὰ χρωμάτων ἐτράνου (43), καὶ λαμπρὸν καὶ ζῶντα ἐπεδείκνυτο τῆς εἰκόνος τὸν χαρακτῆρα. Δύο γὰρ ἐκ τούτου συνέβαινε μέγιστα, τό τε τοὺς ἀρχαιοτέρους μὴ ξενίζεσθαι, μήτε διαχλευάζειν τὰ λεγόμενα, ἔχοντάς τι καρποῦσθαι ἐκ τῶν λεγομένων ὠφέλιμον· τό τε τοὺς ἐσομένους, τὸ τῆς προφητείας θηρεύειν ἀδιάπτωτον. Ἐφ' ᾧ δὴ τὴν θείαν χάριν προσκυνητέον, καὶ θαυμαστέον, ὅπως τοσαύτην δυσκολίαν πράγματος ῥᾳδίως μετῆλθε. Χρὴ τοιγαροῦν τοὺς ἑρμηνεύοντας (44), εἰ μὲν ἀβιάστως οἷόν τε εἴη διὰ πάντων διεξελθεῖν, προθύμως τοῦτο ποιεῖν· εἰ δὲ μή, μὴ ἐκβιάζεσθαι τὰ μὴ προσήκοντα· ἵνα μὴ καὶ τοῖς προσήκουσιν ὑποψίαν παραποιήσεως τέκωσι, καὶ Ἰουδαίοις μὲν καὶ Ἕλλησι καὶ αἱρετικοῖς λαβὰς παράσχοιεν, εἰς δὲ τὸν Χριστὸν ταπεινά τινα καὶ τῆς ἀξίας αὐτοῦ ἐλάττονα ἀνενέγκοιεν· ἀλλὰ τὰ μὲν ταπεινὰ παριππεύειν, ἢ καὶ τῇ ἐνανθρωπήσει προσήκοντα ἡγεῖσθαι, εἰ πρεπόντως δέχοιτο τὸν χαρακτῆρα, τὰ δ' ὑψηλὰ τῆς ἀξίας μόνης ἕνεκα εἰρῆσθαι συγχωρεῖν. Εἰ δέ τι τῶν τότε γεγενημένων ἕνεκα ἐῤῥέθη, τοῦτο συγχωρεῖν δι' ἐκεῖνα εἰρῆσθαι, καὶ μὴ εἰς τὸ ἀπρεπὲς ἐκβιάζεσθαι.

LXIV. — THEOPHILO.

C Qui se Deum nosse confitentur, factis autem negant [88], ii demum sunt, qui ob dogmatum quidem pulchritudinem gloriantur : verum quia fidei minime consentaneam vitam exhibent, Deum, quantum in ipsis situm est, dedecore atque ignominia afficiunt. Dum enim et divina jussa aspernantur, et alios adducunt, ut eum blasphemis verbis lacessant, quem etiam benedicere non cujuslibet est, verum hominum summa virtute præditorum, hinc scilicet spurios sese atque adulterinos esse convincunt.

ΞΔ'. — ΘΕΟΦΙΛῼ.

Ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ Θεὸν μὲν ὁμολογοῦντες εἰδέναι, τοῖς δ' ἔργοις ἀρνούμενοι, οἱ ἐπὶ μὲν τῇ ὡραιότητι (45) τῶν δογμάτων ἐναβρυνόμενοι, διὰ δὲ τοῦ μὴ συμβαίνουσαν τῇ πίστει τὴν πολιτείαν ἐπιδείκνυσθαι, τόγε ἧκον εἰς αὐτούς, τὸν Θεὸν ἀτιμάζοντες. Τῷ μὲν γὰρ διαπτύειν τὰ παρ' αὐτοῦ κελευσθέντα, τῷ τε ἑτέρους παρασκευάζειν βλασφημεῖν τοῦτον, ὃν καὶ εὐλογεῖν οὐ πάντων ἐστίν, ἀλλὰ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετήν, τούτων νόθους ἑαυτοὺς ἀπελέγχουσι.

LXV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Clamores eos, qui ob vitam tuam ab omnibus excitantur, ferre nequeo. Aiunt enim, sermonem D in te, tanquam in album dirigentes, Quonam pacto aliis sanctitatem impertis, profanus ipse ac nefarius? Quonam pacto alios purgas, qui impurus es? Quonam pacto filios Dei efficis, qui servili animo es? Purgari prius debes, atque ita purgare : **151** prius a sacrilegii crimine purum esse, ac tum sacerdotis munus subire. Hæc audiens, animi cruciatu

ΞΕ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Οὐ φέρω τὴν διὰ τὸν σὸν βίον γινομένην παρὰ πάντων καταβοήν. Φασὶ γὰρ εἰς σὲ ὥσπερ ἐπὶ σκοπὸν τὸν λόγον τείνοντες· Πῶς ἄλλους ἁγιάζεις ὁ ἐναγής; Πῶς καθαίρεις ὁ ἀκάθαρτος; Πῶς υἱοὺς Θεοῦ κατασκευάζεις ὁ δουλοπρεπής; Καθαρθῆναι ὀφείλεις, καὶ οὕτω καθᾶραι· μὴ ἱεροσυλεῖν, καὶ τότε ἱερᾶσθαι. Ταῦτ' ἀκούων, ἀλγῶ τὴν ψυχήν, ὅτι τε ταῦτα περὶ σοῦ φράζουσι, καὶ ὅτι καὶ εἰς τὰ μυστικὰ σύμβολα παραβλάπτεσθαι τοὺς προσιόντας τῇ θείᾳ

[88] Tit. I, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(43) Pro ἐτράνου cod. Alt. legit καὶ ἐτράνει. Possin.

(44) Nota aureum præceptum interpretationis sacræ Scripturæ : ne violenta sit eamque loqui cogat, quod quis cum animo suo præsumpserit. Et confer ep. 254 hujus libri II, nec non ep. 125 et 292 lib. III, et epist. 203 lib. IV. Ritt.

(45) Τῇ ὡραιότητι. Pro his cod. Vat. 649 in contextu ponit τῇ ὀρθότητι et idipsum cod. Alt. nota marginali comprobat. Idem cod. Alt. v. seq. pro τῷ μὲν scribit τῷ τε Possin.

θρησκείᾳ νομίζουσι. Στῆθι τοίνυν καταποντίζων μὴ μόνον τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλὰς ὑπὲρ ὧν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν. Ἐννόησον γὰρ οἷ τείνει τὸ κακὸν, ὅταν οὓς (46) αὐτὸς ἐξηγόρασεν, οὐ χρυσίον, ἀλλὰ τὸ τίμιον ἑαυτοῦ αἷμα δεδωκὼς, σὺ διὰ τὸν σαυτοῦ βίον ἀπολέσῃς.

A afficior, tum quia hæc de te loquuntur, tum quia eos, qui ad divinam religionem accedunt, in mysticis symbolis detrimentum perpeti arbitrantur. Desine itaque, non modo tuam animam, sed etiam multas alias, pro quibus Christus mortem oppetiit, demergere. Cogita quonam hoc malum tendat, cum eos, quos ipse non auro, sed pretioso suo cruore donato redemit, tu per vitæ tuæ improbitatem perdis.

ΞϚ'. — ΕΠΙΦΑΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Ἐπειδὴ γέγραφας τί ἐστι τὸ ἐν τῷ ογ' ψαλμῷ γεγραμμένον, « Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάμ » (ὅπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς Ψαλτηρίοις κείμενον, ἔν τισι τῶν νέων ὡς ἀπερινόητον ἴσως οὐκ ἐνεγράφη· διὸ καί τινες νομίζουσι περιττά τινα καὶ ἀναπόδεκτα (47) ἐν ταῖς Γραφαῖς γεγράφθαι)· ἀντεπιστεῖλαι δίκαιον ᾠήθην· Χῶρος ἦν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ποταμοῖς κατάῤῥυτος, καὶ δένδροις καὶ καρποῖς κατάκομος, ζώων τε πλήθει καὶ ἰχθύων εὔθηρος. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ θεῖον νεῦμα εὔυδρον καὶ εὔδενδρον καὶ εὔθηρον αὐτὸν ὄντα, δι' ἐπιπολάζουσαν τῶν οἰκητόρων ἀσέβειαν ἐξήρανε· καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων θαυμάτων ἀνακηρύττει ὁ μελοποιός. Ἐπειδὴ δὲ οὐ χρὴ ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἀποδιδόναι μαρτυρίας (48), Ἰώσηππον παραγάγωμεν ἐν ταῖς ἀρχαιολογίαις γράφοντα· Ἦν δέ τι χωρίον ἀπὸ δύο σχοινίων Ἱεροσολύμων, ὃ καλεῖται μὲν Ἠθὰμ, παραδείσοις τε καὶ ναμάτων ἐπιῤῥοαῖς ἐπιτερπέστατον καὶ πλούσιον, ἐν ᾧ ὁ Σολομῶν συνεχῶς ἐξῄει, γυμνασθησόμενος καὶ θηράσων. Τοῦ μὲν εἶναι χῶρον τοιοῦτον, καὶ Ἰώσηππον, καὶ τὸν Μελῳδὸν, τὸν θαυμάσαντα ὅτι ἐξηράνθη, προΐσχομαι μάρτυρας (οὐ γὰρ ἂν ἐν θαύμασι τὸ ἐξηράνθαι αὐτὸν κατηρίθμει, εἰ μὴ λίαν εὔυδρος ἦν)· τοῦ δὲ ἐξηράνθαι, αὐτὸν τὸν Μελῳδόν. Ὥσπερ γὰρ χορείαν τινὰ ἀνελίττων, καὶ διὰ τῆς ὁρωμένης κτίσεως χωρῶν τῷ λόγῳ, καὶ εἰς τοῦτον τὸν χῶρον ἔφθασεν, Ἑβραίοις (ἐκεῖσε γὰρ ἐμελῴδει), ἀφ' ὧν ᾔδεσαν, τὴν ἀήττητον τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἑρμηνεύων.

LXVI. — EPIPHANIO DIACONO.

Quoniam per litteras ex me sciscitatus es quidnam significet id quod psalmo LXXIII scriptum est, « Tu siccasti fluvios Ethan » (quod quidem cum in veteribus Psalteriis situm sit, in quibusdam recentioribus codicibus, fortasse ut quod intelligi minime B posset, haudquaquam inscriptum est, eoque etiam nomine nonnulli supervacanea quædam, et quæ demonstrari nequeant, sacris Litteris contineri asserunt), idcirco rescribendum ad te duxi. Ethan igitur locus erat in Palæstina, fluviis irriguus, atque arboribus et fructibus abundans, et ob ingentem animantium ac piscium copiam ad venandum accommodus. Quoniam igitur divina voluntas irriguum hunc locum ac nemorosum atque ad venationem perquam appositum ob exuberantem incolarum improbitatem exarefecit, idcirco hoc quoque una cum aliis miraculis vates prædicat. Quoniam autem pronuntiare atque asseverare non oportet, verum testimonia afferre, Josephum in medium producamus, in *Antiquitatibus* his verbis utentem : Erat autem C locus quidam, duobus passuum millibus ab urbe Hierosolymitana dissitus, qui Ethan vocabatur, pratis et hortis, ac laticibus perquam amœnus et copiosus, ad quem Salomon, exercitationis ac venationis causa, subinde commeabat. Et quod hic locus ejusmodi esset, et Josephum, et Psalmistam, qui eum exaruisse miratus est, testes profero. Neque enim hanc exsiccationem inter miracula recensuisset, nisi aquis admodum irriguus exstitisset. Quod autem exsiccatus fuerit, ipsum Psalmistam testem adhibeo. Siquidem velut orbem quemdam et choream versans, ac per res creatas atque in oculorum sensum cadentes, sermone progrediens, ad hunc quoque locum pervenit, Hebræis (illic enim Psalmos condebat) ab iis rebus, quas cognitas et perspectas habebant, invictam Dei potentiam exponens.

ΞΖ'. — ΘΕΟΦΙΛῼ.

Ὅτι μὲν τὸ ἀμύνασθαι ἄδικον οὐκ ἔστι, συνθήσομαι· ὅτι δὲ οὐδὲ φιλόσοφον, συνθέσθαι δίκαιος ἂν εἴης. Πλὴν ἀλλ' εἰ μὲν ῥᾳδίως ἐγίνετο, καὶ ἄνευ πολλῆς περιπετείας, λόγον εἶχέ σου ὁ λόγος. Εἰ δὲ πρὸ τοῦ μέλλοντος διδόναι δίκας· ὁ ἀπαιτῶν ἑαυτὸν μυρίαις περιπείρῃ συμφοραῖς, ἄμεινον, τὸ μὴ μετὰ τὸ ἠδικῆσθαι, καὶ ἄλλων κακῶν πειραθῆναι. Εἰ δ' αἴνιγμά σοι εἶναι δοκεῖ τὸ ῥηθὲν, σαφὲς αὐτὸ ποιή-

D LXVII. — THEOPHILO.

Quod acceptam injuriam ulcisci minime injustum sit, assentiar : quod autem ne philosophicum quidem sit, concedi abs te æquum fuerit. Quanquam si id facile ac sine multis molestiis fieri posset, sermo tuus ratione aliqua niteretur. Cum autem ante eum qui pœnas daturus est, is qui eas exposcit, sexcentis seipsum calamitatibus convulneret, satius fuerit minime committere, **152** ut cum eo quod læsus

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Pro οὓς cod. Alt. recte ἃς legit; refertur enim ad ψυχάς *animas*. POSSIN.

(47) Pro eo quod edita præferunt ἀναπόδεκτα codd. Vatic. 649 et Alt. habent ἀναπόδεικτα. ID.

(48) *Οὐ χρὴ ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἀπιδιδόναι μαρτυρίας*. Et insignis hæc est sententia, consentanea perpetuæ Isidori modestiæ, nec mala videtur ista lectio Paris. ed.; multo præstat tamen, si quid ego, judico, quod est in B. C., οὐ χρὴ ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἐπιδεικνύναι, μάρτυρα Ἰώσηπον παράγω. RITT.

ipse sis, alia quoque mala experiaris. Quod si obscurum tibi ac perplexum videtur quod dictum est, id perspicuum reddere conabor. Considera enim, si quis illatam sibi injuriam ulcisci velit, quotnam acerbitates perferat. Primum furore perfunditur. Deinde ab ira interrumpitur. Primum enim ebullit affectus : deinde ad vindictæ cupiditatem exstimulatur. Tertio infinitos fluctus excitat. Quarto mille cogitationum vias ingreditur. Quinto metus subit, ac tremor, animique angor, iracundia nimirum eum interrumpente, ac metu concutiente, dum illud secum agitat quonam pacto quod cupit assequatur, acceptamque injuriam vindicet. Annon videtur tibi hujusmodi homo ante eum, qui pœnas daturus est, ipsemet pœnas dare? At qui patientiam adhibet, ab his omnibus rebus exemptus est. Ac sane merito. Nam hoc in ipsius arbitrio situm est : atque ipse totum absolvit. Ille autem aliter, non item. Verum et temporis commoditate opus est, et loco, et fraude, et versuta improbitate, et armis, et machinis, et adulatione, et servitute, et hypocrisi. Videsne quemadmodum difficilis quædam res sit vitium, facilis autem virtus? atque illud quidem tumultibus scateat, hæc autem ab omnibus perturbationibus remota sit? Ut enim vir nequam et improbus tot ac tanta perpetitur : ita probus ac virtutis studiosus tranquillitatem obtinet. Atque is quidem qui ulciscendæ injuriæ studet, infinitam inimicitiam reddit : qui autem patientia utitur, eam quam ocissime opprimit et exstinguit. Unde importunum etiam ac sævum hominem mitigat, atque ad amicitiam allicit.

A σαι πειράσομαι. Σκόπει γὰρ, εἰ θελήσειέ τις ἀμύνασθαι, πόσα ὑπομένει δεινά (49). Πρῶτον πληροῦται θυμοῦ (50), δεύτερον διακόπτεται ὑπὸ ὀργῆς. Πρῶτον γὰρ ἀναθυμιᾶται τὸ πάθος, εἶτα ὀργᾷ, καὶ ἐπιθυμεῖ τῆς ἀμύνης. Τρίτον μυρία κύματα κινεῖ. Τέταρτον, λογισμῶν ὁδοὺς ἔρχεται μυρίας. Πέμπτον, δέος ἔπεισι καὶ τρόμος καὶ ἀγωνία, τοῦ θυμοῦ διακόπτοντος, τοῦ φόβου κατασείοντος, πῶς ἐπιτύχῃ, πῶς ἐπεξέλθῃ. Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι ὁ τοιοῦτος πρὸ τοῦ μέλλοντος δίκας διδόναι, δίκας ἀπαιτεῖσθαι; Ὁ δὲ φιλοσοφῶν, ἀπήλλακται. Καὶ μάλα εἰκότως. Τούτου γὰρ κύριός ἐστι, καὶ τὸ πᾶν ἀπήρτισεν (51). Ἐκεῖνος δὲ οὐκέτι, ἀλλὰ καὶ καιροῦ χρεία καὶ τόπου, καὶ δόλου, καὶ κακουργίας, ὅπλων τε καὶ μηχανημάτων, κολακείας τε καὶ δουλείας, καὶ ὑπο-

B κρίσεως. Ὁρᾷς πῶς δύσκολον μὲν ἡ κακία, εὔκολον δ' ἡ ἀρετή (52); πῶς ἡ μὲν θορύβων γέμει, ἡ δ' ἀτάραχός ἐστιν; Ὥσπερ γὰρ ὁ πονηρὸς τοσαῦτα πάσχει, οὕτως ὁ φιλάρετος γαλήνης ἀπολαύει. Καὶ ὁ μὲν ἀμυνόμενος ἀπέραντον κατασκευάζει τὴν ἔχθραν, ὁ δὲ φιλοσοφήσας ταχίστην (53) ἐπάγει τὴν τελευτήν. Διὸ καὶ τὸν ἠλίθιον ἐξημεροῖ, καὶ εἰς φιλίαν ἐκκαλεῖται.

LXVIII. — TIMOTHEO LECTORI.

Amplissimum, et tibi ipsi, et mihi beneficium dederis, si teipso melior fias, atque ad ipsum virtutis fastigium ascendas, a fluxis et fragilibus bonis, imo ne bonis quidem, ad vera et stabilia bona transiens.

ΞΗ'. — ΤΙΜΟΘΕῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

C Μεγίστην καὶ σαυτῷ κἀμοὶ δοίης ἂν χάριν, εἰ ἀμείνων σαυτοῦ γένοιο, καὶ εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἀναδράμοις, ἀπὸ τῶν ῥεόντων, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὄντων ἀγαθῶν, ἐπὶ τὰ ὄντα καὶ μένοντα διαβαίνων.

LXIX. — ATHANASIO.

Antistites quosdam novi, ac fortasse vos quoque, qui cum intemperantes ipsi atque in sumptibus profusi sint, tamen propterea quod graves iis qui peccant pœnas constituunt, subditos coercent atque in officio continent. Alios contra, qui cum in victus ratione temperantes ac moderati sint, iis tamen, quas ipsi in imperio ac potestate tenent, vitiosis affectionibus, eos, quibus præsunt, totos inficiunt, quod videlicet in peccantes haudquaquam animadvertant, verum immodicam lenitatem præ se ferant. Peccant autem utrique : illi nimirum, ut

ΞΘ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ (54).

Οἶδά τινας τῶν ἡγουμένων, ἴσως δὲ καὶ ὑμεῖς, οἵτινες ἀκόλαστοι ὄντες καὶ πολυτελεῖς, τῷ μεγάλας τοῖς πταίουσιν ὁρίζειν τὰς τιμωρίας σωφρονίζοντας τοὺς ὑπηκόους· ἄλλους δὲ κεκολασμένην μὲν καὶ σώφρονα δίαιταν ἔχοντας· ὧν δ' αὐτοὶ κρατοῦσι παθῶν ἐμπιπλῶντας τοὺς ἀρχομένους, τῷ μὴ ἐπεξιέναι, ἀλλὰ πρᾳότητα πέρα τοῦ μέτρου ἐπιδείκνυσθαι. Ὡς ἁμαρτάνειν τοὺς μὲν χείρους

D ὄντας τῶν ἰδίων νόμων· τοὺς δὲ, χείρονας ἀπεργαζομένους τοὺς ὑποτεταγμένους. Δρᾷν γὰρ διδάσκουσιν αὐτοὺς, ἃ αὐτοὶ δρᾷν οὐκ ἀξιοῦσι· καὶ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(49) Pro δεινὰ codd. Vat. 649 et Alt. ponunt κακά. Possin.

(50) Cum hoc loco utiliter conferes præclaram hominis irati hypotyposin, quæ exstat apud Joann. Chrysostomum initio orat. 6 contra Judæos. Ritt.

(51) Ἀπήρτησεν scribunt codd. Vat. et Alt., non ἀπήρτισεν. Pro eo quod sequitur, ἐκεῖνος, cod. Alt. aliam lectionem in margine suggerit, ἐκείνου. Poss.

(52) Hoc παράδοξον in vulgus et in speciem etiam alias tractat Isidorus noster, ut ep. 147 et 240 hoc eod. lib. II. Et eloquentissimus Lud. Granatensis aliquot locis suarum concionum itemque Chrysostomus : necnon Leo Magnus cum alibi, tum serm. 8, De jejunio septimi mensis. « Non sinit ratio, inquit, ut in cordibus non usquequaque captivis ita placeat satiata ira, ut remissa vindicta : aut tantum generent gaudium mala quæsita de alieno, quantum bona expensa de proprio. » Id.

(53) Ad explendum hunc hiatum cod. Alt. in margine offert vocem φιλόσοφος. Possin.

(54) Titulo hujus ep. codd. Vat. 649 et Alt. post Ἀθανασίῳ addunt, βοηθῷ, Ἥρωνι, ut videantur velle hanc ep. tribus scriptam; pluribus primus versus indicat, dum quibus scribit pluraliter compellat, ὑμεῖς οἵτινες ἀκόλαστοι ὄντες, etc. Id.

τρυφᾷν τρυφῆς πόῤῥω καθεστηκότες· καὶ γεωργεῖν τὰς ἀλλοτρίας συμφορὰς, ἃς αὐτοὶ ἐπανορθοῦνται. Χρὴ τοιγαροῦν ἐκείνοις μὲν παραινεῖν, ἐμμένειν τοῖς οἰκείοις λόγοις, καὶ μὴ τἀναντία πράττειν, τούτοις δὲ διὰ τοῦ μὴ πᾶσι συγχωρεῖν ἃ βούλονται, προαναστέλλειν τὰ πλημμελήματα. Χρὴ γὰρ συγγνώμην μὲν νέμειν τοῖς διὰ χρηστότητος ὠφελουμένοις, ἐπιτιμᾷν δὲ τοῖς δι' αὐτῆς βλαπτομένοις.

A qui legibus suis deteriores sint; hi autem, quod subditos suos pejores reddant. Nam eos hæc facere docent, quæ ipsi facere nolunt, et luxui ac deliciis indulgere, cum ipsi a luxu abhorreant: et messem ex alienis calamitatibus facere, **153** quas ipsi levant et corrigunt. Quamobrem et illi monendi sunt, ut sermonibus suis immaneant, nec, quæ cum iis pugnent, faciant; et isti, ut, non omnibus quæ velint concedendo, flagitia reprimant. Oportet enim iis quidem veniam tribuere, qui benignitate meliores fiunt; eos autem, quibus facilitas et clementia detrimentum affert, objurgare atque castigare.

Ο'. — ΕΠΙΜΑΧΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Οἶμαι μὴ ἁπλῶς τὰ χαρίσματα δίδοσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν προπαρασκευὴν τῆς διανοίας τῶν δεχομένων (55). Καὶ, εἰ δοκεῖ, τὰ κατὰ Μωσέα τὸν ἱεροφάντην σκοπήσωμεν. Ἐκεῖνος γὰρ, ἐπειδὴ τὸν μὲν ἀδικοῦντα Αἰγύπτιον ἠμύνατο, τοὺς δ' ὁμοφύλους διαμαχομένους εἰς φιλίαν συνήλλαξεν, ἐχειροτονήθη παρὰ τοῦ Θεοῦ, τῶν μὲν Αἰγυπτίων κολαστὴς, τῶν δ' ὁμοφύλων νομοθέτης.

LXX. — EPIMACHO LECTORI.

Divina beneficia non simpliciter ac citra ullam causam dari existimo, verum prout iis qui ea excipiunt, animos suos ante præpararint. Ac, si placet, illum sacrorum antistitem Mosem consideremus. B Ille enim, quoniam Ægyptium, qui injuriam inferebat, ultus est, ac rursum populares suos inter se rixantes ad amicitiam compulit, idcirco a Deo, Ægyptiorum quidem excruciator, popularium autem suorum legislator, institutus est.

ΟΑ'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἐπειδὴ γέγραφας ὅτι Εὐσέβιος ὁ ἐπίσκοπος, οὐ τῷ ἀποστῆναι τῶν συγγνώμης μειζόνων πταισμάτων γνωσιμαχεῖ, ἀλλὰ τῷ δοκεῖν (56) ἀπολογεῖσθαι, ἀναισχυντεῖ φάσκων· Τίνος ὢν ἐνδεὴς ἐπίπρασκον τὰς χειροτονίας; ὧν γὰρ εὔξαιτ' ἂν ἕκαστος, εἰ μὴ καὶ ὑπὲρ εὐχὴν, ἀπολαύω καὶ δόξης καὶ τιμῆς· παρών τις φίλων τῶν μισοπονηρίας ἕνεκεν διαβοήτων, ἔφη· Ὅτι μὲν τῆς ἐπισκοπῆς ἡ λειτουργία, ἧς παρὰ τὴν ἀξίαν ἀπέλαυσε, πάντων ἐστὶ τῶν ἀνθρώποις εὐκταίων ὅρος, οἶδα καὶ σύμφημι. Τοῖς δὲ πρὸς κακίαν ῥέπουσι, καὶ λήμματος ἡττωμένοις, οὐδέν ἐστιν αὔταρκες. Οὐδ' ἂν ἐγίνοντο ἐκ τῶν ἡγεμόνων τινὲς μοχθηροὶ καὶ κακοῦργοι, εἰ τοῖς ὑπάρχουσιν ἠρκοῦντο, καὶ συμμετρεῖσθαι τὰς εὐημερίας ᾔδεσαν. Ἀλλ' οἶμαι πολλάκις γίνεσθαι καὶ πλείους ἀπὸ τούτων, ἢ τῶν καταδεεστέρων. Ὅσῳ γὰρ καὶ ἐπηρμένοι παρὰ τοὺς ἄλλους εἰσὶ, καὶ φλεγμαίνουσι τῷ τύφῳ, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς φρονεῖν ἀξιοῦσι, καὶ τὸ συμβουλεύεσθαι ὕβριν ἡγοῦνται· τοσούτῳ καὶ αὐθάδεια, καὶ ἐπιθυμία πλειόνων, καὶ θάρσος τοῦ μηδ' ἂν ἁλῶσι δίκην ὑφέξειν, αὐτοῖς εἰσέρχεται. Γνωσιμαχείτω τοιγαροῦν, καὶ μὴ δοκείτω ἀπιθάνῳ ἀπολογεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἀπολύεται τὰ ἐγκλήματα, ἀλλὰ καὶ γέλωτα προσοφλισκάνει.

LXXI. — LAMPETIO EPISCOPO.

Quoniam ex litteris tuis intellexi, Eusebium episcopum, non a criminibus omni venia gravioribus abstinendo rectius sibi consulere, verum, quod defensionem aliquam habere se putet, impudenter his verbis uti: Cujusnam rei penuria laboro, ut sacras ordinationes vendam? quæ enim quisque optare queat, ne dicam quæ vota superant, his fruor, hoc est, gloria et honore: audi quid amicus quidam, C ob improborum odium clarus ac celebris, qui tum aderat, locutus sit: Quod quidem episcopatus munus, quod indigne consecutum est, eorum omnium quæ inter homines exoptantur, velut extrema meta sit, scio atque assentior. At iis, qui ad vitium propensi quæstuique addicti sunt, nihil satis est. Neque ex præfectis et antistitibus improbi ac facinorosi ulli essent, si iis, quæ præsto habent, contenti essent, ac rebus suis secundis moderari scirent. Verum plures ex istis, quam ex inferiori hominum gradu, improbos persæpe fieri puto. Nam quo aliis sublimiores et excelsiores sunt, fastuque inturgescunt, ac supra vulgus sentire volunt, eo etiam magis arrogantia, et plurium rerum cupiditas, et fiducia, qua, ne si in scelere quidem deprehensi fuerint, D pœnam daturos se esse confidunt, in eorum animos ingreditur. Resipiscat igitur, nec insulso cuidam aliquid, quod ad se purgandum faciat, afferre videatur. Neque enim crimina diluit: verum ridiculum insuper se præbet.

ΟΒ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Μάλιστα μὲν οὐδὲ φύσιν, οὐδ' οὐσίαν οὐσίᾳ, ἀλλὰ

LXXII. — STRATEGIO MONACHO.

Maxime quidem nec naturam, nec substantiam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(55) *Τὰ χαρίσματα τῶν δεχομένων*. Eadem alibi quoque est Isidori sententia, et Greg. Nazianzeni, et aliorum. Sic Asterius in expositione parabolæ de filio prodigo apud Photium in *Biblioth.*, pag. 817: Ἴσον μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ· ἡ δὲ τῶν λαμβανόντων κατὰ τὴν σπουδὴν ἑκάστου διαφορὰ, ἐκείνη καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον αὐτὸ ποιεῖ, ἢ καὶ ὅλως σπαθίζει καὶ ἐκδαπανᾷ, etc. Ritt.

(56) Pro ἀλλὰ τῷ δοκεῖν cod. Vat. 649 habet, ἀλλὰ τῶν δοκεῖν. Vers. e regione τοῦ ἐνδεὴς in marg. cod. Alt. notat, ἐπιδεής. Versu post 2, 4 pro εἰ μὴ cod. Vat. 649 legit εἰμί. Vers. seq. pro τις φίλων cod. Alt. habet τις φίλος. Possin.

substantiæ, sed qualitatem qualitati (quæ, ut philosophorum verbis utar, hanc naturam habet, ut accedere ac recedere possit : nam substantiam qualitatis vehiculum esse statuunt : quæ nisi exsistat, qualitatem minime exsistere posse asserunt) comparavit Scriptura, his verbis utens : « An mutabit Æthiops pellem suam, et pardus varietates suas? 154 Et quonam pacto vos poteritis benefacere cum mala didiceritis [99]? » Verum, ne quid de his rebus subtilius discutiamus, illud ipsum dictum, quod proferunt, eam vim habere, ut quod ab ipsis astruitur, evertat, planum facere aggrediar. Per id enim quod dixit, « cum didiceritis mala, » dogma illud, quod irrefutabile esse arbitrantur, subvertit. Quonam enim pacto si hoc a natura insitum haberent, ut mala nossent, diceret propheta « cum didiceritis mala? » Quod si didicerunt, dediscere quoque profecto poterunt. Atque ad eumdem modum alia etiam omnia, quæ imperitis hominibus astipulari videntur, obterentur. Quanquam enim animalis homo non percipiat quæ sunt Spiritus [1] : at percipere poterit. Eodemque modo quanquam arbor mala fructum bonum ferre nequit [2] : at ferre poterit. Neque enim idem sunt non posse, et potestatem habiturum non esse : verum illud præsens tempus significat, in quo ignavus est ignavus; hoc autem futurum, in quo fieri potest ut qui paulo ante improbus erat, probus efficiatur. Atque hoc cum res ipsæ clamant, mutationem singulis diebus subeuntes : et Scripturæ ipsæ confirmant. Quonam enim modo David lapsus sese erexit? Quonam modo Paulus, cum persecutor esset, hanc culpam sarcivit, atque ejus, quem insectatus fuerat, præco institutus est? Quonam pacto, Petrus, posteaquam Christum abjuravit, hujusmodi labem abstersit? Quonam pacto oleaster in bonam olivam insertus est? Quonam pacto Ninivitæ salutem consecuti sunt? Quonam pacto latro in paradisum missus est? Cognita igitur præeuntis divini auxilii facultate, quisquis vult, et laborat, atque omnia movet (neque enim nuda voluntas sufficit) tum addiscit, tum fructum edit, tum salutem assequitur. Quocirca ea omnia, quæ tuarum partium sunt, quæque ad peccantium correctionem pertinent, effice.

A ποιότητα ποιότητι (ἥπερ κατὰ τὸν τῶν φιλοσόφων λόγον πέφυκε καὶ συμβαίνειν καὶ ἀποσυμβαίνειν. Ὄχημα γὰρ εἶναι τὴν οὐσίαν τῆς ποιότητος ὁρίζονται, ἧς μὴ ὑπαρχούσης, ἀνύπαρκτον εἶναι τὴν ποιότητά φασι) παρέβαλεν ἡ Γραφὴ, λέγουσα· « Εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς; Καὶ πῶς ὑμεῖς δυνήσεσθε εὖ ποιεῖν, μεμαθηκότες τὰ κακά; » Πλὴν ἵνα μηδὲ περὶ τούτων ἀκριβολογήσωμεν, αὐτὴν τὴν ῥῆσιν, ἣν προφέρουσιν, ἀνατρεπτικὴν οὖσαν τῶν παρ' αὐτῶν κατασκευαζομένων, ἐπιδεῖξαι πειράσομαι. Τῷ γὰρ εἰπεῖν, « Μεμαθηκότες τὰ κακὰ, » τὸ δόγμα, ὃ δοκοῦσιν ἀναντίῤῥητον εἶναι, ἀνατρέπουσι. Πῶς γὰρ, εἰ ἐκ φύσεως εἶχον τὸ εἰδέναι τὰ κακὰ, ἔφασκε τὸ, « Μεμαθηκότες τὰ κακά; » Εἰ δὲ μεμαθήκεσαν, καὶ ἀπομαθεῖν δυνήσονται. B Οὕτω καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ δοκοῦντα τοῖς ἀπαιδεύτοις συμπράττειν, ἀνατραπήσεται. Εἰ γὰρ καὶ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δύναται δέξασθαι τὰ τοῦ Πνεύματος (57), ἀλλὰ δυνήσεται. Καὶ εἰ δένδρον πονηρὸν οὐ δύναται ποιεῖν καρπὸν καλὸν, ἀλλὰ δυνήσεται. Οὐ γὰρ ταυτὸν τὸ μὴ δύνασθαι τῷ μὴ δυνήσεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν τὸν ἐνεστῶτα μηνύει χρόνον, καθ' ὃν ὁ ῥᾴθυμος, ῥᾴθυμός ἐστι· τὸ δὲ τὸν μέλλοντα, καθ' ὃν ἐνδέχεται τὸν πρώην φαῦλον, σπουδαῖον γενήσεσθαι. Καὶ βοᾷ μὲν τοῦτο τὰ πράγματα, καθ' ἑκάστην ἀμειβόμενα τὴν ἡμέραν· ἐγγυῶνται δὲ καὶ αἱ Γραφαί. Πῶς γὰρ ὁ Μελῳδὸς πεσὼν ἀνέστη; Πῶς δὲ ὁ Παῦλος διώκτης ὢν ἀνεμαχέσατο, καὶ κήρυξ τοῦ διωχθέντος κατέστη; Πῶς C δὲ Πέτρος ἀρνησάμενος ἀπετρίψατο τὴν κηλῖδα; Πῶς δὲ ἡ ἀγριέλαιος εἰς τὴν καλλιέλαιον ἐνεκεντρίσθη; Πῶς οἱ Νινευῖται ἐσώθησαν; Πῶς δ' ὁ λῃστὴς εἰς τὸν παράδεισον ἐπέμφθη; Μαθὼν τοίνυν ὅτι τῆς ἄνωθεν προηγουμένης ῥοπῆς, ὁ βουλόμενος καὶ πονῶν καὶ πάντα κινῶν (οὐ γὰρ ἀρκεῖ ψιλὸν τὸ θέλειν [58],) καὶ μανθάνει, καὶ καρποφορεῖ, καὶ σώζεται· πάντα τὰ παρὰ σαυτοῦ ποίει, τὰ πρὸς τὴν τῶν πταιόντων διόρθωσιν βλέποντα.

LXXIII. — PAULO PRESBYTERO.

Sacrarum Scripturarum lectionem salutis viaticum esse existima, ut quæ, eorum, qui eam studiose ac diligenter audiunt, probitatis amorem ac virile robur præclaris et illustribus exemplis pascat.

D ΟΓ'. — ΠΑΥΛῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ἐφόδιον ἡγοῦ τῆς σωτηρίας, τρέφουσαν παραδείγμασιν εὐδοκίμοις τὸ φιλόκαλον καὶ ἀνδρῶδες τῶν μετὰ σπουδῆς ἀκροωμένων

LXXIV. — HERACLIDÆ EPISCOPO.

Cum regiam dignitatem obtinente Ezechia Barbarus Persiam universam ducens, Hierosolymam

ΟΔ'. — ΗΡΑΚΛΕΙΔΗ͂ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὅτε Ἐζεχίου βασιλεύοντος, πᾶσαν τὴν Περσίδα ἄγων ἐπῆλθε τῇ Ἱερουσαλὴμ ὁ βάρβαρος (59), καὶ

[99] Jerem. XIII, 23. [1] I Cor. II, 14. [2] Matth. VII, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(57) *Εἰ γὰρ καὶ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δύναται.* Huic geminus est locus alius apud Isidorum nostrum epist. 81 libri IV. RITT.

(58) *Οὐ γὰρ ἀρκεῖ ψιλὸν τὸ θέλειν.* Similiter veterum quidam apud Suidam : Οὐκ ἀρκεῖ ἀγαθοθέλεια μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥώμης δεῖ καὶ ἐπιστρεφείας. Cui similia multa sunt apud Chrysostomum. ID.

(59) *Πᾶσα τὴν Περσίδα ὁ Βάρβαρος.* Barbarum dicit Sennacherib, Assyriorum regem, de cujus interitu agit infra epist. ult. lib. IV. Persidem vero alias quoque pro Assyria posuit. ID.

τρόπαιον ἔστη θαυμαστὸν, καὶ θεῖον, καὶ τῶν πώποτε A γενομένων ἐπισημότερον· τότε δὴ φυσηθέντι τῷ Ἐζεκίᾳ, καὶ ὑπὸ τῆς χαρᾶς μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον φρονήσαντι, ἐπετέθη ὁ τῆς ἀῤῥωστίας χαλινὸς, τὸ φρόνημα αὐτοῦ καταστέλλων, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ἐλέγχων φύσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς χαρᾶς ἐγγενομένην τῇ ψυχῇ νόσον ἰώμενος. Ὅτι γὰρ ὑπὸ χαρᾶς μᾶλλον αἴρονται αἱ ψυχαὶ, ἔδειξαν οἱ Ἰουδαῖοι. Ὅτε γὰρ ἀπηλλάγησαν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ εἶδον τὸν βυθὸν τάφον αὐτῶν γεγενημένον, τότε εἰς εἰδωλολατρίαν ἐτράπησαν. Διαβάντες γὰρ τὴν θάλασσαν, καὶ μηδὲν κινδυνῶδες ὑπομείναντες, ἐλθόντες εἰς τὴν γῆν ἐναυάγησαν. Ὅπερ Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαίων στρατηγὸς ἄριστα συνιδὼν, Λακεδαιμονίους νικήσας, καὶ τρόπαιον κατ' αὐτῶν στήσας, τῇ ἑξῆς ὤφθη τοῖς φίλοις κατηφὴς καὶ στυγνός. Τῶν δὲ ἐρωτησάντων B μήτι λυπηρὸν συνέβη, Οὐχὶ, φησὶν, ἀλλ' ἐχθὲς ᾐσθόμην ἐμαυτοῦ, μεῖζον ἢ καλῶς ἔχει φρονήσαντος. Διὸ σήμερον κολάζω τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς. Μὴ τοίνυν μηδ' αὐτὸς ἄλυε, εἰ τοῖς τῆς ψυχῆς κομῶν ἀγαθοῖς, ταῖς τοῦ σώματος δαμάζῃ ἀῤῥωστίαις· ἀλλ' ἐννόει ὅτι σοι τοῦτο, ἢ στεφάνους ὠδίνει, ἢ τὸ φρόνημα καταστέλλει.

aggressus fuisset, rexque admirandum ac divinum, atque omnium, quæ unquam contigerant, illustrissimum tropæum erexisset, tum vero ipsi ex hoc successu tumore affecto, ac præ lætitia sublimius de se, quam hominis conditio postularet, sentienti, adversæ valetudinis frenum injectum est, ut altos ipsius spiritus deprimeret, humanæque naturæ fragilitatem coargueret, animique morbo ex lætitia contracto mederetur. **155** Nam quod mortalium animi gaudio magis efferri soleant, ostenderunt Judæi. Posteaquam enim Ægyptii defuncti sunt, eosque mare pro sepulcro habere conspexerunt [a]; tum vero ad idolorum cultum sese converterunt [b]. Nam cum mare transissent, nec periculi quidquam subissent, ubi terram attigerunt, naufragium pertulerunt. Quod quidem Thebanorum imperator Epaminondas optime perspiciens, parta de Lacedæmoniis victoria, statutoque tropæo, postridie tristem se ac mœstum amicis ostendit. Iis autem percunctantibus ecquid molesti accidisset : Minime, inquit; verum hesterno die altiores, quam par esset, spiritus gessisse me sensi. Ac proinde hodie immoderatam hanc voluptatem coerceo. Quocirca ne tu quoque mœrore consterneris, si cum animi bonis abundes, corporis morbis edomeris. Verum illud tibi in mentem veniat, hanc rem, vel coronas tibi parturire, vel arrogantiam reprimere.

ΟΕ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Μεγάλα μέν σου τὰ τῆς νεότητος, ὥς φασι, πλημμελήματα. Πῶς γὰρ οὔ; Τὰ δὲ τοῦ γήρως ὑπερβολὴν οὐκ ἔχει. Τὸ γὰρ ἐν γήρᾳ τοὺς νέους τοὺς ἐπ' C ἀσελγείᾳ βεβοημένους ἀποκρύπτειν, ἅπασαν ὑπερβάλλει ἀτοπίαν. Καὶ δῆλος εἶ τὰ Ἐπικούρου νοσῶν, καὶ τὴν γνώμην κατέχειν μὴ δυνάμενος, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων τὰ ἐκείνου δόγματα βεβαιῶν. Εἶργε τοίνυν, εἶργε σαυτὸν τοῦ θείου θυσιαστηρίου, μή ποτε σκηπτὸς κατὰ τῆς σῆς χωρήσειε κεφαλῆς.

LXXV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Magna quidem, ut aiunt, ætatis tuæ juvenilis flagitia fuerunt. Quidni enim? At senectutis crimina tanta sunt, ut ad eorum magnitudinem nihil possit accedere. Etenim in senectute juvenes eos, quorum ob libidinem ac petulantiam celebre nomen est, obscurare, omnem absurditatem superat. Ac plane constat te Epicuri morbo laborare, nec, quid animi habeas, premere ac continere posse, verum ipsius dogmata per opera confirmare. Quamobrem interdic, interdic, inquam, tibi ipsi divino altari, ne forte in tuum caput fulmen grassetur.

ΟϚ'. — ΠΑΜΠΡΕΠΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ, « Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. »

Οὐκ ἔστιν, ὦ φίλη κεφαλὴ, μηχανὴν εὑρεῖν, δι' ἧς ἄν τις γένοιτο συμφορῶν ἐλεύθερος. Ἀλλὰ θᾶττον ἄν τις ἐν μεγίστῳ κλύδωνι κυβερνήτου καὶ οἰάκων χωρὶς διασωθείη, ἢ τὸν κλύδωνα τοῦ βίου τούτου D διαφύγοι, πειρασμῷ μὴ περιπεσών. Εἰ γὰρ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, πῶς ἔστιν ἐν τῷ πειρατηρίῳ ὄντας μὴ πειράζεσθαι; Τὸ γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον, « Γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, » τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ᾐνίξατο. Εἰ γὰρ τοῦτο (60),

LXXVI. — PAMPREPIO DIACONO.

In illud, « Vigilate et orate, ne intretis in tentationem [c]. »

Nulla, o amice, ratio inveniri potest, per quam quispiam a calamitatibus liber atque immunis sit. Verum citius quispiam in maxima tempestate citra gubernatoris et clavi opem salutem consequeretur, quam hujus vitæ procellas, nullius tentationis periculo facto, effugeret. Nam cum tentatio sit vita hominis super terram [d], qui fieri potest, ut qui in tentationis loco sit, minime tentetur? Nam quod a Salvatore dictum est : « Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem, » perinde est ac si dixisset,

[a] Exod. XIV, 21 seqq. [b] Exod. XXXII, 1 seqq. [c] Matth. XXVI, 41. [d] Job VII, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(60) Locus miserabiliter corruptus et mutilus, ubi propterea editor tres asteriscos sparsit hiatuum indices. Habe, lector, hic illum perfecte restitutum in primigeniam integritatem ex codd. Vatic. 649 et Alt. Post illa verba μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν dele quæ sequuntur usque ad εἰ γὰρ τοῦτο, et vice deletorum hæc pone, μηνύει, τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ πειρασμοῦ, καὶ ἡττηθῆναι· τὸ γὰρ περιγενέσθαι, καὶ ἀοίδιμον καὶ εὐκλεές. Τῷ γὰρ μὴ εἰπεῖν, ἐμπεσεῖν, ἀλλ' εἰσελθεῖν, τὸ μὴ καταποθῆναι

ne ab ea opprimamini. Nam si his verbis (quemadmodum aliis placet) hoc intellexit Salvator, ne ullo modo in tentationem prolabamur, rationi parum consentaneum hoc esset,' cum et prophetæ, et apostoli, et ii viri, qui virtute maxime excelluerunt, in multas et maximas tentationes inciderint : verum, in tentationem quidem non incidere, fortasse impossibile est : ei autem minime succumbere, possibile. Ac vulgus quidem mortalium imperitia obrutum, ita in calamitatibus afficitur, ut eorum animi consolationem omnem respuant. **156** Qui autem prudenti judicio gubernantur, eas propulsant non modo fortiter ferendo, sed etiam coronas animo et cogitatione versando.

A ὅπερ ἄλλοι νομίζουσιν, ἔφη ὁ Σωτήρ, τῷ μηδαμῶς πειρασμῷ περιπεσεῖν, οὐκ ἂν ἔχοι λόγον καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μάλιστα εὐδοκιμηκότων ἀνδρῶν πολλοῖς καὶ μεγίστοις περιπεπτωκότων. Ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ περιπεσεῖν, ἴσως ἀδύνατον, τὸ δὲ μὴ ἡττηθῆναι, δυνατόν. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίᾳ βεβαπτισμένοι πρὸς τὰς συμφορὰς ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπαραμυθήτους· οἱ δὲ λογισμῷ σώφρονι κυβερνώμενοι, ἀπωθοῦνται ταύτας, οὐ τῷ γενναίως ἐνεγκεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ στεφάνους ὀνειροπολεῖν.

LXXVII. — EULOGIO LECTORI.

Ex his quæ circa mortem regis Achab contigerunt [7], admirari licet, quemadmodum ne prædictum quidem fatum effugi possit. Animos enim humanos callide subit, spe læta iis blandiens, eosque illuc circumducit, ubi eos certo superabit.

ΟΖ'. — ΕΥΛΟΓΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

B Ἐκ τῶν περὶ τὸν θάνατον τῷ βασιλεῖ Ἀχαὰμ συμβεβηκότων ἔστι θαυμάσαι, πῶς τὸ χρεὼν (61) οὐδὲ προμηνυόμενον διαφυγεῖν οἷόν τε. Ὑπέρχεται γὰρ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἐλπίσι θωπεῦον χρησταῖς, καὶ περιάγει αὐτὰς ἐκεῖσε, ὅθεν αὐτῶν βεβαίως κρατήσει καὶ περιέσται.

LXXVIII. — CHRYSÆ CLARISSIMO.

Etiamsi hac liberalitate in propinquos ac necessarios tuos usus fuisses, ne sic quidem parvæ laudis esset, bona tua cum iis, qui genere tecum conjuncti essent, communia habere, sed tamen illud fortasse aliquid ex munificentiæ laude detraxisset, quod naturæ quoque necessitas accedere videretur. Nunc autem, præcisa illa causa (nam hominis defuncti filii, quos tu beneficio affecisti, ne tibi quidem noti erant, nisi eos calamitas commendasset), mens plane laudem gloriamque sibi vindicat.

ΟΗ'. — ΧΡΥΣῌ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Εἰ καὶ περὶ τοὺς οἰκείους τὴν μεγαλοψυχίαν ταύτην ἐπεδείξατο ἡ σὴ μεγαλόνοια, ἦν μὲν ἂν οὐδ' οὕτω μικρὸν, κοινὰ τὰ ὄντα τῷ γένει κεκτῆσθαι. Ἀφῄρει δ' ἄν τι τῆς φιλοτιμίας ἴσως, τὸ δοκεῖν ἀνάγκην τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως προσεῖναι. Νῦν δὲ τῆς ἐκεῖθεν αἰτίας περικεκομμένης (οἱ γὰρ υἱεῖς τοῦ τεθνεῶτος, οἱ καὶ εὐεργετηθέντες, οὐδ' ἐγνωρίζοντό σοι, εἰ μὴ C συμφορὰ αὐτοὺς συνέστησεν), ἡ γνώμη καθαρῶς εὐδοκιμεῖ.

LXXIX. — LAMPETIO EPISCOPO.

Superbiæ te arcesso, quoniam Zosimo presbytero obvius factus, ut audio, ipsius morbis, velut adhibitis quibusdam fomentis, minime mederis : verum Hippocrati morem gerens, ut incurabili morbo laboranti manum haudquaquam admoves. Quamvis enim in corporibus verum hoc esse quidam existiment (etsi alioqui persæpe falsum inventum est : complures enim medici, admota manu, iis, qui incurabili morbo affecti esse videbantur, rem ex sententia gesserunt), in animis tamen hoc magis adhuc falsum esse reperitur. Nonnullos enim

ΟΘ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Γράφομαί σε γραφὴν ὑπεροψίας (62), ὅτι Ζωσίμῳ περιτυγχάνων, ὡς μανθάνω, τῷ πρεσβυτέρῳ, οὐ καταντλεῖς (63) αὐτοῦ τὰ πάθη, ἀλλ' Ἱπποκράτει πεισθεὶς, ὡς κεκρατημένῳ οὐκ ἐγχειρεῖς. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τοῦτ' ἔδοξέ τισιν ἀληθὲς (καίτοι πολλάκις ἐλεγχθέν· ἐγχειρήσαντες γὰρ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν τοῖς κεκρατημένοις κατώρθωσαν), ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τῶν ψυχῶν πλέον ἐλέγχεται. Οἴδαμεν γάρ τινας ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας εἰς αὐτὴν ἀναβεβηκότας τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφήν. Τὰ μὲν γὰρ σώματα τῇ D τῆς φύσεως ἀνάγκῃ δέδοται. Αἱ δὲ ψυχαὶ τῇ τῆς

[7] III Reg. XXII, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ὑπ' αὐτοῦ ἤρξατο. Εἰ γὰρ τοῦτο, etc. Inde post ὅπερ asteriscum tolle, et refinge interpretationem accommodate ad supplementum hoc aut simili modo : *Non intretis in tentationem, significat, non absorberi ab ipsa tentatione et ei succumbere ; nam superare, laude dignum et gloriosum est. Quod enim non deprecatur ne incidamus, sed ne ingrediamur in tentationem (ingressus enim emphasim* inducas *habet) hoc ipso indicat nos petere ne ab ipsa absorbeamur*, etc. Possin.

(61) *Τὸ χρεών*. Factum seu fatalis necessitas, ut in versibus Babriæ, quos in *Etymolog. Magno* reperi.

ἅ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι γενναίως,
καὶ μὴ σοφίζου· τὸ χρεὼν γὰρ οὐ φεύξεις.

et ita verti eodem carminis genere :

Fer fortiter quidquid tibi feret fatum :
Nec tergiversare, haud enim effugis fatum. Ritt.

Confer. ep. 184 libri IV.

(62) *Γράφομαί σε γραφὴν ὑπεροψίας*. Bill. *superbiæ te arcesso*. Malim, *neglecti officii dicam tibi scribo*. Id.

(63) Pro καταντλεῖς cod. Alt. legit καταντλᾷς. In fine seq. vers. 2 post ἀληθὲς adde εἶναι, suffragio codicum amborum Vatic. 649 et Alt. Possin.

προαιρέσεως ἐξουσίᾳ τετίμηνται. Ὅσον τοίνυν εὐκολώτερον προαίρεσις φύσεως, τοσοῦτον εὐχερέστερον, τὸ ἀνενεγκεῖν τὴν ψυχήν. Μηδὲν τοίνυν ἀπογινώσκων, πειρῶ αὐτὸν κατευθύνειν. Οὐ μικρὰ ἔσται σοι εὔκλεια παρὰ τῷ Θεῷ, εἴτ' ἀνύσεις, εἴτε καὶ μή· τὸ γὰρ ἑαυτοῦ πᾶν πληρώσεις. Ὡς πάντως τοίνυν εὐδοκιμήσων, εἰ προτρέψοιο αὐτὸν ἀνενεγκεῖν, οὕτω διάκεισο, καὶ μήτε νύκτωρ, μήτε μεθ' ἡμέραν, αὕτη ἀπολειπέτω σε ἡ φροντίς. Τάχα καὶ αὐτός που σωθείη, καὶ οἱ σκανδαλιζόμενοι διορθωθεῖεν, καὶ οἱ κωμῳδοῦντες αὐτὸν ἐπιστομισθεῖεν, καὶ σὺ ἀθανάτου εὐκλείας ἐπιτύχοις.

A novimus, qui ex profundo vitii gurgite ad ipsam virtutis arcem ascenderint. Corpora quippe naturæ necessitate, tanquam vinculis quibusdam constringuntur : animæ autem voluntatis atque arbitrii potestate ornatæ sunt. Quamobrem quo facilior est voluntas quam natura, eo quoque facilius ac proclivius est animum morbo recreare. Ac proinde submota omni desperatione, illud cura et enitere, ut eum sanitati restituas. Neque enim parva tibi apud Deum gloria futura est, sive istud perfeceris, sive secus. Nam id omne, quod tuarum partium est, cumulate præstiteris. Quare, ut omnino laudem et gloriam consecuturus, si eum, ut ex improba vitæ ratione emergat, monueris, sic affectus esto : nec te aut noctu, aut interdiu, hæc cura deserat. Fortasse ipse quoque salutem obtinebit : et qui ejus vitiis offenduntur, erigentur : et qui eum suggillant, compescentur : et tu sempiternam gloriam adipisceris.

B

Π'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ κρίσεως.

Πρώην μὲν ἔγραφον, ἐλπίζων σε τῆς κακίας ἀπαλλαγήσεσθαι, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγίειαν ἀναδραμεῖσθαι· νῦν δὲ κινδυνεύω, ὑπὲρ τοῦ μὴ καὶ ἄλλους εἰς τὸ βάραθρον τῆς πονηρίας ὑπὸ σοῦ ἐμβληθῆναι, ποιεῖσθαι τὸν λόγον (64). Εἰ τοίνυν μὴ βούλει σῶσαι σαυτὸν, τί καὶ ἑτέροις λυμαίνῃ; Τί καὶ τὰς ἄλλων τιμωρίας ἕλκεις ἐπὶ τὴν ἀθλίαν σαυτοῦ κεφαλὴν, τὰς χρεμετιζούσας ἐπιθυμίας μὴ ἀνασειράζων, ἕως ἂν αὐτῶν αἱμάξῃς τὰ στόματα, ἀλλ' ἄδειαν αὐταῖς διδοὺς ὁρμᾷν ὅποι βούλονται; Ἀνασείραζε τοίνυν αὐτὰς (65), ἵνα μὴ τἀναντία τῶν Νινευϊτῶν ὑπομείνῃς. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι φοβηθέντες τὰ ῥήματα, οὐχ ὑπέμειναν τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων τιμωρίαν· οὕτω καὶ σὺ τῆς C ἀπὸ τῶν ῥημάτων καταφρονῶν ἀπειλῆς, τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὑποστήσῃ κόλασιν.

LXXX. — ZOSIMO PRESBYTERO.

De judicio.

Nuper ad te scribebam, sperans fore ut a vitio te subduceres, atque ad puram et integram sanitatem redires. **157** Nunc autem ea de causa sermonem habere periclitor, ut ne alii quoque in improbitatis voraginem abs te conjiciantur. Quocirca si tuæ ipse saluti consulere recusas, quid aliis etiam labem et exitium affers? Quid aliorum etiam cruciatus in miserum tuum caput trahis? dum hinnientes cupiditates non tantisper restringis, quoad earum ora cruentaris, verum iis, quo velint, impetum faciendi potestatem facis. Has itaque restringe atque coerce, ne alioqui contra, ac Ninivitis, tibi accidat. Ut enim illi verbis perterrefacti, reipsa supplicium minime sustinuerunt : sic tu quoque verborum minas nihili pendens, reipsa pœnam subibis.

ΠΑ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐπειδὴ τοὺς τὰς θεωρίας ὑποφαίνοντας (66), καὶ τὸ γράμμα εἰς τὸ πνεῦμα μεταρρυθμίζοντας, οὐκ οἶδ' ὅπως αἰτιασάμενος, καίτοι πολλάκις ὠφέλιμά τινα τοῖς ἀκροωμένοις λέγοντας, αὐτὰ τὰ πράγματα ἑρμηνευθῆναί σοι λιπαρῶς παρεκάλεσας, καὶ προεβάλ[λ]ου δι' ἣν αἰτίαν ὁ λεπρὸς καὶ ὁ γονοῤῥυὴς, οἵ τε τὰ ἄλλα νοσοῦντες ἀκούσια νοσήματα, ἀπείρχθησαν τῶν ἱερῶν περιβόλων· ἐβουλόμην μὲν σιγῆσαι· οὔτε γὰρ ῥᾴδιον, οὔτε εἰ ῥᾴδιον ἦν, ἔπρεπε τὰ τῆς φύσεως ἐκπομπεύειν μυστήρια. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ δευτέροις ἐξεβιάσω με γράμμασιν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, D συνεσταλμένως φράσω. Ἐπειδὴ γὰρ τεθέσπιστο, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν σεμνότητα, καὶ διὰ τὴν τῶν γυναικῶν τιμὴν, καὶ δι' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα (ὁσιότητος γὰρ τὸ τοιοῦτο πνεῖ), καὶ Πρὸς γυναῖκα ἐν καθαρισμῷ ἀκαθαρσίας αὐτῆς οὐκ εἰσελεύσῃ· πολλοὶ δὲ ἐν ἀφ-

LXXXI. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Quoniam eos, qui mysticos sensus indicant, litteramque in spiritum commutant, etiamsi utilia quædam auditoribus dicant, nescio qua de causa reprehendens, res ipsas tibi explicari obnixis precibus a me contendisti, illudque proposuisti, quidnam causæ sit, quamobrem leprosus seminisque profluvio laborans, aliique item qui morbis minime voluntariis tenebantur, sacrosancto templi ambitu prohibebantur [a], silentio quidem lubenter uterer. Nam nec facile est, necsi facile esset, conveniret naturæ arcana divulgare. Quoniam autem iterum jam per litteras vim mihi attulisti, quam brevissime potero istud expediam. Quandoquidem enim, tum ob virorum honestatem et gravitatem, tum ob mulierum honorem, tum ob rem ipsam (sanctitatem enim res hæc redolet) lege cautum erat, ne vir ad

[a] Levit. XIII, XXII, Num. V, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(64) *Κινδυνεύω ποιῆσθαι τὸν λόγον.* Bill., *sermonem habere periclitor.* Malim, *sermo mihi instituendus est.* RITT.

(65) Pro αὐτὰς cod. Alt. ponit ταύτας. POSSIN.

(66) Pro ὑποφαίνοντας cod. Alt. habet ὑφαίνοντας. ID.

uxorem suam, quo tempore ab impuritate sua se repurgabat, ingrederetur [9]: multi autem cum uxoribus, dum in menstruo sunt, aut sese perpurgant, aut etiam prægnantes sunt, libidinis œstro vel potius furore perciti congrediuntur, atque illæ nescio quonam pacto id ferunt (quamvis animantes rationis expertes post conceptum ad venereum congressum minime occurrant. Qua etiam ratione nonnullis placet, feminam θηλυτέραν dictam esse habita comparatione cum feminis animantibus, propterea quod hæ ob generis duntaxat propagationem coitum admittant : mulieres autem fortasse ob salacitatem et impudicitiam, tametsi alioqui muliebris libido atque appetentia exstinguatur. Natura enim vel in effingendo atque efformando fetu recens nato, vel in corporis purgatione occupatur); porro sæpenumero contingebat, ut viri semen cum impuro mulieris semine permistum, corpus haud purum ac probe temperatum, verum variis ac multiplicibus morbis obnoxium effingeret : his malis ut occurreret legislator, eos qui ex hujusmodi concubitu nati essent, a templi aditu hoc loco proscripsit, atque a sacris conventibus submovit, ut ne in posterum hujusmodi flagitia perpetrare auderent. Quod autem hæc causa sit, ex iis quæ apud Ezechielem scripta sunt, liquido apparet. **158** Illic enim Deus probum virum laudibus efferens, peccatorem autem insectans, illum cum muliere menstruata consuetudinem minime habuisse ait, hunc autem habuisse. Quod si illud dixeris, iis, qui flagitia admisissent, pœnam constitui oportuisse, hoc ego responderim : Et quod tandem gravius supplicium excogitari potest? Nam cum eos, quos in lucem ediderint, quosque multo etiam quam se clariores ac celebriores videre optabant, nec precationum, nec solemnitatum, nec urbium, nec sacrorum conventuum participes esse perspiciunt, cogites velim quo doloris cruciatu afficiantur. Ac propterea illud quoque, ni opinione fallor, lege sancitum est : Et erit, omnis anima, quæ non circumcisa fuerit die octavo, exterminabitur e populo suo [10]. Quod quidem nonnulli ex iis, qui hoc dictum ad animæ circumcisionem transtulerunt, tanquam a ratione alienum rejecerunt. Dicendum enim erat, inquiebant, eum qui non circumcideret filium suum, exterminatum iri, non autem immaturæ ætatis infantem. Ego vero etsi ad animam proprie spectat hic sermo, tamen ne litteralem quidem sensum improbo ac rejicio. Nam hic quoque eadem sententia servabitur. Siquidem parentibus acerbius est supplicium, cum pueri exitio dantur. Nam pueri fortasse, si, antequam ad eam ætatem pervenerint, quæ bona et mala inter-

A ἑδρῳ οὔσαις καὶ καθαιρομέναις ταῖς γυναιξὶν, ἢ καὶ ἐγκύοις τυγχανούσαις, δι' οἶστρον καὶ ἀκολασίαν, μᾶλλον δὲ μανίαν, ὁμιλοῦσι, κἀκεῖναι οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνέχονται (67) (καίτοι τῶν ἀλόγων ζώων μετὰ τὴν σύλληψιν εἰς κοινωνίαν μὴ ἀπαντώντων. Διὸ καὶ θηλυτέραν φασί τινες κεκλῆσθαι τὴν γυναῖκα, κατὰ σύγκρισιν τῶν θηλέων ζώων, ὡς τούτων μὲν διὰ τὴν διαδοχὴν τοῦ γένους καταδεχομένων τὴν κοινωνίαν· τῶν δὲ γυναικῶν ἴσως δι' οἶστρον καὶ ἀκολασίαν, καίτοι τότε σβεννυμένης τῆς γυναικείας ἐπιθυμίας. Ἡ γὰρ φύσις, ἢ περὶ τὴν διάπλασιν τοῦ ζώου ἀσχολεῖται, ἢ περὶ τὴν κάθαρσιν)· συνέβαινε δὲ πολλάκις τὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα, τῷ ἀκαθάρτῳ τῆς θηλείας αἵματι μιγνύμενον, σῶμα ἀναπλάττειν οὐ καθαρὸν, οὐδὲ εὔκρατον, ἀλλὰ ποικίλοις πάθεσιν εὐάλωτον· B ταῦτα βουλόμενος ὁ νομοθέτης προαναστεῖλαι τὰ κακὰ, τοὺς ἐκ τ[οι]ούτων συνουσιῶν τεχθέντας, ἀπεκήρυξεν ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἱερῶν συνόδων ἀφώρισεν, ἵνα μηκέτι τολμήσαιεν τοιαῦτα δρᾷν. Ὅτι δὲ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δῆλον ἐκ τῶν ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ ἀναγεγραμμένων. Ἐκεῖσε γὰρ τὸν μὲν δίκαιον ἀνακηρύττων ὁ Θεὸς, τὸν δὲ ἁμαρτωλὸν ἀποκηρύττων, τὸν μὲν ἔφησε γυναικὶ ἐν ἀφέδρῳ οὔσῃ μὴ προσεληλυθέναι, τὸν δὲ προσεληλυθέναι. Εἰ δὲ φαίης, Τοῖς δρῶσι τὴν τιμωρίαν ὁρίσαι ἐχρῆν, φαίην· Καὶ ποία ταύτης τιμωρία χαλεπωτέρα; Ὅταν γὰρ ἴδοιεν τοὺς ἐξ αὐτῶν τεχθέντας, οὓς ηὔχοντο πολλῷ ἑαυτῶν δοκιμωτέρους (68) ἰδεῖν, μήτε εὐχῶν, μήτε πανηγύρεων, μήτε πόλεων, μήτε ἱερῶν συνόδων μετέχοντας· σκόπει πόσην ὑποστήσονται βάσανον. Διὰ γὰρ τοῦτο, κἀκεῖνο, C ὡς οἶμαι, νενομοθέτηται, Καὶ ἔσται πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ περιτμηθῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Ὅπερ τινὲς ὡς ἄλογον παρεγράψαντο (69), τῶν εἰς τὴν τῆς ψυχῆς περιτομὴν τὸ ῥητὸν μετακομισάντων. Ἐχρῆν γὰρ, ἔφασαν, ῥηθῆναι, τὸν μὴ περιτέμνοντα τὸ παιδίον αὐτοῦ ἐξολοθρευθῆναι, μὴ μὴν τὸ ἄωρον νήπιον. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν βλέπει κυρίως ὁ λόγος, οὐδὲ τὸ γράμμα παραγράφομαι. Κἀνταῦθα γὰρ ἡ αὐτὴ ἔννοια σωθήσεται. Τοῖς γὰρ πατράσιν ἀργαλεωτέρα ἐστὶν ἡ τιμωρία, ὅταν τὰ παιδία ἐξολοθρευθεῖεν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τυχὸν, εἰ καὶ πρὸ τῆς διαγνωστικῆς τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων ἡλικίας τελευτήσοιεν, οὐδ' εἰ ἐν τιμωρίᾳ γεγόνασιν, εἴσονται. Εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν εἰς D τὴν διαγνωστικὴν ἡλικίαν, οὐ πάνυ χαλεπῶς ἐνέγκοιεν τὸ πρᾶγμα, τῆς συνηθείας τὴν τιμωρίαν ἐξευμαριζούσης, καὶ μάλιστα, ὅτε (70) οὐδὲ ἑκούσιόν ἐστι τὸ ἔγκλημα. Οἱ δὲ γονεῖς ἀνυπόστατον ὑπομενοῦσι τὴν τιμωρίαν. Εἰ τοίνυν νενόηταί σοι τὸ εἰρημένον περὶ τῶν ἀκουσίων παθῶν (περὶ γὰρ τῶν ἑκουσίων οὐκ ἂν οἶμαί σε ζητήσειν· οἶσθα γὰρ ὡς Ὀζίας τῇ ἱερωσύνῃ οὐ δεόντως ἐπιπηδήσας, καίτοι

[9] Levit. xv, 24. [10] Gen. xvii, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) Codd. iidem, καταδέχονται. Possin.

(68) Pro δοκιμωτέρους corrige ex iisdem codd. εὐδοκιμωτέρους. Id.

(69) *Παρεγράψαντο*. Hujus verbi e regione in ora cod. Alt. alia lectio suggeritur παρετρέψαντο. Id.

(70) Pro ὅτε cod. Vat. 649 scribit, ὅτι. Id.

A βασιλεὺς ὤν, ἐλεπρώθη), τῷ Θεῷ χάριν ἴσθι. Εἰ δὲ μή, ἀποδοχῆς ἂν εἴην δίκαιος παρὰ τῶν νοούντων τυχεῖν, ὅτι τὸ πρέπον καὶ τὸ σεμνὸν τῆς σαφηνείας ἐνταῦθα προετίμησα, τὰ τῆς φύσεως μὴ ἐκπομπεύσας μυστήρια.

noscendi facultatem habet, e vita discesserint, ne quidem scient an pœnam aliquam pertulerint : quod si etiam ad eam ætatem accesserint, ne graviter quidem et acerbe hanc rem fortasse tulerint, consuetudine nimirum pœnam leviorem reddente : ac præsertim cum ne voluntaria quidem culpa est. At parentes intolerandum cruciatum sustinebunt. Quocirca si illud abs te intellectum est, quod de minime voluntariis vitiis dictum est (nam de voluntariis te quæsiturum haud reor. Nec enim te fugit, Osiam, propterea quod contra jus fasque in sacerdotii munus insiliisset, quamvis etiam rex esset, lepram tamen contraxisse), Deo gratiam habe. Sin secus, hoc certe nomine a prudentibus viris mea ratio comprobari debeat, quod hoc loco decori atque honesti majorem rationem habui, quam perspicuitatis, naturæ videlicet arcanis haudquaquam evulgatis.

ΠΒ'. — ΙΩΑΝΝῌ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

B Οὐδείς, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἀνδρεῖον ἔχων φρόνημα, καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς προσηγορίας ἄξιος, τῇ τῶν ἀνδρογύνων θέᾳ ἁλίσκεται, τῶν τὸν ἀνθρώπινον ἐξορχουμένων βίον· καὶ τὸ τηνικαῦτα μάλιστα εὐδοκιμούντων, ἡνίκα ἂν ὡς μάλιστα ἐκκαυθῶσιν.

LXXXII. — JOANNI SCHOLASTICO.

Nemo, ut opinor, qui quidem virilem animum habeat, ac viri nomine dignus sit, cinædorum spectaculo capietur, qui humanam vitam palam enuntiant, ac tum maxime clari ac celebres sunt, cum maxime exarserint.

ΠΓ'. — ΑΙΜΙΛΙΑΝῼ ΚΑΙ ΠΕΛΑΓΙῼ ΔΙΑΚΟΝΟΙΣ.

Ὅτι μὲν λόγος πρᾶος καὶ πάνσοφος, βοηθήματος δίκην σβέσαι δύναται θυμὸν ἐκ μέσης καρδίας ζέοντα, μάλα ἀκριβῶς οἶδα. Εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἔνεστι φάρμακον εὑρεῖν κοιμίσαι δυνάμενον, τοῦτο δὴ οὐκέτι σαφῶς ἐπίσταμαι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀνύσω, διισχυρισαίμην. Εἰ δὲ διαμάρτοιμι, μάλιστα μὲν λυπηθείην· ἥκιστα δὲ ἐμαυτὸν μεμψαίμην (71). Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἡ ἔρις ἡ ὑμετέρα οὐρανομήκης, ὥς φασι, γεγενημένη, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἄλλους εἰς τὰ καίρια ἔτρωσε, βουλοίμην ὑμᾶς (72) C ταύτην μὲν σβέσαι καὶ ἀφανίσαι, εἰς δὲ φιλίαν παλινδρομῆσαι· εἰ δὲ τοῦτο τέως, ὥς φασί τινες, οὐχ οἷόν τε, κἂν τῇ σιωπῇ ἐκνευρίσαι τὴν ἄμετρον φιλονεικίαν, καὶ μὴ ῥητοῖς καὶ ἀῤῥήτοις ῥήμασι ταύτην αὐξῆσαι. Ἢν γὰρ παύσησθε ἃ μὴ θέμις, καθ' ἑαυτῶν φθεγγόμενοι, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν σβεσθεῖσα ἡ ἔρις καὶ καταπεσοῦσα, τὴν φιλίαν ἀναζωπυρῆσαι παρασκευάσει. Ὥσπερ γὰρ τοῖς κάμνουσι τὸ μὴ χεῖρον ἔχειν, ἀρχὴ γένοιτ' ἂν τοῦ βέλτιον ἔχειν (ἡ γὰρ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασι ταυτότης, βελτίωσις εἰκότως ἐνομίσθη)· οὕτω καὶ ὑμῖν μάλα κάμνουσι (μὴ γὰρ δὴ ὑγιαίνειν νομίζετε, τοιαῦτα εἰς ἀλλήλους παροινοῦντες), τὸ μὴ ἐπιτριβῆναι τὸ πάθος, ἀρχὴ γένοιτ' ἂν διορθώσεως. Εἴτε οὖν ὑμῖν τέλεον ἀφανίσαι δόξειε τὴν ἔχθραν, εἴτε μὴ περαιτέρω D προελθεῖν, οὐκ ἀφαιρήσομαι ἐμαυτοῦ τὸ εὔελπι ἄξιον εἶναι λόγου, διὰ λόγους κριθήσεσθαι.

LXXXIII. — ÆMILIANO ET PELAGIO DIACONIS.

Quod sermo blandus ac sapientiæ plenus medicamenti cujusdam instar iracundiam e medio corde ferventem exstinguere queat, perquam exploratum habeo. Num autem in nostris quoque sermonibus pharmacum **159** quoddam, quod iram sedare atque consopire possit, invenire liceat, illud vero non item explorate novi. Verum si quidem aliquid profecisse affirmem, præclare res habebit. Sin autem conatus meus frustra fuerit, maximum quidem mœrorem accipiam, at minime tamen mihi ipsi succensebo. Quoniam igitur contentio ac simultas vestra in longissimum usque porrecta, non modo vos, sed etiam multos alios gravissime convulneravit, illud quidem pervellem, vos eam exstinguere ac delere, atque ad amicitiam redire. Si vero hoc nondum, ut quidam aiunt, fieri potest, at certe immodicam hanc contentionem animorumque pertinaciam silentio enervare, ac non dicendis tacendisque eam adaugere. Nam si, quæ nefas est, alter adversus alterum proloqui desinatis, sensim ac paulatim exstincta et prostrata contentio, ut amicitia excitetur, efficiet. Quemadmodum enim iis, qui adversa valetudine laborant, gravius non se habere, melius se habendi initium fuerit (etenim in acutissimis morbis idem valetudinis status pro meliore statu haud immerito habetur) : sic etiam vobis gravi morbo correptis (neque enim est quod vosipsos sanos esse existimetis, dum alter in alterum ita debacchamini), si morbus non ingravescat, sanationis principium hoc fuerit. Quare sive vobis inimicitiam funditus delere, ac de medio tollere placeat, sive eam non longius progredi, mihi ipsi bonam spem non eripiam : sermonemque, ut maledicos sermones comprimam, bene impensum esse censebo.

ΠΔ'. — ΘΕΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰ μὲν ἐμοὶ πείθοιο, μηδ' ὅλως· εἰ δὲ σαυτῷ, μὴ

LXXXIV. — THEONI EPISCOPO.

Si mihi morem gerendum putas, nullo modo : sin

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(71) Codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἐμαυτῷ μεμφοίμην. Possin.

(72) Vocem ὑμᾶς ex Vatic. inseruimus, ut vers. seq., τέως post τοῦτο, et epistolæ versu penultimo εὔελπι pro εὐέλπιστον recepimus. Edit. Patr.

autem tibiipsi, ne hostes tuos in necessitatem admodum redigas atque concludas : ne alioqui in extremis rerum difficultatibus necessitatem (quæ subditis sibi a desperatione stimulis, miram ad contumaciam vim habet) in consilium adhibentes, iis malis te multent, quibus eos multare cogitas. Illa enim rerum earum, quæ geruntur, inspectrix justitia, persæpe ob victorum insolentiam et importunitatem, rerum statum in contrarium commutat.

A πάνυ εἰς ἀνάγκην κατάκλειε τοὺς σαυτοῦ ἐχθροὺς (73)· μήποτε σύμβουλον ἐν ταῖς ἀμηχανίαις λαβόντες τὴν ἀνάγκην (ἣ δ' ἐστὶ δεινὴ πρὸς ἀπόνοιαν (73*), ὅταν ἀπόγνωσις αὐτὴν ἐρεθίζῃ), τοιαῦτά σε δράσωσιν, οἷα δρᾷν αὐτοὺς μελετᾷς· ἡ γὰρ ἔφορος τῶν δρωμένων δίκη, πολλάκις δι' ἀπληστίαν τῶν νικώντων, εἰς τοὐναντίον τὰ πράγματα περιίστησιν.

LXXXV. — EULOGIO PRESBYTERO.

Sic existimo dæmonem ne probo quidem ac sancto viro reluctari posse. Idque tum ex eo constat, quod apostoli dæmones in fugam agebant [11], tum ex eo quod Paulus Pythonem gentilium cultum sursum deorsumque miscentem sermone profligavit ac depulit [12]. Quin in martyrum quoque templis gratia ea quæ sanctorum virorum corporibus insidet, eos excruciat. Si igitur hæc ita se habent (quemadmodum ipsamet rerum experientia ostendit), quonam pacto dæmon angelo reluctari potuisset ? At nimirum opinor (neque enim affirmo, verum sententiam duntaxat meam profero) id hinc contigisse, ut auctor est Moses, **160** quod cuique nationi angelus attributus est. «Quando enim dividebat gentes Altissimus, inquit ille, quando separabat filios Adam : constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei [13].» Quod si dixeris : Quonam igitur modo alter alteri non cedebat? sic respondeam : maxime quidem alterum alteri cessisse : cæterum utrumque divinæ legis præsidio munitum atque obseptum fuisse. Alter enim divinum jussum obtendebat : quod, ut Judæi, etiam nolentes, minimeque resipiscentes, capitivitate liberarentur, sanciebat. Alter autem Judæorum flagitiis nitens, justum esse contendebat, eos adhuc in exsilio manere. Nam cum Deus ipsis, si pietatem coluissent, atque ex virtute vixissent, reditum in patriam promisisset, valere oportere illud dictum aiebat, propterea quod a pœnitentia abhorrerent, ac ne ad supplices quidem preces Deo adhibendas sese convertissent. Nam quod Deus improborum quoque odium laudet, ex iis, quæ circa Phinees contigerunt, conjecturam facere possumus. Nam cum duas cædes uno eodemque temporis puncto perpetrasset, Deus eum sacerdotio do-

ΠΕ'. — ΕΥΛΟΓΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἡγοῦμαι, ὅτι οὐδ' ἀνθρώπῳ ἁγίῳ δαίμων ἀντιστῆναι δυνήσεται (74). Καὶ δῆλον μὲν ἀφ' ὧν οἱ ἀπόστολοι δαίμονας ἤλαυνον. Δῆλον δὲ καὶ ἀφ' ὧν ὁ Παῦλος τὴν Πύθωνα, τὸν τὰ Ἑλλήνων ἄνω καὶ κάτω κυκῶντα λόγῳ ἀπήλασε. Κἂν τοῖς μαρτυρίοις δὲ ἡ
B ἐφεδρεύουσα τοῖς σώμασι τῶν ἁγίων χάρις, τούτους βασανίζει. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων δείκνυσι πεῖρα, πῶς ἀγγέλῳ (75) ἀντιστῆναι ἠδύνατο; Ἀλλ' οἶμαι (οὐ γὰρ διατείνομαι (76), ἀλλὰ γνώμην ἀποφαίνομαι), ὅτι ἐπειδὴ κατὰ τὸν Μωσέα ἑκάστῳ ἔθνει ἄγγελος ἀπενεμήθη (77). « Ὅτε γὰρ διεμέριζε, φησὶν, ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς (78) διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. » Εἰ δὲ φαίης· Πῶς οὖν οὐ παρεχώρει θάτερος θατέρῳ; φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν παρεχώρησε, πλὴν ἀμφότεροι τῷ θείῳ διισχυρίζοντο νόμῳ. Ὁ μὲν γὰρ τὸ θεῖον προεβάλλετο πρόσταγμα, τὸ θεσπίζον ἀπολυθῆναι τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ μὴ βουλομένους, μηδὲ μετανοήσαντας τοὺς Ἰουδαίους·
C ὁ δὲ ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἰσχυριζόμενος πράξεσι, μένειν ἔτι αὐτοὺς ἐν τῇ ὑπερορίᾳ, δίκαιον εἶναι ἔφασκε. Τοῦ γὰρ Θεοῦ εὐσεβοῦσί τε καὶ δικαιοπραγοῦσιν ἐπαγγειλαμένου τὴν ἐπάνοδον, κρατεῖν δεῖν ἔλεγε τὸ πρόσταγμα, ἀμετανοήτων ὄντων, καὶ μηδ' εἰς ἱκεσίαν τραπέντων. Ὅτι γὰρ καὶ τὸ μισοπόνηρον ἐπαινεῖ ὁ Θεὸς, τεκμήριοι τὰ κατὰ τὸν Φινεὲς γεγονότα. Δύο γὰρ φόνους αὐτὸν ἐργασάμενον, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, ἱερωσύνῃ τετίμηκεν· οὐκ ἂν τοῦτο ποιήσας, εἰ ἀγαθότητα μόνην ἐνομοθέτει. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ νόμος διηγόρευε, τὸν ἐξ Ἑβραίων δουλεύοντα ἑβδόμῳ ἔτει ἐλευθεροῦσθαι, εἰ δὲ μὴ ἐθέλει, προσάγεσθαι τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς, καὶ τρυπᾶσθαι αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ μένειν δοῦλον αἰώνιον· τοῦ δὲ χρόνου τῆς ἐλευθερίας φοιτήσαντος, οὐδεμίαν οὗτοι αὐτῆς

[11] Act. v, 16. [12] Act. xvi, 16 seqq. [13] Deut. xxxii, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(73) Huc pertinet præceptum illud militare, cum desperatis non esse dimicandum; item, hosti fugienti aureum pontem esse substernendum. Ratio hic redditur ab Isidoro. Vide et Onosandri *Στρατηγικόν*, et Justi Lipsii *Politic.* Ritt.

(73*) Pro ἀπόνοιαν cod. Vat. 649 scribit ἐπίνοιαν, et eam lectionem cod. Alt. ut arbitrariam in margine proponit, cum in contextu pariter cum Sfortiano et editis consentiat. Possin.

(74) *Ὅτι οὐδ' ἀνθρώπῳ ἁγίῳ δαίμων ἀντιστῆναι δυνήσεται.* Sic Hermes Trismegistus apud Lactantium : Μία φυλακὴ ἀνθρώποις εὐσέβεια· εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου οὔτε δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ· Θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ· τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια. Ritt.

(75) Vocem ἀγγέλῳ ex cod. Vatic. 649 supplevimus, deleto asterisco. Edit. Patr.

(76) *Οὐ γὰρ διατείνομαι.* De Isidori modestia commemorabili et omnibus imitanda vide notata ad ep. 112 libri iv, et Indicem. Ritt.

(77) *Ὅτι ἑκάστῳ ἔθνει ἄγγελος ἀπενεμήθη.* Sic Joan. Chrysostomus homilia in Natalem Domini, ὅτι ἑκάστῳ κλίματι ἐφεστήκασιν ἄγγελοι. Id.

(78) E regione ὡς cod. Alt. notat in margine οὕς. Possin.

A ἐποιοῦντο πρόνοιαν (ἴσως ἐμφιλοχωρήσαντες τοῖς βαρβάροις, καὶ τὴν ἐκείνων ἀσέβειάν τε καὶ πολιτείαν ζηλώσαντες)· ὁ τῶν Περσῶν ἄγγελος οὐδαμῶς αὐτοῖς προσήκειν τὴν ἐλευθερίαν διισχυρίζετο, εἴπερ ὁ νόμος τοὺς μὲν θέλοντας ἐλευθεροῖ, κατὰ δὲ τῶν ἐθελόντων δουλεύειν, κυροῖ τῆς δεσποτείας τὴν ψῆφον, οὐχ ἀπανθρωπίᾳ νικώμενος, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ὑποτιθέμενος. Ὁ δ' ἕτερος ἄγγελος τὴν ἀγαθότητα ἔμπροσθεν τοῦ δικαίου τιθέμενος, τὴν θείαν χάριν ᾤετο δεῖν νικᾷν, τὴν καὶ ἀναξίους αὐτοὺς ὄντας ἐλευθερῶσαι προῃρημένην. Ὥστε ἀμφότεροι τῷ θείῳ νόμῳ συνηγωνίζοντο, ὁ μὲν μισοπόνηρος ὤν, ὁ δὲ ἀγαθός. Ἀμφότερα γὰρ ὁ Θεὸς ἐπαινεῖ, ἐνίκησε δὲ ἡ χάρις, τῆς ἀγαθότητος τὸ δίκαιον παραγραψαμένης. Ἕωλος γὰρ πᾶς λόγος μετὰ τὴν θείαν ψῆφον· πολλάκις γὰρ καὶ στρατιωτῶν ἀμφισβητούντων πρὸς ἑαυτούς, καὶ B ἑκατέρου μέρους τὸ δίκαιον προβαλλομένου, ἡ τοῦ βασιλέως ψῆφος λύει τὴν φιλονεικίαν. Ταῦτα δὲ καὶ ἐλέγετο καὶ ἐγίνετο πρὸς τὸ συμφέρον, ὥστε τὸν μὲν Δανιὴλ γνῶναι, ὅτι εἰσηκούσθη, τὸν δὲ λαὸν ἀκούσαντα, ὅτι καὶ ἀνάξιον αὐτὸν ὄντα σώζει, διά τε τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν, καὶ τὴν τοῦ δικαίου πρεσβείαν, σωφρονέστερον γενέσθαι, καὶ ἐπιθυμῆσαι τῆς ἐπανόδου, ὡς μεγίστων τευξόμενον ἀγαθῶν, εἰ τῆς πατρίδος αὖθις ἀξιωθείη.

navit [14]. Quod profecto non fecisset, si bonitatem solam lege lata promulgasset. Quoniam autem lex quoque illud præscribebat, ut qui ex Hebræorum populo servitutis jugum traheret, septimo anno manumitteretur, quod si id nollet, ad tabernaculi ostium adduceretur, ipsiusque auris perforaretur, servusque per omnem vitæ cursum permaneret [15]; Judæi porro, cum liberationis tempus appetiisset, nulla ipsius cura tangebantur (fortasse quia libenter inter barbaros commorarentur, eorumque impietatem ac vitæ genus imitarentur), idcirco Persarum angelus libertatem nullo modo ad eos attinere asserebat (siquidem lex, ut volentes quidem in libertate vindicat, sic contra dominationis calculum atque sententiam adversus eos, qui servire volunt, confirmat, non illa quidem in hac re crudelitate superata, verum quod justum est, præcipiens); alter autem angelus, bonitatem justitiæ anteponens, divinam gratiam, quæ ipsos, quanquam immerentes liberare constituerat, victoriam ferre debere censebat. Ac proinde uterque divinæ legi subsidium ferebat, ille nimirum quod improborum odio teneretur, hic autem quod benignitate præditus esset. Deus enim utramque virtutem laudat: vicit autem ad extremum gratia, bonitate videlicet justitiam submovente. Putida quippe post divinam sententiam est omnis oratio. Nam etiam persæpe, duobus militibus inter se contendentibus, atque utraque parte jus sibi vindicante, regis calculus jurgium exstinguit. Hæc autem utilitatis causa tum dicebantur, tum fiebant: nempe ut et Daniel preces suas exauditas esse intelligeret, et populus cum se a Deo, partim ob ipsius pollicitationem, partim ob justi viri deprecationem, etiam immerentem salutem consequi audiisset, ad meliorem frugem se reciperet, reditumque expeteret, tanquam ingentibus bonis potiturus, si divino beneficio in patriam rediret.

ΠϚʹ. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

C Ἐπειδὴ γέγραφας δι' ἣν αἰτίαν πολλοὶ πολλάκις τὰ αὐτὰ πεπλημμεληκότες, οὐ τὴν αὐτὴν ἔδοσαν δίκην· φημί, Ἐπειδὴ πολλή ἐστι τοῦ κριτοῦ ἡ ἀκρίβεια. Ἐν γὰρ τοῖς πταίσμασιν οὐ τὸ εἶδος ζητεῖται μόνον τοῦ ἁμαρτήματος, ἀλλὰ καὶ ἡ γνώμη τοῦ ἁμαρτόντος, καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ ὁ καιρός, καὶ ὁ τόπος, καὶ τὸ γένος (79), καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰ ἐλυπήθη, εἰ ἥσθη, εἰ ἀναλγήτως διετέθη, εἰ ἐνέμεινεν, εἰ μετέγνω, εἰ ἐκ περιστάσεως, εἰ κατὰ ἀγάπην (80), εἰ κατὰ μελέτην. Καὶ πολλὰ ἕτερά ἐστι, δι' ὧν ἡ βάσανος αὕτη χωρεῖ· καὶ καιροῦ διαφορὰ ἐξετάζεται, καὶ πολιτείας κατάστασις. Οὐ γὰρ ὁ πρὸ νόμου, καὶ μετὰ νόμον, καὶ μετὰ τὴν χάριν τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν ἁμαρτών, τὴν αὐτὴν δίκην ὑφέξει· ἀλλ' ὁ μὲν ἡμερωτέραν, ὁ δὲ ἀκριβεστέραν, ὁ δὲ D ἀπαραίτητον. Ταῦτα γὰρ πάντα διαῤῥήδην ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς κεκήρυκται.

161 LXXXVI. — EUDÆMONI SCHOLASTICO.

Quoniam per litteras ex me quæsivisti, quidnam sit, quamobrem multi persæpe iisdem flagitiis admissis non iisdem pœnis affecti fuerint: respondeo id hinc fieri, quod magna sit judicis integritas et sinceritas. Etenim in peccatis, non ipsa tantum peccati species quæritur, verum etiam ejus qui peccavit animi sententia, et dignitas et tempus, et locus, et sexus: et post admissum scelus, an ex scelere voluptatem ceperit, an omni doloris sensu caruerit, an in scelere perstiterit, an pœnitentia ductus sit, an casu aliquo peccarit, an ex amore, an de industria. Ac multa item alia sunt, per quæ hoc examen grassatur. Nam et temporis discrimen expenditur, et vitæ degendæ status. Non enim is qui ante legem et qui post legem, et post gratiam, idem peccatum admisit, eadem pœna multabitur: verum ille mitiore, alter graviore, postremus acerbissima. Hæc enim omnia in sacris Scripturis aperte prædicata sunt.

ΠΖʹ. — ΠΙΣΤΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Τοιαῦτα καὶ λέγε, καὶ πρᾶττε, δι' ὧν καὶ εἴης καὶ

LXXXVII. — PISTO DIACONO.

Hæc et dicito, et facito, per quæ et sis et

[14] Num. XXXV, 1 seqq. [15] Exod. XXI, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(79) Pro τὸ γένος cod. Vat. 649 legit ἡ ῥίζα, et cod. Alt. in margine eamdem lectionem offert, in contextu tamen edito consonans, uti et cod. Mori. Possin.

(80) *Εἰ κατὰ ἀγάπην*. Bill., *an ex amore*. Melius puto quod in B. C. [et cod. Vat. 649 et Alt.] legitur, ἀπάτην, id est, *an dolo et fraude inductus*. Ritt.

existimeris, non modo piissimus, verum etiam justissimus.

A νομίζοιο, οὐ μόνον εὐσεβέστατος, ἀλλὰ καὶ δικαιότατος.

LXXXVIII. — ASCLEPIO EPISCOPO.

Quoniam ad me scripsisti te mirari quod Christus discipulos suos, qui mulierem eam, quæ ingentis pretii unguentum effundere minime dubitarat, increpuerant, represserit[16], præsertim cum eorum sermo pauperum commodis consulere videretur; hoc aio: Eum qui de eleemosyna tot ac tantos sermones habebat, eamque sacrificiis anteponebat, nunc eamdem, quod tu existimas, minime propulisse. Nam qui dixit, «Misericordiam volo, et non sacrificium[17];» et: «Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur[18];» et: «Quandiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis[19],» haudquaquam in contrarium recidisset. Verum quoniam mulier ea quæ accesserat, oleum effundere antevertit, absurdissimum esse divina sapientia judicavit ipsius fidem obterere. Atque ipsius patrocinium suscepit, iisque verbis usus est, «Bonum opus fecit[20].» Ac vide sapientiam omni orationis facultate præstantiorem. Non enim dixit, Bonum opus factum est, sed, *fecit*. Neque enim ipsum facinus privatim expendit, verum una cum mulieris persona; perinde ac si diceret: Quandoquidem semel hoc fecit, laude atque commendatione digna est. Quamobrem perfectamc quamdam ac numeris omnibus absolutam virtutem ab ea ne requiramus: verum, qua fieri potest, coronam ei texamus. Nam si non hoc sensu mulierem comprobasset, omnibus profecto, ut ejus exemplum sequerentur, lege lata indicere oportebat. Porro cum nihil ejusmodi dixerit, **162** satis argumenti dedit se ob indulgentem quamdam demissionem eam comprobasse. Nam si cum dixisset, *fecit*, id sane pro lege habeatur; si autem, cum id fecisset, eam in animi anxietatem minime conjecit, non est cur quisquam indulgentiam hujusmodi in legem trahat. Nam cum sacrificia in Veteri Testamento permissa postea everterit, quonam pacto, quæ hic ne permisit quidem, lege lata sanxisset? Quemadmodum enim, si ante effusum unguentum interrogatus fuisset, haud dubie illud vendi et pauperibus dari jussisset: sic, posteaquam effusum fuerat, mulieris fidem per objurgationem exstinguere absurdum erat. Atque ad eumdem quoque modum nunc faciunt probatissimi quique sacerdotes. Nam si quis dicat, Consecrare atque appendere aliquid volo, id eum pauperibus dare jubent. Sin autem id jam ipse fecerit, non modo eum non increpant, verum etiam blande ac leniter admittunt; non quod hoc illo melius ac præstantius esse ducant (non enim propterea Christus venit, ut ecclesias auro et argento impleat), sed ne eum, qui hoc donarium obtulit, animi anxietate afficiant.

ΠΗ'. — ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν ὅπως ὁ Χριστὸς τοὺς φοιτητὰς ἐπεστόμισεν ἐπιτιμήσαντας τῇ πολύτιμον μύρον ἐκχεῖν μὴ παραιτησαμένῃ (81), καίτοι δόξαντας τὸν ὑπὲρ τῶν πτωχῶν ποιεῖσθαι λόγον· φημὶ, ὅτι Οὐκ ἂν ὁ ἄνω καὶ κάτω περὶ ἐλεημοσύνης διαλεγόμενος, καὶ ταύτην τῶν θυσιῶν προκρίνων, νῦν ταύτην, ὡς νομίζεις, ἐξέβαλεν. Ὁ γὰρ λέγων, «Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν·» καὶ, «Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται·» καὶ, «Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε,» οὐκ ἂν εἰς τοὐναντίον περιετράπη.
B Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ προσελθοῦσα γυνὴ ἔφθη ἐκχεῖν τὸ ἔλαιον, ἀτοπώτατον ἡγήσατο ἡ θεία σοφία πηρῶσαι αὐτῆς τὴν πίστιν. Διὸ καὶ συνηγόρησεν αὐτῇ, καὶ εἶπεν· «Ἔργον γὰρ καλὸν ἐποίησεν.» Ὅρα τὴν ἄῤῥητον σοφίαν. Οὐκ εἶπε, Καλὸν ἔργον γέγονεν, ἀλλ', *Ἐποίησεν*. Οὐ γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζει, ἀλλὰ μετὰ τοῦ προσώπου τῆς γυναικὸς, οἱονεὶ λέγων· Ἐπειδὴ ἅπαξ ἐποίησεν, ἀποδοχῆς ἐστιν ἀξία. Μὴ τοίνυν τὴν ἀκρίβειαν παρ' αὐτῆς ἐπιζητήσωμεν, ἀλλ' ἀφ' ὧν οἷόν τέ ἐστι, στέφανον αὐτῇ πλέξωμεν. Εἰ δὲ μὴ τούτῳ τῷ νῷ ἀπεδέξατο τὸ γύναιον, ἐχρῆν νομοθετῆσαι πᾶσι μιμήσασθαι αὐτήν. Εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἔδειξεν, ὡς διὰ συγκατάβασιν ἐκείνην ἀπεδέξατο. Εἰ μὲν γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ πεποίηκε, νόμος ἔστω· εἰ δὲ πεποιηκυῖαν οὐκ ἠπόρησε, μὴ εἰς
C νόμον ἀναγέτωσαν τὴν συγκατάβασιν. Εἰ γὰρ ἐν τῇ Παλαιᾷ τὰς θυσίας ἐπιτρέψας ὕστερον ἀνέτρεψε, πῶς ἐνταῦθα μηδὲ ἐπιτρέψας ἐνομοθέτησεν; Ὥσπερ γὰρ εἰ πρὸ τοῦ ἐκχεῖν ἠρωτήθη, ἐκέλευσεν ἂν αὐτὸ πραθῆναι, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς· οὕτως μετὰ τὸ ἐκχυθῆναι ἄτοπον ἦν διὰ τῆς ἐπιτιμήσεως σβέσαι τῆς γυναικὸς τὴν πίστιν. Οὕτω καὶ νῦν ποιοῦσιν οἱ τῶν ἱερωμένων εὐδόκιμοι. Εἰ μὲν γάρ τις εἴποι, Ἀναθεῖναί τι βούλομαι, κελεύουσιν αὐτὸν δοῦναι πτωχοῖς· εἰ δὲ φθῇ ἐκεῖνος κατασκευάσαι, οὐ μόνον οὐκ ἐπιτιμῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἠρέμα ἀποδέχονται, οὐ τοῦτο ἐκείνου προκρίνοντες· οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο ἐπεδήμησεν ὁ Χριστὸς, ἵνα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τὰς ἐκκλησίας ἐμπλήσῃ (82)· ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν ἀναθέντα ἀπορήσωσιν.

LXXXIX. — ALEXANDRO POETÆ.

Virtutem nihil est quod adæquet: non modo quia

D

ΠΘ'. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ ΠΟΙΗΤῌ.

Ἀρετῆς ἴσον οὐδὲν, οὐ μόνον ὅτι καὶ ἀσυγκρίτῳ

[16] Matth. xxvi, 7 seqq. [17] Osee vi, 6; Matth. ix, 13. [18] Matth. v, 7. [19] Matth. xxv, 40. [20] Matth. xxvi, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(81) Pro his verbis, τῇ πολύτιμον μύρον ἐκχεῖν μὴ παραιτησαμένῃ, codd. Vat. 649 et Alt. melius legunt, τὸ πολυτελὲς μῦρον ἐκχεῖν ὑπηρετησαμένῃ. Vers. 12, pro προσελθοῦσα, cod. Alt. scribit, προσελθοῦσα. Vers. 6 ante finem ep. pro εἰ δὲ φθῇ cod. Vat. 649 legit εἰ δ' ἔφθη. Possin.

(82) Confer similem locum epist. 247 hujus libri. Ritt.

ὑπεροχῇ τῶν ἄλλων ἁπάντων διενήνοχεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ ἀνώμαλα πράγματα ἐξομαλίζει, καὶ τὰ ἄνισα ἐξισοῖ. Οὔτε γὰρ ἐν πενίᾳ ταπεινοῦται, οὔτε ἐν δουλείᾳ ἀνελευθέρους ὑπομένει διακονίας, οὔτε ἐν ἀδοξίᾳ συστέλλεται. Ἀλλ' οὐδ' ἐν πλούτῳ ἐξυβρίζει, οὔτε ἐν ἀρχῇ ἐπαίρεται, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις τὴν ἑαυτῆς ἐπιβάλλουσα ἐπιστήμην, κανονίζει ταῦτα καὶ ῥυθμίζει, οὐκ ἐκείνοις ἑπομένη, ἀλλ' ἐκεῖνα τῇ ἑαυτῆς τέχνῃ ἀκολουθεῖν ἀναπείθουσα. Εἰ γὰρ χρὴ ἀκριβῶσαι τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος, ὃ συνεχῶς (πρὸς κάλλος ἴσως σωματικὸν ἐπτοημένος) ἐπὶ στόματος, ὥς φασι, φέρεις, Καλή τε μεγάλη τε καὶ ἀγλαὰ ἔργ' εἰδυῖα (83), μᾶλλον περὶ ἀρετῆς εἰρῆσθαι δόξει, ἢ περὶ ἧς εἴρηται. Τί γὰρ αὐτῆς μεῖζον, τί δὲ κάλλιον (84); Τίς δὲ ταύτης λαμπρότερα ἐπίσταται ἔργα, τῆς καὶ τὰς ἀνωμαλίας τῶν πραγμάτων διὰ τῆς ἑαυτῆς φιλοσοφίας ἐξομαλιζούσης, καὶ ἴσον τὸ φρόνημα ἐν ἀνίσοις πράγμασι φυλαττούσης, καὶ ἀοίδιμον ἁπανταχοῦ ἑαυτῇ κατασκευαζούσης κλέος, καὶ τοὺς μὲν συμφοραῖς περιπίπτοντας παρακαλούσης, τοὺς δὲ ὑπὸ εὐημερίας ἐξυβρίζοντας σωφρονιζούσης; Πρὸς ταύτην τοίνυν τεῖνον σαυτοῦ τῆς ψυχῆς τὸ ὄμμα, καὶ ταύτης τὸ κάλλος περισκόπει, ἵνα ἐραστὴς αὐτῆς διάπυρος γενόμενος, ἐπαινοῖο παρὰ πάντων καὶ ἀναχηρύττοιο.

A incomparabili quadam exsuperantia res omnes alias antecellit, sed etiam quia res quoque minime planas et æquabiles complanat, et eas quæ minime æquæ sunt, exæquat. Nam nec in paupertate deprimitur, nec in servitute illiberalia ministeria et officia sustinet, nec in dedecore contrahitur. Eodemque modo nec in opibus et copiis insolescit, nec in imperio et magistratu animis attollitur, verum his omnibus scientiam suam adhibens, ea componit ac moderatur, non iis obsecundans, sed ea, ut artis suæ ductum sequantur, adducens. Nam si versum illum Homericum, quem tu (quia fortasse corporeas pulchritudines ad stuporem usque miraris, perpetuo in ore habere diceris) accurate perpendere oportet: Et pulchra, et magna, operumque eximiorum perita: B de virtute potius, quam de ea, de qua dictum est, dictum esse videbitur. Quid enim ea præstantius, quid pulchrius? Quis splendidiora opera novit, quam ejus quæ rerum inæquabiles status per suam philosophiam complanat, eumdemque in disparibus rebus animum servat, luculentamque ac celebrem sibiipsi gloriam conciliat, atque eos quidem, qui in calamitates cadunt, consolatur, eos autem qui ob florentem statum in contumeliam atque insolentiam prolabuntur, castigat et coercet? Quamobrem ad hanc animi tui oculum tende, ipsiusque pulchritudinem contemplare, quo ardenti illius amore correptus, ab omnibus lauderis ac prædiceris.

Ϟ'. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Καὶ παρ' Ἕλλησι μὲν (καίτοι ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχων καὶ ἄγων καὶ φέρων αὐτοὺς ὡς ἐβούλετο), καὶ παρὰ Ἰουδαίοις (καίτοι καὶ εἰς εἰδωλολατρίαν αὐτοὺς ἐκμήνας, καὶ εἰς ἀνδροφονίας ἐκλυττήσας), πολλὰς αἱρέσεις ἔτεκεν ὁ διάβολος. Εἰ δὲ καὶ παρὰ Χριστιανοῖς πολλῷ πλείους, θαυμαζέτω μηδείς. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ὁρῶν πάντας ὑπὸ τῆς κακίας μεθύοντας, καὶ οὐδένα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καθαρῶς νήφοντα, ὀλίγα ἐνέβαλε φιλονεικίας σπέρματα. Ἐπειδὴ δὲ ἧκεν οὐρανόθεν ὁ σωτήριος Λόγος, φέρων μὲν ἡμῖν οὐρανίου πολιτείας δόγματα, τῷ δὲ διαβόλῳ, δι' ὧν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἠπείλει, προμηνύων τὴν ἀναμένουσαν αὐτὸν δίκην (ἔλεγε γάρ· « Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ») τότε δὴ ὁ κοινὸς ἁπάντων ἐχθρὸς ὁρῶν καὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν τὴν μὲν κακίαν ἀποσειόμενον, τὴν δ' ἀρετὴν προσιέμενον, καὶ τὴν μὲν ἀσέβειαν ἐξοστρακίζον, τὴν δ' εὐσέβειαν ἀσπαζόμενον· ἀκούσας δὲ καὶ τῆς καθ' ἑαυτοῦ ἀποφάσεως τὸν ὅρον, σφοδρότερον ἔπνευσε καθ' ἡμῶν, καὶ τὰς αἱρέσεις ἔτεκε. Τῇ γοῦν εὐσεβείᾳ ἀντιστῆναι μηκέτι δυνάμενος, τῷ ὀνόματι αὐτῆς εἰς ἀσέβειαν πολλοὺς χειρ-

XC. — APOLLONIO EPISCOPO.

Et apud gentiles (quamvis eos etiam in potestate C **163** ac ditione sua habens, ac pro libitu suo agens ac ferens), et apud Judæos (tametsi etiam eos velut rabido quodam furore percitos ad idolorum cultum atque homicidia impulisset) multas hæreses diabolus procreavit. Quod si apud Christianos quoque multo plures peperit, nemini mirum istud videatur. Nam cum ante carnalem Christi adventum ac præsentiam omnes vitii temulentia laborare, nec ullum, ut ita dicam, pure atque integre sobrium esse conspiceret, idcirco pauca contentionis semina injiciebat. Posteaquam autem salutare Verbum cœlitus venit, nobis quidem cœlestis vitæ generis documenta ferens, diabolo autem, per eas minas quas in peccatores intendebat, pœnam, quæ ipsum manebat, prænuntians (dicebat enim: « Ite in ignem D qui paratus est diabolo et angelis ejus [41]), tum vero communis ille omnium hostis, tum quod genus nostrum sensim ac paulatim vitium excutere, ac virtutem admittere, atque impietatem ablegare, ac pietatem amplecti perspiceret, tum quod condemnationis suæ decretum audiisset, acrius adversum nos flavit, atque hæreses in lucem protulit. Nam cum

[41] Matth. xxv, 41.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(83) *Καλή τε, μεγάλη τε, καὶ ἀγλαὰ ἔργ' εἰδυῖα.* Homericus hic versus, quem pulcherrime ad virtutem detorquet Isidorus, exstat *Odyss.* O, prolatus ab Eumæo de sua matre ad Ulyssem,

Ἔσκε δὲ πατρὸς ἐμοῖο γυνὴ Φοίνισσ' ἐνὶ οἴκῳ,
Καλή τε, μ., etc. RITT.

(84) Edit., τί γὰρ κάλλιον. Lacunam explent codd. Vatic. 649 et Alt. EDIT. PATR.

pietati jam obluctari nequeat, in id omni animi A contentione incumbit, ut per ipsius nomen plerosque ad impietatem ducat: atque pietatis specie atque obtentu veritatem evertere conatur, eosque, qui optimæ vitæ laude persæpe excelluerunt, per corrupta dogmata obterit. Etenim unicum hoc illi opus, unicumque studium est, ut omnes ad unum, sive per vim, sive per adulterina dogmata, in exitii pelagus secum præcipites agat. Hæc igitur hæresum principes cogitantes, adversus veritatem semina jacere desinant, illud secum reputantes, quod ipsi præ cæteris in summo periculo versantur. Desinant etiam illorum auditores anticipatæ duntaxat opinioni servire, atque adversus veritatem impetum facere: ne alioqui magnum omnique sermone præstantius Salvatoris facinus, quantum quidem in B ipsis est, inane atque infrugiferum reddant. Desinant item ii, qui rectis quidem dogmatibus gloriantur, verum per vitæ segnitiem ea facere convincuntur, quæ eos nothos ac spurios pietatis discipulos esse coarguunt, atque ad rectam fidem optimam vitæ rationem adjungant. Sic enim futurum est, ut omnes Dominicam vocem laudes nostras prædicantem audiamus.

γωγῆσαι φιλονεικεῖ· καὶ προσχήματι εὐλαβείας (85), τὴν ἀλήθειαν ἀνατρέψαι πειρᾶται, καὶ τοὺς βίῳ πολλάκις ἀρίστῳ διαλάμποντας διεφθαρμένοις δόγμασιν ἐκτραχηλίζει. Ἓν γὰρ αὐτῷ ἔργον καὶ μία σπουδὴ, πάντας ὁμοῦ, εἴτε διὰ βίας (86), εἴτε διὰ νόθων δογμάτων εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας μεθ' ἑαυτοῦ καταποντίσαι πέλαγος. Ταῦτα οὖν ἐννοοῦντες, παυέσθωσαν μὲν οἱ τῶν αἱρέσεων ἡγεμόνες τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας σπείροντες σπέρματα, ἐννοοῦντες ὡς αὐτοὶ μάλιστα πάντων ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ σαλεύουσι. Παυέσθωσαν δὲ καὶ οἱ τούτων ἀκροαταὶ, προλήψει μόνῃ δουλεύοντες, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας νεανιευόμενοι, ἵνα μὴ τὸ μέγα καὶ λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαῖνον τοῦ Σωτῆρος κατόρθωμα, τόγε ἧκον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀργὸν ἀποφήνωσι. Παυέσθωσαν δὲ καὶ οἱ τοῖς ὀρθοῖς μὲν δόγμασιν ἐναβρυνόμενοι, διὰ δὲ τῆς κατὰ τὸν βίον ῥᾳθυμίας ἐλεγχόμενοι, ταῦτα δρῶντες, ἃ νόθους αὐτοὺς τῆς εὐσεβείας φοιτητὰς ἀποφαίνει, καὶ μετὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ἀρίστην πολιτείαν συγκιρνάτωσαν, ἵνα πάντες ἀκούσωμεν τῆς βασιλικῆς φωνῆς ἡμᾶς ἀνακηρυττούσης.

XCI. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Quoniam in tuis ad me litteris quæsivisti quamnam ob causam Areopagus tribunal illud Atheniense vocaretur, in quo concionem habuit Paulus [22]: hoc respondeo hunc locum idcirco hoc nomen consecutum fuisse, quod Mars illic, ut aiunt, judicium subierit. Pagus autem est sublimis locus. In edito C enim loco situm erat hoc tribunal. **164** Unde etiam apud nonnullos Pagarchi appellantur, qui oppidulis aut locis quibusdam imperant.

ϞΑ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐπειδὴ γέγραφας, τίνος ἕνεκεν Ἄρειος πάγος ἐκαλεῖτο, τὸ ἐν Ἀθήνησι δικαστήριον, ἐν ᾧ καὶ ὁ Παῦλος ἐδημηγόρησεν· ἀντεπιστέλλω, Ὅτι ὁ Ἄρης, ὥς φασιν, ἐκεῖσε δίκας ἔδωκε. Πάγος δὲ, ὁ ὑψηλὸς τόπος. Ἐν γὰρ ὄχθῳ τινὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον· ὅθεν καὶ Πάγαρχοι καλοῦνται παρά τισιν, οἱ τῶν κωμῶν ἢ τόπων τινῶν ἄρχοντες.

XCII. — EIDEM.

Quandoquidem illud quoque intelligere cupis, cujusnam sceleris convictus Mars supplicio affectus sit, pudet quidem me narrare, sed tamen exponam. Nam ejusmodi sermo perspicua gentilium refutatio erit. Cum enim eos, quos rerum omnium moderatores atque custodes esse aiunt, nec pudicitiam colere, nec recte atque integre judicare constiterit, multum certe ab eo abfuturi sunt, ut iis divinus honor adhiberi debeat. Ac quidem alios, ne sermonem in lon- D gius producam, prætermittam (licet alioqui complures proferre queam), unum autem duntaxat commemorabo, qui id, quod abs te quæritur, explanet. Martem Agraulæ, Cecropis filiæ, usque adeo insano amore exarsisse aiunt, ut cum ejus ætas matrimonii opus nondum ferre posset, ipse tamen, ut erat fervens ac petulans amator, clausum adhuc naturæ folliculum præmature invaserit. Ac puella quidem, ut narrant, tenero adhuc ætatis flore erat;

ϞΒ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ τίσιν ἁλοὺς ὁ Ἄρης, δίκην ἔδωκεν, ἐθέλησας μαθεῖν, αἰσχύνομαι μὲν φράσαι, ὅμως δ' οὖν ἐρῶ. Ἔλεγχος γὰρ ἔσται Ἑλλήνων σαφὴς τὰ λεγόμενα. Ὅταν γὰρ, οὓς φασι τῶν πάντων διανομεῖς εἶναι καὶ ταμίας, ὀφθεῖεν, μήτε σωφροσύνην, μήτε τὸ κρίνειν ἔχοντες ὀρθῶς, σχολῇ γ' ἂν εἶεν σεπτοί. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους, ἵνα μὴ μακρὸν ποιήσω τὸν λόγον, παρήσω, καίτοι πολλοὺς ἔχων εἰπεῖν, ἑνὸς δὲ ἐπιμνησθήσομαι μόνου, τοῦ τὸ ζητούμενον παρὰ σοῦ σαφηνίζοντος. Ἀγραύλῃ τῇ Κέκροπος οὕτως ἐξηττηθῆναί φασι τὸν Ἄρεα, ὡς μηδέπω τῆς ἡλικίας αὐτῆς δυναμένης παρθενολύτων ἀνασχέσθαι γάμων, θερμὸν ὄντα καὶ ἀκόλαστον ἐραστὴν, μύοντα ἔτι τὸν κάλυκα τῆς φύσεως παρὰ τὸν καιρὸν βιάσασθαι. Καὶ ἦν μὲν ἡ παῖς, ὥς φασιν, ἁπαλὸν ἔτι τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος ἔχουσα. Ὁ δὲ προσκυνεῖσθαι ἀξιῶν, αὐτοσχέδιον νυμφῶνα ταύτῃ ποιεῖ τοὔδαφος, οὐ πειθοῖ τῆς κόρης τὸ ἐθελούσιον δείξας,

[22] Act. XVII, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(85) Cod. Alt., εὐσεβείας. Vers. 27 pro διὰ βίας melius legunt cod. Alt. [et Bavar.] διὰ βίου. Ponit enim duas vias perdendi homines quibus utitur diabolus: pravos mores et falsa dogmata. Priorem designant illa verba, διὰ βίου, *per vitam*, solutam nimirum et sceleratam, alteram hæc, διὰ νόθων δογμάτων, *per adulterina dogmata*. POSSIN.

οὐ τῶν κυρίων τοῦ δοῦναι τὸν γάμον παρεσχηκότων, βίᾳ καὶ θράσει, γάμων ἐλῄσατο λάφυρα. Συμβιώσας τοίνυν ἐπὶ πολὺ, ἐκ ταύτης ἄγει τὴν Ἀλκίππην, ἣν ἔσχεν Ἁλιῤῥόθιος, ὁ τοῦ Ποσειδῶνος υἱός. Ἀλλὰ δυσχεράνας ὁ Ἄρης ἐπὶ τῇ ὕβρει τῆς θυγατρὸς, ἀναιρεῖ τοῦτον, αὐτὸς ἑαυτὸν λαθὼν, ὡς ἐβιάσατο τὴν Κέκροπος. Καὶ ὅτι μὲν κατὰ τῆς ἐνεγκούσης τὴν βίαν διὰ τὸν γάμον ἐσάλευσεν, οὐδὲ μικρᾶς ἑαυτὸν ἄξιον εἶναι μέμψεως ἐδοκίμασεν· ἐπειδὴ δὲ Ἁλιῤῥόθιος οὔτε τὸ ἄωρον ὕβρισεν, οὔτε τὴν βίαν τῆς πειθοῦς προετίμησεν, ἀλλ' ἐποίει συναινεῖν (86) τὴν κόρην τῷ παθεῖν, εἰ μὴ ἡ ἐναλείας αἰδὼς τὸ ἐθελούσιον περιέστελλεν· οὕτως ἄξιος εἶναι κολάσεως παρ' αὐτῶν κέκριται, ὡς καὶ διάδικος καὶ κριτὴς καὶ δήμιος αὐτῶν γενέσθαι. Ὧν χάριν ἐπὶ τοῦ Ἀρείου B πάγου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος αἰτιαθεὶς καὶ ἁλοὺς, αὐτὸς μὲν δίκην δέδωκε, τῷ δὲ τόπῳ πρὸς τὸ στηλιτεύεσθαι τὴν αἰσχύνην τοὔνομα καταλέλοιπε (87).

A ille autem, qui divinos honores sibi adhiberi postulabat, pavimentum ei extemporanei cujusdam thalami loco efficit, atque cum nec verborum blanditiis puellæ voluntatem illexisset, nec ii, penes quos id jus erat, eam illi in matrimonium præbuissent, vi atque audacia nuptiarum spolia tulit. Cum igitur diuturnam cum ea vitæ consuetudinem habuisset, Alcippen ex ea sustulit qua Halirrothius Neptuni filius potitus est. At vero Mars filiæ contumeliam infenso animo ferens, eum interfecit: non animadvertens ipse, quod Cecropis filiæ vim attulisset. Et quidem ob vim Agraulæ adhibitam, ne levi quidem reprehensione dignum se esse judicavit: posteaquam autem Halirrothius nec ante maturam ætatem puellæ stuprum intulit, nec vim illecebris ac persuasioni prætulit, verum effecit, ut nisi effusus genis pudor voluntatem obtexisset, assensum libidini præberet, usque adeo eum supplicio dignum esse censuit, ut et accusator, et judex, et carnifex ipsius fieret. Quo nomine apud Areopagum a Neptuno accusatus atque convictus, ipse quidem supplicio affectus est, loco autem, ad sempiternarum vesaniam infamiam ipsi inurendam, nomen reliquit.

ϞΓ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Πολλάκις ἐθαύμασα τὴν ἄγνοιαν (88) τῶν πίστεως μὲν πέρι καὶ πολιτείας ἀρίστης μηδένα ποιουμένων λόγον, ἐκεῖνα δὲ πολυπραγμονούντων καὶ ζητούντων, ἃ μηδ' εὑρεῖν οἷόν τε, καὶ τὸ Θεῖον παροξύνει ζητούμενα. Ὅταν γὰρ ἅπερ ἡμᾶς οὐκ ἠθέλησεν εἰδέναι, ταῦτα βιαζώμεθα μανθάνειν, οὔτε εἰσόμεθα, (πῶς γὰρ Θεοῦ μὴ βουλομένου;), καὶ τὸ κινδυνεύειν ἡμῖν ἐκ τοῦ ζητεῖν περιέσται μόνον. Ἐάσαντες τοίνυν, ὡς ὑπερφυῆ καὶ μηδαμόθεν ἁλώσιμον, τὴν περὶ C τούτων βάσανον, καὶ εἰς τὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας καταφυγόντες λιμένα, ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὴν ἀσφάλειαν ποριζώμεθα.

XCIII. — THEODOSIO SCHOLASTICO.

Sæpenumero eos miratus sum qui cum fidei atque optimæ vitæ curam nullam gerant, ea quærunt ac sollicite investigant, quæ nec inveniri possunt, et cum quæruntur, divinam iram concitant. Nam cum ea, quæ Deus nobis minime nota esse voluit, tanquam per vim scire contendimus, nec eorum scientiam consequemur (quonam enim modo, Deo nolente?), atque ex hujusmodi investigatione præter periculum nihil percipiemus. Quamobrem hujusmodi rerum explorationem, **165** ut natura nostra præstantiorem, captumque omnem excedentem, missam facientes, atque ad rectæ fidei optimeque vivendi rationis portum confugientes, hinc nobis securitatem comparemus.

ϞΔ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Καὶ τὸ μὴ μεταγινώσκειν πταίοντα, ὀλέθριον· καὶ τὸ ἀπογινώσκειν, ὀλεθριώτερον. Τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ ῥᾳθυμίας, τὸ δὲ ἀπὸ ἀναλγησίας φύεται. Ὅσῳ δὲ ἀναλγησία ῥᾳθυμίας χαλεπώτερον, τοσούτῳ ἀπόγνωσις ῥᾳθυμίας ἀργαλεώτερον. Τὸ μὲν γὰρ ἀνήκεστόν ἐστι κακόν· τὸ δ' εἰς θεραπείαν βαδιεῖται. Ἐπειδὴ τὸ μὲν κρίσεώς ἐστι διεφθαρμένης· τὸ δὲ παραλογισμοῦ καὶ ἀπάτης. Τί τοίνυν ἡμῖν ἐγκαλεῖς D ὡς ἀμελοῦσι, καὶ μὴ χαράττουσι πρὸς τὸν δείλαιον Ζώσιμον γράμματα, ἐκείνου δύο τοῖς ἀργαλεωτάτοις βαπτισθέντος κακοῖς, ῥᾳθυμίᾳ τε καὶ ἀναλγησίᾳ; Οὐκ ἠμελήσαμεν, ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ παρὰ πολλῶν τούτου ἕνεκεν πολλάκις παρορμηθέντες κεκμήκαμεν, καὶ λόγων καὶ προτροπῇ, καὶ ἀπειλῇ, καὶ ἐπαγγελίᾳ,

XCIV. — ISIDORO PRESBYTERO.

Et admisso delicto pœnitentia minime duci, perniciosum est; et desperatione affici perniciosius. Illud enim a segnitie ac socordia manat: hoc a stupore atque indolentia. Quanto autem stupor socordia gravior est, tanto quoque desperatio negligentiam gravitate superat. Ille enim immedicabile malum est: huic ad medicinam aditus patet. Quandoquidem ille depravati atque corrupti judicii est; hæc autem circumscriptionis et imposturæ. Quamobrem ne nos accuses, ut incuria laborantes, atque ad miserum Zosimum litteras minime cudentes, cum ille duobus his molestissimis vitiis depressus sit, nempe socordia et stupore. Non enim incuria laboravimus, optime vir, verum a multis hac de causa

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Cod. Vat. 649 pro συναινεῖν scribit συναιρεῖν. Vers. seq. barbaram lectionem ἡ ἐναλείας αἰδὼς, corrige ex codd. Vat. 649 et Alt., ἡ ἐν θηλείαις αἰδώς. Vers. inde 3 pro αὐτῶν iidem codd. scribunt αὐτῷ. POSSIN.

(87) De cæde quatuor omnino judicia erant Athenis, ut docet Julius Pollux in *Onomastico* et Helladius in *Chrestomathiis*, ut eum refert Photius *Bibliothecæ* pag. 874. RITT.

(88) Verba τὴν ἄγνοιαν supplentur ex codd. Vatic. et Alt. apud Possinum. EDIT. PATR.

persæpe incitati, indomitam illam feram, et sermone, et cohortatione, et minis, et pollicitatione, et suppliciis ad defatigationem usque monuimus. Verum, ut apparet, illud minime animadvertimus, nos Æthiopem dealbare, dæmonemque humana forma præditum ad mansuetudinem et lenitatem pertrahere. Quamobrem istud compertum habens, nos nihil quidquam, quod ad officium nostrum pertineat, nec prætermisisse, nec prætermissuros esse, tuas ipsi preces largire. Sic enim fortasse ex tanta insania emerget.

A καὶ κολάσει νουθετοῦντες τὸ ἀμείλικτον ἐκεῖνο θηρίον. Καὶ ὡς ἔοικεν, ἐλάθομεν Αἰθίοπα σμήχοντες, καὶ ἀνθρωπόμορφον δαίμονα εἰς ἡμερότητα ἐκβιάζεσθαι φιλονεικοῦντες. Εἰδὼς τοίνυν, ὡς τῶν εἰς ἡμᾶς ἡκόντων οὐδὲν οὔτε παρελείφθη, οὔτε παραλειφθήσεται, τὰς σὰς αὐτῷ χάρισαι προσευχάς. Τάχα πως ἀνενέγκοι ἐκ τῆς τοσαύτης μανίας.

XCV. — EIDEM.

His quidem ignosci merito queat, qui per lenitatem ad majora peccata haudquaquam erudiuntur. Eos autem pœna subsequi debet, qui ex lenitate nihil emolumenti percipiunt. Atque hæc hactenus. Quoniam autem scripsisti, tibi quidem in animo esse de propheticis quibusdam vocibus me interrogare, verum id facere minime audere, illud rescribo, me infenso animo in te futurum, si te quæ percontari velis, reticere sensero.

ϞΕʹ. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἡ μὲν συγγνώμη ἐκείνοις νέμεσθαι (89) ἂν εἴη δικαία, τοῖς μὴ διὰ χρηστότητος εἰς μείζονα παιδοτριβουμένοις πταίσματα. Ἡ δὲ κόλασις ἕπεσθαι ὀφείλει τοῖς ὑπὸ τῆς χρηστότητος μὴ ὠφελουμένοις. B Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἐπειδὴ δὲ γέγραφας βούλεσθαι μὲν περὶ ῥήσεων προφητικῶν πυθέσθαι, μὴ τολμᾷν δέ· ἀντεπιστέλλω, ὅτι ἀπεχθοίμην ἂν σοι, εἰ αἰσθοίμην σιγῶντα ἃ ἔρεσθαι βούλοιο.

XCVI. — TIMOTHEO LECTORI.

Apparet te divini viri Pauli verbis obtemperare, mentemque lectioni attentam habere. Ac propterea ipse quoque id quod abs te propositum est, explanare conabor. Quæsivisti enim quonam pacto cum rex Balthasar in ipsa nocte oppressus fuerit, his verbis usa sit Scriptura: « Et dixit Balthasar, et indutus est Daniel purpura, et circumdata est torques aurea collo ejus, et prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius a rege [23]. » Existimo igitur, posteaquam divina sententia, coortis jam tenebris, in pariete sculpta fuerat (hoc enim verba illa indicant, *contra candelabrum*), rex autem vehementer **166** conturbatus ac metu fractus ac dissolutus erat, regina porro de mentis gradu deturbata, ob regis dissolutionem consuetam, suæque dignitati consentaneam modestiam aspernata, in convivium nocte adhuc vigente insiluit, divinum oraculum a sapientissimo Daniele expositum fuisse, eumque purpura confestim ac torque donatum, inspectante omni exercitu, iisque qui magistratum gerebant (non enim dubium quin sapientiæ præmia in promptu essent), atque ipsis præsentibus promulgatum, quod tertius in regia dignitate jam futurus esset, hoc est, post ipsum ac reginam. Quod si quis id in frequenti foro ac non in aula regia promulgari debuisse dicat, illud sciat, ea quæ in regiis aulis fiunt, ubique etiam vim obtinere. Ea enim divinitus immissa sententia quæ intus confirmatur, ubique vim obtinere consuevit. Quin illud fortasse verisimilius est, præconium illud litteris quoque consignatum fuisse. Illud porro, quod in palatio factum fuerat, ac jam jamque ubique futurum erat, atque

ϞϚʹ. — ΤΙΜΟΘΕῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Ἔοικας πεπεῖσθαι τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ, καὶ τῇ ἀναγνώσει προσέχειν τὸν νοῦν. Διὸ δὴ καὶ αὐτὸς σαφηνίσαι τὸ παρὰ σοῦ προβληθὲν πειράσομαι. Ἔφης γάρ· Πῶς, εἴγε ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἀπέθανε Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς, ἔφη ἡ Γραφή· « Καὶ εἶπε Βαλτάσαρ, καὶ ἐνέδυσαν τὸν Δανιὴλ πορφύραν, καὶ τὸν μανιάκην τὸν χρυσοῦν περιέθηκαν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ· καὶ ἐκήρυξαν περὶ αὐτοῦ, εἶναι αὐτὸν ἄρχοντα C τρίτον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ; » Οἶμαι τοίνυν ὅτι ἐπειδὴ ἡ μὲν θεία ἀπόφασις σκότους ἤδη τυγχάνοντος ἐπὶ τοῦ τοίχου ἐχαράχθη (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *κατέναντι τῆς λαμπάδος*)· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐταράχθη σφόδρα καὶ παρελύθη ὑπὸ τοῦ φόβου· ἡ δὲ βασίλισσα ἐκχρουσθεῖσα τῶν λογισμῶν διὰ τὴν τοῦ βασιλέως παράλυσιν, ἀμελήσασα τῆς συνήθους καὶ πρεπούσης εὐκοσμίας, εἰσεπήδησεν εἰς τὸ συμπόσιον ἔτι νυκτὸς οὔσης· τὸ θεῖον θέσπισμα ἑρμηνεύεσθαι παρὰ τοῦ σοφωτάτου Δανιήλ· καὶ τῇ μὲν πορφύρᾳ καὶ τῷ περιαυχενίῳ παραχρῆμα τετιμῆσθαι, παρεστώσης πάσης τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἐν τέλει (προὔκειτο γὰρ δῆλον ὅτι τῆς σοφίας τὰ γέρα), τὸ δὲ κήρυγμα γεγενῆσθαι ἐπὶ τῶν παρόντων, ὅτι τρίτος ἔσται ἐν τῇ βασιλείᾳ, τουτέστι, μετ' αὐτὸν καὶ τὴν βασιλίδα. D Εἰ δὲ, Πληθούσης ἀγορᾶς, εἴποι τις, ἐχρῆν γενέσθαι, καὶ οὐχ ἐν τοῖς βασιλείοις· εἴποιμεν ὅτι μάλιστα μὲν τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις (90) γενόμενα, καὶ πανταχοῦ κυροῦται. Ἡ γὰρ ἔνδον κυρουμένη θειοτάτη ψῆφος, πανταχοῦ κρατεῖν πέφυκεν. Ἴσως δὲ μᾶλλον εἰκὸς καὶ ἐν γράμμασι διατετυπῶσθαι. Τὸ δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις γεγενημένον, ὅσον οὐδέπω καὶ ἐπὶ πάντων ἐσόμενον, μᾶλλον δὲ καὶ πεπληρωμένον τῇ κρίσει τοῦ προστάξαντος, ὡς γεγονὼς ὁ ἱστοριογράφος

[23] Dan. v, 29.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(89) Pro νέμεσθαι scribunt νενεμῆσθαι codd. Vatic. 649 et Altaensis. Possin.

(90) Verba, εἴποιμεν ὅτι μάλιστα μὲν τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις, quæ prorsus illuc quadrant, addimus ex Vat. 649 et Alt. Edit. Patr.

ἔθηκε. Διὸ δὴ καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν τύραννον διαδεξάμενος, οὐδὲν ἀγνοήσας τῶν γεγενημένων, τῆς ἀνωτάτω τιμῆς αὐτὸν ἠξίωσεν.

ϞΖ'. — ΑΛΥΠΙῼ.

Ἴσως ἀγνοεῖς, ὅτι οὐδέποτε ἄπορον ἀπόρῳ λύεται· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων τὴν πίστιν τῶν ἀμφισβητουμένων (91) λαμβάνειν εἰώθαμεν.

ϞΗ'. — ΛΕΟΝΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὀρέγονται μὲν ἀρετῆς, τὴν δὲ ἐπ' αὐτὴν φέρουσαν ὁδὸν ὀκνοῦσιν ἰέναι. Ἄλλοι δὲ οὐδ' ἀρετὴν εἶναι ἡγοῦνται. Χρὴ γοῦν, τοὺς μὲν πεπεῖσθαι (92) τὸν ὄκνον ἀποθέσθαι, τοὺς δὲ διδάξαι, ὅτι ὄντως ἀρετή ἐστιν ἡ ἀρετή.

ϞΘ'. — ΑΦΡΟΔΙΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐπειδὴ, ὡς γέγραφας Ἰουδαῖός τις ἀπαιδευσίας ἀνάπλεως, ὡς ὑπερβολὴν καταγνοὺς τοῦ εἰρηκότος θείου εὐαγγελιστοῦ, « Οὐδ' αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία, » πράγματά σοι παρέσχεν· ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ἣν καὶ αὐτὸς ἐγκρίνει καὶ θείαν ἡγεῖται, τὰ ὑπερβολικῶς εἰρημένα εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ἵνα εἰδῇ ἐκεῖνος, ὅτι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς τῇ Παλαιᾷ ἐκείνῃ ἑπόμενος Γραφῇ, γέγραφεν ἃ γέγραφε. Τί οὖν γέγραπται, μάθωμεν. Περὶ μὲν τῶν πόλεων τῶν Χαναναίων, « Πόλεις τετειχισμέναι ὑπάρχουσιν ἕως τοῦ οὐρανοῦ· » περὶ δὲ τῆς γῆς αὐτῶν λέλεκται, « Γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. » Περὶ δὲ τῶν πλεόντων, « Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων. » Ἑρμηνευέτω τοιγαροῦν ἐκεῖνος ταῦτα ὁ ἀγροικόσοφος (93), μὴ καταφεύγων εἰς θεωρίαν, μηδὲ τροπολογεῖν πειρώμενος, ἀλλ' αὐτὰ φράζων τὰ πράγματα. Εἰ δ' οὐ δύναται (ἀνάγκη γὰρ αὐτὸν λέγειν ἢ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι, ἢ ἑρμηνείας δεῖσθαι), τίνος ἕνεκεν ἀμαθίας ἐσχάτης καθ' ἑαυτοῦ δεῖγμα φέρων ἔδοξεν ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ καὶ εἰ δόξαντος ὑπερβολῇ κεχρῆσθαι κολάσαντος αὐτὴν, διὰ τοῦ εἰρηκέναι, *Οἶμαι*; Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄκρατός ἐστιν ἡ ὑπερβολὴ, ἐνταῦθα δὲ καὶ κεκραμένη. Οὐ γὰρ ἀφῆκεν αὐτὴν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκόλασεν. Ὁ δὲ τὰς ὑπερβολὰς κολάζων, δύο ποιεῖ· καὶ τὸν ἑαυτοῦ δεικνύει πόθον, καὶ τῆς ἀληθείας ἅπτεται. Εἰκὸς δὲ μηδὲ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι. Οὐ γὰρ ἐῤῥέθη, πολλὰ καὶ ἄλλα σημεῖα πεποιηκέναι τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἀλλὰ ἀδιορίστως πεποιηκέναι. Ἔστι δὲ αὐτοῦ ἄλλα τὰ ἔργα τοῦ κόσμου πρεσβύτερα, ἅτινα οὔτε γραφῇ, οὔτε βιβλίοις παραδοθῆναι οἷόν τε, οὐ μόνον διὰ τὸ

A adeo per ejus qui imperarat, judicium completum fuerat, historiographus tanquam factum posuit. Unde etiam Darius Medus, qui tyranno successit, cum nihil eorum, quæ contigissent, ignoraret, eum summo honore affecit.

XCVII. — ALYPIO.

Illud fortasse ignoras, id quod dubitationem habet, alia dubitatione minime unquam dissolvi: verum nos ab iis rebus quæ in confesso sunt, controversarum solutionem quærere solere.

XCVIII. — LEONTIO EPISCOPO.

Plerique homines virtutem quidem expetunt: verum iter illud quod ad eam ducit, tenere gravantur. Alii autem virtutem ne quidem esse existimant. B Operæ pretium igitur est iis quidem, ut segnitiem excutiant, persuadere; hos autem docere, virtutem vere virtutem esse.

XCIX. — APHRODISIO PRESBYTERO.

Quoniam Judæus quidam, ut ad me scripsisti, inscitiæ plenus divinum evangelistam, quod his verbis usus sit: « Ne ipsum quidem mundum capere posse arbitror eos qui scriberentur libros [24], » hyperbolicæ locutionis damnans, negotium tibi facessivit: operæ pretium est ex Veteri Testamento, quod ipse quoque probat, ac divinum existimat, ea, quæ per hyperbolen dicta sunt, in medium producere, ut ille intelligat, evangelistam quoque Veterem illam Scripturam sequentem, ea scripsisse, quæ scripsit. C Quidnam igitur scriptum sit, discamus. De Chananæis quidem urbibus: « Urbes muro cinctæ sunt usque ad cœlum [25]; » de terra autem eorum dictum est: « Terram fluentem lacte et melle [26]. » Denique de navigantibus: « Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssos [27]. » Hæc igitur ille rustice sapiens exponat, **167** non ad allegoriam confugiens, nec moralem sensum afferre studens, sed res ipsas explicans. Quod si non potest (necesse est enim ut vel hæc hyperbolice dicta esse fateatur, vel interpretatione opus habere), quid est, quamobrem extremæ inscitiæ adversum se argumentum præbens, evangelistam carpat, qui etiamsi hyperbolen adhibuisse videatur, eam tamen mitigavit, dum dixit, *puto?* D Etenim illic quidem mera est hyperbole: hic autem temperata. Nec enim eam simpliciter dimisit, sed castigavit ac lenivit. Porro qui hyperbolas castigat, duplicem rem facit: nam et cupiditatem suam indicat, et veritatem attingit. Quin illud quoque probabile est, ne hyperbolice quidem hoc dictum esse. Nec enim dictum est Jesum multa

[24] Joan. XXI, 25. [25] Dan. III, 5. [26] Exod. III, 18. [27] Psal. CVI, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(91) Codd. Vat. 649 et Alt. verba τὴν πίστιν τῶν ἀμφισβητουμένων nobis suggerunt quæ in edito deerant et interpres habuerat. EDIT. PATR.

(92) Cod. Vat. 649 pro πεπεῖσθαι legit πεῖσαι. POSSIN.

(93) Ὁ ἀγροικόσοφος. Ὁ ἀπαιδευσίας ἀνάπλεως, ut supra initio eum vocavit. Vide infra lib. IV, ep. 162. RITT.

quoque alia signa in hoc mundo fecisse, sed indefinite, fecisse. Sunt autem alia ipsius miracula hoc mundo antiquiora, quæ quidem nec scripto, nec libris tradi possunt, non modo propter multitudinem et magnitudinem, sed etiam quia sermonis et mentis vim superant. Quis enim cœlestium agminum naturam, ordinem, ornatum, concordiam, concinnitatem, charitatem, pacem referre poterit, aliaque omnia, quæ ne enumerando quidem recenseri possunt? Quod si etiam hoc dictum de dogmatum magnitudine et summitate quispiam accipiat, a vero minime aberrabit. Ac quidem apostoli ea, quæ ceperunt, litteris complexi sunt, velut Petrus apostolici chori præsul, in eo libro, quo res suas gestas narrat, aperte pronuntiavit. Quæ cepimus, scripsimus : at mundus ne ea quidem, quæ scripta sunt, capere potuit. Nam nec avarus de voluntaria inopia sermonem cepit; nec lascivus eum, qui de pudicitia erat; nec alienorum bonorum raptor eum, qui de justitia; nec crudelis eum, qui de humanitate : nec iracundus eum, qui de mansuetudine. Si igitur, quæ apostoli ceperunt, mundus minime cepit (idque et Christus clamat his verbis utens, « Sermo meus non capit in vobis [28] : » et Paulus, cum ait, Capite nos [29]), quæ ne apostoli quidem fortasse ceperunt, quonam tandem modo mundus ea cepisset? Per mundum autem, hominum turbam, mundanarum et terrenarum rerum admiratione perculsam intelligit : de qua dictum est, « Et mundus eum non cognovit [30]. » Hic porro mundus, non locorum, sed morum, non ob litterarum multitudinem, sed ob rerum magnitudinem, ea minime capit.

A πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν εἶναι. Τίς γὰρ δυνήσεται διηγήσασθαι τῶν οὐρανίων δήμων τὴν φύσιν, τὴν τάξιν, τὴν εὐκοσμίαν, τὸν ῥυθμὸν, τὴν ἐμμέλειαν, τὴν ἀγάπην, τὴν εἰρήνην, καὶ τἄλλα πάντα ἅπερ οὐδ' ἀριθμῆσαι δυνατόν; Εἰ δὲ καὶ εἰς δογμάτων τις μέγεθος καὶ ἀκρότητα ἐκλάβοι τὸ εἰρημένον, οὐκ ἂν διαμάρτοι τῆς ἀληθείας. Οἱ μὲν οὖν ἀπόστολοι, ἃ ἐχώρησαν ἔγραψαν, καθὼς Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο· Ἃ ἐχωρήσαμεν, ἐγράψαμεν· ὁ δὲ κόσμος οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν. Ὁ γὰρ φιλοχρήματος οὐκ ἐχώρησε τὸν περὶ τῆς ἀκτημοσύνης λόγον· οὐδ' ὁ λάγνος τὸν περὶ σωφροσύνης· οὐχ ὁ πλεονέκτης τὸν περὶ δικαιοσύνης· οὐχ ὁ ὠμὸς τὸν περὶ φιλανθρωπίας· οὐχ ὁ B θυμώδης τὸν περὶ πραότητος. Εἰ τοίνυν ἃ οἱ ἀπόστολοι ἴσως ἐχώρησαν, ὁ κόσμος οὐκ ἐχώρησε (καὶ βοᾷ ὁ μὲν Χριστὸς, ὅτι « Ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν· » ὁ δὲ Παῦλος, Χωρήσατε ἡμᾶς)· ἃ μηδ' οἱ ἀπόστολοι ἴσως ἐχώρησαν, πῶς ἂν ὁ κόσμος ἐχώρησε; Κόσμον δὲ καλεῖ, τὸν περὶ τὰ κοσμικὰ καὶ γήϊνα πράγματα ἐπτοημένον ὄχλον· περὶ οὗ ἐῤῥέθη· « Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. » Οὐ χωρεῖ δὲ ὁ εἰρημένος κόσμος (94)· οὐ τόπων, ἀλλὰ τρόπων· οὐ διὰ πλῆθος γραμμάτων, ἀλλὰ διὰ μέγεθος πραγμάτων.

C

C. — PAULO.

Quid tu, cum teipsum ignores, o homo, quæ supra te sunt, quæris? Quid autem dico teipsum? Unum eorum quæ in manibus sunt, mihi expone. Ac tum ea, quæ supra te sunt, curiosius inquirentem, haud accusabo. Ignis ille a quo artes scaturiunt, non modo a ferro, **168** ære et lapidibus, sed etiam ab aquis et lignis naturæ vi exsilit. Hoc ergo miraculum mihi expone : lignone insitus est? qui igitur illud non absumit? At non insitus est : quonam igitur modo ex eo creatur? Cum igitur ignis, sine quo nihil pene quod alicujus pretii sit, homines machinantur (nam et frigori succurrit, et tenebras propulsat, et ad omnem artem ac scientiam adjumento est), nemo explicare queat, quonam pacto in lignis quidem delitescit, nec tamen ea ab-

Ρʹ. — ΠΑΥΛῼ.

Τί τὰ κατὰ σαυτὸν ἀγνοῶν, ἄνθρωπε, τὰ ὑπὲρ σαυτὸν ζητεῖς; Καὶ τί λέγω τὰ κατὰ σαυτόν; Ἓν τῶν ἐν χερσί μοι ἑρμήνευσον, καὶ τότε τὰ ὑπὲρ σαυτὸν πολυπραγμονοῦντα οὐκ αἰτιάσομαι. Τὸ πῦρ ἀφ' οὗ πηγάζουσιν αἱ τέχναι, οὐ μόνον ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ καὶ λίθων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ὑδάτων καὶ ξύλων ἐκπηδᾷν πέφυκε (95). Διήγησαι οὖν μοι τὸ θαῦμα· ἆρ' ἔγκειται τῷ ξύλῳ; καὶ πῶς οὐκ ἀναλίσκει τοῦτο; Ἀλλ' οὐκ ἔγκειται· πῶς οὖν ἐξ αὐτοῦ τίκτεται; Εἰ τοίνυν τὸ πῦρ, οὗ ἄνευ σχεδὸν οὐδὲν ἀξιόλογον μηχανῶνται ἄνθρωποι (ἐπίκουρον γάρ ἐστι ψύχους, σκότου δ' ἀλεξιφάρμακον, συνεργὸν δ' εἰς πᾶσαν τέχνην καὶ ἐπιστήμην), οὐδεὶς δύναται φράσαι πῶς ἐμφω- D λεύει μὲν ταῖς ὕλαις, οὐκ ἀναλίσκει δὲ ταύτας· ὅταν δ' εἰς τὸ ἔξω πηδήσῃ, ἀναλωτικὸν γίνεται τῶν τεκου-

[28] Joan. VIII, 37. [29] II Cor. VII, 2. [30] Joan. I, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(94) Post κόσμος continuo subjunge, τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ, et dele quæ in edito sunt, οὐ τόπων, ἀλλὰ τρόπων. Sic hunc locum emendatum exhibent ambo sæpe memorati codd. POSSIN.

(95) Nota hic ignem ex lignis exsilientem, inter sese videlicet attritis quoad calescant atque ignescant. Ita olim apud Romanos oportebat reparare ignem Vestailem, si forte (quod piaculum apud ipsos grande erat) culpa virginum Vestalium, τῶν ἀεὶ παρθένων, exstinctus fuisset. De quo ita Festus : « Mos erat tabulas salicis materiæ tam diu terebrare, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret. » Meminit hujus rationis ignem eliciendi ex attritu et terebratione lignorum etiam Simplicius Comment. in Aristot. lib. III *de cœlo* : Ἀπὸ ξύλων δὲ πῦρ ἐκβάλλουσι, θάτερον τῶν ξύλων, ὡς τέρετρον, ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες. *Ignem*, inquit, *e lignis excutiunt, alterum lignorum tanquam terebram in altero circumvertentes*. Est etiam alia ratio ignis cœlitus ex radiis solaribus devocandi ope speculi igniarii. RITT.

σῶν ὅλων· πέπαυσο ἐκεῖνα περιεργαζόμενος, ἃ μήτε ἐφικτά ἐστι, μήτε εἰ ἐφικτὰ ἦν, μέγα τι συντελέσαι πρὸς ἀρετὴν ἠδύνατο. Τί γὰρ πρὸς ἀρετὴν συμβαλεῖται (96) τὸ περιεργάζεσθαι ἡλίου δρόμον, καὶ σελήνης κύκλον, καὶ ἀστέρων θέσιν, καὶ γῆς σχῆμα καὶ διάστημα, καὶ ὅσα ἄλλα οἱ δοκησίσοφοι πολυπραγμονοῦντες, τῆς μὲν ἀληθείας καὶ τῆς τῷ ὄντι σοφίας διήμαρτον, εἰς ἀδολεσχίαν δὲ τὸν βίον ἐδαπάνησαν;

A sumit, cum autem foras prosilierit, materias eas, ex quibus procreatus est, absumit: desine, quæso, ea perscrutari, quæ nec comprehendi possunt, nec si possent, magnum aliquod momentum ad virtutem afferre possent. Quid enim ad virtutem allaturum est, si quis solis cursum, et lunæ orbem, et stellarum situm, et terræ figuram ac spatium inquirendum suscipiat, aliaque omnia, quæ homines suo judicio sapientes et eruditi, curiose indagantes, a veritate quidem et vera sapientia exciderunt, in nugis autem et sermonum ineptiis vitam consumpserunt?

ΡΑ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Πρὸς ἱερεῖς εὐδοκίμους.

Ἐπὶ τῆς σῆς, ὦ ὁσιώτατε, εὐαρχίας, οὐθ' ὁ πλούσιος ἐπὶ λύμῃ τῶν ἄλλων κέκτηται τὴν τῶν χρημάτων ἰσχὺν, οὐθ' ὁ πενίᾳ συμβιοὺς, διὰ τὴν πτωχείαν ὑστέρηται (97) τῆς ἰσηγορίας. Ἀλλ' ὁ μὲν περιουσίᾳ δικαίων ὠχυρωμένος, τὸν τῆς ἀληθείας κεκτῆσθαι νενόμισται θησαυρόν· ὁ δὲ τούτων ἐνδεὴς, κἂν τοὺς Κροίσου ἔχῃ θησαυροὺς, πένης εἶναι κέκριται· καὶ οὔτε λόγου δύναμις τὴν ἀδέκαστον φρόνησιν ἀφέλκει τῆς ὀρθῆς κρίσεως, οὔτε ῥήτορος δεινότης κατασοφίζεται τὴν ἀλήθειαν· ἀλλ' ἀκλινὴς ἕστηκεν ἡ σὴ ψυχὴ, καθαρὸν τὸ δίκαιον τοῖς κρινομένοις βραβεύουσα. Τοιοῦτος δ' ὢν ἐν ταῖς ψήφοις, τῇ φιλανθρωπίᾳ πλέον σαυτὸν νενίκηκας, ἢ ὅσῳ δικαιοσύνῃ τοὺς ἄλλους ὑπερηκόντισας. Διὸ καὶ καταθρηνοῦσιν ἑαυτὰς αἱ πόλεις αἱ τυραννούμεναι, ὧν μία τυγχάνει καὶ ἡ Πηλουσιωτῶν. Τῶν γὰρ ἐναντίων πειρώμεναι, τοὺς μὲν ὑπὸ σοὶ τελοῦντας μακαρίζουσι, ἑαυτὰς δὲ ταλανίζουσιν. Ὁ γὰρ μυρίων τιμωριῶν ἄξιος, εἰ χρήματ' ἔχοι, ἀπόβλεπτος παρ' ἐκείνοις καὶ περιμάχητος. Ὁ δ' ἀρετῇ κομῶν, εἰ πένης εἴη, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἀτίμοις τελεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλεύεται. Ἐν δὲ ταῖς κρίσεσιν ὅπου ὁ χρυσὸς ῥέπει, ἐκεῖ καὶ ἡ ψῆφος νεύει· τὸ μὲν δίκαιον ἀδικεῖται, ἡ δ' ἀδικία κρατεῖ καὶ παροινεῖ. Εὖξαι τοίνυν ἢ τοὺς τοιούτους λυμεῶνας μεταγνῶναι, ἢ τοὺς ὑπηκόους ἐλευθερωθῆναι.

CI. — HERMOGENI EPISCOPO.

Ad probos sacerdotes.

In probo tuo imperio, vir sanctissime, nec dives B ad aliorum perniciem pecuniarum vim possidet, nec qui in paupertate vivit, causæ ex æquo dicendæ potestate ob egestatem privatur: verum is quidem, qui juris et æqui opibus munitus est, veritatis thesaurum possidere judicatur; qui autem his caret, etiamsi Crœsi thesauros habeat, inops esse censetur: ac neque sermonis facultas incorruptam prudentiam a recto judicio abstrahit, nec oratoris eloquentia veritatem eludit, verum anima tua firma consistit, purum jus iis, qui in judicium adducti sunt, tribuens. Porro cum in ferendis sententiis talis sis, benignitate rursum magis teipsum superasti, quam quantum justitiæ laude alios præteris. Ac propterea vicem suam lugent urbes eæ, quæ tyrannide opprimuntur: quarum C una est Pelusium. Etenim contraria experientes, eos quidem qui tibi subsunt, beatos judicant, se autem miseros et infelices. Nam qui sexcentis suppliciis dignus est, si opes habeat, conspicuus apud illos et potens est: qui autem virtute floret, si pauper sit, non modo inter infames censetur, sed etiam insidiis appetitur. In judiciis autem quo aurum vergit, illuc etiam sententia propendet: ac jus quidem violatur, iniquitas autem dominatur, atque in omne contumeliæ genus prorumpit. Quæ cum ita sint, Deum precare, ut aut ejusmodi pestes ad meliorem mentem se convertant, aut ii, qui ipsis subsunt, in libertatem asserantur.

ΡΒ'. — ΑΜΜΩΝΙῼ.

Ἐπειδὴ οὐκ ἔξω ὑποψίας εἶναι δοκεῖ ἡ ἄγαν φιλία, κιρνάσθω τῷ θείῳ φόβῳ, ἵν' ἀμφότερα βρύῃ ἐν ἡμῖν, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, καὶ ὁ τῶν φίλων πόθος· ὁ μὲν τὰς πονηρὰς ὑποψίας ἐξοστρακίζων· ὁ δὲ τὴν ἀγάπην, τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν μητέρα τίκτων. Ὅταν γὰρ κεκραμένον φόβῳ Θεοῦ τὸν πόθον ἔχωμεν, πάντ' ἐν ἡμῖν βλαστάνει τὰ ἀγαθά.

CII. — AMMONIO.

Quoniam nimia amicitia suspicione carere minime videtur, divino metu temperetur: ut utrumque D in nobis abundet, **169** nempe et Dei metus, et amicorum amor: ille improbas suspiciones eliminans, hic charitatem ac benevolentiam bonorum omnium matrem pariens. Nam cum Dei metu temperatum atque permistum amorem habemus, omne bonorum genus in nobis pullulat.

ΡΓ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων οὐ σώζει τὸν ἄνθρωπον.

Οὐχ ὁ δεινότητι καὶ δυνάμει λόγων, ὦ σοφὲ, τἀλη-

CIII. — THEODORO SCHOLASTICO.

Quod fides sine operibus non salvat hominem.

Non qui vi copiaque dicendi verum propulsat,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Pro συμβαλεῖται duo codd. Vatic. 649 et Alt. habent συμβάλλεται. Vers. pen. pro σοφίας eod. Alt. legit φιλοσοφίας. Possin.

(97) Codd. Vatic. 649 et Alt. legunt ἐστέρηται. Id.

o sapiens, laudem meretur : sed qui pure planeque illud eloquitur. Eaque de causa, ipse quoque, quod scire aves, perspicue dicam. Facilia et prona per divinum adventum certamina reddita sunt, ut pugnantes victoriam adipiscamur, non autem ut gratiæ magnitudine ad ignaviæ occasionem abutamur.

A θὲς διακρουόμενος, ἐπαίνων ἄξιος· ἀλλ' ὁ ἀτεχνῶς αὐτὸ φράζων. Διὸ δὴ καὶ αὐτὸς σαφῶς ὃ βούλει μαθεῖν, λέξω. Εὔκολα γέγονεν ἐκ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως τὰ παλαίσματα, ἵνα νικήσωμεν ἀγωνιζόμενοι, οὐχ ἵνα τῷ μεγέθει τῆς χάριτος πρὸς ῥᾳθυμίας ὑπόθεσιν ἀποχρησώμεθα.

CIV. — SERENO.

De arrogantia.

Ne illud te ad arrogantiam erudiat, quod hostem superaris. Compluribus enim præ jactantia furentibus, ut qui per omne vitæ tempus tropæa statuissent, eoque nomine gloriantibus, nec unquam inferiores se fore atque expugnatum iri exspectantibus, felicitas ea quæ videbatur, perspicue in pejus cessit.

ΡΔ'. — ΣΕΡΙΝΩ.

Περὶ ἀλαζονείας.

Μὴ τὸ ἐχθροῦ κεκρατηκέναι, εἰς ἀλαζονείαν σε παιδοτριβείτω. Πολλοῖς γὰρ ὑπὸ μεγαλαυχίας μεμηνόσι, ὡς ἅπαντα τὸν χρόνον τρόπαια στήσασι, καὶ φιλοτιμουμένοις ἐπὶ τούτοις, καὶ μὴ νομίζουσιν ἔλαττον ἕξειν, μηδὲ ἁλώσεσθαί ποτε προσδοκήσασιν, ἡ δοκοῦσα εὐπραγία εἰς τὸ χεῖρον περιφανῶς προεχώρησε.

B

CV. — EIDEM.

Multis secundi successus, quibus primum usi fuerant, infinitorum malorum causam attulerunt. Nam cum unum aut alterum nullo suo merito tropæum erexissent, propterea quod eorum temeritas eum, quem sperabant eventum habuisset, inopinata felicitate elati, atque in majores actiones sese projicientes, de superioribus quoque rebus præclare gestis in extremum periculum venerunt. Quapropter nobis faciendum est, ut humanius consultemus, atque, cum quid præclare atque ex sententia gerimus, misericordiam nobis ob oculos proponamus, nec præter modum sentiamus ac loquamur : cum autem ab officio aberramus, humanam imbecillitatem corrigamus, nec illud postulemus ut res nostræ Dei instar immortales fixæ sint.

ΡΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πολλοῖς αἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτυχίαι κακῶν ἀμυθήτων γεγόνασι πρόξενοι. Ἓν γάρ που ἢ δεύτερον παρὰ τὴν ἀξίαν στήσαντες τρόπαιον, ἅτε χωρησάσης αὐτοῖς εἰς ἐλπίδα τῆς τόλμης, ἐπαρθέντες τῇ ἀδοκήτῳ (98) εὐπραγίᾳ, καὶ εἰς μείζους ἑαυτοὺς ῥίψαντες πράξεις, ἐκινδύνευσαν ἐσχάτως καὶ περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς κατορθωμάτων. Διὸ χρὴ ἀνθρωπινότερον βουλεύεσθαι, καὶ κατορθοῦντες μὲν εἰς οἶκτον βλέπειν, καὶ τὰς ὀξυῤῥόπους ἐκλογίζεσθαι μεταβολὰς, καὶ μὴ πέρα τοῦ μέτρου φρονεῖν τε καὶ φράζειν· διαμαρτάνοντας δὲ παιδεύεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ μὴ ὡς Θεῷ πεπηγέναι τὰ πράγματα ἀθάνατα ἀξιοῦν.

C

CVI. — PAULO.

Ne ea, quæ vix, atque cum infinitis sudoribus ac certaminibus capiuntur, te cursim capturum existima : verum a laboribus et precibus exorsus, ad aucupandos Scripturæ sacræ sensus, qui animorum nostrorum solertiam ad majorem celeritatem exacuunt, te confer.

ΡϚ'. — ΠΑΥΛΩ.

Μὴ τὰ μόλις, ὦ βέλτιστε, καὶ μετὰ μυρίων ἱδρώτων καὶ ἀγώνων θηρώμενα, ἐξ ἐπιδρομῆς θηρᾷν νόμιζε· ἀλλ' ἐκ πόνων καὶ προσευχῶν προοιμιασάμενος, ἐπὶ τὴν θήραν τῶν νοημάτων τῆς ἱερᾶς χώρει Γραφῆς, τῶν τὴν ἡμετέραν σύνεσιν εἰς πλείονα ὀξύτητα ἀκονώντων.

170 CVII. — EUTONIO DIACONO.

Mentem oportet, velut reginam summum imperium obtinentem, horrendas atque armis omni ex parte munitas et instructas rationes ad sensuum portas demittere, quæ obviam prodeant, insidiasque ante struant, hostesque prohibeant : non autem aditu ipsis primum concesso, dubiam postea pugnam suscipere, quæ persæpe in alteram partem propendebit, hostibusque tropæum porriget. Ob eam enim causam salutaris quoque sermo eum qui impudico oculo aliquem perspiciat, supplicio affecturum se comminatus est, cum alii legum latores facinus duntaxat puniant : ne difficile ac nimis arduum bellum sit, verum facile ac proclive.

ΡΖ'.—ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ

Χρὴ τὸν νοῦν οἷα βασιλέα αὐτοκράτορα λογισμοὺς φοβεροὺς καὶ πάντοθεν ὅπλοις πεπραγμένους πρὸς τὰς τῶν αἰσθήσεων καταπέμψαι πύλας προαπαντησομένους, καὶ προλοχιοῦντας (99), καὶ εἴρξοντας τοὺς πολεμίους, καὶ μὴ πρῶτον συγχωρήσαντας τὴν εἴσοδον, ὕστερον ἀμφήριστον ἀναδέχεσθαι μάχην· ἥ-

D τις πολλάκις καὶ ἑτεροκλινὴς γενήσεται, τοῖς ἀντιστρατευομένοις τὸ τρόπαιον ὀρέγουσα. Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ὁ σωτήριος λόγος τὸν ἀκολάστως ὁρῶντα, κολάσειν ἠπείλησε, τῶν ἄλλων νομοθετῶν τὴν πρᾶξιν μόνην κολαζόντων· ἵνα μὴ δυσκαταγώνιστος καὶ ἀπρόσμαχος ὁ πόλεμος γένηται, ἀλλὰ ῥᾴδιος καὶ εὐχερής.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(98) Pro ἀδοκήτῳ solus cod. Vat. 649 legit εὐδοκήτῳ. Lectio tamen edita præterquam sua satis probabilitate stat, etiam nititur suffragio codd. duorum Sfort. et Alt. Vers. 8 κατορθοῦντες in quartum casum flectit cod. Sfort. scribens, κατορθοῦντας, idemque vers. 10 et 11 pro διαμαρτάνοντας legit διαμαρτόντας. Possin.

(99) Cod. Vat. 649 ex προλοχιοῦντας primam syllabam προ tollit. Id.

ΡΗ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Πολλοὶ, μᾶλλον δὲ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄνθρωποι καὶ πλεονεκτήματα ἔχουσι καὶ ἐλαττώματα, καὶ τοῖς μὲν ἐναβρύνονται, τοῖς δὲ ἐγκαλύπτονται. Σὺ δὲ, ὥς φασιν, ἐλαττωμάτων ἀνάπλεως ὤν, κατορθωμάτων ἔρημος εἶ καὶ γυμνός. Τὸ μὲν οὖν γαστρός σε ἡττώμενον, καὶ τοῖς μετὰ γαστέρα κεχειρῶσθαι πάθεσι, θαυμαστὸν οὐδέν. Ταῦτα γὰρ ἐκείνῃ ὡς τὰ πολλὰ ἕπεται. Ὁ γὰρ γαστρὸς ἄρξας, καὶ συνουσίας ἄρχειν δυνήσεται. Ἐπειδὴ καὶ τἄλλα πάντα ἐλαττώματα ἐν σοὶ χορεύειν φασὶ, καὶ ταμεῖόν σε καλοῦσι κακίας, καὶ θησαυρὸν ἀναισχυντίας, τοῦτο θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶσαν ἔμπληξιν ὑπερβαίνειν. Εἰσὶ γάρ τινες ὠμοὶ μὲν, σώφρονες δὲ, ἢ αἰσχροκερδεῖς μὲν, μέτριοι δὲ, ἢ ἀσελγεῖς μὲν, ἥμεροι δέ. Σὲ δὲ διὰ πάντων χωρεῖν κωμῳδοῦσι· γλῶσσαν μὲν γὰρ ὁπλίζειν σέ φασι κατὰ τῶν φιλαρέτων, αἰσχροῖς δὲ κέρδεσιν ἐγκαλινδούμενον καὶ σεμνύνεσθαι, πάντας δὲ τοὺς πώποτε ἐπὶ λαγνείᾳ βεβοημένους ἀποκρύψαντα καὶ ἐναβρύνεσθαι, κάτω δὲ τὴν ὀφρὺν ἔχειν ὀφείλοντα, διὰ τὰς πράξεις, ἃς οὐδὲ εἰπεῖν θέμις, ἄνω κροτάφων αὐτὴν ἐπαίρειν. Καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶν μέλος τοῦ σώματος τὴν τῆς ψυχῆς ἐμφαίνει ῥαθυμίαν τε καὶ ἀπόνοιαν. Καίτοι θάτερον θατέρῳ ἐναντίον ἐστὶν, ἀλλ' εἰς σὲ συνδεδραμηκέναι διισχυρίζονται. Εἰ τοίνυν ἀληθεύουσι, μετανόει ἐνταῦθα, ἵνα μὴ ἐκεῖσε ἀνονήτως αὐτὸ πράξειας.

A

CVIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Permulti, imo, ut sic loquar, omnes homines, et virtutes et vitia habent : atque illis quidem gloriantur, his autem erubescunt. Tu vero, ut aiunt, cum vitiis plenus sis, virtutibus prorsus cares. Ac profecto quod ventris illecebris cedens, libidinis quoque affectibus succumbas, nihil mirandum est. Nam illi magna ex parte ventrem sequuntur. Etenim qui ventrem imperio tenuerit, libidini quoque imperare poterit. Quoniam autem alia etiam omnia vitia in te sedem habere aiunt, teque vitii promptuarium atque impudentiæ thesaurum appellant, hoc vero mihi mirandum videtur, atque adeo admirationem omnem excedens. Sunt enim B nonnulli sævi et crudeles, verum modestia præditi : aut impuri quidem ac libidinosi, cæterum faciles ac mansueti. At te per omnia grassari criminantur. Etenim et linguam adversus homines probos ac virtutis amantes armare dictitant, et turpibus lucris involutum, hinc etiam gloriari : et cum omnes, qui unquam ob libidinem celebres exstiterunt, superes atque obscures, hoc quoque nomine tibi placere : cumque ob tua facinora, quæ ne commemorare quidem fas est, supercilium demittere debeas, id tamen supra tempora efferre : atque, ut summatim dicam, omne corporis membrum animi socordiam et contumaciam indicare. Quanquam enim alterum cum altero pugnat : utrumque tamen in te concurrisse affirmant. Quocirca, si vera loquuntur, hic pœnitentiam age : ne in altero ævo citra ullam utilitatem id facias.

ΡΘ'. — ΜΑΡΚῼ.

Διὰ τί, ἔφης, οὐ πάντας τοὺς προσφερομένους αὐτὸν, ὁμοίως ὁ οἶνος διατίθησιν· ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐμενεῖς ποιεῖ, τοὺς δὲ θυμώδεις· καὶ τοὺς μὲν φιλικοὺς, τοὺς δὲ μαχίμους· καὶ τοὺς μὲν ἡμέρους, τοὺς δὲ θηριώδεις; Οἶμαι τοίνυν, ἐπειδὴ καὶ φυσιολογεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζεις, ταῦτα συμβαίνειν, ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος διαθέσεως, τῷ ἢ αὔξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι ἀπὸ τοῦ οἴνου τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων συμπτωμάτων, ἢ ἀπὸ τῶν λανθανόντων τοὺς πολλοὺς τῆς ψυχῆς κινημάτων. Ἐπειδὴ γὰρ μόνων τῶν ὑγρῶν ἠθοποιὸν ὁ οἶνός ἐστι, κίρναται τρόπον τινὰ τοῖς τρόποις τῶν χρωμένων. Πρὸς ὁποῖον γὰρ ἂν ἦθος προσενεχθῇ, τοιαῦτα καὶ τὰ πάθη ἀποφαίνει, οὐ μὴ ὄντα αὐτὰ κατασκευάζων, ἀλλὰ κεκρυμμένα γυμνῶν. Τὸ γὰρ πεπλασμένον ἦθος ἀπαμφιάσας, ἐκφαίνει τὰ λανθάνοντα. Ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν κεχώρηκε τὸ τοιοῦτο, λεγόντων πολλῶν· Ἐν οἴνῳ ἡ ἀλήθεια. Τοὺς μὲν γὰρ δοκοῦντας σεμνότητος δόξῃ ἐναβρύνεσθαι, ἐκλαλητικοὺς τῶν ἀπορρήτων πολλάκις ἔδειξε, καὶ ὅπερ ἄρρητον ἄμεινον, εἰπεῖν παρεσκεύασε· τοὺς δὲ ἀπὸ μισοπονηρίας πολλάκις εἰς ὀργὴν ἐκτραπέντας, μειλιχίους τε καὶ πράους ἤλεγξεν ὄντας· τῶν μὲν, τὴν ἐπὶ σεμνότητι δόξαν· τῶν δὲ, τὴν ἐπὶ τῇ ὀργῇ αἰτίαν ἐξαφανίσας. Οὐ γὰρ τὰ μὴ ὄντα κατασκευάζει, ἀλλὰ τὰ ὄντα μὲν, λανθάνοντα δὲ, δημοσιεύει.

C

CIX. — MARCO.

Quæris cur vinum omnes, a quibus adhibetur, non eodem modo afficiat, verum alios placidos ac faciles, alios iracundos reddat, alios ad amicitiam, alios ad pugnam proclives, alios denique blandos, alios **171** belluinos. Existimo igitur, quoniam nos de rebus quoque naturalibus disputare cogis, hæc vel a corporis affectione contingere, nempe quod hujusmodi eventuum causæ a vino augeantur, vel imminuantur, vel ab animi impulsionibus, quæ plerosque latent. Quoniam enim vinum humidorum duntaxat mores informat, utentium moribus, quodammodo miscetur. Etenim pro iis moribus quibus adhibetur, eosdem quoque affectus ostendit : non D quidem eos, cum non essent, efficiens, verum abstrusos et occultos denudans. Siquidem fictis moribus detectis, ea, quæ in obscuro erant, patefacit. Unde etiam illud in proverbium abiit, dicentibus multis in vino veritatem sitam esse. Quippe eos, qui gravitatis existimatione gloriari videbantur, arcanorum enuntiatores sæpenumero demonstravit, ut, effecitque quod tacitum tenere præstiterat, effutirent. Ac rursum eos qui improbitatis odio persæpe ad iracundiam concitati fuerant, blandos ac mansuetos esse ostendit. Atque ita et famam illam gloriamque gravitatis, qua illi florebant, et iracundiæ culpam, qua isti laborabant, exstinxit ac delevit. Neque enim quæ non sunt, efficit : verum quæ occulta et abstrusa sunt, evulgat.

CX. — EUSTATHIO DIACONO.

De his qui neglectis suis peccatis, aliena curiosius scrutantur.

Magna me admiratio tenet, quonam pacto tyrannicus, ac sævus morbus, voluptatisque omnis expers, et cruciatum parturiens, tum omnes cujusvis ætatis superarit, tum omnes cujuslibet dignitatis subegerit, ac denique ornamentum omne ac modestiam labefactarit. Unusquisque enim, prætermissis peccatis suis, et quidem gravissimis, veniaque persæpe majoribus, aliorum errata, tametsi leviora, veniaque sæpenumero digna curiose inquirit, ac sua quidem supputans mœrore * afficitur : de alienis autem verba faciens, exsultat, lætitiaque perfunditur, atque in aliorum actionibus perscrutandis et condemnandis tempus omne suum conterit. Ac sibi ipsi quidem falsas etiam defensiones purgationesque comparat : aliorum autem acerbus et inexorabilis judex sedet, etiamsi alioqui justis excusationibus affluere videantur. Quocirca iis, qui hujusmodi morbo medicinam excogitare cupiunt, faciendum est, ut animi oculum ab alienis rebus ad delicta sua convertant, linguamque suam assuefaciant, non ad alios, sed seipsos acri et vehementi oratione insectandos. Hoc enim justitiam parturit (dic enim tu prior, inquit, iniquitates tuas, ut justificeris), illud autem majorem condemnationem parit. Grave est enim, atque absurditatem omnem excedens, **172** eos qui magnis criminibus se devinciunt, iis qui nihil, aut parum peccant, succensere.

ΡΙ'. — ΕΥΣΤΑΘΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ τῶν τὰ ἴδια πλημμελήματα ἐώντων, τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονούντων.

Λίαν θαυμάζω, ὅπως νόσημα τυραννικὸν καὶ ἀνήμερον, ἡδονῆς μὲν ἄμοιρον, κόλασιν δὲ ὠδῖνον, κεκράτηκε μὲν πάσης ἡλικίας, ἐχειρώσατο δὲ πᾶσαν ἀξίαν, ἐλυμήνατο δὲ πᾶσαν εὐκοσμίαν. Ἕκαστος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πταίσματα παρεὶς μέγιστα ὄντα, καὶ συγγνώμης πολλάκις μείζονα, τὰ τῶν πέλας ἐλάττονα ὄντα, πολλάκις δὲ καὶ συγγνώμης ἄξια, πολυπραγμονεῖ· καὶ λυπεῖται μὲν περὶ τῶν οἰκείων λογιζόμενος (1), ἀγάλλεται δὲ περὶ τῶν ἀλλοτρίων διαλεγόμενος, καὶ εἰς τὸ τὰ τῶν ἄλλων πολυπραγμονεῖν καὶ καταδικάζειν δαπανᾷ τὸν οἰκεῖον χρόνον· καὶ ἑαυτῷ μὲν καὶ τὰς οὐκ οὔσας ἀπολογίας πορίζεται, τῶν δὲ πλησίον πικρὸς καὶ ἀπαραίτητος κάθηται δικαστής, κἂν δοκοῖεν ἀπολογίαις εὐλόγοις πλουτεῖν. Χρὴ τοίνυν τοὺς βουλομένους θεραπείαν τῷ τοιούτῳ ἐπινοῆσαι νοσήματι, στρέφειν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα, καὶ τὴν γλῶτταν ἐθίζειν μὴ κατὰ τῶν πέλας, ἀλλὰ καθ' ἑαυτῶν καταφορικῶς λέγειν. Τοῦτο μὲν γὰρ δικαιοσύνην ὠδίνει (λέγε γὰρ σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτον (2), ἵνα δικαιωθῇς), ἐκεῖνο δὲ μείζονα κατάκρισιν τίκτει. Δεινὸν γάρ, καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα, τοὺς μεγάλα πταίοντας, τοῖς οὐδὲν ἢ μικρὰ πλημμελοῦσιν ἐπιτιμᾶν.

CXI. — ZENONI DIACONO.

De exercitatione.

Ne illis, o amice, te compares qui læto quidem atque alacri animo divinam prædicationem susceperunt, verum semen in animi penetralia minime transmiserunt. Nam cum leviter duntaxat atque in superficiem consiti, nec radicibus alte defixi essent, dicto citius exaruerunt, nec maturum ullum fructum extulerunt, verum ipsi a tentationibus oppressi sunt. At vero illis alte defixis, culmisque ac fructibus abundantibus, quorum spicæ uberes ac fructu graves propendent et inclinantur, ob maturum messis tempus, messorum falcem tantum non vocantes. Etenim probe norunt Christum angelis, ut hujusmodi homines in cœlestes sedes comportent, præcepisse : quo nimirum una festum celebrent, ac regnent, sempiternaque animi lætitia perfruantur.

ΡΙΑ'. — ΖΗΝΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ ἀσκήσεως.

Μὴ ἐκείνοις, ὦ φιλότης, σαυτὸν παράβαλλε, τοῖς περιχαρῶς μὲν τὸ θεῖον ὑποδεξαμένοις κήρυγμα, μὴ ἐν βάθει [δὲ] τῆς διανοίας παραπέμψασι τὸν σπόρον. Ἐπιπολαιόφυτοι γὰρ καὶ ἐπιπολαιόριζοι γεγονότες, θᾶττον ἢ λόγος ἀπεξηράνθησαν, καρπὸν μὲν ὥριμον μὴ ἐνηνοχότες, τῶν δὲ πειρασμῶν ἔργον γεγενημένοι. Ἀλλ' ἐκείνοις τοῖς βαθυρρίζοις, καὶ πολυρρίζοις, καὶ πολυκαλάμοις, καὶ πολυκάρποις, ὧν οἱ ἀστάχυες κομῶντες, καὶ ὑπὸ τοῦ καρποῦ βριθόμενοι καρηβαροῦσι καὶ κέκλινται, ὑπὸ τῆς πρὸς ἄμητον ὥρας μονονουχὶ ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦντες τὴν τῶν θεριστῶν δρεπάνην. Εὖ γὰρ ἐπίστανται, ὅτι τοὺς τοιούτους ὁ Χριστὸς εἰς τὰς οὐρανίους λήξεις ἀποκομίσαι τοῖς ἀγγέλοις προσέταξε, συνεορτάσοντας καὶ συμβασιλεύσοντας, καὶ ἀτελευτήτου θυμηδίας μεθέξοντας.

CXII. — EUTONIO DIACONO.

Quandoquidem oculus universum corpus moderatur, faciemque exhilarat et exornat, atque omnium membrorum lucerna est, propterea velut in regia

ΡΙΒ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ἐπειδὴ ὁ ὀφθαλμὸς τὸ πᾶν διακυβερνᾷ σῶμα, φαιδρύνει τε καὶ κοσμεῖ τὴν ὄψιν, καὶ λύχνος ἐστὶν ἁπάντων τῶν μελῶν· διὰ τοῦτο ὥσπερ ἔν τινι βασι-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) *Λυπεῖται μὲν περὶ τῶν οἰκείων λογιζόμενος*. Bill., *sua quidem* (scil. errata) *supputans, mœrore afficitur*. Atqui hoc falsum est : corrigeret enim si doleret. Rectius itaque in Bav. cod. negatio additur, λυπεῖται μὲν οὐ, *mœrore non afficitur*. Huc pertinet illud Horatianum :

Egomet mi ignosco, Mævius inquit.

Et Nazianzenus inquit, εὐγνώμων ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ κριτής. Confer Isidori nostri epist. 23 lib. IV. Ritt.

(2) Solus Vat. 649 legit, πρῶτος. Possin.

λικῷ χωρίῳ ἵδρυται, τὴν ἄνω λῆξιν λαχὼν, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων προκαθήμενος. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ ἥλιος ἐν τῇ οἰκουμένῃ, οὕτω καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος, εἰ τῷ λόγῳ σβεσθείη, πάντα συνταράξειεν· οὕτω καὶ ὁ ὀφθαλμὸς εἰ ἀποσβεσθείη, καὶ πόδες ἄχρηστοι, καὶ χεῖρες, καὶ ἅπαν σχεδὸν τὸ σῶμα. Τοῦ χάριν δὴ ταῦτ' ἔφην; Ὅτι καὶ ὁ διδάσκαλος ὀφθαλμός ἐστι τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας. Ἐὰν οὖν οὗτος φωτεινὸς ᾖ, τοῦτ' ἔστι, ταῖς τῶν ἀρετῶν ἀκτῖσι μαρμαίρων, ὅλον τὸ σῶμα φωτεινὸν ἔσται, ὑπ' ἐκείνου κυβερνώμενον, καὶ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιούμενον· ἐὰν δὲ σκοτεινὸς, τοῦτ' ἔστι, τὰ σκότους ἄξια δρῶν (3), [ὅλον] σχεδὸν τὸ σῶμα σκοτίζεται. Εἰ γὰρ καὶ εἶέν τινες τῶν ἐν τάξει μελῶν ὑγιαίνοντες, καὶ τὰ πρέποντα αὐτοῖς ἀνύοντες, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῆς τοῦ διδασκάλου μοχθηρίας παραβλαπτόμενοι· ἀλλ' οὐδὲν τοσοῦτον ἰσχύουσι, τῆς βλάβης τὰ καίρια νεμομένης, καὶ τῆς κακίας, καὶ τοὺς λοιποὺς εἰς τὸν τοῦ καθηγητοῦ ζῆλον ἐρεθιζούσης, καὶ τοὺς ὑγιαίνοντας κατηγορούσης, καὶ πάντα τρόπον ὅπως καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ νοσεῖν ἐμβάλ[λ]οι πραγματευομένης. Διὰ τοῦτ' εἴρηται· Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; Οἷον, ἐάν τις εἴποι Ἐκκλησίᾳ τυραννικαῖς ἐπιθυμίαις ἐχούσῃ ὑφηγητὴν (4)· Εἰ ὁ ὠφελεῖν καὶ φωτίζειν ὀφείλων, οὐδὲ φωτισθῆναι ἀνέχεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠφελεῖν προῃρημένους ἐξοστρακίζει· οἱ ὑπ' αὐτοῦ τελοῦντες, τί οὐκ ἂν δράσοιεν;

quadam sede collocatus est, ut qui supernam sedem nactus sit aliisque sensibus præsideat. Quemadmodum enim sol in terrarum orbe, sic quoque oculus in corpore est. Et quemadmodum ille, si exstinguatur, omnia perturbabit, sic etiam exstincto oculo, et pedes et manus, ac totum pene corpus inutile reddetur. Quorsum hæc dixi? Nempe quia magister quoque corporis Ecclesiæ oculus est. Quare si hic lucidus fuerit, hoc est, virtutum radiis splendeat, totum corpus lucidum erit, utpote quod ipso regatur et gubernetur, eamque, quam par est, curam consequatur. Si autem tenebrosus sit, hoc est, ea, quæ tenebris digna sunt, perpetret, universum propemodum corpus obscuratur. Nam etiamsi quidam sint in membrorum classe, qui recte valeant, eaque, quæ ipsorum officio consentanea sint, præstent, nec ex magistri improbitate ac nequitia detrimenti quidquam contrahant: at nihil tantum possunt, labe nimirum ac vitio potissimas partes depascente, reliquosque ad præceptoris imitationem exstimulante, ac sanos et incolumes maledica oratione insectante, omnique ratione, ut ipsos quoque in morbum conjiciat, moliente. Ob eamque causam dictum est: Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sint, tenebræ ipsæ quantæ erunt? Velut si quispiam dicat Ecclesiæ, tyrannicis cupiditatibus devictum magistrum habenti: Si is qui aliis prodesse, ac lumen afferre debet, ne **173** illuminari quidem sustinet, verum eos quoque qui prodesse instituunt, amolitur, qui sub ipsius imperio sunt, a quo tandem flagitio abstineant?

ΡΙΓ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ ἀκτημοσύνης.

Εἰ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν σκαιότητός τε καὶ ἀπληστίας εἰς ἀδύνατον δοκεῖ περιεστάναι τὸ τῆς ἀκτημοσύνης κατόρθωμα, καὶ οὐδὲ πιστεύεταί τις παρὰ σοὶ κατορθῶν· εἰσὶ μέν[τοι], καὶ οἶδά τινας. Εἰ δὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, θαυμαστὸν οὐδέν. Ὑπὸ γὰρ φιλοχρηματίας μεθύων, εἰκότως ἀγνοεῖς τοὺς καθαρῶς νήφοντας. Πλὴν ζήλωσον τοὺς τῇ αὐταρκείᾳ χρωμένους, τοὺς ἀπὸ δικαίων πόνων ζῶντας, τοὺς τοῖς οἰκείοις πόνοις ἀρκουμένους (5). Ἢ οὐδὲ τούτους ὁρᾷς διαλάμποντας, καὶ καθάπερ λαμπτῆρας ἀστράπτοντας; Ζήλωσον τούτους τέως, καὶ παῦσαι κατὰ τῶν ἀλλοτρίων οὐσιῶν τε καὶ χρημάτων τὰς μιαρὰς σαυτοῦ καὶ ἀπλήστους ῥίπτων χεῖρας· καὶ οὕτω δυνήσῃ κἀκείνους κατιδεῖν. Νῦν μὲν γὰρ ἀκούσας, οὔτε πεισθήσῃ, ἀλλὰ καὶ φλυαρήσεις αὐτοὺς καὶ κωμῳδήσεις, ἅτε μανίαν ἀνήκεστον νοσῶν. Εἰ δὲ εἰς μετρίαν ὑγίειαν ἔλθοις, ῥᾳδίως ἂν καὶ τοὺς εἰλικρινῶς ὑγιαίνοντας κατόψει·

CXIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

De paupertate.

Etsi ob multorum improbitatem, inexplebilemque cupiditatem, voluntariæ paupertatis virtus eo redacta esse videtur, ut vires humanas excedat, nec quemquam esse credis qui eam consequatur ac præstet: quosdam tamen esse novi. Ac si tu ignoras, nihil mirum. Nam cum præ opum ac pecuniarum cupiditate ipse temulentia labores, haud mirum est, eos qui pure atque integre sobrii sunt, tibi ignotos esse. Cæterum eos, qui suis rebus contenti sunt, imitare, quique justis laboribus victum sibi quærunt, nec quidquam præterea requirunt. Anne hos quidem lucentes perspicis, ac luminarium instar rutilantes? Hos, inquam, aliquantisper ad imitandum tibi propone, atque alienis opibus et pecuniis impuras et inexplebiles manus tuas injicere desine, ac sic illos quoque contueri poteris. Nam nunc, hoc audito, nec ad credendum adduceris, verum eos

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) Post δρῶν codd. Vatic. 649 et Alt. addunt ἅπαν. Iidem vers. penult. pro ὑπ' αὐτοῦ legunt ὑπ' αὐτῶν. POSSIN.

(4) Ἐκκλησίᾳ τυραννικαῖς ἐπιθυμίαις ἐχούσῃ ὑφηγητήν. B. C. addit ἑαλωκότα, εἶτα, omissis εἰ ὁ. Addidi igitur etiam interpretationi, *devinctum*. Cæterum pro εἶτα malo retinere, εἰ ὁ. RITT.

(5) *Τοὺς τοῖς οἰκείοις πόνοις ἀρκουμένους.* Puto legend. πόροις, tum quia librarii sæpe ν sive r Latinum ἀντὶ τοῦ ρ posuerunt: tum quia in B G reperi ν finale in medio scriptum, quod ad similitudinem τοῦ ρ quam proxime accedit. Sunt autem πόροι proventus sive reditus. Aristot. *Œconomic. et Politic.* ID.

quoque traduces ac sugillabis, nec incurabili furore teneri desines. At si ad mediocrem sanitatem veneris, tum vero eos etiam qui prorsus integra valetudine præditi sunt, facile perspicies : atque etiam quandoque ipsos optimæ hujusce viæ duces ac præmonstratores habebis.

ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀγωγοὺς καὶ ἡγεμόνας αὐτοὺς ἕξεις τῆς ἀρίστης ταύτης ὁδοῦ.

CXIV. — CARPO PRESBYTERO.

De iis qui virtute præditos aversantur.

Perditæ ac profligatæ improbitatis esse mihi ille videtur, non qui eum, a quo injuriam atque contumeliam accepit, ulciscitur (sæpe enim illi venia impertitur), verum qui meliorem, atque omnium laudibus celebratum odio et cavillis insectatur. Ille enim, etsi ad philosophiæ fastigium minime ascendit : at justam odii causam habere videtur. Hic autem cum nulla causa subsit, non tam cum homine quam cum virtute bellum gerit, ac bona omnia funditus evellere conatur. Quod si Eustathius hoc facit, aut ab hujusmodi odio reprimendus est, aut ut impurus ac nefarius abdicandus ac proscribendus. Una enim demum hæc virtus est, absurdæ improbitatis hominem semper fugere : ac præsertim cum nihil turpe ac fœdum existimat, nisi castum ac temperantem esse.

ΡΙΔ'. — ΚΑΡΠῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ τῶν βδελυττομένων τοὺς ἐναρέτους.

Σκαιότατος εἶναί μοι δοκεῖ καὶ ἀλιτήριος, οὐχ ὁ τὸν ἀδικήσαντα καὶ ὑβρίσαντα (συγγνώμη γὰρ τῷ τοιούτῳ πολλάκις παρέπεται), ἀλλ' ὁ τὸν ἀμείνονα τυγχάνοντα, καὶ ὑπὸ πάντων ἀνυμνούμενον, μισῶν τε καὶ κωμῳδῶν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ, εἰ καὶ μὴ εἰς κορυφὴν τῆς φιλοσοφίας ἀναβέβηκεν, ἀλλ' οὖν γε ἔχειν δοκεῖ τοῦ μίσους εὔλογον αἰτίαν. Οὗτος δὲ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποκειμένης, οὐ τοσοῦτον ἀνθρώπῳ, ὅσον τῇ ἀρετῇ πολεμεῖ, καὶ πάντα τὰ καλὰ ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι πειρᾶται. Εἰ δὲ Εὐστάθιος τοῦτο δρᾷ, ἢ παυστέον αὐτὸν τοῦ μύσους, ἢ ἐκκηρυκτέον ὡς ἐναγῆ. Μία γάρ ἐστιν ἀρετὴ, τὸ φεύγειν τὸν ἄτοπον ἀεὶ, καὶ μάλιστα ὅταν μηδὲν αἰσχρὸν ἡγῆται, ἢ τὸ σωφρονεῖν.

CXV. — DOROTHEO.

De circumcisione.

Ecquis sempiternam illam mentem atque ab omni labe alienam, id quod decorum est minime assecutam esse censebit? Ecquis usque adeo ultra omnem temeritatem procedere audeat, ut sapientiam erroris et culpæ accuset? Hoc enim haud abs re ei acciderit, si alia quidem animantia, uti consentaneum
Illud, Oculum pro oculo, et dentem pro dente[37], Judæis a mansuetissima illa natura idcirco præscriptum ac lege sancitum esse opinor, non ut iis, a quibus injuriam accepissent, veniam negarent crudelesque se præberent, quemadmodum censent Manichæi, qui Vetus Testamentum insectantur: sed ut eadem, quæ agunt, perpeti metuentes, ab injuria abstineant. Quod quanquam quam justum et rationi consentaneum est, tamen divina tranquillitas ad lenitatem et bonitatem spectans, hominesque ad eam acuens, per id quod eum, qui injuriam intulit, ulcisci sanxit, supplicii metu peccata repressit et coercuit. Nisi enim sit, qui lacessat, ne quidem erit qui ulciscatur. Quamobrem sapientiæ legislatoris altitudinem animadvertant, **184** ac non prompte temereque ipsum ut sævum et crudelem accusent. Nam quod in Evangeliis dictum est: « Si quis te percusserit in dextram maxillam, obverte illi et alteram[38], » non cum lege illa pugnat, sed majus ac præstantius est, summæque philosophiæ meta. Illa etenim, ut ne quidem omnino quispiam faceret, lege præscripta sunt (nam ut æquo ac libenti animo paterentur haudquaquam audire sustinuissent homines cruoris siti flagrantes): hæc autem, ut etiam prompto animo patiatur, tradita et promulgata sunt. Porro comparationis nota, ea, quæ comparantur, in contrariam classem haudquaquam contrudit: verum in iis, quæ ejusdem classis et ordinis sunt, quid præstantius, quid inferius sit, ostendit. Etenim bonum quidem est malum minime perpetrare: at melius, prompto quoque ac libenti animo perpeti. Bonum est matrimonium, at melior virginitas. Pulchra est luna, at sol præclarior. Quemadmodum igitur et pulchræ lunæ et præstantioris solis unus idemque Effector est: eodem modo et Veteris et Novi Testamenti unus atque idem est legislator, qui sapienter et ad tempora accommodate ac consentanee leges tulit.

ΡΛΓ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ (26).

Τὸ, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, οἶμαι νενομοθετῆσθαι τοῖς Ἰουδαίοις παρὰ τῆς ἡμερωτάτης φύσεως, οὐχ ἵνα ἀσύγγνωστοι ὦσι,
B καὶ πικροὶ τοῖς ἀδικοῦσιν, ὡς νομίζουσι Μανιχαῖοι, διασύροντες τὴν Παλαιὰν Διαθήκην· ἀλλ' ἵνα τῷ δέει τοῦ παθεῖν ἃ δρῶσιν, ἀπέχωνται τοῦ τολμᾷν. Εἰ καὶ δίκαιον καὶ εὔλογον (27), ἀκόλουθόν ἐστιν. Ἀλλ' ἡ θεία γαληνότης εἰς ἡμερότητα βλέπουσα, καὶ εἰς ἀγαθότητα ὁρῶσα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς ταύτην ἀλείφουσα, διὰ τοῦ τεθεσπικέναι ἀμύνεσθαι τὸν δρῶντα, τῷ φόβῳ τῆς τιμωρίας προανέστειλε τὰ πταίσματα. Τοῦ γὰρ δρῶντος μὴ ὄντος, οὐδ' ὁ ἀμυνόμενος ἔσται. Συνοράτωσαν οὖν τὸ βάθος τῆς σοφίας τοῦ νομοθέτου, καὶ μὴ ἐκ τοῦ προχείρου, ὡς ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον αἰτιάσθωσαν. Τὸ γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρημένον, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, » οὐκ ἔστιν ἐναντίον, ἀλλὰ μεῖζον, καὶ κρεῖττον, καὶ τῆς ἀκρο-
C τάτης φιλοσοφίας ὅρος. Ἐκεῖνα γὰρ μὲν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ὅλως δρᾶσαι, νενομοθέτηται· τὸ γὰρ ἀσμένως πάσχειν οὐκ ἂν ἤκουσαν αἱμάτων διψῶντες ἄνθρωποι· ταῦτα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ προθύμως πάσχειν πεφιλοσόφηται. Ὁ δὲ συγκριτικὸς χαρακτὴρ οὐκ εἰς τὴν ἐναντίαν ἐξωθεῖ τάξιν τὰ συγκρινόμενα, ἀλλ' εἰς τὴν αὐτὴν μὲν ὑπεροχὴν δείκνυσι καὶ ἐλάττωσιν. Καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ δρᾷν τι κακὸν, κρεῖττον δὲ τὸ καὶ προθύμως πάσχειν. Καλὸς ὁ γάμος, ἀλλὰ κρεῖττον ἡ παρθενία. Καλὴ ἡ σελήνη, ἀλλὰ κρεῖττον ὁ ἥλιος. Ὥσπερ οὖν τῆς μὲν σελήνης καλῆς οὔσης, τοῦ δὲ ἡλίου κρείττονος, εἷς ἐστιν ὁ Δημιουργός· οὕτω καὶ Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης εἷς νομοθέτης, ὁ σοφῶς καὶ προσφόρως, καὶ καταλλήλως τοῖς καιροῖς νομοθετήσας.

CXXXIV. — EIDEM. D

Virtus quidem moribus quoque decus suum probro atque ignominia minime afficit. At te, ea quæ asse-

ΡΛΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἀρετὴ μὲν, καὶ τρόποις, οὐ καταισχύνει τὴν ὁμοτιμίαν (28)· χρὴ δέ σε τῶν ἀδυνάτων μὴ ἐρᾷν,

[36] Matth. XXVII. [37] Exod. XXI, 24; Matth. V, 38. [38] Matth. V, 39.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(25) *Τυραννίδι μεθύων*. Hæc una est species τῆς ἀοίνου μέθης, quæ dicitur, et latius patet: fere enim de omnibus vitiis ita loquuntur boni auctores, nec non de plagis et doloribus, ut docui ad Oppianum. RITT.
(26) Confer epist. 86 et 209 libri IV. ID.

(27) Post εὔλογον codd. Vat. 649 et Alt. addunt καί. POSSIN.
(28) *Ἀρετὴ μὲν, καὶ τρόποις, οὐ καταισχύνει τὴν ὁμοτιμίαν*. Bill., *Virtus quidem moribus quoque decus suum probro atque ignominia minime afficit.*

ἀλλ' ἐκείνων ἀφέμενον, τὰ εἰκότα εὔχεσθαι. Ἐπεὶ A καὶ Μωσῆς ὁ ἱεροφάντης, καὶ Παῦλος ὁ θεσπέσιος, ἐν ἐνίοις, οὐχ ὧν ᾔτησαν, ἔτυχον· ἀλλ' ὅτι μὴ καλῶς ᾔτησαν, ἐδιδάχθησαν.

qui non potes, amare haudquaquam oportet : verum his omissis, ea quæ consentanea sunt, optare. Quandoquidem etiam ille divinarum rerum interpres Moses, ac divinus Paulus in nonnullis rebus ea, quæ postulabant, haud obtinuerunt : verum quod non recte postulassent, didicerunt.

ΡΛΕ'. — ΝΕΜΕΣΙΩ.

Εἰς τὸ, « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε (29). »

Τὸ, Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, οὐ καταφορικῶς κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἡ ἱερὰ Γραφὴ ῥητορεύουσα, καὶ τὸ λογικὸν διασύρουσα γένος, εἴρηκεν· ἀλλὰ καὶ πάνυ πεφεισμένως. Εἰ γὰρ τὴν ἀκρίβειαν ἐξετάσοιμεν, οὐ τοῖς κτήνεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς B ἀτιθάσσοις θηρίοις κινδυνεύει ἐοικέναι. Μᾶλλον δὲ καὶ ὑπερβάλλει ταῦτα, ὁ τῶν αἰσχρῶν παθῶν ἐραστής. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τοῦτ' ἔστιν, ὅτι ἕκαστον μὲν τῶν θηρίων ἑνὶ ἐλαττώματι δουλεύει· ὁ δὲ δοκῶν ἄνθρωπος εἶναι, πάνθ' ὁμοῦ συμφορήσας, πορρωτέρω τῆς ἐκείνων ἀλογίας ὁδεύει. Καὶ ἵνα μὴ ὑπερβολῆς εἶναι νομίσῃς τὰ ῥήματα, αὐτὰ τὰ πράγματα ἀδεκάστως βασανίσωμεν. Ὅταν γάρ τις σκιρτᾷ μὲν ὡς ταῦρος, λακτίζῃ δὲ ὡς ὄνος, χρεμετίζῃ δὲ ἐπὶ γυναιξὶν, ὡς ἵππος θηλυμανής, καὶ γαστριμαργῇ μὲν ὡς ἄρκτος, πιαίνῃ δὲ τὸ σῶμα ὡς ἡμίονος, μνησικακῇ δὲ ὡς κάμηλος, καὶ ὀργίζηται μὲν ὡς λέων, ἁρπάζῃ δὲ ὡς λύκος, πλήττῃ δὲ ὡς σκορπίος, καὶ ὕπουλος μὲν ὑπάρχῃ ὡς ὄφις, ἰὸν δὲ πονηρίας διατηρῇ ὡς ἔχις, χρήματα δὲ, μᾶλλον C δὲ ἁμαρτήματα, συνάγῃ ὡς ὁ κάνθαρος τὴν κάνθαρον· πῶς δυνήσεταί τις μετὰ ἀνθρώπων τὸν θηριόφρονα τοῦτον ἀριθμεῖν, οὐχ ὁρῶν ἐν αὐτῷ τῆς ἡμέρου φύσεως τοὺς χαρακτῆρας, ἀλλὰ Σκύλλης τινὸς καὶ Χιμαίρας καὶ Ὕδρας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν μύθους, δυσωδίαν θεώμενος; Εἰ δὲ φαίης, Τί οὖν ποιητέον; φήσαιμι, ὅτι τὸ κάτοπτρον τὸ πνευματικὸν συνεχῶς μεταχειριστέον· φημὶ δὴ τὰς θείας Γραφὰς (30), ἐν αἷς καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐστιν ἡ ἱστορία, καὶ οἱ παρὰ τοῦ Θεοῦ τεθέντες σωτηριώδεις νόμοι. Τοῦτο γὰρ τὸ κάτοπτρον οὐ δείκνυσι τὴν ἀμορφίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετατίθησιν, ἂν ἐθέλωμεν, εἰς κάλλος ἀμήχανον.

CXXXV. — NEMESIO.

In illud : « Homo cum in honore esset, non intellexit. »

Illud, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis, non acriter et vehementer adversus homines declamans, genusque ratione præditum insectans, divina Scriptura dixit : verum admodum etiam parce atque indulgenter. Nam si rem accurate atque exacte perpendere velimus, non jumentis duntaxat, sed etiam truculentis feris comparari posse videtur. Imo etiam eas superat, qui turpium affectionum ac libidinum amator est. Quodque mirum, atque ab hominum opinione alienum est, quæque fera uni tantum vitio servit : at qui hominis speciem habet, omnibus vitiis in unum congestis et cumulatis, ultra eorum temeritatem et amentiam progreditur. Ac ne me hyperbolice loqui putes, res ipsas incorrupta mente perpendamus. Cum enim quispiam ut taurus subsaltat, ut asinus calcitrat, ut salacissimus equus in feminas hinnit, ut ursus voracitati studet, ut mulus corpus saginat, **185** ut camelus injuriarum memoriam retinet, ut leo irascitur, ut lupus rapit, ut scorpius ferit, ut serpens subdolus est, improbitatis venenum ut vipera conservat, opes denique, vel, ut rectius loquar, peccata cumulat, ut scarabeus scarabeas : quonam pacto quispiam hunc belluino animo præditum, inter homines recensere poterit, cum mitis ac placidæ naturæ lineamenta in eo minime perspiciat, verum Scyllæ cujusdam et Chimæræ, atque Hydræ, juxta externas fabulas, fœtorem cernat? Quod si quæras, Quidnam igitur faciendum est? illud respondeam : spirituale speculum, hoc est, sacras Scripturas, in quibus et proborum virorum historia, et salutares leges a Deo positæ continentur, perpetuo in manibus habendum esse. Hoc enim speculum non modo deformitatem ostendit, verum etiam, si velimus, in incomparabilem quamdam pulchritudinem immutat.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Quæ quidem tolerabilis videri poterat sententia, absque meliori lectione quam in B C inventam hic proponam, et versionem ei convenientem subjiciam ἀρετῇ μὲν καὶ τρόποις οὐχ αἰσχύνεις (vel composite, ut Paris. ed., οὐ καταισχύνεις) τὴν ὁμωνυμίαν. Hoc est, *virtute quidem ac moribus nobilitatem tuam non dedecoras. Sed et hoc oportet addas, ne ea quæ assequi nequeas, concupiscas*, etc. Τὴν ὁμωνυμίαν vocat, quod ei nomen sit Timothei. Ex quibus apparet, non esse hanc generalem gnomen, qualem repræsentat Billiana versio, sed laudationem ejus ad quem Isid. scribit. Vel ab hoc exemplo disce, quantum lucis afferat vera et emendata scriptoris lectio! — Cum Bavarico ms. consentiunt codd. Vat. 649 et Alt. ap. Possinum. RITT

(29) Illustris epistola, de comparatione hominum vitiosorum cum jumentis, imo etiam cum feris bestiis; cum qua conferes utiliter hæc loca : Basilium Magnum homil. 10 in *Hexaemer.*; Joan. Chrysostom. homil. 23 ad pop. Antiochen. et in Epist. ad Ephesios; Hieronym. in cap. XVIII Isaiæ, Augustin. *De Genesi ad litteram*, lib. VII, cap. 10; Claudianum lib. II, *in Rufinum*, et Boethium lib. IV, *De consolat. philosoph.*, prosa 3. Vide et Commentarium nostrum ad Oppian. ID.

(30) *Φημὶ τὰς θείας Γραφάς*. Insignis commendatio sacræ Scripturæ, quam alibi vocat regulam veritatis, alibi viaticum salutis. ID.

CXXXVI. — TIMOTHEO CLARISSIMO.

Ad principes.

A

Pietate, optime vir, nihil utilius atque conducibilius. Nam ea laureatis quoque imperatoribus sartam tectamque subditorum obedientiam servat. Hanc igitur ante oculos propositam habens, da operam, ut imperii scapham modereris: quo tranquilli, quantum in te situm erit, ii, quibus præes, persistent. Quod si hoc negotium labores habet, jucunditates etiam animique voluptates habet. Quod si dixeris, Non simul atque eodem tempore, respondeam: Nec enim fieri potest. Quandoquidem enim dum bellum gerunt, in mutuam gratiam redire non sustinent, idcirco per summitates copulantur. Nam ad quem labores accesserint, voluptates etiam atque oblectamenta postea subsequentur.

ΡΛϚʹ. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ.

Πρὸς ἄρχοντας.

Εὐσεβείας οὐδὲν, ὦ ἄριστε, ὠφελιμώτερον. Αὕτη γὰρ σώζει καὶ τοῖς τροπαιούχοις βασιλεῦσι τὸ ὑπήκοον. Πρὸς ταύτην τοιγαροῦν βλέπων, εὐθύνειν πειρῶ τὸ τῆς ἀρχῆς σκάφος, ὅπως ἀχείμαστοι, τό γε σὸν μέρος, οἱ ἀρχόμενοι διαμείναιεν. Εἰ δὲ πόνους ἔχει τὸ πρᾶγμα, ἔχει καὶ θυμηδίας. Εἰ δὲ φαίης, Οὐ κατὰ ταυτὸν· φαίην, Οὐ γὰρ οἷόν τε. Ἐπειδὴ γὰρ πολεμοῦντα διαλλαγῆναι οὐκ ἀνέχονται, διὰ τῶν κορυφῶν συνήφθησαν. Ὧ γὰρ οἱ πόνοι παραγένωνται, ἐπακολουθοῦσιν ὕστερον καὶ αἱ θυμηδίαι.

CXXXVII. — HERMINO COMITI.

B

Quod improbus homo secunda omnia habeat, ac contra vir probus, atque omnibus laudibus, quæ in hominem cadere possunt, cumulatus, in acerbissimis malis versetur, res profecto est conjectu atque comprehensu difficilis, atque humanæ naturæ modulum quam longissime excedens. Id enim divinis judiciis permittere necesse est. Ac si recte sentire velimus, soli summæ illi atque ab omni labe alienæ menti consilii hujusce cognitione appensa relictaque, ad ea, quæ in manibus nostris sunt (quæ etiam vix a nobis reperiri solent) nos conferemus. Quoniam autem rectæ doctrinæ, quantum per vires licet, opem ferre oportere censes, in eo libro quem adversus gentiles edidimus, nos quoque pro virili nostra parte opem tulimus. Quem si legeris, quæstionis hujusce solutionem intelliges.

ΡΛΖʹ. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Τὸ εὐημερεῖν τὸν πονηρὸν, καὶ τὸ ἐν τοῖς εἰς ἄκρον χαλεποῖς γίνεσθαι τὸν ἐπιεικῆ καὶ τῶν εἰς λῆξιν ἡκόντων ἐπαίνων ἔμπλεω, δυστόπαστόν ἐστιν ἀληθῶς καὶ δυσέφικτον, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων ἐπέκεινά τε καὶ πορρωτάτω. Θείοις γὰρ κρίμασι παραχωρεῖν ἀναγκαῖον. Καὶ εἴπερ βουλόμεθα φρονεῖν ὀρθῶς, μόνῳ τῷ ἀκηράτῳ (31) νῷ τῆς οἰκονομίας τὴν γνῶσιν ἀνάψαντες, πρὸς τὰ ἐν χερσὶ βαδιούμεθα, ἃ καὶ μόλις πρὸς ἡμῶν εὑρίσκεσθαι φιλεῖ. Ἐπειδὴ δὲ οἴει δεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐπαμῦναι τῷ λόγῳ, ἐπημύναμεν, ὥς γε ἠδυνήθημεν, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας ἡμῖν γραφέντι λόγῳ (32), ᾧ ἐντυχὼν εἴσῃ τὴν λύσιν τοῦ προβλήματος.

186 CXXXVIII. — APHRODISIO PRESBYTERO.

C

In illud, « Factus sum Judæis ut Judæus. » Et quid sit, « Cum non essem sine lege Dei, sed sub lege Christi[39]. »

Nisi persuasissimum haberem, prudentiam tuam, id quod linguæ meæ deerit, suppleturam, has, ut opinor, ad te litteras minime cudissem. Quidnam igitur est, quod tibi explicari cupis? Quam ob causam ab Apostolo dictum sit, « Factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem: his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum tamen sine lege Dei non essem, sed sub Christi lege essem), ut eos qui sine lege essent, lucrifacerem. » Sane hæc accuratam ac diligentem examinationem requirunt, quoadusque veritas, sub iis delitescens, perspicue eluceat. Quam paucissimis autem dicam quod sentio. Factus est Judæis tanquam Judæus, cum in templo purificatus est, atque sacrificium obtulit: circumcisoque Timotheo, eum ad Judæos magistrum misit,

ΡΛΗʹ. — ΑΦΡΟΔΙΣΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Εἰς τὸ, « Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος. Καὶ τί ἐστι, « Μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ. »

Εἰ μὴ ἀκριβῶς ἐπεπείσμην, ὅτι τὸ λεῖπον τῇ ἡμετέρᾳ γλώττῃ ἡ σὴ ἀποπλήρου σύνεσις, οὐκ ἄν μοι δοκῶ τάδε χαράξαι τὰ γράμματα. Τί οὖν ἐστιν ὃ ἠθέλησας μαθεῖν; Δι' ἣν ὁ Ἀπόστολος αἰτίαν ἔφη· « Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους. » Μάλιστα μὲν ἀκριβοῦς ταῦτα βασάνου δεῖται, ἕως ἂν ἡ κεκρυμμένη ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια, σαφῶς ὑποπέσῃ. Συντόμως δὲ εἰρήσεται· Ἐγένετο τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ὅτε ἐν τῷ ἱερῷ ἡγνίσατο,

D

καὶ ἔθυσε· καὶ περιτεμὼν Τιμόθεον, Ἰουδαίοις πέπομφε διδάσκαλον, διὰ περιτομῆς τὴν περιτομὴν ἀναιρῶν. Διὸ οὐκ εἶπεν, Ἰουδαῖος, ἀλλ', ὡς Ἰουδαῖος· τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, ὅτε Ἀθηναίοις δημηγορῶν,

[39] I Cor. IX, 20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Ἀκηράτω in ἀκράτῳ recte mutat cod. Vat. 649. Possin.

(32) Eumdem librum et infra nominat epist. 228 hujus libri II, et est fortassis idem cum oratione quam contra fatum scripsit et laudat epist. 253 lib. III. Recte igitur Suidas Isidorum nostrum præter epistolas divinam Scripturam interpretantes, alia quoque nonnulla scripsisse testatur. Confer cum hac epist. Senecam *De providentia Dei*, cap. 1 et 2; Augustin. lib. XX, *De civitate Dei*, cap. 1, et Salvianum Massiliens. lib. I, *De Provident.* Ritt.

A οὐκ ἀπὸ προφητῶν, οὐδ' ἀπὸ τοῦ νόμου διελέχθη, ἀλλ' ἀπὸ βωμοῦ τὴν παραίνεσιν ἐποιήσατο, ἀπὸ τῶν οἰκείων αὐτοὺς χειρούμενος δογμάτων. Διὸ οὐκ εἶπεν, ἄνομος, ἀλλ', *ὡς ἄνομος*· Τὸ δὲ, *μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ*, ἢ ὡς ἀδιάφορον εἶπεν (ἐπὶ γὰρ μιᾶς οὐσίας, οὐκ ἔστι διαφορά· τοῦτο γὰρ ἀλλαχοῦ δεῖξαι βουλόμενος ἔφη· Ὥστε καὶ « ὁ ἐσθίων, Κυρίῳ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ »)· ἢ, εἰ τοῦτο βεβιασμένον ἡγῇ, οἶμαι τοῦτο μηνύειν, τὸ μὴ μόνον κατὰ τὸν νόμον πεπολιτεῦσθαι, τὸν τῷ Πατρὶ παρά τινων ἐπιγραφόμενον, καὶ διὰ τὴν ἕξιν τῶν μανθανόντων, οὐ διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ νομοθέτου, νηπίοις μᾶλλον ἁρμόττοντα, καὶ στοιχειωθέντα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ οὐράνιον καὶ τέλειον νόμον· οἷον οὐκ ἄνομος κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ ἔννομος κατὰ τὸ B Εὐαγγέλιον· οὐκ ἔξω τοῦ νόμου, ἀλλὰ καὶ εἴσω τῆς χάριτος· οὐκ ἄπειρος τοῦ γάλακτος, ἀλλὰ καὶ ἔμπειρος τῆς στερεᾶς τροφῆς· οὐκ ἀμελέτητος τῆς παλαίστρας, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις διαλάμψας. Οὐκ ἐμοίχευσα διὰ τὸν νόμον, ἀλλ' οὔτε εἶδον ἀκολάστως γυναῖκα διὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Οὐκ ἐφόνευσα διὰ τὸν φόβον, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς ἐκράτησα διὰ τὸν πόθον. Ὁ μὲν γὰρ (33). τὸν παλαιὸν φυλάξας οὐκ ἦν ἄνομος Θεοῦ, οὐδὲ τὸν νέον, ἔστιν ἔννομος Χριστοῦ Ταῦτα δὲ ἔλεγεν οὐκ ἀποκληρῶν τῷ μὲν Πατρὶ τὸν νόμον, τῷ δὲ Υἱῷ τὸ Εὐαγγέλιον· ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν καὶ δόξαν ἀφορῶν. Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦ Υἱοῦ ἐστι· καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρός.

per circumcisionem videlicet circumcisionem abrogans atque convellens. Quocirca non dixit, Judæus, verum, tanquam Judæus. Rursum iis qui sine lege essent, tanquam sine lege essem, cum apud Athenienses concionem habens, non a prophetis, nec a lege disseruit, verum ab ara materiam eos admonendi traxit : ut nimirum eos ex suismet dogmatibus subigeret atque expugnaret. Eaque de causa non dixit, sine lege, sed, tanquam sine lege. Illud autem, cum sine Dei lege non essem, sed, sub Christi lege, vel pro eodem posuit (nam in una et eadem essentia discrimen non est. Hoc enim alio loco demonstrare cupiens, dixit : Igitur et qui « manducat, Domino manducat, et gratias agit Deo [39*] »); aut, si id coactum atque contortum esse existimas, illud ab eo indicari arbitror, quod non tantum juxta legis præscriptum (quæ a nonnullis Patri ascribebatur, ac propter discentium habitum et affectionem, non autem ob legislatoris dignitatem atque amplitudinem, parvulis potius conveniebat) vitam suam moderatus sit, verum etiam juxta cœlestem, ac numeris omnibus absolutam Christi legem, hoc est, non tanquam absque lege esset, juxta veterem legem : at etiam in lege juxta Evangelium : Non extra legem : at etiam intra gratiam : non lactis expers . at etiam solidi cibi particeps : palæstræ non rudis et imperitus, at etiam in Olympicis certaminibus luculenter ac splendide versatus. Non mœchatus sum, quod lex id vetaret : at ob Evangelium ne impudicis quidem oculis mulierem conspexi. Non cædem perpetravi, metu deterritus : at idem amore ductus, iræ quoque imperavi. Nam ut qui veterem legem servaverat, divinæ legis expers non erat : sic qui novam servat, in Christi lege est. His porro verbis non hac mente utebatur Apostolus, ut Patri legem, Filio Evangelium attribueret, sed quod multorum suspicionem et judicium respiceret. Nam alioqui omnia, quæ Patris sunt, Filii quoque sunt; ac rursum quæ Filii sunt, Patris sunt.

ΡΛΘ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

C

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου; »

Ἡ ἀγάπη, ὡς πάντα πικρὰ πρὸς σὲ φθέγξασθαι (34), οἴχεται, πρᾶγμα ἔντιμον καὶ μέγα, καὶ λαμπρὸν, καὶ περὶ οὗ ὁ μὲν προφητικὸς χορὸς προεμήνυσεν, ὁ δὲ Σωτὴρ δεῦρο ἐπεφοίτησε, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, τῷ οἰκείῳ αἵματι τὰ θεσπισθέντα σφραγίσαντες. Τοιγάρτοι τὰ ἑαυτῶν μόνον σκοποῦν-

1187 CXXXIX. — HERMOGENI EPISCOPO

In illud, « Quæ utilitas in sanguine meo? »

Charitas, ut acerba omnia ad te loquar, perit et evanescit, res ingentis pretii, ac præclara et splendida, et de qua, tum propheticus chorus vaticinatus est, tum Servator huc venit, ac denique apostoli conciones habuerunt, eaque quæ sanxerunt cruore suo consignarunt. Ac proinde nostris duntaxat commodis quisque

[39*] Rom. xiv, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(33) Post γὰρ adde, τὸν νόμον et totum locum sic emendate scribe : Ὁ μὲν γὰρ τὸν νόμον τὸν παλαιὸν φυλάξας, οὐκ ἦν ἄνομος Θεοῦ· ὁ δὲ τὸν νέον, ἔστιν ἔννομος Χριστοῦ, ex codd. Vat. 649 et Alt., nisi quod οὐδὲ in ὁ δὲ suasit ratio sententiæ mutare. POSSIN.

(34) *Ὡς πάντα πικρὰ πρὸς σὲ φθέγξασθαι.* Billius, cum verterit, *ut omnia acerba ad te loquar*, legisse videtur, ὡς πάντα πικρὰ π. σ. φθ. Sed quia non solum in Paris. ed., verum etiam in B C est, ὦ πάντα πρὸς σὲ μικρὰ φθέγξασθαι, puto veriorem esse hanc lectionem, cujus hic sensus : O Hermogenes, de quo quidquid dixero, minus erit quam pro tuis virtutibus, etc. Confirmari potest hujus lectionis veritas collatione aliarum similium compellationum sive salutationum. Crebro enim tali formula auctor noster utitur, ut epist. 166 et 217 h. l. II, ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσείπω, et epist. 171, ὦ τί σε καλέσας ὑμᾶς, etc.; et epist. 251 ὦ τί σε καλέσας τῆς ἀξίας ἐφάψομαι, et epist. 73 lib. III, ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσονομάσω. Usque adeo vix est interpres, ut doctissimus et diligentissimus sit, cui per omnia fidere possis! RITT.

— Principium hujus ep. duas habet in codd. Vat. 649 et Alt. varias lectiones; nam illic ὦ pro ὡς et μικρὰ pro πικρὰ scribitur. Ego ex his solam priorem admiserim totumque adeo sic exprimi locum velim, ἡ ἀγάπη, ὦ πάντη πικρὰ πρὸς σὲ φθέγξασθαι, οἴχεται. *Charitas, o plane acerbum quo te compello verbum! funditus e rebus perit; res pretii quantivis, magna et splendida*, etc. Ultimum hujus ep. vocabulum non οὐδαμοῦ sed οὐδαμῶς in cod. Vat. est. POSSIN.

consulentes, omisso hoste communi alii adversus alios A arma induimus. Ac periculum est, ne ille, qui victus ac profligatus est, ob dissidia nostra collecto robore, acceptam cladem sarciat, victoriamque adipiscatur. Etenim ille quidem jacet, etiamsi audacia stolide efferatur, at nostra ignavia, mutuumque bellum, nervos jacenti ac robur attulerunt: ita ut quantum quidem ad nostram socordiam attinet, metuendum sit, ne præclarum illud facinus quod a Salvatore editum est (etsi enim id dictu audax est, tamen quia verum est, dicetur) prorsus pereat. Unde etiam hoc fortasse, quod tibi exponi cupis, per Psalmistam prædixit, his verbis utens: « Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem [40]? » hoc est, ad hominum naturam multis corruptionibus obnoxiam. Etsi enim alia quoque nonnulla indicat (nam si moralem sensum spectes, de Davide, si naturalem, de Adamo intelligitur), at ad hunc quoque scopum plerisque sanctis viris tendere visus est. Ego enim, inquit, usque eo me demisi, ut etiam, ob ingentem demissionem multi ad credendum adduci nequeant, tyrannumque subegi ac prostravi. Idque Seraphinorum spectator his verbis clamat: « Discite justitiam facere, qui habitatis terram: compressus est enim impius [41]. » Vos autem facinus omni spe majus, excellensque atque omnem admirationem excedens tropæum per inertiam vestram prodidistis. Quænam igitur vobis excusatio, quæ venia, quæ misericordia relinquetur, cum hæc a vobis vita reposcetur, quam in Scripturis duntaxat sitam perspicio, alibi autem, atque in operibus, haudquaquam.

τες, τὸν κοινὸν ἐχθρὸν ἀφέντες, κατ' ἀλλήλων ὁπλιζόμεθα. Καὶ κινδυνεύει ὁ κατὰ κράτος ἡττηθεὶς, τῇ ἡμετέρᾳ διαστάσει νευρωθεὶς ἀναμάχεσθαι καὶ νικᾷν. Πέπτωκε μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἀπερισκέπτως θρασύνεται· ἡ δὲ ἡμετέρα ῥᾳθυμία καὶ ὁ πρὸς ἀλλήλους πόλεμος νεῦρα τῷ πεπτωκότι, καὶ ῥώμη γέγονεν, ὡς κινδυνεύειν, τό γε τῶν ῥᾳθύμων μέρος, τὸ γεγενημένον παρὰ τοῦ Σωτῆρος κατόρθωμα (εἰ γὰρ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἀλλά γε ἀληθὲς ὂν λελέξεται), οἴχεσθαι. Διὸ καὶ τυχὸν ἴσως τοῦτο ὅπερ ἐζήτησας μαθεῖν, διὰ τοῦ Μελῳδοῦ προεμήνυσε· «Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν;» τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὴν πολύφθορον τῶν ἀνθρώπων φύσιν. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλα τινὰ μηνύει· ἠθικώτερον μὲν γὰρ εἰς τὸν Δαβὶδ, φυσικώτερον δὲ εἰς B τὸν Ἀδὰμ ἐκλαμβάνεται· ἀλλά γε καὶ πρὸς τοῦτον βλέπειν ἔδοξε πολλοῖς ἁγίοις τὸν σκοπόν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, τοσοῦτον κατέβην, ὡς καὶ ἀπιστεῖσθαι παρὰ πολλῶν διὰ τὴν πολλὴν συγκατάβασιν, καὶ τὸν τύραννον ἐχειρωσάμην, καὶ βοᾷ ὁ τῶν Σεραφὶμ λέγων θεωρός· «Δικαιοσύνην μάθετε ποιεῖν οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς· πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής.» Ὑμεῖς δὲ τὸ πάσης ἐλπίδος κρεῖττον κατόρθωμα, καὶ τὸ ὑπερφυὲς, καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος τρόπαιον διὰ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας προεδώκατε. Τίς οὖν ὑμῖν λελείψεται ἀπολογία, ποία συγγνώμη, τίς ἔλεος, ὅταν τοῦτον ἀπαιτηθείητε τὸν βίον, ὃν μόνον ἐν ταῖς Γραφαῖς κείμενον ὁρῶ, ἀλλαχοῦ δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, οὐδαμοῦ;

CXL. — MARONI PRESBYTERO.

C

Ad eos qui indignam sacerdotii vitam degunt.

Ingentem hoc omnibus admirationem movet, quod cum ipse in sceleribus ac flagitiis solutus sis, ac neque freno pareas, nec objurgatione castigeris, miserum tamen Zosimum, quem maxime imitaris, sannis ac dicteriis incessas. Nam si non eadem, quæ ille, perpetrares, eum corrigere, non autem traducere, ac maledictis insectari oportebat. Cum autem pictoribus accuratius et expressius eum in hoc imitatus sis, ea videlicet quæ imitari minime conveniebat, imitando consecutus, quid tu, cum ipsius duntaxat stuporem ac vecordiam evulgare putes, tuum quoque stuporem in publicum effers? **188** Nam qui hæc audiunt, utrumque qui lapidibus obruatur, dignum esse existimant, alterum nimirum ut vitiorum architectum, alterum vero, ut genuinum discipulum. Duorum igitur alterum tibi faciendum est, nempe ut aut peccare desinas, aut eum, qui in iisdem, quibus tu flagitiis versatur, ne cavillis impetas. Hoc enim quavis re gravius est.

ΡΜ'. — ΜΑΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Πρὸς τοὺς ἀναξίως τῆς ἱερωσύνης βιοῦντας.

Λίαν θαυμάζουσιν ἅπαντες, πῶς ἄφετος ὢν ἐν τοῖς πλημμελήμασι, καὶ μήτε χαλινῷ πειθόμενος, μήτε ἐλέγχῳ σωφρονιζόμενος, Ζώσιμον τὸν δείλαιον κωμῳδεῖς, ὃν μάλιστα ζηλοῖς. Εἰ μὲν γὰρ τὰ αὐτὰ αὐτῷ μὴ διέπραττες, διορθοῦν ἐχρῆν, οὐ μὴν κωμῳδεῖν. Εἰ δὲ τῶν ζωγράφων ἀκριβέστερος μιμητὴς εἰς τοῦτο γέγονας, τὰ ἀζήλωτα ζηλώσας, τί τὴν ἐκείνου μόνον νομίζων ἐκπομπεύειν ἀναλγησίαν, καὶ τὴν σαυτοῦ δημοσιεύεις; Οἱ γὰρ ἀκούοντες, ἀμφοτέρους καταλευσθῆναι δίκαιον εἶναι νομίζουσι, τὸν μὲν ὡς ἀρχιτέκτονα τῶν κακῶν, τὸν δὲ ὡς γνήσιον φοιτητήν. Δυοῖν τοιγαροῦν θάτερον δίκαιόν σε ποιεῖν, D ἢ παύσασθαι ἁμαρτάνοντα, ἢ τὸν ταυτά σοι δρῶντα, μὴ κωμῳδεῖν. Τοῦτο γὰρ δεινῶν ἐστι δεινότερον.

CXLI. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Simile.

Si dicere fas est (fas est autem vera loqui, cum quis pro veritate pugnat), periculum est ne divina prædicatio ab iis ipsis, qui eam tueri videntur, evertatur. Nam cum contraria iis, quæ loquuntur,

ΡΜΑ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὅμοιον.

Εἰ θέμις εἰπεῖν (θέμις δὲ ἀψευδεῖν ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζόμενον), κινδυνεύει τὸ θεῖον κήρυγμα ὑπ' αὐτῶν τῶν δοκούντων αὐτῷ συνηγορεῖν ἀνατετράφθαι. Τἀναντία γὰρ ὧν φράζουσι δρῶντες, πολλοὺς, ὡς μύθοις,

[40] Psal. XXIX, 10. [41] Isa. XXVI, 9.

τοῖς λεγομένοις προσχεῖν ἀνέπεισαν. Χρὴ τοίνυν A αὐτοὺς ἐννοοῦντας, ὡς ὁ κίνδυνος αὐτοὺς ὁρᾷ, ἅπαντα πρᾶξαι, ὅπως τούτου ἀπείρατοι διαμείνωσιν.

faciunt, multos adduxerunt, ut sermonibus, quos habent, non secus ac fabulis attendant. Quocirca operæ pretium est, ut ipsi periculum, quod sibi imminet, cogitantes, nihil non agant, quo illius expertes maneant.

ΡΜΒ'. — ΠΑΥΛῼ.

Περὶ δογμάτων, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ἥκιστα μὲν χρὴ [τὴν] τῆς θεότητος φύσιν συστέλλειν Ἰουδαϊκῶς, εἰς μόνον τὸν ἕνα Θεὸν καὶ Πατέρα· κατευρύνειν δὲ, ὥσπερ εἰς ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα. Προσώπων γὰρ ποιότητι καὶ ὑποστάσεων ἰδιότητι διαστέλλοντες, εἰς ἕνα πάλιν συστέλλοῦμεν Θεὸν, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταὐτόν.

CXLII. — PAULO.

De dogmatibus, et de sancta Trinitate.

Minime quidem oportet divinitatis naturam Judæorum more in unum Deum ac Patrem contrahere, verum in sanctam atque ejusdem essentiæ Trinitatem quasi dilatare. Siquidem personarum qualitate atque hypostaseon proprietate distinguentes, per essentiæ identitatem, eam rursum in unum Deum contrahimus.

ΡΜΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ αὐτοῦ (35).

B

Ἄγαμαι τὴν ἀλήθειαν, τὴν τῶν συνετῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ καὶ τῇ τῶν οἰκείων δογμάτων προλήψει μαχήσασθαι περιστήσασαν. Οὕτω γὰρ σαφῆ καὶ λαμπρὰν τοῖς βουλομένοις κατοπτεῦσαι τὴν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἔννοιαν ἔσχεν. Ὁ λέγων γὰρ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν κατέδραμε τῆς μονάδος, ἀλλὰ πρὸς τὸ μυστήριον τῆς Τριάδος· οὗ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ ἐγκατέσπαρται ἡ διδασκαλία· ὡς καὶ Φίλωνα, καίτοι Ἰουδαῖον ὄντα καὶ ζηλωτὴν, δι' ὧν ἀπολέλοιπε συγγραμμάτων ἀπομαχήσασθαι τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ. Βασανίζων γὰρ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ C ἐξεβιάσθη, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον θεολογῆσαι. Τί γάρ; Εἰ καὶ δεύτερον τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ, καὶ ἀριθμοῦ καὶ χρόνων ὄντα ἀνώτερον καλεῖ, τῆς ἀκριβείας μὴ ἐφικνούμενος, ὅμως ἔννοιαν ἔσχε καὶ ἑτέρου προσώπου. Καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον τοῦτο ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ, Θεὸς καὶ Κύριος, ἑρμηνεῦσαι πειρώμενος, τῆς βασιλικωτάτης Τριάδος, τὸ τῶν μὲν πάντη διαιρετῶν ἑνικώτερον, τῶν δὲ ὄντως μοναδικῶν ἀφθονώτερον· καὶ οὕτως κατὰ κράτος εἷλεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ὡς ἀναγκασθῆναι τοῦτο διαῤῥήδην καὶ εἰπεῖν, καὶ ἐν συγγράμμασι καταλεῖψαι. Δύο γὰρ ἔφησεν εἶναι τὰς ὄντως δυνάμεις (36), ὧν ἡ μὴν ποιητικὴ [καὶ εὐεργετικὴ, φησὶ, καλεῖται Θεός· D ἡ δὲ, βασιλικὴ καὶ τιμωρητικὴ], Κύριος. Οὐ πόῤῥω βαίνων τοῦ εἰπόντος, « Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· » δύναμις οὐκ ἀνυπόστατος, ἀλλ' ἐνυπόστατος, καὶ παντοδύναμος, καὶ ὑποστάσεων δημιουργὸς, καὶ ἰσοσθενὴς ἐκείνου, οὗ δύναμίς ἐστιν. Καὶ πάλιν ὁ φίλων περὶ τοῦ θεάματος οὗ εἶδε Μωσῆς ἐκφράζων, φησί·

CXLIII. — EIDEM

De eodem.

Veritatem admiror, quæ prudentum ac sagacium hominum animos eo redegit, ut etiam iis dogmatibus, quibus prius imbuti fuerant bellum indixerint. Sic enim luculentam ac dilucidam, iis qui prospicere volunt, sanctæ Trinitatis notionem habuit. Nam qui unum Deum esse dicit, non ad unitatis numerum, verum ad Trinitatis mysterium concurrit, cujus in Veteri quoque Testamento doctrina inspersa est, adeo ut etiam Philo, licet alioqui Judæus, et quidem ingenti zelo præditus, per ea ingenii monumenta quæ reliquit, cum sua religione pugnam inierit. Illud enim quod a Deo dictum est, perpendens, Ad imaginem Dei fecit hominem [58], a veritate ipsa compulsus atque adactus est, ut Dei quoque Verbi divinitatem assereret. Quid enim? Etiamsi eum, qui eamdem cum Patre æternitatem habet, ac tempore omni sublimior est, secundum vocat (quod exactam veritatis doctrinam minime assequeretur), tamen alterius quoque personæ notionem habuit. Neque id hoc duntaxat loco ipsi contigit: verum etiam cum illa verba, Deus et Dominus, exponere conatur, regiam Trinitatem hoc haberi dixit, ut et ea, quæ omnino divisioni subjiciuntur, unitate ac singularitate superet, et ea, quæ vere singularia sunt, copia vincat. Atque usque adeo animum veritas subegit, ut id aperte et dicere, et litterarum monumentis consignatum relinquere coactus sit. Duas enim veras **189** potentias esse dixit, ex quibus ea quæ efficiens est, atque ad beneficia danda propensa, Deus vocatur: ea autem, quæ regia est, ac scelerum vindex, Dominus. Quibus verbis non longe ab eo recedit, qui

[58] Gen. I, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(35) Insignis hæc epistola insigniter emendata et suæ integritati a me restituta est ope B C. Multa enim in Paris. edit. alieno loco posita erant cum jactura sententiæ, nempe illa, ἔννοιαν ἔσχε, usque ad τὸ μυστήριον τῆς Τριάδος, quæ poni debent post τῆς βασιλικωτάτης Τριάδος, et secundum hanc lectionem etiam corrigenda est Billii interpretatio. RITT.

(36) *Τὰς ὄντως δυνάμεις*. Cum in B C invenerim, τὰς τοῦ ὄντος δυνάμεις, puto veram esse lect., τὰς τοῦ ὄντως ὄντος δυν. Sic de Deo loqui amat Plato, quem Philo, Hebræorum ille Plato, æmulatur. RITT.

dixit, « Christus Dei virtus et Dei sapientia [43]: » virtus, inquam, non hypostasis expers, verum reipsa et vere consistens, atque omnipotens, et hypostasium architecta, eique, cujus virtus est, viribus par. Ac rursum idem auctor spectaculum illud quod Moses vidit [44], explanans, his verbis utitur: « Spectaculum maxime stupendum cernit. » Ac paucis interjectis: « In medio autem flammæ forma quædam erat insigni pulchritudine, nulli earum rerum quæ in oculorum aspectum cadunt similis, divinissimum simulacrum, quovis igne splendidius rutilans, quod quispiam ejus, qui est, imaginem esse haud abs re sibi finxisset. » Quod si de imagine accurate ac certo audire cupiam cordi est, audiat Paulum de Christo ad hunc modum loquentem: « Qui est imago Dei invisibilis [45]. » Itaque ille quoque orthodoxam divinitatis doctrinam attingit. Neque enim exactam ac numeris omnibus absolutam doctrinam ab eo requiras, qui omnino ob puram ac sinceram ingenii sagacitatem, et veritatem obtueri, et religionem suam oppugnare potuit. Verum illud cogita, quod divinitatis doctrinam haudquaquam in unam personam conclusit, quemadmodum imperiti Judæorum magistri, anticipata quadam opinione detenti, profitentur. Nec vero ex his duntaxat, tametsi ad percellendum animum vim maximam habentibus; in hanc, ut opinor, sententiam inductus est, verum etiam ex hoc loco, « Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem [46]; » et ex hoc: « Pluit Dominus a Domino [47]; » et ex hoc: « Vocavit Dominus in nomine Domini [48]; » et ex hoc: « Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis [49]; » et ex hoc: « In te Deus, et tu es Deus [50]. » Nam eos qui Deum millies sanctum esse dicunt, et eos qui hæc verba, « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth [51], » perverse interpretari audent, istud luculenter refutat, « Exquisivi faciem tuam, faciem tuam, Domine, requiram. Ne avertas faciem tuam a me [52]. » Nisi enim is, qui his verbis usus est, sanctam Trinitatem prædicaret, superfluitatis haud immerito accusari posset. Neque in hoc duntaxat loco (opus enim esse existimo ad aliud apertius dictum me conferre), sed etiam in isto, « Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis: et eruam te, et honorificabis me [53]. » Nisi enim hic Trinitas aperte prædicaretur, dicendum erat, Immola Deo sacrificium laudis, et redde ipsi vota tua. Et invoca eum in die tribulationis: et eruet te, et honorificabis eum. Verum ad hunc

A « Θέαμα πληκτικώτατον ὁρᾷ. » Εἶτα μετ' ὀλίγα· « Κατὰ μέσην δὲ τὴν φλόγα μορφή τις ἦν περικαλλεστάτη τῶν ὁρατῶν ἐμφερὴς οὐδενὶ, θεοειδέστατον ἄγαλμα, φῶς αὐγοειδέστερον τοῦ πυρὸς ἀπαστράπτουσα, ἣν ἄν τις ὑπετύπωσεν (37) εἰκόνα τοῦ ὄντος εἶναι. » Εἰ δέ τις περὶ τῆς εἰκόνος ἀκριβῶς βούλεται μαθεῖν, ἀκουέτω φράζοντος Παύλου περὶ τοῦ Χριστοῦ. « Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. » Οὐκοῦν κἀκεῖνος θεολογίας ὀρθοδόξου ἅπτεται. Μὴ γὰρ [δὴ] τὴν ἀκρίβειαν ζήτει παρὰ τοῦ δυνηθέντος ὅλως διὰ σύνεσιν εἰλικρινῆ, καὶ κατοπτεῦσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ ἀπομαχέσασθαι. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, ὅτι εἰς ἓν πρόσωπον οὐ συνέκλεισε τὴν θεολογίαν, ὡς οἱ ἀπαίδευτοι (38) τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, προλήψει τινὶ κατεχόμενοι, δογματίζουσιν.
B Οὐκ ἐκ τούτων δὲ [μόνον πληκτικωτάτων] ὄντων εἰς τοσαύτην προήχθη, ὥς γε ἡγοῦμαι, τὴν ἔννοιαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ. « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· » καὶ ἐκ τοῦ. « Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου· » καὶ ἐκ τοῦ « Ἐκάλεσε Κύριος ἐν ὀνόματι Κυρίου· » καὶ ἐκ τοῦ. « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » καὶ ἐκ τοῦ· « Ἐν σοὶ [ὁ] Θεὸς, καὶ σὺ εἶ [ὁ] Θεός· » Τοὺς γὰρ λέγοντας, ὅτι μυριάκις ἐστὶν ἅγιος ὁ Θεὸς, καὶ τὸ, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, » παρερμηνεῦσαι τολμῶντες (39), λαμπρῶς ἐλέγχει τὸ, « Ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω. Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον ἀπ' ἐμοῦ. » Εἰ μὴ γὰρ τὴν ἁγίαν Τριάδα
C ἀνεκήρυττεν ὁ φράσας, περιττολογίας δίκαιος ἂν εἴη ἀπαιτηθῆναι δίκας. Οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ· Χρῆναι γὰρ οἶμαι ἐπὶ σαφέστερον ὁρμῆσαι ῥητόν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ. « Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. » Εἰ μὴ γὰρ ἡ Τριὰς ἐνταῦθα σαφῶς ἐκηρύττετο, ἐχρῆν ῥηθῆναι· Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος αὐτῷ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαι αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελεῖταί σε, καὶ δοξάσεις αὐτόν. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐκ ἐῤῥέθη· εἴρηται δὲ ὡς εἴρηται. Σαφῶς γὰρ, καὶ διὰ τούτων, καὶ (40) δι' ἄλλων πολλῶν, ἅπερ (ἵνα μὴ μακρὸν ποιήσω τὸν λόγον, νῦν παραλείψω τοῖς ἀκούειν δυναμένοις) κηρύττει ἡ Παλαιὰ Διαθήκη, ὅτι οὐχ ἑνὸς προσώπου
D κηρύττει δεσποτείαν, ἀλλὰ τριῶν μὲν ὑποστάσεων, μιᾶς δὲ οὐσίας, ἵνα καὶ Ἰουδαίων στηλιτεύσῃ τὴν ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου οὐχ ὑγιῆ ἔννοιαν· οἷς καὶ Σαβέλλιος ἠκολούθησεν, ἴσως ἐκ τῆς ἄγαν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητος, εἰς τὸ μίαν ὑπόστασιν δογματίσαι νευρωθείς· καὶ Ἑλλήνων ἐξοστρακίσαι τὴν πολυθεΐαν

[43] II Cor. I, 24. [44] Exod. III, 2 seqq. [45] Coloss. I, 15. [46] Gen. I. 26. [47] Gen. VII, 12. [48] Exod. XXXIII, 19. [49] Psal. CIX, 1. [50] Psal. XXIV. 5. [51] Isa. VI, 3 [52] Psal. XXVI, 8, 9. [53] Psal. XLIX, 14. 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(37) Pro ὑπετύπωσεν non male cod. Alt. subjicit ὑπετόπασεν. POSSIN.

(38) Pro ἀπαίδευτοι ambo codd. Vat. et Alt. scribunt εὐπαίδευτοι, parum commode. ID.

(39) Iidem ambo cod. τολμῶντας in quarto casu ponunt, ut cohæreat cum τοὺς γὰρ, unde periodus incipit. Placet et hoc quod versu post quarto supplent pronomen σου post nomen πρόσωπον. ID.

(40) Καὶ ut superfluum eradunt iidem codd. ID.

ὧν Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος ἑάλωσαν εἶναι φοιτηταί, A τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, εἰς τὴν οὐσίαν παραλόγως ἑλκύσαντες. Εἰ δέ τις φαίη· Διὰ τί γὰρ μὴ σοφῶς καὶ διαῤῥήδην ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κεκήρυκται; φαίην ὅτι μάλιστα μὲν τοῖς συνετῶς ἀκούουσι, λαμπρά ἐστιν αὕτη καὶ ἀπόδειξις, καὶ διδασκαλία, ὡς καὶ τῷ σοφῷ ἔδοξε Φίλωνι. Εἰ δὲ καὶ συνεσκιασμένως ἐῤῥέθη, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρὴ, ὅτι Ἰουδαίοις τοῖς εἰς πολυθεΐαν ῥέπουσι νομοθετῶν οὐκ ἐδοκίμασε διαφορὰν προσώπων εἰσαγαγεῖν· ἵνα καὶ μὴ διάφορον φύσιν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν εἶναι δογματίσαντες, εἰς εἰδωλολατρίαν ἐκκυλισθῶσιν· ἀλλὰ τὸ τῆς μοναρχίας ἐξ ἀρχῆς μαθόντες μάθημα, κατὰ μικρὸν τὸ τῶν ὑποστάσεων ἀναδιδαχθῶσι δόγμα, τὸ πάλιν εἰς ἑνότητα φύσεως ἀνατρέχον· ὡς εἶναι τὰ μὲν ἑνικῶς λεγόμενα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως παραστατικά· B τὰ δὲ ὑπερβαίνοντα τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν, τῆς τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητος τῆς εἰς μίαν οὐσίαν συναγομένης. Τὸ μὲν γὰρ διαφόρους φύσεις ὑποτίθεσθαι, Ἑλληνικόν· τὸ δὲ ἓν πρόσωπον, ἤγουν μίαν ὑπόστασιν, Ἰουδαϊκόν. Τὸ δὲ πλατύνοντα εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγειν, ὀρθότατόν ἐστι καὶ ἀληθέστατον δόγμα.

modum minime dictum est, sed ut superius commemoravi. Perspicue enim tum per hæc, tum per alia multa, **190** quæ (ne nimis longam orationem habeam, iis qui audire possunt, relinquo) Vetus Testamentum prædicat, non personæ principatum, sed trium personarum et unius essentiæ: quo nimirum hac ratione et Judæorum haud rectam ac sanam de una persona sententiam proscindat (quorum etiam vestigiis hæsit Sabellius ob ingentem Filii cum Patre æqualitatem, ad unam personam profitendam fortasse confirmatus): et gentilium, quorum Arius et Eunomius discipuli esse deprehensi sunt (ut qui personarum discrimen ad essentiam stulte atque absurde traxerint), errorem, quo plures deos colunt, submoveat. Quod si quis quærat quidnam causæ sit, quamobrem non aperte ac dilucidis verbis hæc principio prædicata fuerint, hoc illi responderim: primum quidem ac maxime, iis qui prudenter et acute audiunt, claram ac lucidam esse hanc demonstrationem atque doctrinam, quemadmodum etiam erudito viro Philoni visa est. Atque ut etiam demus eam obscure et adumbrate traditam fuisse, illud considerare operæ pretium fuerit, quod quoniam Judæis, qui ad plurium deorum cultum propendebant, leges præscribebat, personarum discrimen esse minime dixit: ut ne ipsi diversam quoque in personis naturam esse profitentes in idolorum cultum laberentur: verum de unius principatus atque imperii dogmate prius eruditi, personarum doctrinam paulatim addiscerent. Sic nempe, ut quæ unice ac singulariter dicerentur, eamdem naturam esse declararent, quæ autem singularem numerum excederent, personarum proprietatem, quæ in unam essentiam colligeretur, indicarent. Etenim varias ac dissidentes naturas docere, gentilitium est: unam autem personam seu hypostasim, Judaicum. At personas in sanctam Trinitatem dilatare, atque in unam essentiam colligere, rectissimum ac verissimum dogma est

C

ΡΜΔ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον· « Ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα. »

Τὸ, « Ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα, » δύναται μὲν τὴν παρθενίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ τὸν τίμιον γάμον μηνύειν. Δύναται δὲ καὶ τῆς ψυχῆς τὴν διδασκαλίαν, τοῦ δὲ σώματος τὴν διακονίαν, τῶν δὲ χρημάτων τὴν ἐπίδοσιν δηλοῦν. Μᾶλλον γάρ ἐστι τὸ σώζειν ψυχὴν, τοῦ διὰ σώματος τὴν διακονίαν πληροῦν, ὥσπερ καὶ αὐτῆς τῆς τῶν χρημάτων χορηγίας. Ἡ μὲν γὰρ μεθ' ἱδρώτων καὶ πόνων γίνεται· ἡ δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν προσόντων πληροῦται.

CXLIV. — EUTONIO DIACONO.

In illud: « Alius quidem centum, alius vero sexaginta [84], » etc.

Illud, « Alius centum, alius sexaginta, alius triginta, » virginitatem et continentiam et matrimonium significare potest. Potest etiam rursum animæ institutionem et corporis ministerium, et pecuniarum largitionem designare. Majus enim ac præstantius est animæ salutem afferre, quam per corpus ministerium præstare, aut etiam pecunias largiri. Illud enim cum laboribus ac sudoribus efficitur; hoc autem ex rebus externis et adventitiis præstatur.

ΡΜΕ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Μὴ τῇ ἀρνήσει τὸ μὴ ἐσφάλθαι δοκεῖν θηρώμενος D εἰς ἄλλο ἐκπέσῃς πλημμέλημα· οὐδεὶς γὰρ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται· ὑπερβολὴ γὰρ ἀτοπίας τοῦτό γε, καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι κέκριται· ἀλλὰ τῇ μετανοίᾳ τὸ πταῖσμα ἰασάμενος, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν κατάστησον σαυτόν.

CXLV. — PALLADIO DIACONO.

Ne dum per inficiationem id aucuparis, ut minime errasse videaris, in aliud peccatum incidas (nemo enim malo malum curat, incredibilis enim cujusdam absurditatis **191** hoc quidem etiam apud externos ac profanos esse censetur), verum per pœnitentiam allata peccato medicina in eum statum te adducas, ut non jam amplius pecces.

ΡΜϚ'. — ΚΑΣΙΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Περὶ φιλαργυρίας, καὶ περὶ πλείστων ἀρχαίων ἀσκησάντων.

Αὐτὸς μὲν [ὡς] ἔοικας χρημάτων ἐρᾷν, καὶ διὰ τὸ

CXLVI. — CASIO SCHOLASTICO.

De avaritia, et de plurimis veteribus monachis.

Tu quidem pecuniarum atque opum desiderio

[84] Matth. XIII, 23.

teneri videris, et cum incurabili morbo labores, excusationemque hujus culpæ captes, Demosthenem (qui his verbis usus sit : Opibus autem ac pecuniis opus est, ac sine iis nihil eorum, quæ in rem sunt, fieri potest) adversus nos armis instruxisse, ut qui invicto oratori reluctari minime audeamus. Ego vero, quoniam tu in multis quidem tuis verbis merito paucus et exiguus es, in oratoris autem illius multus atque ingens (si quidem ille in gravi et amarulento, et commoto ac pugnaci dicendi genere, atque, tum quantum ad sensus, tum quantum ad dictiones attinet, plurimum ab aliis dissidenti, omnes a tergo relinquit) libens ex te sciscitor, hunccine ut disertum oratorem, quique artis præstantia vim veritati afferre queat, nobis objeceris, an potius ut idoneum testem cui fides habeatur? Si enim ut disertum oratorem quique affectus tui turpitudinem verbis exornare possit, ei certe (tametsi alioqui hominem veneremur) minime cedemus, verum antiquiorem eo veritatem habebimus. Si autem ut fide dignum testem, nos quidem nihil molesti atque acerbi dicimus (alii enim fortasse ipsum, ut orationis artificio verum obscurare conantem, ac propterea ne dignum quidem qui in testimonium proferatur, repudiarint) ; verum iis qui contraria ipsi et dixerint, et fecerint, in aciem contra eductis, lectorum judicio calculum permittemus. Usque adeo videlicet nos ab arrogantia et contumacia remotos esse confidimus. Quoniam igitur te, ut gentilem, ac gentilium dogmata profitentem ex tuis libris subigere oportet, adversus invictum oratorem opponenda nobis est verissima et sapientissima Isocratis admonitio, quæ est hujusmodi : Divitiæ autem vitii potius quam probitatis ac virtutis ministræ sunt: ut quæ licentiam quidem inertiæ afferant, juvenes autem ad voluptates cohortentur. Hic enim, meo quidem judicio præclarior illo est, non quidem eloquentia (nam ille hac superior est), verum si quis veritatem expendat. Hæc enim ubique apud cordatos viros eloquentiæ laudi antefertur. Quod si pares inter se nonnullis illi videantur, de hoc contentio minime excitanda est, verum illud ostendendum præclaros omnes viros Isocrati assentiri. Ac primum quidem vetus consuetudo proferenda est. Apud veteres enim hoc in more positum erat, ut post convivium lyram

A ἀνηκέστῳ νοσήματι κεκρατῆσθαι, ἀπολογίαν τε τοῦ τοιούτου πταίσματος θηρᾶσθαι, τὸν Δημοσθένην εἰρηκότα· δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων· ἐφωπλικέναι, ὡς ἀντειπεῖν οὐ τολμῶσιν ἀμάχῳ ῥήτορι. Ἐγὼ δὲ ἐπειδὴ σοῦ μὲν τοῖς πολλοῖς λόγος εἰκότως ὀλίγος, τοῦ δὲ ῥήτορος πολύς, ἅτε ἐν τῷ πικρῷ τε καὶ δεινῷ, καὶ παθητικῷ, καὶ ἐναγωνίῳ, καὶ πολὺ τὸ ἐξηλλαγμένον ἔχοντι κατὰ τὰς νοήσεις, καὶ τὰς λέξεις ἅπαντας ὑπερβαλλομένου, ἡδέως ἄν σε ἐροίμην, πότερον ὡς δεινὸν ῥήτορα τοῦτον ἡμῖν ἐπετείχισας, καὶ δυνάμενον τέχνῃ τ' ἀληθὲς βιάσασθαι, ἢ ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα. Εἰ μὲν γὰρ ὡς δεινὸν ῥήτορα, καὶ δυνάμενον τὴν αἰσχρότητα τοῦ σοῦ πάθους κοσμῆσαι, οὐκ ἂν αὐτῷ παραχωρήσαιμεν, εἰ καὶ αἰδούμεθα τὸν B ἄνδρα, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ προτιμήσαιμεν. Εἰ δὲ ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα, ἡμεῖς μὲν οὐδὲν δυσχερὲς ἐροῦμεν· ἄλλοι γὰρ ἴσως αὐτὸν παραγράψοιντο, ὡς τέχνῃ λόγων τἀληθὲς ἀμαυροῦν πειρώμενον, καὶ διὰ τοῦτο, οὐδὲ εἰς μαρτυρίαν προφέρεσθαι δίκαιον ὄντα· τοὺς δὲ τἀναντία αὐτῷ καὶ φράσαντας, καὶ πράξαντας ἀντιστρατεύσαντες, τῇ τῶν ἐντυγχανόντων κρίσει ἐπιτρέψωμεν τὴν ψῆφον, τοσοῦτον αὐθαδείας ἑαυτοὺς πόρρω εἶναι πειθόμεθα. Οὐκοῦν ἐπειδὴ Ἕλληνά τε ὄντα, καὶ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντα, χρὴ ἐκ τῶν σῶν σε χειρώσασθαι, ἀντιτακτέον τῷ ἀμάχῳ ῥήτορι, τὴν τοῦ Ἰσοκράτους ἀληθεστάτην καὶ σοφωτάτην παραίνεσιν, τὴν φάσκουσαν· πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστὶν, ἐξουσίαν C μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. Οὗτος γὰρ παρ' ἐμοὶ κριτῇ (41) ἐνδοξότερός ἐστιν ἐκείνου, οὐ δεινότητι· ἐν ταύτῃ γὰρ ἐκεῖνος κρατεῖ· ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζοντι. Αὕτη γὰρ πανταχοῦ τῆς δεινότητος τοῖς ἐχέφροσι προτιμοτέρα. Εἰ δὲ ἐφάμιλλοί τισι εἶναι δόξοιεν, οὐ φιλονεικητέον, ἀλλὰ δεικτέον πάντας τοὺς ἐνδόξους ἀνθρώπους τῷ Ἰσοκράτει συνᾴδοντας καὶ πρῶτόν γε τὸ παλαιὸν ἔθος προενεκτέον. Ἔθος γὰρ ἦν παλαιὸν μετὰ τὴν συνεστίασιν, ἅπτεσθαι λύρας καὶ ᾄδειν. Ἀπόλοιο, ὦ πλοῦτε, καὶ μήτε ἐν γῇ φανείης, μήτε ἐν θαλάσσῃ. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρου δεήσει μάρτυρος, μαρτυρήσει καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος (42), ὅς γε οὗτος καίτοι δυνάμενος χρηματίσασθαι, τὴν πενίαν ἠσπάσατο, ὡς τὴν Ἀθηναίων [μὲν] (43) πόλιν D αὐτὸν μὲν τελευτήσαντα θάψαι, τὰς δὲ θυγατέρας προοικίσασαν ἐκδοῦναι. Εἰ δὲ καὶ τρίτου, ψηφιεῖται

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(41) Memorabile est hoc judicium et hæc comparatio duorum maximorum oratorum. Vide de iisdem et Ciceronis judicia in *Bruto* et alibi. Locus autem hic de divitiis exstat in Parænesi Isocratis ad Demonicum. Ritt.

Apud veteres hoc in more positum erat, ut post convivium lyram caperent, et canerent. Adeoque indoctior habebatur, si quis recusasset lyram : ut de Themistocle nota res est vel ex Ciceronis testimonio *Tuscul.* 1. Memorabilis autem hic est hymnus, votum et vituperium Pluti divitiarum dei comprehendens : Ἀπόλοιο, ὦ Πλοῦτε, καὶ μήτε ἐν γῇ φανείης, μήτε ἐν θαλάσσῃ. Similia vide apud Joan. Stobæum ψόγῳ πλούτου. Ritt. — Quem vocas hymnum ad Plutum, hymnus non est, sed Scholium συμποτικόν, alibi quoque mihi lectum, etsi locus nunc non succurrit. Casaubon., *epist. ad Rittershusium.*

(42) De paupertate Aristidis, qui ne tantum quidem in bonis reliquerit unde ipse humari, nedum unde filia dotari posset, vide Plutarchum, ut et de Epaminondæ unica veste vide Ælianum *Var. hist.* v, 5. Ritt.

(43) Μὲν clausum unciuis ut redundans rejicitur a cod. Alt. Possin.

ὁ Θηβαῖος Ἐπαμινώνδας, ὁ πάντων τῶν ἐκεῖσε στρατηγῶν ἐπισημότερος, ὅς γε εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος παρῃτήσατο προελθεῖν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ πλυνόμενον ἔτυχε, καὶ ἕτερον περιθέσθαι οὐκ εἶχεν· εἰ δὲ καὶ τετάρτου, ψηφιεῖται καὶ Κράτης, ὁ πᾶσαν τὴν ἰδίαν οὐσίαν τῷ βουλευτηρίῳ τῆς αὐτοῦ πόλεως παραχωρήσας, καὶ φήσας, Κράτης Κράτητα Θηβαῖον ἐλευθεροῖ. Εἰ δὲ καὶ πέμπτου, ἐπιψηφιεῖται καὶ Φωκίων. Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ Μακεδόνος ἑκατὸν τάλαντα χρυσίου αὐτῷ πεπομφότος, ἤρετο τοὺς κομίσαντας, τί δή ποτε πολλῶν Ἀθηναίων ὄντων, αὐτῷ μόνῳ Ἀλέξανδρος πέπομφε. Φησάντων δὲ, ὅτι ἡγεῖταί σε καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀπεκρίνατο, « Οὐκοῦν ἐάτω με καὶ εἶναι καὶ δοκεῖν τοιοῦτον. » Καὶ ταῦτα τοῖς κομίσασιν εἰπὼν, ἀπεπέμψατο μὲν τὰ χρήματα, Ἀλεξάνδρῳ δὲ γέγραφεν, εἰ βούλοιτο αὐτῷ χαρίσασθαι, ἀπολῦσαι τοὺς ἐν Σάρδεσιν αἰχμαλώτους. Ὅπερ ἐκεῖνος πεποίηκεν. Ὁρᾷς ὅτι ἐστὶ τὰ δέοντα γενέσθαι ἄνευ χρημάτων. Εἰ δὲ καὶ ἕκτου, ψηφιεῖται· ἐπιφέρω γὰρ λοιπὸν τὸν κολοφῶνα, καὶ Πλάτων, ὃν οὐδὲ παραγράψασθαι δύνασθε, οὕτω μέγαν τινὰ αὐτὸν ἡγεῖσθε καὶ θαυμαστὸν, ἀπαγορεύων τὸ χρυσὸν καὶ ἄργυρον κεκτῆσθαι. Καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων νομοθέτης· οὐδὲ γὰρ ἀπορήσομεν ἑβδόμης ψήφου· τὸν εἰσάγοντα εἰς τὴν Λακεδαίμονα νόμισμα, θανάτῳ ἀμείψασθαι ἐνομοθέτησεν.

A caperent, illudque canerent : O divitiæ, utinam nec in terra videamini, nec in mari. Quod si altero adhuc teste opus sit, justus etiam Aristides testimonio erit : **192** ut qui cum opes sibi comparare posset, paupertatem amplexus sit : adeo ut urbs Atheniensis et eum extremo vitæ die functum publico sumptu inhumarit, et ipsius filias collata dote viris collocarit. Quod si tertius quoque testis adhibendus est, calculum feret Thebanus Epaminondas, omnium illius urbis imperatorum præstantissimus ; qui cum in concionem vocaretur, eo die progredi detrectavit, quod tum ipsius vestis ablueretur, nec aliam qua indueretur, haberet. Quod si quartus quoque, sententiam etiam Crates feret, qui facultatibus omnibus suis urbis suæ senatui cessit, dixitque, B Crates Cratetem libertate donat. Quod si etiam quintus, huic sententiæ Phocio subscribet. Nam cum Alexander Macedo centum ad eum talenta misisset, ex his, qui ea tulerunt, percontatus est, ecquid causæ esset, quamobrem ex tam multis Atheniensibus ad eum duntaxat Alexander misisset. Qui cum respondissent, hac de causa id regem fecisse, quod eum probum atque honestum virum existimaret ; tum ille : « Sinat igitur me talem et esse, et videri. » Atque hæc iis, qui munus tulerant, locutus, pecunias quidem remisit. ad Alexandrum autem scripsit, ut, si sibi gratificari vellet, eos, quos Sardibus captivos tenebat, dimissos faceret, quod etiam ab eo factum est. Vides quemadmodum officio quoque fungi citra pecunias liceat. Quod si sextus etiam producendus est, calculum item feret Plato (principem enim jam profero, quem ne rejicere quidem poteritis, usque adeo magnum quemdam et eximium virum eum esse ducitis), qui ne quis aurum et argentum possideat, interdicit. Quin Lycurgus quoque Lacedæmoniorum legislator (nam ne septimo quidem calculo deficiemur) capite sanxit, si quis nummum Lacedæmonem importasset.

(63) *Οὐδὲ τοῦτο δὲ* (malim *δὴ*) *παραλελείψεται..... δι' ἣν αἰτίαν ἀπιστεῖ.* Præclare dexterrimus interpres sententiam expressit ex loco quamvis manco in ed. Paris.; sed faciem ei prælucere potuerunt illa seqq., εἰ γὰρ ἐν οἷς διηνέχθη, οὐκ ἠλέγχθη ἐν ᾧ συνηνέχθη, πίστεως ἄξιος ἂν εἴη; Christus, inquit Isidorus, non est falsi convictus in ulla re, sed potius veracissimus in omnibus deprehensus, respondente nimirum eventu ipsius prædictionibus, quantumvis illæ res, quæ prædicerentur, ejusmodi essent, ut omnium hominum opiniones ab illis resilirent atque abhorrerent. Ergo multo magis fidem merentur illa quæ cum opinionibus hominum etiam a fide Christi alienorum et qui sunt extra Ecclesiam, consentientia prædixit: quale videlicet est dogma de futuro judicio, quod etiam sanioribus ethnicis extra Ecclesiam receptum ac persuasum fuit, et est rationi humanæ consentaneum. Proponam autem locum integriorem ope B C., οὐ μικρὸν, ἀλλὰ παρ' ἐμοὶ κριτῇ καὶ μέγιστον ὂν, ὅτι, εἰ ἐν οἷς ἠπίστησαν οἱ τοῦ κόσμου σοφοὶ, τέλος αἴσιον ἐπήγαγεν. Sequitur apodosis quæ etiam est in edit. Paris., ἐν οἷς αὐτῷ συνηνέχθησαν, δι' ἣν αἰτίαν ἀπιστεῖται. Sententia jam intelligitur ex iis quæ dixi. Tantum pro illis in Bill. versione, *cum in his rebus in quibus hominum opinio ab ipsius verbis dissidebat, fidem invenerit*, reponi velim quæ sint lectioni B C propiora, nempe, *si illis rebus quibus sapientes hujus mundi fidem non habebant, tamen finem prædictioni consentaneum ac respondentem adduxit* (*Christus*), *quam ob rem in illis ei non creditur, in quibus sapientes mundi cum eo consenserunt?* RITT.

(64) *Ποίᾳ μηχανῇ τὸ πιστευόμενον οὐκ ἐκβήσεται.* Tolerabilis lectio: elegantior tamen, si quid judico, est altera ista B C, ποίᾳ μηχανὴ τὸ πιστευόμενον μὴ ἐκβήσεσθαι. Hoc dicit: Si id quod erat omnibus incredibile, evenit tamen, quid obstat quominus etiam illud eveniat, quod a plerisque creditur? RITT.

sit in ea re, in qua concors est, dignus profecto est, cui fides habeatur. Nam cum ea, quæ rationalem omnem investigationem superabant, facta sint, quod rationi consentaneum est multo magis fiet. Iis enim effectis quæ rationem excedunt, id quod cum ratione conjunctum atque consentaneum est, profecto etiam continget.

ΡΝΗ'. — ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ.

A

Τῆς ἐπιστολῆς Ἰακώβου, εἰς τὸ εἰρημένον, « Ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. »

Οὐ συνᾴδει, ὦ βέλτιστοι, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ ἀπᾴδει τῷ ὑφ' ὑμῶν νενοημένῳ τὸ θεῖον γραφεῖον. Ὑμεῖς γὰρ ἔφατε ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης τὴν γλῶτταν κινεῖσθαι καὶ συνταράττεσθαι. Τὸ δ' ἱερὸν λόγιον, τοὐναντίον φάσκει, ὑπὸ τῆς γλώττης συγχεῖσθαι τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν. Τροχοειδὴς γὰρ ὁ χρόνος εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος. Οὐδὲν δὲ οἷον αὐτῆς ἀκοῦσαι τῆς Γραφῆς· τί οὖν φησιν; « Ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν φλογίζουσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ σπιλοῦσα τὸν τροχὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν. » Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὁ τροχὸς σπιλοῖ τὴν γλῶτταν, ἀλλ' Ἡ γλῶττα τὸν τροχὸν, τὸν τροχοειδῆ δηλονότι χρόνον. Τὴν γὰρ προαίρεσιν αἰτιᾶται, καὶ τὴν προπέτειαν ἀναστέλλει. Ὑφ' οἷς ὁ βίος ἡμῶν ἐκτραχύνεται, καὶ μυρίαις ἀνωμαλίαις ὑποπίπτει. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, « Καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. » Οὐκ ἂν τοῦτο προσθεῖσα, εἴγε ἄκουσα ἡ γλῶττα ἐκινεῖτο. Ὅτι δὲ τροχὸν τὸν χρόνον ἐκάλεσε, διὰ τὸ τροχοειδὲς καὶ κυκλικὸν σχῆμα· εἰς ἑαυτὸν γὰρ ἀνελίττεται· ἐγγυᾶται ὁ Μελῳδὸς, στέφανον αὐτὸν καλέσας, καὶ εἰπὼν πρὸς τὸν Θεόν· « Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. » Κἀνταῦθα γὰρ ἀπὸ τοῦ κυκλικοῦ σχήματος, στέφανος εἰκότως ὁ χρόνος ὠνόμασται εἰ τοίνυν βούλεσθε γέλωτα μὴ ὀφλισκάνειν, μὴ τὸ ἐναντίον τοῖς οἰκείοις βουλήμασι λόγιον ὡς συνᾷδον προφέρετε. Ἀλλὰ μυρίοις χαλινοῖς τὴν γλῶσσαν ἄγχετε.

CLVIII. — IISDEM.

Ex epistola Jacobi, in illud : « Lingua ignis, universitas iniquitatis. »

Non consonat, viri optimi, sed potius vehementer **202** dissonat ab eo quod sentitis divinus calamus. Vos enim linguam a fato moveri ac perturbari dicitis. Divinum autem oraculum contra vitæ nostræ tempus a lingua conturbari ait. Tempus enim rotæ speciem imitatur, utpote quod in sese torqueatur et convolvatur. Nihil autem commodius fuerit, quam Scripturam ipsam audire. Quid igitur ait ? « Lingua constituitur in membris nostris, quæ inflammat totum corpus, et maculat rotam vitæ nostræ [86]. » Non dixit : Rota maculat linguam nostram, sed, Lingua rotam, hoc est, tempus ad
B
rotæ speciem accedens. Etenim voluntatem accusat, et temeritatem reprimit, a quibus vita nostra exacerbatur, atque innumeris rerum varietatibus et inconstantiis succumbit. Unde etiam subjunxit : « Et inflammata a gehenna [87]. » Quod profecto non adjunxisset, si invita lingua moveretur. Quod autem tempus rotam appellarit, propter orbicularem ac rotundam figuram (in seipsum enim volvitur), confirmat Psalmista, qui coronam ipsum nominavit, dixitque ad Deum : « Benedices coronæ anni benignitatis tuæ [88]. » Nam hic quoque ab orbiculari figura tempus corona merito nuncupatum est. Quocirca, nisi risum excitare vultis, ne divinum oraculum, quod cum vestris cupiditatibus pugnat,
C
tanquam concors et consonans proferatis; verum id agite, ut linguam sexcentis frenis comprimatis.

ΡΝΘ'. — ΩΡΙΩΝΙ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ

Ἢ μᾶλλον, ἢ οὐχ ἧττον τῶν σῶν φίλων ἥσθημεν, ὅτι ἡ σὴ σύνεσις τοῖς βιωτικοῖς χαίρειν φράσασα, εἰς τὸν τῆς θείας φιλοσοφίας ἀπεδύσατο ἀγῶνα. Καὶ πιστεύομεν, ὡς τῆς θείας συμπραττούσης ῥοπῆς, καὶ ἀναῤῥήσεων, καὶ στεφάνων τεύξεται.

CLIX. — ORIONI MONACHO.

Aut majorem, aut certe non minorem, quam amici tui, voluptatem hinc cepimus, quod prudentia tua rebus hujusce vitæ valere jussis, ad divinæ philosophiæ certamen se accinxit. Atque confidimus, te, divina ope favente, præmia quoque atque coronas consecuturum.

ΡΞ'. — ΝΕΙΛΩ.

Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν ἐφόδιον ποιουμένων κακίας. Δέον γὰρ τοσαύτης χρηστότητος πολιτευομένης, τὴν κακίαν μὴ αὔξεσθαι, ἀλλ' ἐλέου καὶ συγγνώμης τυχόντας, τὴν εὐεργεσίαν αἰδουμένους, κακίας μὲν ἀπέχεσθαι· ἀρετῆς δ' ἀντέχεσθαι· οἱ δὲ τολμῶσιν ἀτόλμητα. Ἴστωσαν οὖν ὡς οὐ διαφεύξονται τὴν δίκην τὸ γὰρ θεῖον λόγιον βοᾷ· « Αὐτὸς [γὰρ] ἀποδώσει (65) ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. »

CLX. — NILO.

Sæpenumero eos miratus sum, qui Dei lenitatem in vitii occasionem vertunt. Nam pro eo quod oportebat eos, tanta benignitate vigente, vitium minime adaugere, verum postea quam misericordiam et ve-
D
niam consecuti essent, hujusmodi beneficio commoveri, atque a vitio quidem abstinere, virtutem autem amplexari : ipsi contra nefaria quoque scelera, perpetrare minime dubitant. Sciant igitur illi, se pœnam haudquaquam vitaturos. Clamat enim divinum oraculum : « Ipse reddet unicuique juxta opera sua [89]. »

Jac. III, 6. [87] ibid [88] Psal. LXIV, 12. [89] Rom. II, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(65) Pro αὐτὸς γὰρ ἀποδώσει cod. Sfort. legit ὅτι σὺ ἀποδώσεις. POSSIN.

CLXI. — APHRASIO PRESBYTERO.

Etsi nobis adversus carnem et sanguinem colluctatio non est, at ab his tamen qui adversus carnem et sanguinem luctantur, palæstræ leges edocendæ sunt. Quemadmodum igitur illi non modo exutis vestibus (certandi enim principium est vestes deponere), verum etiam detonsa **203** coma, corporeque oleo delibuto, ne crinibus prehendantur, ac per oleum lubricas adversarii manus reddant, ita demum in certamen progrediuntur : ad eumdem nos quoque modum, si coronam referre cupimus, exuto veteri homine una cum ipsius actionibus, præcisisque atque in eleemosynas insumptis rebus externis, omni cura nudi ac vestitu carentes, ad virtutis stadium ascendamus, ut Olympicum de anima certamen obeamus. Quod si nihil horum facientes, certare nobis videamur, atque hoc nomine gloriemur, primum quidem hic quoque a prudentibus viris ridebimur : postea illic etiam certo comperiemus, nos a nobisipsis delusos ac circumscriptos fuisse : cum videlicet, non modo coronæ expertes erimus, verum etiam ad luendas pœnas abducemur.

ΡΞΑ'. — ΑΦΡΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰ καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα· ἀλλ' οὖν γε ἀπὸ τῶν παλαιόντων πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, διδακτέον τοὺς νόμους τοὺς ἀθλητικούς. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνοι οὐ μόνον ἀποδυσάμενοι (ἀρχὴ γὰρ τοῦ ἀγωνίσασθαι τὸ ἀποδύσασθαι· ἀλλὰ καὶ ἀποκειράμενοι τὴν κόμην, καὶ ἀλειψάμενοι ἐλαίῳ, ἵνα μήτε ληφθεῖεν ταῖς θριξὶν), ἀλλὰ καὶ ὀλισθῆσαι παρασκευάσωσι διὰ τοῦ ἐλαίου τοῦ ἀντιπάλου τὰς χεῖρας· οὕτως ἐπὶ τὸν ἀγῶνα χωροῦσιν, οὕτως καὶ ἡμεῖς, εἴγε στεφανῖται γενέσθαι ποθοῦμεν, ἀποδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔξωθεν ἀποκειράμενοι, καὶ εἰς ἐλεημοσύνας καταναλώσαντες, γυμνοὶ πάσης φροντίδος, καὶ ἀχίτωνες εἰς τὸ στάδιον τῆς ἀρετῆς ἀναβῶμεν, τὰ περὶ ψυχῆς Ὀλύμπια ἀγωνισάμενοι. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων δρῶντες, νομίζομεν (66) καὶ ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐναβρυνόμεθα ἐπὶ τούτῳ, πρῶτον μὲν κἀνταῦθα παρὰ τῶν ἐχεφρόνων γελασθησόμεθα. Ἔπειτα δὲ κἀκεῖσε ἀκριβῶς εἰσόμεθα, ὅτι ἑαυτοὺς παρελογισάμεθα, ὅταν μὴ μόνον ἀστεφάνωτοι, ἀλλὰ καὶ δίκας ὑφέξοντες ἀπαγώμεθα.

CLXII. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Quoniam mirum tibi videri scripsisti, qui fiat ut cum grave atque atrox facinus sit, Zosimum, qui presbyteri speciem gerit, sacris operari, ei tamen, a quo scelerate ordinatus est, haudquaquam grave esse videatur, hoc responderim. Tu quidem pro tuo in improbos odio atque in probos amore juste stomacharis (neque enim quisquam inficias iverit), ego vero illud quoque te monere justum esse censui, ut linguam tuam a maledicentia puram ac liberam conserves. Etsi enim ille innumeris, ut scripsisti, mortis generibus dignus est, ut qui ne honore quidem melior factus sit, verum sacerdotii dignitate tanquam armis quibusdam ad vitium abutatur : unde etiam, nisi resipiscat gravissimas ab eo incorruptus judex pœnas expetet : neque enim injustus est Deus : at minime tamen dignum fuerit, te os tuum impuris ipsius flagitiis exponendis et insectandis conspurcare.

ΡΞΒ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον τὸν δοκοῦντα εἶναι πρεσβύτερον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως αὐτὸν (67) χειροτονήσαντι, φήσαιμι, ὅτι αὐτὸς μὲν ἀπὸ μισοπονήρου, καὶ φιλαγάθου τρόπου δικαίως ἀγανακτεῖς. Οὐδεὶς γὰρ πρὸς τοῦτ' ἀντερεῖ. Ἐγὼ δέ σοι κἀκεῖνο παραινέσαι δίκαιον ᾠήθην, καθαρὰν κακηγορίας τὴν γλῶτταν διατηρῆσαι. Εἰ γὰρ κἀκεῖνος μυρίων, ὡς γέγραφας, ἔστιν ἄξιος θανάτων, μηδὲ τῇ τιμῇ βελτιωθεὶς, ἀλλ' ὅπλῳ κακίας τῇ ἱερωσύνῃ χρησάμενος, καὶ τολμῶν τὰ ἀτόλμητα· διὸ καὶ παρὰ τοῦ ἀδεκάστου κριτοῦ, εἰ μὴ γνωσιμαχήσειε, σφοδροτάτας ἀπαιτηθήσεται δίκας· οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεός· ἀλλ' οὖν τὸ σαυτοῦ στόμα μιαίνειν οὐκ εἴης δίκαιος, τὰς μιαρὰς ἐκείνου πράξεις ἐκκωμῳδῶν

CLXIII. — JOANNI SCHOLASTICO.

De philosophia.

Si te ad pugnam adversarius tuus exstimulat, satius quidem fuerit nihil omnino respondere. Si autem hoc te, ut qui summe philosophari minime institueris, facere posse negas, reprehensionem saltem philosophia tempera, his oratoris verbis ad eum utens : Metuo, ne ea, quæ decent, de te dicens, in eos sermones, qui me minime decent, incidam. Sic enim et mediocriter philosophaberis, et illum ulcisceris.

ΡΞΓ'. — ΙΩΑΝΝῌ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Περὶ φιλοσοφίας.

Εἰ ἐρεθίζει σε πρὸς μάχην ὁ σὸς διάδικος, ἄμεινον μὲν μὴ ἀποκρίνασθαι. Εἰ δὲ τοῦθ', ὡς φῄς, ἀδύνατόν σοι καθέστηκεν, ἄκρως φιλοσοφῆσαι μὴ προῃρημένῳ, κέρασον τῇ φιλοσοφίᾳ τὸν ἔλεγχον, λέγων τὰ τοῦ ῥήτορος πρὸς αὐτὸν, φοβοῦμαι μὴ τὰ προσήκοντα περὶ σοῦ λέγων, εἰς οὐ προσήκοντας ἐμαυτῷ ἐμπέσω λόγους. Οὕτω γὰρ καὶ φιλοσοφήσεις μετρίως, κἀκεῖνον [εἰς] δίκας εἰσπράξῃ.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(66) Pro νομίζομεν rescribe νομίζοιμεν ex codd. Vat. 649 et Alt. Possin.

(67) Pro αὐτὸν legunt, αὐτῷ codd. Vat. 649 et Alt. et vers. post tertio, ἀντερεῖν pro ἀντερεῖ. Versu item antepen. post οὖν recte addunt γε. Id.

ΡΞΔ'. — ΗΡΑΚΛΕΙΔΗ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ. A

Ὅτι ἐκ τῆς ἡμετέρας ῥᾳθυμίας ὁ διάβολος ἔχει τὰς ἀφορμὰς τῆς ἰσχύος.

Αὐτὸς μὲν ἔφης θαυμάζειν λίαν, ὅπως ὁ διάβολος τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ τὸ ἐκνευρισθῆναι, χειροῦται. Ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐ θαυμάζω, εἰ ἀγρυπνῶν ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος, καὶ μηδένα καιρὸν, μηδὲ ὥραν παραλείπων, ἡμῶν ῥᾳθυμούντων καὶ κοιμωμένων περιγίνεται. Συναπολέσαι μὲν γὰρ ἑαυτῷ τοὺς ἡττηθέντας δυνήσεται, βασιλεῦσαι δὲ τὴν πρώτην βασιλείαν τὴν ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως ἀνατραπεῖσαν, οὐκ ἂν δυνηθείη. Τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστὸν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς, ὧν τοῖς τροπαιούχοις προσήκει, τοῦ πάντα καθ' ἡμῶν κινοῦντος περιῆμεν. Τὸ γὰρ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων συστρατεύεσθαι τῷ ἐχθρῷ κατὰ τῶν ἀδελ- B φῶν, καὶ διὰ τοῦτο περιφανῶς τὴν ἧτταν συμβαίνειν, καίτοι ἀληθὲς ὂν, παρήσω, μὴ λίαν πικρὸν ὀφθείη τοῖς τοῦτο δρῶσιν. Ὅταν οὖν καὶ ἐξ οἰκείας ῥᾳθυμίας πίπτωμεν, καὶ ἐκ τοῦ ἐκεῖνον πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν ὀφείλοντα εἶναι καθ' ἡμῶν μηχανᾶσθαι, ὑποσκελιζώμεθα, καὶ ἐκ τοῦ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους ἐκείνῳ μὲν συστρατεύεσθαι, καθ' ἡμῶν δὲ ὁπλίζεσθαι, σκανδαλιζώμεθα, δι' ἣν αἰτίαν θαυμάζεις εἰ ἡττώμεθα; Εἰ δὲ φαίης, Τί οὖν ποιητέον; ἀποκρινοῦμαι, ὅτι Ἐπειδὴ, εἰ καὶ πέπτωκεν ὁ διάβολος, ἀλλ' ὅμως ἀπερισκέπτως θρασύνεται, ἀγρυπνητέον, καὶ πονητέον, καὶ κινδυνευτέον, καὶ τὴν θείαν συμμαχίαν κλητέον, καὶ πάντα πρακτέον, ὅπως καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτὸν, καὶ τοὺς C συστρατευομένους νικήσωμεν. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων βουλόμενοι πρᾶξαι, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ κατορθωθέντα προδιδῶμεν (68), ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι ὀφείλομεν, καὶ οὐ τὴν ἐκείνου ῥώμην, ἣν ὁ Σωτὴρ μὲν ἔσβεσεν, ἡ δ' ἡμετέρα ῥᾳθυμία ηὔξησεν.

CLXIV. — HERACLIDI PRESBYTERO.

Quod ex nostra socordia diabolus vires sumit.

Illud tibi permirum videri dixisti, qui fiat ut diabolus, viribus ejus fractis et debilitatis, quamplurimos homines in potestatem suam redigat. Ego vero minime illud miror, **204** quod scelestus ille excubans, ac ne tempus ullum nec horam prætermittens, nos desidia torpentes et dormientes superet. Etenim eos quidem quos superarit in exitium secum trahere poterit: at primum illud regnum, quod a divina potentia eversum est, obtinere nullo modo queat. Imo contra illud mirandum esset, si nos, nihil eorum, quæ victores decent, facientes, eum, qui nihil non adversus nos movet ac machinatur, vinceremus. Nam quod permulti homines una cum hoste adversus fratres in aciem procedant, ac propterea clades oriatur, etsi verum sit, præteribo: ne hoc iis, qui id perpetrant, nimis grave atque acerbum videatur. Quapropter, cum et ex nostra ignavia concidamus, et per id quod ille hoc molitur, ut ea omnia quæ pro nobis esse debebant, nobis adversentur, dejiciamur, ac denique per id quod fratres nostri in illius castris versentur, atque adversum nos arma capiant, offensionem patiamur, ecquid est cur mireris nos vinci ac profligari? Quod si quæras, quidnam igitur faciendum sit? hoc respondebo: Quoniam diabolus, etsi cecidit, tamen stolide se jactat audaciaque effertur, excubandum est, laborandum, periclitandum, divinum auxilium accersendum et implorandum, ac denique quidvis agendum, ut et ducem ipsum, et eos qui cum ipso militant, superemus. Nam alioqui, si nihil horum efficere in animum inducentes, ea quoque quæ præclare a Christo gesta sunt, prodimus, nos ipsos, non diaboli robur (quod Servator quidem exstinxit, nostra autem socordia auxit) accusare debemus.

ΡΞΕ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Σκιὰ, καὶ ὄναρ (69), καὶ καπνὸς, ὦ βέλτιστε, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν θᾶττον ἀφιπταμένων, ὁ τῶν ἀνθρώπων εἰκότως κέκληται βίος. Διὸ οὐδὲ χρὴ αὐτῷ προστετηκέναι, οὐδὲ τρυφὴν ἡγεῖσθαι τὴν τρυφήν. Τὸ γὰρ πλέον ἐν ἀναισθησίᾳ ἔχει. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡλικία πολλῆς γέμει τῆς ἀνοίας, ἡ δὲ πρὸς τὸ γῆρας ὁδεύουσα πᾶσαν τὴν ἐν ἡμῖν αἴσθησιν κα- D ταμαραίνει. Καὶ ὀλίγον ἐστὶ τὸ μέσον τὸ δυνάμενον μετ' αἰσθήσεως τρυφῆς ἀπολαῦσαι. Μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐκεῖνο εἰλικρινῶς αὐτῆς μετέχει· μυρίων φροντίδων, καὶ πόνων, καὶ λυπῶν λυμαινομένων αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ εἰλικρινῶς ἀπέλαυεν, ὅπερ ἀδύνα-

CLXV. — EUDÆMONI LECTORI.

Umbra, et insomnium, et fumus, optime vir, et quidvis eorum, quæ quam ocissime avolant, hominum vita merito appellata est. Ac propterea ne ipsi quidem addictum animum habere oportet, nec delicias, delicias existimare. Majorem quippe partem ita habet, ut earum sensu careat. Etenim prima ætas ingenti amentia referta est. Ea item, quæ ad senectutem tendit, omnem eum, qui nobis inest, sensum debilitat et exstinguit. Atque exiguum quiddam interjectum est, quod deliciis et voluptate cum sensu frui queat. Imo ne pars illa quidem pure ac liquide ipsius particeps est: quippe quam infinitæ curæ ac

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(68) Codd. iidem ambo προδίδομεν malunt quam προδιδῶμεν. Possin.

(69) *Σκιὰ καὶ ὄναρ.* Notum est illud Pindari,

Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι· τί δέ τις, τί δὲ οὔτις;

Luculenter etiam imper. Marcus *De vita sua* lib. II: Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος στιγμὴ, ἡ δὲ οὐσία ῥέουσα, ἡ δὲ αἴσθησις ἀμυδρὰ, ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις (f. σύγκρασις) εὔσηπτος, ἡ δὲ ψυχὴ ῥεμβὸς, ἡ δὲ τύχη δυστέκμαρτον, ἡ δὲ φήμη ἄκριτον· συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος ποταμὸς, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ὄνειρος καὶ τῦφος, ὁ δὲ βίος πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία, ἡ ὑστεροφημία δὲ λήθη. Ritt.

labores et molestiæ labefacient. Atque etiamsi et pure ac sincere (quod fieri non potest) frueretur, tamen id quod medium est extrema superare minime deberet, verum ab utroque superari. Cum autem media vitæ pars innumeris tempestatibus, et curis, et periculis, et insidiis, et laboribus, aliisque, quæ nunc prætermitto, perturbetur, ubinam tandem delicias et voluptates mihi demonstraturus sis, velim exponas?

A τον, οὐ τὸ μέσον· χύρον ὤφειλεν εἶναι τῶν ἄκρων, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον κρατεῖν τοῦ μέσου. Ὅταν δὲ [καὶ] τὸ μέσον μυρίοις χειμῶσι, καὶ φροντίσι, καὶ κινδύνοις, καὶ ἐπιβουλαῖς, καὶ πόνοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ νυνὶ παραλείψω, ἐκταράττηται ποῖ τὴν τρυφήν μοι δείξεις; εἰπέ μοι.

205 CLXVI. — AMMONIO SCHOLASTICO.

Cur Christus cum ad crucem iret plangentes mulieres objurgavit.

Videris (o quonam te nomine digne appellem!) ne communes quidem notiones sequi. Nam quod per litteras quæsivisti, quamnam ob causam Christus mulieres eas, quæ ipsius vicem dolebant, non modo non collaudarit, sed etiam insectatus sit, maximo argumento est communes notiones apud te minime conservari. Cui non invito contingit passio, ei præstita commiseratio contumeliæ instar habet; nam qui inviti patiuntur, illorum demum vicem fas est deplorare; qui autem sponte ac voluntario animo pugnant, beati prædicantur. Non enim ea quæ fiunt, verum eorum qui perpetiuntur, animi perpensi et explorati aut hoc aut illud pertrahunt. Nam quod et prædones et martyres iisdem pœnis afficiantur, nec ab uno eodemque principio manat, nec ad unum eumdemque finem tendit.

ΡΞϚʹ. — ΑΜΜΩΝΙΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Διὰ τί ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος ὁ Χριστὸς ταῖς κοπτομέναις γυναιξὶν ἐπετίμησεν.

Κινδυνεύεις, (ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσείπω!) ταῖς κοιναῖς μὴ ἕπεσθαι ἐννοίαις. Τὸ γὰρ γεγραφέναι δι' ἣν αἰτίαν τὰς συμπασχούσας γυναῖκας οὐκ ἀπεδέξατο ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπέσκηψε, B τεκμήριόν ἐστι μέγιστον τοῦ μὴ τὰς κοινὰς ἐννοίας σώζεσθαι παρὰ σοί. Ὕβρις γὰρ ἐκείνῳ τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ τὸ πάθος ἀβούλητον τυγχάνει· οἱ μὲν γὰρ ἄκοντες πάσχοντες εἰκότως (70) καταθρηνοῦνται· οἱ δ' ἑκουσίως ἀθλοῦντες μακαρίζονται. Οὐ γὰρ τὰ γινόμενα, ἀλλ' αἱ τῶν πασχόντων γνῶμαι βασανιζόμεναι, ἢ τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο ἐφέλκονται. Τὸ γὰρ καὶ λῃστὰς, καὶ μάρτυρας τὰ αὐτὰ πάσχειν (71), οὔτ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμᾶται ἀρχῆς, οὔτε εἰς ἓν βλέπει τέλος.

CLXVII. — THEOPHILO.

Maximam utilitatem afferre narrationes de virtute.

Quod optimæ narrationes insita in nobis ad virtutem subsidia excitare soleant, minime te fugit. Cum igitur hoc ita se habeat, demus operam, ne inhonesti atque absurdi quidquam aut dicamus aut faciamus.

ΡΞΖʹ. — ΘΕΟΦΙΛΩ.

C *Ὅτι μεγίστην ὠφέλειαν ἐμποιοῦσι τὰ περὶ ἀρετῆς διηγήματα καὶ τὸ συνεχῶς μεμνῆσθαι τῶν ἐν ταύτῃ λαμψάντων.*

Ὅτι τὰ ἄριστα διηγήματα τὰς ἐν ἡμῖν ἐμφύτους ἀφορμὰς τὰς εἰς ἀρετήν φημι βλεπούσας, διεγείρειν εἴωθεν, οἶσθα. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, [μηδὲν] ἀπηχὲς μήτε λέγωμεν, μήτε πράττωμεν.

CLXVIII. — HIERACI MEDICO.

De paupertate.

Quandoquidem is, qui per comœdiam tragicum supercilium populo injecit, ipsiusque molestiam atque invidiam astrinxit, optimus tibi monitor esse visus est, ut qui ea scripserit, quæ cum ingenti gravitate auditorum animos coercere solent, audi eum dicentem: Nequaquam turpem et probrosam rem existimans paupertatem, quæ philosophiæ atque omnis artis ac scientiæ parens est.

ΡΞΗʹ. — ΙΕΡΑΚΙ ΙΑΤΡΩ.

Περὶ πενίας.

Ἐπειδὴ ὁ τῷ δήμῳ διὰ τῆς κωμῳδίας ὀφρῦν ἐμβαλὼν τραγικὴν, καὶ ἐπιστύψας αὐτῆς τὸ φορτικὸν, ἄριστος εἶναί σοι παραινέτης ἔδοξεν, ἅτε γράψας ἃ μετὰ σεμνότητος πολλῆς ἐπιστύφειν τοὺς ἀκούοντας πέφυκεν, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· Οὐ τὸ D πένεσθαι ἐπονείδιστον πρᾶγμα ἡγούμενος (72), τὴν τῆς φιλοσοφίας καὶ πάσης ἐπιστήμης τε καὶ τέχνης μητέρα (73).

CLXIX. — ISIDORO DIACONO.

Lædendo vincere, Satanicarum legum est. Ac

ΡΞΘʹ. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Τὸ νικᾷν ἀπὸ τοῦ κακῶς ποιεῖν, σατανικῶν ἐστι

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(70) Ἀβούλητον.... εἰκότως. Hæc deerant in edit. Paris. et supplentur ex codice Bavarico. Confer ep. 285 h. l. II, et ep. 97 et 128 lib. IV. EDIT. PATR.

(71) Huc pertinet illud vetus: Non supplicium, sed causa martyrem facit. Item quod non carcer infamat, sed causa famosa, ob quam quis in carcere fuit. Vid. Cujac. XV, obs. 7. RITT.

(72) Sic Apollonius apud Stobæum serm. 230, Οὐ τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰτίαν αἰσχρὰν πένεσθαι, ὄνειδος. Similia sunt apud Senecam: in quem, cum paupertatem prædicat, illud quadrat e satyra:
Qui satur est, pleno laudat jejunia ventre. ID.

(73) Pulchre hanc sententiam explicat Aristophanes comœdia quam *Plutum* inscripsit. ID.

(ἐφεμῶν. Διά τοι τοῦτο ἐν τοῖς ἐκείνῳ τελουμένοις A Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν, οὕτω στεφανοῦνται οἱ ἀγωνιζόμενοι. Ἀλλ' ἐν τῷ σταδίῳ τοῦ Χριστοῦ ἐναντίος ἐστὶν ὁ τῶν στεφάνων νόμος. Τὸν πληττόμενον γάρ, οὐ τὸν πλήττοντα στεφανοῦσθαι νενομοθέτηται· ὡς μὴ τῇ νίκῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νίκης τὸ θαῦμα γίνεσθαι μεῖζον. Ὅταν γὰρ τὰ παρὰ ἀνθρώποις ὄντα νίκης, ταῦτα ἥττης ποιητικὰ ἀποφανθῇ, τότε θεία δύναμις, τότε οὐράνιον στάδιον, τότε ἀγγελικὸν θέατρον εἰκότως εἶναι πιστεύεται.

proinde in Olympicis illis certaminibus, quæ in ipsius honorem celebrantur, sic coronam consequuntur qui decertant. At in Christi palæstra contraria coronarum lex est. Sic enim lege sancitum est, ut qui percutitur, non qui percutit corona donetur, ut non ob victoriam duntaxat, sed etiam ob victoriæ modum majus miraculum exsistat. Nam cum ea, quæ apud homines victoriam conciliant, hoc afferre constet, ut quispiam superetur, tum demum divina virtus, tum cœleste stadium, tum angelorum theatrum merito esse creditur.

ΡΟ'. — ΕΥΣΤΑΘΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Λαμπρᾶς εὐφημίας παρὰ πάντων [σοι δικαίως] ἐγειρομένης, ἀγρυπνεῖν ἂν εἴης δίκαιος, ὅπως ταύτην τοῖς μετέπειτα πραττομένοις ἱδρύσειας.

CLXX. — EUSTATHIO PRESBYTERO.

Cum luculenta laus ab omnibus tibi excitetur, 206 vigilandum tibi est, ut eam insequentibus B recte factis firmes ac stabilias.

ΡΟΑ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΩ, ΖΩΣΙΜΩ, ΜΑΡΩΝΙ, ΕΥΣΤΑΘΙΩ.

Εἰ μὲν ἦν τις (ὢ τί καλέσας ὑμᾶς τῆς ὑμετέρας ἀναλγησίας καθάψομαι!) ὁ τὸ μέλλον ἐγγυησόμενος, καὶ καταστήσων δῆλον, ὡς οὐδεὶς ὑμῶν ἔσται ὁ τοιαῦτα ἔτι τολμήσων δρᾶσαι, οἷα ἐδράσατε, ἀσμένως ἂν τὴν ἡσυχίαν ἤγαγον, καὶ τοῖς παρελθοῦσιν ἐχαρισάμην τὸ λαθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ οὐδείς ἐστιν ἀξιόχρεως ἐγγυητής, ἀναγκαία μοι ἔδοξεν εἶναι ἡ διὰ τῶνδε τῶν γραμμάτων παραίνεσις. Ἂν μὲν γὰρ εὕρῃ ὑμᾶς τὴν αὐτὴν νοσοῦντας νόσον, ἴσως ἐργάσεται τὸ αὐτῆς· ἂν δὲ ἀνενεγκόντας ἀπὸ τῆς μανίας, ὅπερ εὔχομαι γέγονεν. Ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀρίστοις ἰατροῖς, C τοῖς ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρπουμένοις λύπας (74) (πολλοὶ γὰρ αὐτῶν κέρδους ἕνεκεν μόνον τὴν τέχνην μεταχειρίζονται) εὐχῆς ἔργον ἐστὶ μετὰ τὸ κατασκευάσαι τὰ βοηθήματα, μηδὲ εἰς χρείαν αὐτῶν τὸν κάμνοντα [ἐλθεῖν]· καὶ αὐτὸς εὔχομαι μὲν μηδενὶ ὑμῶν ταύτης χρείαν γενέσθαι τῆς παραινέσεως. Εἰ δ' ἄρα γένοιτο, [ὃ μὴ γένοιτο!] ὁ δεύτερος ὑμᾶς οὐ διαπλεύσει πλοῦς. Τί τοίνυν ἀναγκαῖον ᾠήθην παραινέσαι, φράσω. Ἀναγκάζομαι γὰρ εἰπεῖν, ὅπερ σαφῶς εἰπεῖν οὐ βούλομαι, ὅτι εἰς τὸν τῆς κακίας λαβύρινθον οὐκ οἶδ' ὅπως ἐμπεπτωκότες, οὐ μόνον τοὺς θείους, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τῆς φύσεως, ὥς φασιν, ἐνετρέψατε νόμους· οἱ γὰρ παροινοῦντες κατὰ τῆς ἐννόμου φύσεως (74'), δικαίως καὶ κατ' ἀλλήλων λυττῶσιν. Οὐ γὰρ κωλύεται D ῥᾳδίως ἐπιθυμία, τὸν τοῦ θείου φόβου χαλινὸν οὐκ ἔχουσα, ἀλλ' ὥσπερ χαλινῷ μὴ πειθόμενος ἵππος, ἢ καθάπερ, κυριώτερον εἰπεῖν, λοιμὸς, πᾶσαν ἡλικίαν ἐπινέμεται, καὶ πᾶν γένος, καὶ πᾶσαν ἀξίαν λυμαίνεται. Σεμνοπρεπῶν μὲν οὖν ἀνδρῶν ἀκοὴν ἐνοχλεῖν οὐ καλόν· τοῖς δὲ ἀδεῶς δρῶσιν, ἃ δρᾶν οὐ θέμις, ἐπιτιμᾶν χρησιμώτατον· ἀνανδρίας γὰρ ἂν εἴη πολλῆς μέλλοντά τι κακὸν ἐκριζοῦν, μηδὲ φωνὴν ῥῆξαι ἐπιχειρεῖν, ὡς τῆς σιγῆς αὐτομάτου ἰασομέ-

CLXXI. — MARTINIANO, ZOSIMO, MARONI, EUSTATHIO.

Si quispiam esset (o quo vos nomine nuncupem, ut vestrum stuporem perstringam!) qui futuri sponsorem se præberet, ac perspicuum faceret neminem vestrum fore, qui posthac ejusmodi flagitia, quæ perpetrastis, admitteret, libens fecissem ut quiescerem, ac præteritis sceleribus, ut in obscuro atque incognito jacerent, concederem. Quoniam autem hujus rei nemo satis locuples sponsor est, idcirco necessariam hanc litterariam admonitionem esse duxi. Nam si vos eodem adhuc morbo laborantes inveniat, ipsa fortasse, quod suum est, exsequetur. Si autem furore atque amentia emersos, nimirum id quod opto, contigerit. Quandoquidem etiam optimis medicis, qui ex alienis calamitatibus proprios mœrores carpunt; (nam multi ipsorum quæstus duntaxat causa artem exercent), nihil optatius est, quam ut confectis medicamentis, ægroti his opus minime habeant: eodem igitur ipse quoque modo illud quidem opto, ne quis vestrum hac admonitione indigeat. Si autem (quod utinam ne accidat!) ea opus sit, secunda vobis, ut dici solet, navigatio haud inutilis erit. Quidnam igitur sit, de quo monendos vos duxerim, exponam. Cogor enim dicere, quod perspicuis verbis dicere nolo: nempe vos, in vitii labyrinthum nescio quo pacto prolapsos, non modo divinas, sed etiam ipsas, ut aiunt, naturæ leges evertisse. Nam qui adversus naturæ leges debacchantur, non mirum si ipsi quoque alii adversus alios furore ac rabie agitantur. Neque enim cupiditas, divini metus freno carens facile cohibetur: verum, quemadmodum equus freni impatiens, aut ut magis proprie loquar, pestis instar, per omnem ætatem serpit, atque omnes cujusvis sexus ac dignitatis inficit et labefactat. Enim vero honestorum quidem virorum aures offendere minime pulchrum

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(74) Hoc ex Hippocrate sumpsit eruditissimus noster scriptor. Ritt.

(74') Locus est in editis mutilus, τοὺς τῆς ἐννόμου φύσεως; hunc recte suppletum ex codd. Vat. 649 et Alt. plane integrum accipe. Possin.

est ; at eos, qui sine ullo metu ea quæ nefas est perpetrant, objurgare summopere conducit. Ingentis enim ignaviæ ac timiditatis esset, si is, qui malum aliquod radicitus evellere pararet, ne vocem quidem mittere conaretur, perinde atque silentio solo vitium curari ac propulsari posset. Cæterum, quam maxime licuit tecte atque adumbrate scripsi, ut, meliore mente induta, crimina ea, quæ et naturæ adversantur et modum omnem excedunt, committere desinatis, ne immodicæ quoque pœnæ a vobis expetantur. Semper enim atque omnino id contendit supplicii modus, ut flagitiorum magnitudini respondeat, Sodomorum cruciatum, si res in comparationem veniat, ludi cujusdam instar esse demonstrans.

A νης τὴν κακίαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως οἷός τ' ἦν, συνεσκιασμένως ἐπέστειλα, ὅπως σωφρονισθέντες παύσησθε καὶ τῶν κατὰ φύσιν εἶναι δοκούντων, καὶ τῶν ὑπερορίων πταισμάτων, ἵνα μὴ ὑπερορίους ἀπαιτηθῆτε τὰς δίκας. Πάντη γὰρ καὶ πάντως φιλονεικεῖ τῷ μεγέθει τῶν πλημμελημάτων ὁ τῆς κολάσεως τρόπος (75), τῇ παραβολῇ τὰ Σοδόμων πάθη παίγνια εἶναι ἀποφαίνων.

CLXXII. — EISDEM.

Purum quidem, ut opinor, Dei judicium est : temperatur autem juxta scelerum qualitatem 207 et quantitatem. Hoc enim maxime spectat quod a Psalmista dictum est, « Calix in manu Domini vini meri plenus misto : bibent ex eo omnes peccatores terræ [60]. » Quod autem hoc loco calix de pœna intelligendus sit, nemini dubium est (77), quemadmodum etiam apud Jeremiam dictum est : « Accipe calicem iræ, et pota omnes gentes, ac primam Jerusalem [61]. » Nam quod quidam de mystico poculo Psalmistam vaticinatum esse asserunt, eorum opinionem et Judæi et gentiles, cæterique omnes, qui hujus expertes sunt, refutant. Atque etiam eos maxime Psalmista ipsemet refellit : ut qui ante hæc verba dixerit : « Deus judex est, hunc humiliat, et hunc exaltat [62]. »

ΡΟΒ'. — ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ.

B Ἄκρατος (76) μέν ἐστιν, ὡς οἶμαι, ἡ κρίσις· κιρνᾶται δὲ πρὸς τὴν ποιότητα καὶ ποσότητα καὶ πηλικότητα τῶν ἁμαρτημάτων. Εἰς τοῦτον γὰρ μάλιστα βλέπει τὸν σκοπὸν τὸ εἰρημένον τῷ Μελῳδῷ· ὅτι « Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος, πίονται ἐξ αὐτοῦ πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. » Ὅτι δὲ ἐπὶ τιμωρίας τὸ ποτήριον ἐνταῦθα, καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ εἴρηται· « Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ, καὶ ποτιεῖς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πρώτην τὴν Ἱερουσαλήμ. » Τοὺς γὰρ λέγοντας περὶ τοῦ μυστικοῦ ποτηρίου τὸν Μελῳδὸν πεπροφητευκέναι, ἐλέγχουσι μὲν καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ ὅσοι τούτου ἄμοιροι τυγχάνουσιν. Ἐλέγχει δὲ οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸς ὁ Ἱεροψάλτης, πρὸ τούτων τῶν ῥήσεων φράσας· ὅτι « Ὁ Θεὸς κριτής ἐστι, C τοῦτον ταπεινοῖ, καὶ τοῦτον ὑψοῖ. »

CLXXIII. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Cur super Lazarum lacrymatus est Dominus.

Christus (o philosophiæ simulacrum!) ob Lazarum lacrymas profudit : maxime quidem in hoc quoque, quemadmodum et in aliis rebus, regulas nobis ac terminos figens, ut ne bacchantium more præ mœstitia præcipites agamur. Ii quippe qui eum conspexerunt, dixerunt : « Ecce quomodo amabat eum [63]. » Quoniam autem minime consentaneum fuisse dixisti, ut is lacrymas emitteret, qui Lazarum ad vitam rediturum esse præhoscebat (nos enim omnes ea de causa mortuos lacrymis prosequimur, quod eos haud statim revicturos esse exspe-

ΡΟΓ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Διὰ τί ἐπὶ Λαζάρῳ ἐδάκρυσεν ὁ Κύριος (78)·

Ἐδάκρυσεν, ὦ φιλοσοφίας ἄγαλμα! ὁ Χριστὸς ἐπὶ Λαζάρῳ, μάλιστα μὲν κἀν τούτῳ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κανόνας ἡμῖν καὶ ὅρους πηγνὺς, ἵνα μὴ ἐκβακχευώμεθα ὑπὸ τῆς λύπης. Οἱ γοῦν θεασάμενοι εἶπον· « Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. » Ἐπειδὴ δ' ἔφης· Οὐκ ἔπρεπε τῷ προειδότι (79) ἀναστήσεται, τὸ δακρῦσαι (δακρύομεν (80) γὰρ ἅπαντες τοὺς τεθνεῶτας, οὐ τοὺς αὐτίκα μάλα ἀναστήσεσθαι προσδοκωμένους), θέα εἰ δυνήσεται ὁ λόγος ἅψασθαι τῆς ἀκριβείας. Φίλος ἦν τοῦ Σωτῆρος· φίλος δ' οὖν αὐτοῦ, πάντως δίκαιος ἦν, οὐ γὰρ (81) ἂν ἐφιλεῖτο παρὰ

[60] Psal. LXXIV, 9. [61] Jerem. XXV, 15. [62] Psal. LXXIV, 7, 8. [63] Joan. XI, 36.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(75) Etiam Herodotus hoc agnovit, cum scripsit, Τὰ μεγάλα ἀδικήματα μεγάλας ἔχει καὶ τὰς τιμωρίας παρὰ ἀθανάτων. In hac epistola quædam supplevi ex B. C. quæ cum recte sua interpretatione expresserit Billius, fit ut putem a typographo omissa, cum in Billiano libro adessent. Id.

(76) Pro ἄκρατος Codd. Vat. 649 et Alt. habent ἀκρατής. Possin.

(77) *Nemini dubium est.* His verbis nihil respondet in exemplaribus Græcis neque edito neque scripto, quamvis sensus integritas ea postulare videatur. Desit fortassis tale quippiam post εἴρηται, φανερόν ἐστι, vel δῆλόν ἐστι. Ritt.

(78) Cum hac quæstione de causa lacrymarum super Lazaro ad vitam resuscitato profusarum, vide D etiam insignem locum ex concilio Toletano III, relatum in jus canon. cap. 28, *Qui divina*, 13, q. 2. Dominus non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit ærumnas resuscitandum. Ritt.

(79) Post προειδότι in ed. Paris. deesse aliquid fixa crux indicat. Id supplent codd. Vat. 649 et Alt. qui sic locum hunc exhibent, προειδότι ὅτι ἀναστήσεται. Possin.

(80) *Δακρύομεν γάρ.* B. C. δακρύουσι μὲν γάρ, quod plenius ac melius puto, tametsi quoad sensum parum intersit hoc an illo modo legas. Ritt.

(81) Locus est in editis corruptissimus, φίλος δ' οὖν αὐτοῦ, πάντως δίκαιος ἦν, οὐ γάρ, etc. Ex quibus nihil potest exculpi sanæ sententiæ. Totum locum sic, correcte, ni fallor, exhibet cod. Alt., φίλος

τῆς ἀχράντου δικαιοσύνης μὴ δίκαιος ὤν· οὐ γὰρ χάριτι οἶδε φιλεῖν, ἀλλὰ κρίσει· δίκαιος δ' ὤν, καὶ ἐξελθὼν εὐκλεῶς τὸ στάδιον τοῦδε τοῦ βίου, πάντως ἐν ἀναπαύσει ἦν καὶ τιμῇ. Τοῦτον οὖν ἔμελλε διὰ τὴν οἰκείαν δόξαν ἀναστήσειν, τοῦτον ἐδάκρυσε, μονονουχὶ λέγων· Τὸν εἴσω τοῦ λιμένος εἰσελάσαντα πάλιν ἐπὶ τὰς τρικυμίας καλῶ, τὸν ἤδη στεφθέντα πάλιν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγω.

A clemus), vide an quod dicturus sum exactam hujus rei causam attingere queat. Salvatoris amicus erat. Amicus porro cum esset, omnino vir probus erat. Neque enim puræ et labis omnis experti justitiæ charus fuisset, nisi justus exstitisset. Deus enim non favore, sed judicio, ad amandum duci solet. Cum autem justitia præditus esset, atque ex hujus vitæ stadio cum laude atque gloria excessisset, non est dubium, quin in requiete atque honore esset. Quoniam igitur ipsum ob suam gloriam a morte ad vitam excitaturus esset, collacrymavit his propemodum verbis utens: Eum qui ad portum jam appulerat, rursum ad fluctus et procellas voco: eum, qui jam coronam consecutus erat, ad certamina rursum duco.

ΡΟΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πολλῶν λόγων γιγνομένων μικροῦ δεῖν καθ' ἑκάστην συνουσίαν περὶ ἀρετῆς, ὀλίγος μὲν αὐτῆς τοῖς πολλοῖς τυγχάνει λόγος, πολὺς δὲ τοῖς ὀλίγοις. Πλὴν πάντες οὐ μόνον οἱ ἐρασταὶ αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτὴν ἀνακηρήττουσι. Τοσοῦτόν ἐστιν αὐτῆς τὸ κάλλος. Τὴν δὲ κακίαν καὶ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ ἐρασταὶ κακίζουσι. Τοσοῦτόν ἐστιν αὐτῆς τὸ εἰδεχθές. Ἀλλὰ τῇ παραυτίκα ἡδονῇ ὁπλιζομένη, εὐδοκιμεῖ παρὰ πολλοῖς, καίτοι θηριόμορφος οὖσα, τὴν θείῳ κάλλει ἀστράπτουσαν. Χρὴ οὖν εἰδέναι, ὅτι εἰ καὶ ἡ παραυτίκα ἡδονὴ μεῖζον δοκεῖ ἰσχύειν τοῦ ὕστερον συνοίσοντος (82), ἀλλ' εἰς ὀλέθριον καταστρέφει τέλος. Ἄμεινον οὖν ἀπὸ πόνων εἰς ἀνάπαυσιν ἰέναι, ἢ ἀπὸ ἡδονῆς εἰς τιμωρίαν.

CLXXIV. — EIDEM.

Cum in unoquoque pene congressu multi de vir- B tute sermones habeantur, parva tamen apud multos ejus cura est, magna autem apud paucos. Cæterum omnes, non modo ipsius amantes ac studiosi, verum etiam hostes, eam laudibus efferunt. Tanta ipsius pulchritudo est. Improbitatem contra, et hostes et amatores vituperant. Tanta ipsius deformitas est. Verum præsenti voluptate tanquam armis quibusdam instructa, tametsi alioqui belluina forma prædita, eam, quæ divina pulchritudine fulget, apud plerosque superat. Operæ pretium itaque est illud nosse quod etiamsi præsens voluptas majorem vim habere videatur, quam quod in posterum utilitatem allaturum est, at in exitiosum tamen ac pestiferum finem desinit. **208** Quocirca satius ac præstabilius a laboribus ad requiem, quam a voluptate ad cruciatum proficisci.

ΡΟΕ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ. C

Εἰς τὸ γεγραμμένον· « Φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. »

Ἡ φρόνησις τῇ ἁπλότητι κιρνωμένη, θεῖόν τι χρῆμα, φημὶ δὲ ἐντελεστάτην ἀρετὴν, ἀποτελεῖ. Εἰ δὲ θατέρα θατέρας χωρισθείη, ἡ μὲν εἰς πονηρίαν ἐμπίπτει, ἡ δὲ εἰς μωρίαν τελευτᾷ· ἡ μὲν γὰρ εἰς τὸ κακουργεῖν, ἡ δὲ εἰς τὸ ἀπατᾶσθαί ἐστιν ἐπιτηδεία. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ θεῖος χρησμὸς διὰ μιᾶς εἰκόνος τοῦτο οὐ παρέστησεν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις φρόνησις μετὰ ἁπλότητος, ἀλλὰ τὰ μὲν τὴν πονηρίαν, τὰ δὲ τὴν ἁπλότητα μεταδιώκει· ἀλλ' ἔφη· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. » Οὐχ ἵνα τὸ ἰοβόλον καὶ πληκτικὸν τοῦ ὄφεως μιμησώμεθα· κακίζονται γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς ὄφεις καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν· οὐδ' D ἵνα τὸ ὕπουλον καὶ δολερόν· οὐ γὰρ κατὰ πάντα τὸ παράδειγμα λαμβάνεται, ἀλλ' ἐκ μέρους, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ὑπόδειγμα, ἀλλὰ ταυτότης· ἀλλ' ἵνα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τουτέστι τὴν κακίαν, ὥσπερ λεβηρίδα ἀποδυσώμεθα, καὶ τὴν μὲν πίστιν, ὥσπερ

CLXXV. — MARTINIANO PRESBYTERO.

In illud, « Prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ [44]. »

Prudentia simplicitate temperata, divinam quamdam rem, hoc est numeris omnibus absolutam virtutem parit. At si altera ab altera sejungatur, illa in perversitatem incidit, hæc in stultitiam desinit. Etenim illa ad malum aliquod patrandum apta est: hæc fraudi ac deceptioni patet. Ac propterea divinum oraculum per unam imaginem hoc minime declaravit (neque enim in iis animantibus, quæ ratione carent, prudentia cum simplicitate conjuncta est; verum alia improbitatem, alia simplicitatem consectantur): verum his verbis usus est, « Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. » Hæc autem non eo spectant, ut serpentis venenum ac percutiendi libidinem imitemur (vituperantur enim Judæi, ut serpentes, et genimina viperarum), nec rursus ut versutiam ac fraudem, (neque enim istud exemplum juxta omnem rationem accipitur, sed ex aliqua duntaxat

[44] Matth. x, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

δ' ἦν τοῦ Σωτῆρος· φίλος δ' ὢν αὐτοῦ, πάντως δίκαιος ἦν· *amicus erat Salvatoris: amicus autem cum esset ejus, omnino justus erat.* Οὐ γὰρ ἂν ἐφιλεῖτο παρὰ τῆς ἀχράντου Δικαιοσύνης μὴ δίκαιος ὤν· *non enim amaretur ab incorrupta Justitia si justus, non esset.* Poss.

(82) *Ἡ παραυτίκα ἡδονὴ μεῖζον δοκεῖ ἰσχύειν τοῦ ὕστερον συνοίσοντος.* Demosthenica est hæc quoque sententia... Ritt.

parte, alioqui exemplum non esset, sed res omnino eadem) : verum ut veterem hominem, hoc est vitium, tanquam serpentis pellem, exuamus, atque fidem quidem, ut ille caput, custodiamus, corporis autem exiguam curam geramus, cætera vero missa faciamus, atque his columbæ simplicitatem admisceamus : non ut ipsius stoliditatem exprimamus (traducitur enim Ephriam, ut stulta columba, non habens cor), verum ut ipsius simplicitatem ab omni improbitate remotam imitemur. Quod si ita libet, per aliud etiam exemplum oratio nostra grassabitur. Leo vocatus est, non modo Christus, sed etiam vir justus, et diabolus : at non eadem ratione (ut enim ante dixi, non juxta rationes omnes exemplum usurpatur, sed juxta illam duntaxat partem, quæ instituto sermoni conducit : ac quod reliquum est jubetur valere). Christus quippe ob regiam amplitudinem, atque invictum robur hoc nomine appellatus est : « Recumbens enim, inquit, dormivit ut leo [64]. » Justus autem vir ob intrepidum animum, ac nihil periculi metuentem; justus enim confidit ut leo. Diabolus denique ob feritatem cruorisque sorbendi aviditatem. « Circuit enim ut leo, quærens quem devoret. » Cum igitur ex uno animali varias imagines Scriptura sacra exhibuerit, nec tamen propterea speculationes confundamus, verum cuique quod ipsi aptum est tribuamus, quid miraris, si Paulus luti imaginem ceperit, non ut voluntatis humanæ libertatem convellat, quam ubique prædicat, verum ut non modo ingentem obedientiam, quam vir justus merito ad Deum habere debet, ostendat, **209** sed eorum etiam, qui purissimam illam, atque et sermonem omnem et cogitationem excedentem scientiam insectari non dubitant, furori medeatur.

A ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν, φυλάττωμεν, τοῦ δὲ σώματος ὀλίγον φροντίζωμεν· τὰ δὲ ἄλλα ἐῶμεν, καὶ κιρνῶμεν τούτοις τὴν τῆς περιστερᾶς ἁπλότητα, οὐχ ἵνα τὸ ἀνόητον αὐτῆς ἀποματτώμεθα· διαβάλλεται γὰρ Ἐφραῒμ ὡς περιστερὰ ἄνους οὐκ ἔχουσα καρδίαν· ἀλλὰ τὸ ἀφελὲς καὶ ἀπόνηρον. Εἰ δὲ βούλει, καὶ δι' ἑτέρου παραδείγματος βαδιεῖται ὁ λόγος. Λέων κέκληται οὐ μόνον ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ δίκαιος καὶ ὁ διάβολος, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτόν· ὡς γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐ κατὰ πάντα λαμβάνεται τὸ ὑπόδειγμα, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο μόνον τὸ μέρος τὸ χρησιμεῦον τοῖς λεγομένοις, καὶ τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐᾶται (82*). Ὁ μὲν Χριστὸς, κατὰ τὸ βασιλικὸν καὶ ἄμαχον· « Ἀναπεσὼν γὰρ ἐκοιμήθη ὡς λέων· » ὁ δὲ δίκαιος, κατὰ τὸ ἀδεὲς καὶ ἄφοβον· δίκαιος γὰρ ὡς λέων πέποιθεν. Ὁ δὲ B διάβολος, κατὰ τὸ θηριῶδες καὶ αἱμοβόρον· « Ὡς λέων γὰρ περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ. » Εἰ τοίνυν ἐξ ἑνὸς ζώου διαφόρους εἰκόνας ἡ Γραφὴ παρέστησε, καὶ οὐ συγχέομεν τὰ θεωρήματα, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ πρέπον ἀπονέμομεν, τί θαυμάζεις εἰ τὴν τοῦ πηλοῦ εἰκόνα ἔλαβεν ὁ Παῦλος, οὐχ ἵνα τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ὃ πανταχοῦ στεφανοῖ, ἀλλ' ἵνα μὴ μόνον τὴν σφοδρὰν πειθὼ καὶ ὑπακοὴν δείξῃ, ἣν δίκαιος ἂν εἴη ἔχειν ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὸ Θεῖον, ἀλλὰ καὶ τὴν λύτταν ἰάσηται τῶν ἐπισκῆψαι τολμώντων τῇ ἀκηράτῳ καὶ παντὸς ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ ἐπιστήμῃ;

C

CLXXVI. — ISIDORO DIACONO.

Cum divinum numen victimas et cruores ob puerilitatem, in qua tum homines versabantur, tolerarit, quid miraris, quod eam quoque quæ per citharam et psalterium celebratur, musicam tolerarit? quæ, ut nonnulli aiunt, turbulentos animi motus propulsat, simul et mœrorem lenit, et iram mitigat, et luctus per lacrymas levat. Multi enim, ut ferunt, quod lacrymas per vim compresserint, in varios morbos inciderunt.

ΡΟϚ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰ θυσιῶν καὶ αἱμάτων ἠνέσχετο τὸ Θεῖον διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων τὸ τηνικάδε νηπιότητα, τί θαυμάζεις εἰ καὶ μουσικῆς διὰ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου τελουμένης, τῆς, ὥς φασί τινες, τὰ πάθη τὰ ψυχικὰ θεραπευούσης, καὶ λύπην μὲν καταπραϋνούσης, θυμὸν δ' ἐξημερούσης, καὶ τὰ πένθη διὰ τῶν δακρύων κουφιζούσης (83); Πολλοὶ γὰρ, ὥς φασι, δακρῦσαι καρτερήσαντες, εἰς διάφορα πάθη ἐνέπεσον (84).

[64] Deut. xxxiii, 20. [65] I Petr. v, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(82*) Ἐᾶται. B. ἐατέον, quod verius puto. Ritt.

(83) Τὰ πένθη διὰ τῶν δακρύων κουφιζούσης. Sic Plinius lib. viii, epist. 16 : « Est quædam etiam dolendi voluptas, præsertim si in amici sinu defleas, D apud quem lacrymis tuis vel laus sit parata vel venia. » Sic et Basil. Magnus in epistola ad episcopos Italiæ et Galliarum : Φέρει τινὰ παραμυθίαν ταῖς ὀδυνωμέναις ψυχαῖς καὶ στεναγμὸς πολλάκις ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας ἀναπεμπόμενος, καί που καὶ δάκρυον ἀποστάξαν τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διεφόρησεν. Hoc est, « Affert aliquam consolationem doloribus animi gemitus sæpenumero e profundo pectoris emissus; et lacrymula interdum destillans, multitudinem afflictionis discussit. » Et in altera ad eosdem; Οἱ ὀδύνῃ τινὶ κατεχόμενοι διὰ τῶν στεναγμῶν κουφίζειν πως τὰς ἀλγηδόνας πεφύκασι. H. e. « Consueverunt homines doloribus aliquibus oppressi ingemiscendo quodammodo levare ægritudinem. » Quare merito ac vere exclamat Euripides *Troadibus* :

Ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπονθόσιν,
Θρηνῶν τ' ὀδυρμοὶ, μοῦσά θ' ἢ λύπας ἔχει

Præclare, ut omnia, Chrysostomus homilia *Περὶ τοῦ ἀκαταλήπτου* : « Si apud homines, suos quempiam casus dixisse suasque calamitates narrasse affert nonnihil consolationis, quasi difflatio quædam malorum per ipsam narrationem ageretur : longe magis, cum Domino illi communi ægritudines animi tui communicas, consolationem atque remedium capies. Homo enim gravatur plerumque tædio alienæ querelæ, et luctus repellit, fugitque hominem miserum : At vero Deus non ita agit; sed invitat, ducit, hortatur, acceptat, » etc. Ritt.

(84) Usque adeo:

Expletur lacrymis egeriturque dolor.

ΡΟΖ'. — ΘΕΟΔΟΤῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τί ἐστι τὸ, Εἲρ, παρὰ Δανιήλ.

Ἐπειδὴ ἔφης τί ἐστι διὰ συγκρίματος *Εἲρ* ὁ λόγος (85), καὶ ῥῆμα ἁγίων τὸ ἐπερώτημα (τοῦτο γὰρ παραλελεῖφθαι τῷ Δανιὴλ εἰς τὴν ἑρμηνείαν), ἴσθι· ὅτι Ἐπειδὴ ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐξουσίας, καὶ τοῦ ἄμαχον οἴεσθαι ἔχειν τὴν βασιλείαν ὁ βάρβαρος εἰς ὑπερηφανίαν ἐξέπεσεν, ὡς ἔξω μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ὅρων (86) ἑαυτὸν εἶναι νομίζαι, εἰς δὲ θείαν λῆξιν ἐγκρίνειν, ἔμελλε δὲ κόπτεσθαι· τοῦτο γὰρ ἡ τοῦ ὀφθέντος δένδρου ἐκτομὴ διεμαρτύρετο· οὐ μόνον τῷ φόβῳ τῶν ὀφθέντων, ἀλλὰ καὶ τῷ σχηματισμῷ σωφρονέστερον αὐτὸν ἐργάσασθαι ἐθελήσας, ὥσπερ καὶ ἐπὶ βασιλικοῦ δικαστηρίου σχηματίζει τὴν διήγησιν, τοῦ μὲν βασιλέως ἀποφαινομένου, τοῦ δὲ στρατηγοῦ ἑρμηνεύοντος, τουτέστι διαγγέλλοντος τὴν ψῆφον (τὸ γὰρ *σύγκριμα* ἑρμηνείαν λέγει), τῶν δὲ στρατιωτῶν εἰς ἔργον ταύτην ἀγόντων. *Εἲρ* μὲν γὰρ τὸν τὸ κήρυγμα τῆς ἀποφάσεως ποιησάμενον ἔφησεν οἱονεὶ ἀρχάγγελον· *Εἲρ* γὰρ ἑρμηνεύεται *ἄγρυπνος*· ἁγίους δὲ τοὺς τὸ δένδρον ἐκτέμνειν προσταχθέντας ἀγγέλους. Ἐπειδὴ γὰρ μὴ τὴν ἀπόφασιν κωλύειν οἷοί τ' ἦσαν· μετὰ σπουδῆς γὰρ καὶ κραυγῆς ἐξενήνεκτο· ἐλπὶς δέ τις ὑπεφαίνετο σωτηρίας, τῶν ῥιζῶν μενουσῶν, ἐπερωτῶσι, τουτέστιν ἀξιοῦσιν, ὥστε τὸν ὡρισμένον χρόνον μαθεῖν. Ὁ δὲ οὐ τοῦτο μόνον (87), ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοὺς ἐκδιδάσκει. Ἵνα γὰρ, φησὶ, γνῶσιν οἱ ζῶντες, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν (88).

A CLXXVII. — THEODOTO PRESBYTERO.

Quid sit Εἲρ apud Danielem.

Quoniam quid sonet vox εἲρ quæsiisti (hoc enim a Daniele in sua interpretatione prætermissum esse), illud habe: Quoniam ob ingentem potentiam, et quia invicto robore pollere regnum suum existimabat, barbarus in superbiam atque insolentiam prolapsus fuerat (ita ut se humanos terminos excessisse, atque in divinam classem ascriptum esse duceret), mox autem abscindendus erat (hoc enim visæ arboris excisio testabatur): idcirco non modo conspectarum rerum terrore, sed etiam figurata quadam ratione moderatiorem eum ac prudentiorem reddere cupiens, tanquam in regio quodam tribunali narrationem conformat, rege nimirum sententiam proferente, exercitus autem duce eam interpretante, hoc est sententiam exponente (siquidem vox hæc σύγκριμα interpretationis significationem habet); militibus autem eam exsequentibus. Εἲρ enim eum, qui sententiam promulgavit, velut archangelum esse dixit, (εἲρ porro, si interpreteris, *vigilem* sonat) sanctos autem angelos eos, quibus arboris amputatio imperata est. Quoniam enim sententiam prohibere minime poterant [celeriter enim et cum clamore prolata fuerat], spes autem aliqua salutis elucebat, propterea quod radices manerent, percunctantur, hoc est postulant, ut præfinitum tempori spatium intelligant. At ille non hoc duntaxat, sed etiam causam ipsis exponit. Ut cognoscant, inquit, ii qui vivunt, quod Altissimus cœlestis regni principatum tenet.

ΡΟΗ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Οἶδα μὲν ὅτι οὐ δεινότητα λόγων ἐπιδεικνύμενος, οὐδὲ τὴν ἀπ' αὐτῆς θηρώμενος δόξαν, ἐπὶ τὸ παραινέσαι τοῖς περὶ Ζώσιμον καὶ Παλλάδιον καὶ Μάρωνα, ἀλλ' ἀπὸ εὐνοίας καὶ φιλοστοργίας ὥρμησας. Εἰ δ' αὐτοὶ παρὰ πάντων ἐκκωμῳδούμενοι, ὡς παρὰ μόνου σοῦ νομίζοντες κεκωμῳδῆσθαι, δυσκόλως ἔχουσι πρὸς σὲ, μὴ δείσῃς· ἔχεις γὰρ τὴν θείαν συμμαχίαν, σοῦ μὲν ὑπερασπίζουσαν, ἐκείνους καὶ ἀμυνομένην.

CLXXVIII. — HERMOGENI EPISCOPO.

Scio te non eloquentiæ ostentandæ studio, nec ut hinc gloriam aucuperis, ad Zosimum et Palladium et Maronem admonendos te contulisse: verum benevolentia et charitate ductum hanc operam suscepisse. Quod si illi, cum ab omnibus sugillentur, **210** tamen a te solo sugillari se existiment, ac proinde adversum te stomachentur, ne timeas. Divinum enim auxilium habes, quod et tuas partes tueatur, et illos ulciscatur.

ΡΟΘ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ἡ τῶν δικαίων παῤῥησία ἡ ὑπὲρ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης, οὐκ ἀπὸ μεγαληγορίας, ὦ θαυμάσιε, ἐτέχθη, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης· αὕτη γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν αὐτοὺς δικαίως πάσχειν, εἰς ταύτην αὐτοὺς ἐλθεῖν

CLXXIX. — STRATEGIO SCHOLASTICO.

Libertas ea loquendi, qua justi viri pro justitia sua usi sunt, vir admirande, non a fastu atque arrogantia, sed a necessitate nata est. Hæc enim, ne juste incommodis affici viderentur, hujusmodi

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Confer ep. 8 lib. III, et lib. IV, ep. 110. Vide Vulg., Val. Max. RITT.

(85) *Διὰ συγκρίματος εἲς ὁ λόγος*. Τὰ εἲς B. C. omisit hic, pro quo tamen recte in epigraphe posuerat, εἲρ, quo modo et hic et infra bis eadem epist. rescribendum. Significat autem εἲρ lingua exotica idem quod *vigilex*, et exstat in Bibl. Græcis Danielis cap. IV, ubi et Theodoretus hoc annotat. Easdem has emendationes etiam ante me protulit vir diligentissimus in omni officio deque his litteris opt. mer. David Hœschelius in notis ad Chrysost. *contra Judæos*, quem honoris et amoris ergo nomino. Secundum hæc ergo erit etiam versio Lat. corrigenda. ID.

(86) Pro ὀρφῇ codd. Vat. 649 et Alt. legunt ὅρων. Vers. seq., ἔμελλε δὲ κόπτεσθαι, melius ambo illi codd., ἔμελλε δ' ἐκκόπτεσθαι. POSSIN.

(87) Codd. iidem, ὁ δὲ οὐ τοῦτον μόνον, etc. ID.

(88) *Τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν*. Melius in B. C. legitur, τῶν ἀνθρώπων, quod est etiam in textu Biblico. RITT.

voces ab iis expressit. Neque enim quisquam ipsorum, dum a calamitatibus immunis fuit, in ejusmodi voces erupit : verum alius terram, alius cinerem, alius vermem se appellavit. At in gravissimis tentationibus derelicti, ne ob improbas et sceleratas actiones calamitatibus premi viderentur, vitam suam exponere necesse habuerunt. Nam cum metuerent, ne sinistram apud stolidos homines, ob ea quæ perpetiebantur, existimationem, colligerent, imo etiam, tanquam ob scelus perpetientes, probris atque conviliis incesserentur, ad hæc, ut dixi, verba venire coacti sunt. Etenim qui mentis ac prudentiæ expertes sunt, ab iis calamitatibus, quæ in hac vita occurrunt, vitæ quoque criminandæ occasionem trahere consueverunt. Quod scilicet amici in egregium illum ac virtute præstantem virum Job dicebant : « Lenioribus, quam pro peccatorum tuorum merito, flagris affectus es [66]. » Eodemque modo sanctum Paulum grassatorem quemdam et facinorosum hominem esse barbari illi putabant, qui viperam de ipsius manu pendentem conspexerant. Unde etiam his verbis utebantur : « Prorsus homicida est homo hic, quem ereptum e mari ultio non sinit vivere [67]. » Quin Semei quoque, ille, inquam, petulanti lingua præditus, Psalmistam, eum a filio vexaretur, homicidam appellabat, ob ipsius nimirum calamitatem, ad improbam hanc de ipso sententiam ferendam adductus [68]. Quæ cum ita sint, noli tu quoque committere, ut eos omnes qui in calamitatibus versantur, condemnes : verum ita existima, nonnullos etiam esse, qui adipiscendarum coronarum causa perpetiantur. Quod si admiratione afficeris, atque addubitas, hanc sententiam tibi e cœlo feremus. Quidnam igitur ad discipulos suos ait ille, qui rerum omnium imperium obtinet? « In mundo pressuram habebitis [69]. » Atque ad Job etiam dictum est : « An putas me aliam ob causam oraculum edidisse, quam ut justus appareas [70]? » Vere enim quem Deus amat castigat : et corripit omnem filium quem recipit [71]. » Neque id sane absurdum videri debet. Nam etiam regum amici ipsi sunt, qui in bellis maxime periclitantur, et vulneribus afficiuntur, et peregrinationes suscipiunt. Eaque præsertim sunt, quæ fiduciam ipsis et auctoritatem apud regem conciliant, atque ut jam cum eo, qui superiorem dignitatis locum obtinet, tanquam cum eo, qui ejusdem

A ἐξεβιάσατο. Οὐδεὶς γοῦν αὐτῶν ἐν ἀνέσει ὤν, τοιαύτας ἔῤῥηξε φωνάς· ἀλλ' ὁ μὲν γῆν, ὁ δὲ σποδὸν, ὁ δὲ σκώληκα ἑαυτὸν ἀπεκάλεσεν. Ἐν δ' ἀμηχάνοις ἀπολειφθεὶς πειρασμοῖς, τὸν οἰκεῖον ἠναγκάσθη ἐκφράσαι βίον, ἵνα μὴ δόξειεν πονηρῶν ἕνεκεν πραγμάτων πάσχειν. Δεδοικότες γὰρ τὸ πονηρὰν παρὰ πολλοῖς ἀνοήτοις, ἀφ' ὧν ἔπασχον, κτήσασθαι δόξαν, μᾶλλον δὲ καὶ ὀνειδισθέντες, ὡς δι' ἁμαρτίαν πάσχοντες, εἰς ταῦτα ἐξεβιάσθησαν, ὡς ἔφην, ἐλθεῖν τὰ ῥήματα. Οἱ γὰρ νοῦ καὶ φρονήσεως ἀμοιροῦντες, ἀπὸ τῶν συμφορῶν κατὰ τόνδε τὸν βίον συμπιπτουσῶν, καὶ βίον διαβάλλειν εἰώθασιν· ὅπερ καὶ οἱ φίλοι τῷ γενναίῳ ἔφραζον Ἰώβ· « Οὐκ ἄξια ὧν ἡμάρτηκας μεμαστίγωσαι. » Καὶ τὸν ἅγιον δὲ Παῦλον, ἀνδροφόνον τινὰ καὶ κακοῦργον ᾤοντο εἶναι, οἱ τὴν
B ἔχιν ἐκκρεμαμένην αὐτοῦ τῆς χειρὸς θεασάμενοι βάρβαροι. Διὸ καὶ ἔλεγον· « Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασε. » Καὶ ὁ Σεμεεὶ δὲ ὁ ἀθυρόγλωττος ἐκεῖνος ἀνδροκτόνον τὸν Μελῳδὸν ἀπεκάλει, διωκόμενον ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ἀπὸ τῆς συμφορᾶς, τὴν πονηρὰν ταύτην περὶ αὐτοῦ φέρων ψῆφον. Μὴ τοίνυν μηδ' αὐτὸς πάντων καταψηφίζου τῶν ἐν συμφοραῖς· ἀλλά τινας νόμιζε καὶ διὰ στεφάνους ὑπομένειν. Εἰ δὲ θαυμάζεις καὶ διαπορεῖς, τὴν ψῆφόν σοι ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οἴσομεν. Τί οὖν ἔφη ὁ πάντων τὸ κράτος ἀνημμένος τοῖς οἰκείοις φοιτηταῖς; « Ἐν τῷ κόσμῳ [τὴν] θλῖψιν ἕξετε. » Καὶ τῷ Ἰὼβ δὲ ἐῤῥέθη (89)· « Οἴει με ἄλλως κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα
C [μὴ] ἀναφανῇς δίκαιος; » Ὄντως γὰρ ὃν ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει· « μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. » Καὶ οὐδὲν ἀπεικός. Οἱ γὰρ τῶν βασιλέων φίλοι, οὗτοι μάλιστα παρακινδυνεύουσιν ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ τραύματα ἔχουσι, καὶ ἀποδημίας στέλλονται. Καὶ ταῦτά ἐστι μάλιστα τὰ ποιοῦντα αὐτοὺς παῤῥησίαν ἔχειν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ὡς ὁμοτίμῳ λοιπὸν τῷ ὑπεραναβεβηκότι κεχρῆσθαι· ἔχουσι γὰρ τὰ ἐν τοῖς σώμασι τραύματα, τῆς φιλίας ἐνέχυρα. Εἰ δὲ φαίης· Τί οὖν πρὸς τοὺς ὑποσκελιζομένους διὰ ταῦτα; φαίην, ὅτι τοῦτο παρὰ τὴν ἄνοιαν αὐτῶν γίγνεται, καὶ οὐ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν. Οὐ γὰρ ἐνταῦθα ἡ ἀντίδοσις τῶν πόνων, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐνταῦθα ἆθλα, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἔπαθλα. Μὴ ζητείτωσαν τοιγαροῦν ἐν τῷ καιρῷ
D τῶν ἀγώνων τὴν ἄνεσιν, μηδὲ συγχείτωσαν τοὺς καιρούς. Ἀλλ' ἀσθενέστερος, φαίης ἂν ἴσως, εἰμί. Ἀλλὰ καὶ σοῦ προενόησεν ὁ Θεὸς, καὶ ἀπήτησε

[66] Job IV, 5. [67] Act. XXVIII, 4. [68] II Reg. XVI, 7. [69] Joan. XVI, 33. [70] Job XL, 3. [71] Hebr. XII, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(89) *Καὶ τῷ Ἰὼβ δὲ ἐῤῥέθη*. A Deo nimirum ex nube seu turbine loquente, Jobi cap. XL, ubi in Græcis Bibliis ita hæc leguntur : Οἴει δέ με μὴ ἄλλως σοι κεχρηματικέναι ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; et quidem addita interrogationis nota. *Putas autem, me non aliter tibi divinasse? an ut appareas justus?* Mihi videtur rectius abfutura interrogatio, si quidem retineamus negativam μή, ut sit imperativa oratio; quasi dicat : Sic autem existimare debes tibique persuadere, non alia de causa me tibi oraculum edidisse, quam ut justus appareas. Chrysostomus varie allegat locum : aliquando addita, aliquando detracta negatione. Priore modo in orat. in terræ motum ac divitem et Lazarum : Οὐκ ἄλλως σοι οἴει με κεχρηματικέναι ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος. Posteriore in orat. ad Stagirium : Ἄλλως με οἴει κεχρηματικέναι σοι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; Quomodo etiam in cod. Bav. scriptum reperi. At Billii editio habet, ἢ ἵνα μὴ ἀναφ. δίκ. et omittit σοί. Ab his omnibus longe abeunt et fontes Hebr. et aliæ versiones. RITT.

πολλοὺς καὶ τῶν πονηρῶν δίκας ἐνταῦθα, καὶ τῶν δικαίων ἠμείψατό τινας. Ὥστε εἰ σκανδαλίζουσί σε οἱ ἐν θλίψει τῶν δικαίων, οἰκοδομείτωσάν σε οἱ ἐν ἀνέσει καὶ τιμῇ· καὶ εἰ ὑποσκελίζουσί σε οἱ ἐν εὐπραγίᾳ τῶν πονηρῶν, ὀρθούτωσάν σε οἱ ἐν κολάσει καὶ τιμωρίᾳ.

A gradus sit versentur, efficit. Ea quippe, quæ corpore gerunt, vulnera, amicitiæ pignora habent. Quod si dixeris, Quid igitur est, quod quidam ob eam causam animis offenduntur ac dejiciuntur? hoc **211** responderim, id ab eorum amentia proficisci, non ab ipsius rei natura. Neque enim hic est laborum præmium : verum hic quidem certamina, postea autem præmia? Quamobrem in certaminum tempore requiem, animique oblectamentum minime quærant, nec tempora confundant. At imbecillior ego sum, fortasse dixeris. Verum tibi quoque prospexit Deus, atque et in improbos multos hic animadvertit, et nonnullis item probis viris vicem rependit. Quare si tibi justi, qui in calamitate sunt, offensionem afferunt, fac te ii confirment, qui quiete atque honore fruuntur. Ac rursum si te improbi illi, quibus omnia secunda sunt, dejiciunt, erigant te illi qui in pœna et cruciatu versantur.

ΡΠ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Ὅτι μὲν οὐδεπώποτε ὅπου περὶ τῆς θείας θρησκείας εἰπεῖν ἐδέησεν, ἡττήθημεν, οὐδ' ἀναισχυντεῖν ἐδόξαμεν, ἀλλ' ἁπάντων κρατοῦμεν καὶ περίεσμεν τῷ λόγῳ, παντί που δῆλον. Ὅτι δὲ πάντες, οὐχ οἷς λέγομεν, ἀλλ' οἷς πράττομεν προσέχουσι, καὶ ἀπὸ τούτων φέρουσι τὴν ψῆφον, καὶ εἰ μὴ φανερῶς, ἀλλὰ κατὰ γνώμην μετ' ἐξουσίας ἀποφαίνονται, καὶ τοῦτο εἰδέναι χρή. Οὐκοῦν χρὴ σύνδρομον τῷ λόγῳ ἔχειν τὸν βίον, καὶ συμβαίνουσαν τῷ δόγματι τὴν πολιτείαν, ἵνα μὴ, λόγοις νικῶντες, τοῖς πράγμασιν ἡττώμεθα.

CLXXX. — PALLADIO.

Quod, ubi de divina religione verba habenda B fuerint, nunquam superati fuerimus, nec impudentiæ opinionem contraxerimus, verum omnes sermone ac disputatione vincamus, ac profligemus, cuilibet perspicuum est. Quod autem omnes ad ea, quæ facimus, non ea quæ dicimus, animum adjiciant, atque ab his sententiam ferant, ac si non aperte, animo saltem et cogitatione, libere ac pro potestate pronuntient, id quoque scire oportet. Quocirca curandum nobis est, ut vitam sermonis comitem, ac muneris nostri administrationem, fidei, quam profitemur, consentaneam habeamus, ne alioqui sermonibus vincentes, rebus superemur.

ΡΠΑ'. — ΔΙΔΥΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἔοικας ἐπιλελῆσθαί μου τῶν ἐντολῶν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπελαθόμην τῆς πρὸς σὲ διαθέσεως. Ἐπιλήσομαι δὲ, εἰ ἀκριβῶς μάθοιμι ἐκ προνοίας καὶ σπουδῆς, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἀπάτης καὶ περιστάσεως, εἰς τοὺς φίλους πεπαρῳνηκέναι.

CLXXXI. — DIDYMO PRESBYTERO.

Mandatorum meorum memoriam abjecisse videris : ego autem C meæ erga te benevolentiæ oblivione minime affectus sum. Afficiar autem, si illud cognitum et exploratum habuero, te dedita opera ac de industria, non autem errore quodam et casu in amicos debacchatum esse.

ΡΠΒ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰ μὲν ἀληθῆ ἐστι τὰ ἀπαγγελθέντα, οἶμαί σοι ἀπολογίαν δικαίαν μὴ ὑπολελεῖφθαι. Ζητήσεις μὲν γὰρ ἴσως, οὐχ εὑρήσεις δέ. Εἰ δὲ ψευδῆ, μήνυε, ἵν' εἰς ἀπολογίας ἀνάγκην τοὺς καταμηνύσαντας περιστήσωμεν (90), καὶ ἀπολογουμένους μὲν δεξώμεθα· τοῦτο δὲ μὴ ποιοῦντας τῆς ἑαυτῶν συνουσίας ἐξοστρακίσωμεν.

CLXXXII. — EIDEM.

Si vera sunt quæ ad nos allata sunt, nullam tibi justam excusationem relictam esse arbitror. Ut enim fortasse quæras, haud tamen invenies. Si autem falsa, fac sciam : ut eos, qui hæc detulerunt, ad tibi satisfaciendi necessitatem adigamus, atque id quidem facientes suspiciamus, facere autem recusantes a nostro cœtu submoveamus.

ΡΠΓ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τὸ μὲν διὰ λόγων φιλοσοφεῖν, εὔκολον· τὸ δὲ διὰ πραγμάτων, δυσχερές. Διὸ καὶ τὸ μὲν τῶν ἀκουόντων οὐ καθικνεῖται, τὸ δὲ καθάπτεται. Τὸ μὲν γὰρ γέλωτα κινεῖ, τὸ δὲ ῥαθυμίαν ἀναστέλλει· καὶ τὸ μὲν εἰς ὀνείδη, τὸ δὲ εἰς ἐπαίνους τελευτᾷ. Καὶ τὸ μὲν ἐνοχλεῖ, τὸ δὲ δυσωπεῖ τοὺς ἀκούοντας· οὐκοῦν οὐ λεκτέον τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρακτέον, εἴ γε μὴ μέλλοιμεν ὀνείδη τε ἕξειν, καὶ εὐθύνας ὑφέξειν.

CLXXXIII. — ATHANASIO PRESBYTERO.

D Sermonibus philosophari promptum ac facile est : rebus autem arduum et difficile. Ac propterea illud auditorum animos minime penetrat; hoc autem eos perstringit : illud enim risum movet, hoc inertiam restringit : illud in probra, hoc in laudes desinit. **212** Illud tædio et molestia, hoc pudore auditores afficit. Itaque curandum est, ut quæ facienda sunt non modo dicamus sed etiam faciamus : ne alioqui et probra habeamus et pœnas sustineamus.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) *Εἰς ἀπολογίας ἀνάγκην περιστήσωμεν.* Billius, *ad tibi satisfaciendi necessitatem adigamus.* Malim, *ad sui defendendi necessitatem adigamus.* Ritt.

CLXXXIV. — THEONI EPISCOPO. A

Habet quidem virtus non modo præmium, ut ais, sed etiam coronam ac celebrem et luculentam gloriam. Tu vero minime facere debes, ut in unaquaque ipsius specie, an mercedem habeat, curiosius inquiras. Major enim ei merces constituta erit, qui non mercedis causa boni aliquid efficit. Nam si vere studio virtutis atque amore tenereris, scires profecto, etiam submota mercede virtutem ipsam mercedem et coronam ac decus et ornamentum esse, ac mercedem in seipsa habere. Quoniam autem ut mercenarius de mercede nimium anxie ac jejune urges, suspicionem audientibus præbes, te, nisi merces esset, minime facturum fuisse, ut virtutem coleres. Cæterum, quomodocunque de hac re censueris, virtutem cole, quæ sui amantes ac studiosos et hic claros, et illic clariores reddit. B

ΡΠΔ'. — ΘΕΟΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἔχει μὲν ἡ ἀρετὴ οὐ μόνον μισθὸν, ὡς φῂς, ἀλλὰ καὶ στέφανον καὶ κλέος ἀοίδιμον. Σὺ δ' οὐκ ἂν εἴης δίκαιος ἐφ' ἑκάστῳ εἴδει αὐτῆς πολυπραγμονεῖν, εἰ ἔχει μισθόν. Μείζων γὰρ ἔσται ὁ μισθὸς τῷ μὴ διὰ μισθὸν ποιοῦντι. Εἰ γὰρ ὄντως ἦσθα φιλάρετος, ᾔδεις ἂν ὅτι καὶ χωρὶς ἀμοιβῆς αὐτὴ ἡ ἀρετὴ μισθός ἐστι, καὶ στέφανος, καὶ ἐγκαλλώπισμα, ἐν αὐτῇ τὴν ἀμοιβὴν ἔχουσα. Ἀλλ' ἐπειδὴ (ὡς) ὄντως μισθωτὸς ἀκριβολογῇ περὶ μισθοῦ, ὑπόνοιαν παρέχεις τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι εἰ, ὑποθέσεως χάριν, μὴ ἦν μισθὸς, οὐκ ἂν ἀρετὴν ἤσκησας. Πλὴν ὅπως ἂν δικαιοῖς, ἄσκει ταύτην, τὴν κἀνταῦθα λαμπροὺς, κἀκεῖσε λαμπροτέρους τοὺς οἰκείους ἐραστὰς ἀποφαίνουσαν.

CLXXXV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Jocari potius, quam serio loqui videris. Ut ut autem libeat (dicam enim quod verum est, nec reticebo), quandoquidem quotidie quæris : Quid igitur faciendum est? Ego vicissim ex te quæram : Quid igitur dicendum est? Nam si nec ab inertia nec a luxu absistas, nec a communibus rebus manum abstineas, nec pecunias congerendi, atque ex alienis calamitatibus commoda tua comparandi, atque, quæ pauperum sunt, avertendi finem facias, quid dicam non habeo. Sin autem vere ac serio percuncteris ut intelligas, hæc quæ facis facere desine : atque ita facilius et citius improbitatem deposueris. C

ΡΠΕ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἔοικας παίζειν μᾶλλον, ἢ σπουδάζειν. Πλὴν ὅπως ἂν δικαιοῖς (εἰρήσεται παρ' ἐμοῦ τἀληθὲς, καὶ οὐ κεκρύψεται), ἐπειδὴ ἑκάστοτε ἐρωτᾷς· Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; ἐγὼ σε ἐρήσομαι· Τί οὖν χρὴ λέγειν; Εἰ γὰρ μήτε τῆς ῥαθυμίας, μήτε τῆς τρυφῆς ἀπόσχοιο, μήτε τῶν κοινῶν ἀφέξοιο, μήτε τοῦ χρηματίζεσθαι ἀποσταίης, μήτε τοῦ τὰς ἀλλοτρίας γεωργεῖν συμφορὰς, καὶ τὰ τῶν πενήτων σφετερίζεσθαι, οὐκ ἔχω τί λέγειν. Εἰ δ' ἀληθῶς ἐρωτᾷς μαθεῖν βουλόμενος, ταῦτα μὴ ποίει ἃ νῦν ποιεῖς, καὶ ῥᾷον καὶ θᾶττον τὴν κακίαν ἀπαμφιάσοιο.

CLXXXVI. — ISIDORO DIACONO.
De incomprehensibili.

Divinum numen, etsi clarissimum, ac sole longe splendidius, cernere quidem impossibile est (neque enim in mortalium oculos cadit), animo autem concipere haudquaquam impossibile (menti quippe ab omni labe quam maxime puræ radios suos per providentiam immittit), comprehendere autem prorsus difficile (omnibus enim rebus quæ animo et ratione intelliguntur, majus est ac sublimius), benignum vero ac placidum habere pronum et facile. Virtutem quippe amat et exosculatur. Quamobrem si nobis cordi est, id quod captum excedit, capere, D ac rem dignitatem omnem superantem consequi, temperantia, justitia, prudentia, fortitudine, aliisque virtutibus nos ipsos exornemus. Neque enim aptiorem sibi ac familiariorem sedem ullam, quam puram et castam animam esse constituit. Eoque etiam nomine ait : « Inhabitabo in eis, et inambulabo [11]. »

ΡΠϚ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.
Περὶ ἀκαταλήπτου.

Τὸ Θεῖον καίτοι φανότατον ὂν, καὶ ἡλίου πολλῷ λαμπρότερον, ἰδεῖν μὲν ἀδύνατον· οὐδὲ γὰρ θνητοῖς ὄμμασίν ἐστι χωρητὸν, νοεῖν δ' οὐκ ἀδύνατον· νῷ γὰρ μάλιστα καθαρῷ τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας διὰ τῆς προνοίας ἐπιπέμπει· καταλαβεῖν δὲ δυσχερέστατον· παντὸς γὰρ τοῦ νοουμένου μεῖζόν ἐστι καὶ ὑψηλότερον· εὐμενὲς δ' ἔχειν, ῥᾴδιον· ἀρετὴν γὰρ ἀσπάζεται καὶ φιλεῖ. Εἰ τοίνυν ἐθέλομεν τὸ πᾶσιν ἀχώρητον χωρῆσαι, καὶ ἀξιωθῆναι χρήματος πᾶσαν ὑπερβαίνοντος ἀξίαν· σωφροσύνῃ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ φρονήσει, καὶ ἀνδρίᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἑαυτοὺς κοσμήσωμεν. Ψυχῆς γὰρ ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον καὶ πρεπωδέστερον (91) οὐχ ὁρίζεται· διὸ καὶ ἔφη· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. »

213 CLXXXVII. — PALLADIO DIACONO.

Etsi grave atque acerbum vulnus est, atque immortalem mortem accersit, tamen si divinum auxi-

ΡΠΖ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰ καὶ χαλεπὸν τὸ τραῦμα, καὶ θάνατον ὠδίνει τὸν ἀθάνατον, ἀλλ' εἰ καλέσειας τὴν θείαν συμμαχίαν

[11] Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(91) Ante οὐχ ὁρίζεται addunt ἐπὶ γῆς duo codd. Vat. 649 et Alt. Possin.

τὴν καὶ παθῶν καὶ πάσης περιγιγνομένην κακίας, οὐδ' ἴχνος λελείψεται τοῦ τραύματος.

A lium, quod et turbidos animi motus, et vitium omne vincit ac profligat, imploraris, ne vestigium quidem vulneris relinquetur.

ΡΠΗ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Καὶ ἐκ τῶν λεχθησομένων, ὦ φρονήσεως τέμενος! γνοίης ἂν ἀκριβῶς τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων νόμων τὸ διάφορον. Οἱ μὲν γὰρ ἱεροὶ χρησμοὶ τὰ δέοντα καὶ πρέποντα νομοθετήσαντες, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ τοὺς διδασκάλους ἐφιστᾶσι τῆς ἀρετῆς, κωλύοντες εἰσκωμάσαι τὴν πονηρίαν. Οὗτος γὰρ ἄριστος διδασκαλίας τρόπος, οὐκ ἐπιτρέψαντας πρότερον κρατῆσαι τὴν κακίαν, ὕστερον μηχανᾶσθαι ὅπως ἐξελαθείη· ἀλλ' ἐν προοιμίοις πάντα ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι, ὥστε ἄβατον αὐτῇ εἶναι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν. Οἱ δ' ἔξωθεν νομοθέται τότε B ῥυθμίζουσιν αὐτὴν, ὅταν διαστραφεῖσα τύχῃ. Οὐ γὰρ ἀνδράσι γενομένοις κολάσεις ἀπειλεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ παῖδας ὄντας ῥυθμίζειν καὶ ἀναπλάττειν, καὶ οὐκ ἂν ἴσως τῶν μετὰ ταῦτα ἐδέησεν ἀπειλῶν. Νυνὶ δὲ ταυτὸν γίνεται, οἷον ἂν εἴ τις τῷ μέλλοντι ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεῖσθαι, μὴ βοηθοίη μὲν, μηδὲ λέγοι, ὅπως αὐτῶν ἀπαλλαγείη, ἡμιθνῆτα δὲ γενόμενον τιμωροίτο· ἢ ὡς ἄν τις ἰατρὸς μήτε ὑγιαίνοντι προφυλακτικὸν ὀρέξειε βοήθημα, μήτε ἀρχομένῳ τῆς ἀῤῥωστίας τῷ νοσοῦντι φράζοι, μηδὲ πράττοι δι' ὧν ἀπαλλαγήσεται τῆς νόσου· διαφθαρέντι δὲ καὶ ἀνηκέστως ἔχοντι μυρία νομοθετοίη. Εἰ δὲ πολλοὶ μᾶλλον τούτους ἢ ἐκείνους δεδοίκασι, θαυμαστὸν οὐδέν. Οἱ μὲν γὰρ τῷ αὐτίκα μάλα τὴν κόλασιν ἐπιφέρειν τοὺς παχυτέρους (92) φοβοῦσιν· οἱ δὲ τῷ C ὀλιγάκις μὲν ἐνταῦθα, πάντως δ' ἐκεῖσε κολάζειν καταφρονοῦνται. Τὸ γὰρ μέλλον ὀλίγοις δή τισι τοῖς διορατικώτερον ἔχουσι τὸν νοῦν, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκριβῶς καθορῶσι φύσιν, ἔστιν εὐσύνοπτον. Οἱ γὰρ πλεῖστοι, εἰ καὶ λόγοις ὁμολογοῦσι, τοῖς ἔργοις ἀρνοῦνται. Δι' ὧν γὰρ πράττουσιν, ἃ νοοῦσι κηρύττουσιν· οἵγε οὐ μόνον τοῦ σώματος μὲν κομιδῇ ἐπιμέλονται, τῆς δὲ ψυχῆς ἀμελοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων μὲν ὁρώντων, αἰσχύνονται πλημμελεῖν· τοῦ δὲ Θεοῦ οὐ μόνον ἐφορῶντος, ἀλλὰ καὶ πάντα περιέχοντος, οὐ μόνον οὐκ ἐρυθριῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀδεῶς ἁμαρτάνουσιν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο τῶν πολλῶν δείκνυσι τὴν λύτταν, ἀλλὰ καὶ τὸ ῥηθησόμενον. Πολλοὶ γὰρ κατὰ μὲν τοῦ Θεοῦ ὀμνύντες, D ἐπιορκοῦσι, κατὰ δὲ τῆς τῶν παίδων κεφαλῆς οὐδ' ὀμόσαι τολμῶσι (93). Τίς οὖν τούτοις τιμωρία ἐφάμιλλος ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπινοηθείη; Οὐκ ἔστιν οὐδὲ μία. Διὸ εἰκότως ἐκεῖσε ἡ κρίσις ἠπείληται καὶ ἤρτηται.

CLXXXVIII. — ISIDORO DIACONO.

Ex his quoque quæ dicturi sumus, o prudentiæ delubrum! quid inter divinas et humanas leges discriminis sit perspicue intelligere queas. Etenim divina oracula, ea quæ honesta et consentanea sunt sancientia, in principio atque in prima ætate virtutis magistros præficiunt, quo videlicet improbitati aditum intercludant. Nam hæc demum optima doctrinæ ratio est, non cum prius vitium dominari permiseris, postea in eam curam incumbere ut eliminetur : verum statim ab ipso initio quidvis agere ac moliri, ut ne ipsi aditus ullus ad humanam naturam pateat. At externi legum latores tum denique eam componunt ac moderantur, cum depravata fuerit. Non enim ad virilem ætatem provectis pœnas minari oportebat, verum puerilem ætatem agentes effingere atque componere. Sic quippe fortasse minis postea haudquaquam opus habuissent. Nunc vero perinde fit, ac si quis ei qui a latronibus obtruncandus esset, nec opem ferat, nec quonam pacto ex eorum manibus elabatur, dicat, vulneribus autem confectum ac pene exanimem ulciscatur; aut quemadmodum si medicus quispiam nec sano et incolumi ad præcavendum morbum adjumentum ullum porrigat, nec ægrotare incipienti, aliquid quo morbum propulset, dicat aut faciat, corrupto autem atque ita affecto, ut nulla ratione curari possit, innumera remedia præscribat. Quod si multi has potius quam illas leges pertimescunt, haud mirandum est. Nam hæ, quia pœnam quam celerrime inferunt, crassiores terrent : illæ autem, quia raro in hac vita, omnino autem in futura, cruciant, contemnuntur. Futurum etenim paucis duntaxat quibusdam, hoc est iis qui oculatiore mente sunt, ac rerum naturam plane perspiciunt, conspicuum est. Nam plerique, etiamsi verbis confitentur, factis tamen negant. Per ea enim quæ faciunt, ea, quæ cogitant, prædicant; quippe qui non modo corporis ingentem curam gerunt, cum interim animum negligant, sed etiam cernentibus quidem hominibus quominus peccent, pudore deterrentur : Deo autem non modo inspectante, sed etiam omnia complexu suo continente, adeo non erubescunt, ut etiam citra omnem metum peccent. Nec vero id duntaxat permultorum furorem ac rabiem ostendit : sed id etiam quod dicturus sum. Multi enim per Deum jurantes, perjurii crimine sese devinciunt, **214** per filiorum autem caput ne jurare quidem audent. Quænam igitur his in hac vita satis digna pœna excogitari queat? Nulla omnino est. Ac proinde merito illic pœna denuntiata et suspensa est.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(92) Pro παχυτέρους codd. Vat. 649 et Alt. ταχυτέρους legunt. Possin.

(93) De ista hominum perversitate Seneca etiam conqueritur. Ritt.

CLXXXIX. — AMMONIO.

In hoc, « Sol non occidat super iram vestram[73]. »

Quoniam cum iracundia rationis, quæ aurigæ munere fungitur, habenas infregit, hominis mentem extra naturæ terminos plerumque transversam agit : idcirco Paulus hujusmodi lapsui excogitata, non modo optima, sed etiam celerrima medicina, his verbis usus est : « Sol non occidat super iracundiam vestram ; » hoc est, antequam sol in occasum vergat, naturam agnoscite, furorem exstinguite, arrogantiam comprimite, cognationem ac propinquitatem, quæ etiam feris dominatur, complectimini, ne nox interjecta morbum immedicabilem efficiat. Nam tum diabolus, idoneum tempus nactus, ea, quæ contigerunt, magis inflammat, ad ultionem irritat, ad inimicitiam exstimulat, ad accusationes excitat, injuriarum memoriam parit, innumeraque hinc mala procreat. Nam quod divus Paulus, ut hæc exscinderet, dissidentes quam ocissime inter se reconciliari jusserit, ex eo patet, quod mox subjunxit : Nolite locum dare diabolo, qui exiguos affectus magnos occulte reddit, eaque quæ facile curari possunt, vix aut etiam nullo modo curabilia efficit.

CXC. — ISAIÆ MILITI.

Ne committas, optime vir, ut felicitas, quæ tibi divinæ lenitatis beneficio commissa est, id tibi afferat, ut ab officio excedas, atque extra naturæ terminos exsilias. Quin potius id cura, ut ea ad eorum cogitationem te ducat, atque intra ea te concludat, ne alioqui immaniter peccans, immanes quoque pœnas persolvas.

CXCI. — EIDEM.

Ne animos attollas, nec quædam humanæ naturæ modulo sublimiora tibi animo fingas, ne alioqui, cum mediocribus etiam lapsus fueris, sublimius exaggeretur tua calamitas.

CXCII. — LAMPETIO EPISCOPO.

In illud, « Magnum mysterium pietatis[74]. »

Magnum revera pietatis sacramentum est, quemadmodum etiam sacrorum antistes Paulus scripto prodidit : non quod omnino incognitum sit, sed quod a nemine comprehendi queat. Omnem quippe, et sermonis et mentis vim excedit. **215** Nam si puerulus matrimonii fructus est, quonam pacto virgo matrimonii fructum edidit? Quonam pacto id quod interitui obnoxium est, cum eo quod interitum nescit, copulatum est? Quonam pacto in eo quod circumscriptum est, id quod a circumscriptione alienum est intelligitur : sic inquam, ut nec divina et labis omnis expers natura decrementi

A

ΡΠΘ'. — ΑΜΜΩΝΙῼ.

Εἰς τὸ, « Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ παροργισμῷ ὑμῶν. »

Ἐπειδὴ ὅταν ὁ θυμὸς τὰς ἡνίας τοῦ ἡνιοχοῦντος λογισμοῦ ἀποῤῥήξῃ, ἔξω τῶν τῆς φύσεως ὅρων ἀπάγει πολλάκις τοῦ ἀνθρώπου τὸ φρόνημα, ἴασιν τῷ τηλικούτῳ πταίσματι οὐ μόνον ἀρίστην, ἀλλὰ καὶ ταχίστην ἐπινοήσας ὁ Παῦλος ἔφη· « Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, » τουτέστι, πρὸ τοῦ τὸν ἥλιον εἰς δυσμὰς χωρῆσαι, ἐπίγνωτε τὴν φύσιν, σβέσατε τὸν θυμὸν, καταστείλατε τὸ φρόνημα, ἀσπάσασθε τὴν συγγένειαν τὴν καὶ θηρίων κρατοῦσαν, ἵνα μὴ μεσολαβήσασα ἡ νὺξ ἀνήκεστον ἐργάσηται τὸ πάθος. Τότε γὰρ εὑρὼν καιρὸν ἐπιτήδειον ὁ διάβολος, ἐξάπτει μὲν πλέον τὰ γεγενη- B μένα, παροξύνει δὲ εἰς ἄμυναν, ἐρεθίζει δὲ εἰς ἔχθραν, διεγείρει δ' εἰς κατηγορίας, κατασκευάζει δὲ μνησικακίαν, καὶ μυρία τίκτει ἐντεῦθεν κακά. Ὅτι δὲ ταῦτα ἐκκόπτων ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐκέλευσε ταχίστην γενέσθαι τὴν καταλλαγὴν, ἐπήγαγε· Μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ, τῷ τὰ μικρὰ πάθη μεγάλα λεληθότως κατασκευάζοντι, καὶ τὰ εὐίατα δυσίατα, ἢ καὶ ἀνίατα παρασκευάζοντι.

ΡϞ'. — ΗΣΑΙᾼ ΣΤΡΑΤΙΩΤῌ.

Μὴ [ἡ] εὐημερία, ὦ βέλτιστε, ἡ ἐκ τῆς θείας μακροθυμίας σοι συγχωρηθεῖσα, ἐκφοιτᾷν σε τοῦ πρέποντος παρασκευαζέτω, μήτε μὴν τῶν τῆς C φύσεως ἐξακοντιζέτω ὅρων, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἔννοιαν αὐτῶν ἀγέτω, καὶ εἴσω αὐτῶν περικλειέτω, ἵνα μὴ ὑπερόρια πταίσας, ὑπερορίους ἀπαιτηθείης καὶ τὰς δίκας.

ΡϞΑ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Μὴ μέγα φρόνει, μηδ' ὑπερφυῆ φαντάζου, ἵνα μὴ μεγαλοφυέστερον ἐκτραγῳδηθῇς, ἐκπεσὼν (94) καὶ τῶν μετρίων.

ΡϞΒ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Μέγα ἐστὶ τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας. »

Μέγα ἐστὶν ὄντως τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὡς καὶ ὁ μυσταγωγὸς ἔγραψε Παῦλος, οὐχ ὡς ἀγνο- D οὐμενον παντάπασιν, ἀλλ' ὡς οὐδενὶ ἐφικτόν. Παντὸς γὰρ ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ καθέστηκεν. Εἰ γὰρ γάμου καρπὸς τὸ παιδίον, πῶς ἡ Παρθένος καρπὸν γάμου ἔδειξε; Πῶς ἡνώθη τὸ φθαρτὸν τῷ ἀφθάρτῳ; Πῶς ἐν τῷ περιγράπτῳ νοεῖται τὸ ἀπερίγραπτον, οὔτε τῆς θείας καὶ ἀκηράτου ἐλαττουμένης φύσεως, καὶ τοῦ θνητοῦ ἀφράστῳ τινὶ λόγῳ καὶ ἑρμηνείας κρείττονι, τὴν τιμὴν δεχομένου; Πῶς ὁ παθὼν ἔσωσε, καὶ ὁ ἀποθανὼν ἤγειρε, καὶ ὁ ὑβρισθεὶς τετίμηκε τῇ ἀνωτάτῳ τιμῇ, καὶ ὁ σταυρωθεὶς κατ-

[73] Ephes. IV, 26. [74] I Tim. III, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(94) Ἐκπεσών. Bill., *cum lapsus fueris;* malim, *cum excideris.* RITT.

ἀρὰς ἐξήρπασε, μᾶλλον δὲ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν θάνατον ἐσταύρωσε;

A quidquam patiatur, et quod mortale est, modo quodam, qui nullis verbis exprimi potest, omnemque interpretationis vim superat, honorem accipiat? Quonam pacto, qui passus est, salutem attulit; qui mortem oppetiit, excitavit; qui contumeliis affectus est, summo honore condecoravit; qui cruci affixus est, ab exsecratione eripuit; vel, ut rectius loquar, peccatum ac mortem in crucem sustulit?

ΡϞΓ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ.

Ὅτι τοὺς ἐν ἀρετῇ (f. ἐναρέτους) καὶ ὑπονοηθῆναι εἴς τι φαῦλον, λίαν ἀφόρητον.

Ὑπονοηθῆναι ἐφ' οἷς οὐ προσῆκον, τοῖς μὲν εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐληλακόσι, μεγίστην ἔχει συμφοράν· τὸ δὲ καὶ κριθῆναι, τοῖς σεμνοτέροις· τὸ δ' ἁλῶναι, καὶ τοῖς ἀναλγήτως διακειμένοις.

CXCIII. — THEODORO.

Virtute præditis in suspicionem mali venire, valde esse intolerabile.

De rebus parum honestis in suspicionem venire, his quidem, qui ad virtutis arcem pervenerunt, maximæ calamitatis loco est; judicari autem, honestioribus et gravioribus; deprehendi vero, iis quoque qui stupore atque indolentia laborant.

B

ΡϞΔ'. — ΑΛΕΞΑΝΔΡῼ.

Περὶ ἀγνωμοσύνης.

Οἱ ὑπὲρ ὧν χάριτας εἰδέναι ὀφείλουσιν, ὑπὲρ τούτων ἐγκαλοῦντες (95) πάντας τοὺς τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβαίνουσιν ὅρους. Δέον γάρ, εἰ καὶ μὴ ἔργοις οἷοί τέ εἰσι, λόγοις εὐχαρίστοις ἀμείβεσθαι, ἐγκλήματα ῥάπτουσι.

CXCIV. — ALEXANDRO.

De ingratitudine.

Qui rerum earum causa, ob quas gratiam habere debent, alicui succensent, omnes ingratitudinis terminos excedunt. Nam cum, si rebus ipsis nequeunt, grata saltem oratione vicem rependere teneantur, ipsi contra crimina concinnant.

ΡϞΕ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Οἱ πᾶσαν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην εἰς τὸν Χριστὸν μεταφέρειν πειρώμενοι, οὐκ ἔξω αἰτιάσεώς εἰσιν. Ἐπείπερ καὶ Ἕλλησι, καὶ τοῖς μὴ ἐγκρίνουσιν αὐτὴν αἱρετικοῖς ἰσχύειν ἐν τῇ καθ' ἡμῶν διδόασι μάχῃ. Τὰ γὰρ μὴ εἰς αὐτὸν εἰρημένα ἐκβιαζόμενοι, καὶ τὰ ἀβιάστως εἰρημένα ὑποπτεύεσθαι παρασκευάζουσι. Δι' ὧν γὰρ ἐκεῖνοι αὐτοὺς ἀνατρέπουσιν ὡς παραποιοῦντας, διὰ τούτων καὶ ἐν τοῖς διαῤῥήδην περὶ αὐτοῦ εἰρημένοις νικᾷν νομίζονται. Ἐγὼ δὲ ἀναγκαίως φημὶ ἀμφότερα γεγενῆσθαι, τό τε μὴ πάντα λελέχθαι περὶ αὐτοῦ, καὶ τὸ μὴ παντελῶς τὰ κατ' αὐτὸν σεσιγῆσθαι. Τοῦτο γὰρ ἐλυσιτέλει, τὸ μήτε δι' ὅλου περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγεσθαι ἀνθρώποις, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀμφιβάλλουσι καὶ λέγουσι· « Ποίησον ἡμῖν θεούς· » μήτε παντάπασιν ἀποσεσιωπῆσθαι, διὰ (96) τὸν τῶν ἀπιστησόντων Ἰουδαίων ἔλεγχον, καὶ τὴν τῶν πιστευσόντων βεβαίαν ἐλπίδα.

CXCV. — EIDEM.

Qui universum Vetus Testamentum ad Christum transferre conantur, reprehensione minime carent. Siquidem et gentilibus, et hæreticis illis, qui id repudiant, in sua adversum nos concertatione robur suppeditant. Nam dum ea, quæ de ipso minime

C dicta sunt, per vim intorquent, hoc efficiunt ut quæ de eo haudquaquam contorte dicta sunt, in suspicionem veniant. Per quæ enim illi hos, ut verborum sensum intorquentes, evertunt, per eadem in his quoque, quæ perspicue de eo dicta sunt, superiores esse existimantur. Ego vero necessario utrumque contigisse aio, nempe, nec cuncta de ipso dicta esse, nec rursum de eo nullum omnino sermonem habitum fuisse. Hoc enim conducebat, ut nec omnino de Christo apud eos homines, qui de Deo etiam ac Patre ambigebant, ac dicebant, « Fac nobis deos [78], » verba fierent: nec rursum, tum ad convincendos Judæos, qui fidem minime adhibituri erant, tum ad eorum, qui credituri erant, confirmandam spem, omnino sileretur.

D

ΡϞϚ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Τὴν συνθήκην, τουτέστι τὴν ἐπαγγελίαν, διαθήκην ἡ θεία καλεῖ Γραφή, διὰ τὸ βέβαιον καὶ ἀπαράβατον. Συνθῆκαι μὲν γὰρ πολλάκις ἀνατρέπονται, διαθῆκαι δὲ νόμιμοι οὐδαμῶς.

CXCVI. — EIDEM.

Pactum, hoc est pollicitationem, Scriptura sacra testamentum appellat, propter inviolabilem firmitatem atque constantiam. Pacta quippe frequenter evertuntur; legitima autem testamenta non item.

ΡϞΖ'. — ΗΣΑΙᾼ.

Περὶ ἀθυμίας (f. ῥαθυμίας).

Ἐπειδὴ ἃ μὲν προσεῖναι ἑαυτοῖς βουλόμεθα,

216 CXCVII. — ISAIÆ.

De mœrore animi.

Quoniam quæ nobis adesse volumus, eadem quo-

[78] Exod xxxii, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(95) Ἐγκαλοῦντες. Bill., *alicui succensent*; melius puto et significantius, *crimen intendunt*. Ritt.

(96) Post διὰ codd. Vat. 649 et Alt. inserunt τε Possin.

quæ vera esse existimamus, molestarum autem rerum memoriam facile propellimus, huic nimirum rei, quam fieri nolumus, plus tribuentes: idcirco iis rebus, quæ jucunditatis speciem habent, frui sperantes, eas quæ cum molestia et acerbitate conjunctæ sunt, vitaturos nos esse arbitramur: ac præsertim cum res secundæ tristium minas consolantur. Socordia quippe oblectamento roborata, ipsius quoque naturæ oblivionem quodammodo affert, atque extra ipsius terminos jaculatur. Quod si quis socordiam exstinxerit, rectas cogitationes, quæ et jus, et judicium confirment, pullulantes statim conspiciet.

CXCVIII. — APOLLONIO EPISCOPO.

In illud: « Simile est regnum cœlorum grano sinapis [76]. »

Divinissimum, o vir erudite, Patris Verbum, divinam quoque suam prædicationem *regnum* appellat, utpote cœlorum regnum parturientem. « Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod minus quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit, majus est omnibus oleribus. » Quod autem ait, hanc sententiam habet: Ex parva (viles enim dictiones sunt) in eam magnitudinem excrescet, ut omni gentilium eruditioni ac sapientiæ obscuritatem afferat. Quod etiam contigit. Attico enim lepore manans error, atque acriter argumentans, sermonis rusticitate laboranti veritati cessit.

CXCIX. — HERMOGENI EPISCOPO.

Merito quidem stomacharis, o improborum odii delubrum! quod is qui per impietatis antiphrasim, ut ais, seipsum Eusebium appellavit (neque enim ab initio id ei nomen erat), vilem aliquam rem et protritam sacerdotium esse arbitratus, illud quoque iis, qui eadem quæ ipse flagitia perpetrant, tribuere non veretur, iisque, qui omni honoris genere digni sunt, expulsis, eos, qui ne in laicorum quidem classe ac numero censeri merentur, ad venerandum altare subvehit, ac duplici nomine ipsum, quantum in se est, contumelia et dedecore afficiens, nempe, quod et dignos arceat, et indignos in sacrum ordinem ascribat. Verum illud scito, non semper id laturum oculum illum rerum omnium inspectorem, qui nunc quidem pro sua bonitate, lenitate, ac patientia utitur, postea autem graves hujus criminis pœnas ab eo expetet.

ταῦτα (97) καὶ ἀληθῆ εἶναι ἡγούμεθα (98)· τῶν δὲ δυσκόλων ῥᾳδίως ἀποκρουόμεθα τὴν μνήμην, τῷ μὴ βούλεσθαι γενέσθαι, τὸ πλέον νέμοντες· διὰ τοῦτο τῶν δοκούντων χρηστῶν ἀπολαύειν ἐλπίζοντες, τὰ δυσχερῆ διαδιδράσκειν οἰόμεθα· καὶ μάλιστα ὅταν εὐπραγία παραμυθῆται τῶν σκυθρωπῶν τὴν ἀπειλήν. Ἡ γὰρ ῥᾳθυμία τῇ ἀνέσει [νευρουμένη] ἀμνημονεῖν πως καὶ τῆς φύσεως παρασκευάζει, καὶ ἔξω τῶν ὅρων αὐτῆς ἀκοντίζει. Εἰ δέ τις τὴν ῥᾳθυμίαν σβέσειεν, εὐθὺς βλαστάνοντας ὄψεται τοὺς ὀρθοὺς λογισμοὺς, τοὺς καὶ τὸ δίκαιον καὶ τὴν κρίσιν βεβαιοῦντας.

ΡϞΗ. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως. »

Ὁ θειότατος, ὦ σοφὲ, τοῦ Πατρὸς Λόγος καὶ τὸ θεῖον ἑαυτοῦ κήρυγμα *βασιλείαν* καλεῖ, ὡς ὠδῖνον τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. « Ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων γινέται. » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι Ἀπὸ μικροῦ (εὐτελεῖς γὰρ αἱ λέξεις) τοσοῦτον αὐξηθήσεται, ὡς πᾶσαν Ἑλληνικὴν ἀποκρύψαι σοφίαν. Ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. Ἀττικίζουσα γὰρ ἡ πλάνη, καὶ δεινῶς συλλογιζομένη, ἀγροικιζομένῃ τῇ ἀληθείᾳ παρεχώρησεν.

ΡϞΘ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰκότως μὲν ἀγανακτεῖς, μισοπονηρίας τέμενος! ἐπειδήπερ ὁ κατὰ ἀντίφρασιν, ὡς φῄς, τῆς ἀσεβείας Εὐσέβειον ἑαυτὸν καλέσας (οὐδὲ γὰρ τοῦτο (99) εἶχεν ἐξ ἀρχῆς τοὔνομα) φαυλόν τι καὶ πεπατημένον πρᾶγμα τὴν ἱερωσύνην ἡγησάμενος, καὶ τοῖς τὰ αὐτὰ αὐτῷ δρῶσι, ταύτην νέμειν τολμᾷ, τοὺς μὲν πάσης τιμῆς ἀξίους ἐξοστρακίζων, τοὺς δὲ μηδ' ἐν λαϊκοῦ τάξει τελεῖν δικαίους, εἰς τὸ σεπτὸν θυσιαστήριον ἀνάγων (1), διπλῆ τοῦτο, τόγε εἰς αὐτὸν ἧκον, καθυβρίζων, τῷ τε τοὺς ἀξίους ἀπείργειν, τῷ τε τοὺς ἀναξίους ἐγκρίνειν. Ἀλλ' ἴσθι, ὅτι οὐκ οἴσει ταῦτα εἰς τέλος ὁ πανεπόπτης ὀφθαλμὸς, ὁ νῦν μὲν δι' ἀγαθότητα μακροθυμῶν, ὕστερον δὲ σφόδρα ταύτας (2) αὐτὸν ἀπαιτήσων δίκας.

[76] Matth. XIII, 31.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(97) Vox ταῦτα suppletur ex codd. Vat. 649 et Alt. ap. Possinum. EDIT. PATR.

(98) Sententia est a multis nobilissimis usurpata scriptoribus utriusque linguæ. Demosthenes *Olynth.* 3; Διόπερ ῥᾷστον ἁπάντων ἐστὶν, αὐτὸν ἐξαπατῆσαι, ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται. Τὰ δὲ πράγαμτα πολλάκις οὐχ οὕτω πέφυκεν. Galenus *περὶ τοῦ προγινώσκειν*. Ὁ γὰρ ἕκαστος βούλεται, δηλονότι τοῦτο καὶ οἴεται γενήσεσθαι. Procopius lib. ult., tetrad. poster.: Οἱ ἄνθρωποι τὴν διάνοιαν ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον πρὸς τὴν τοῦ βουλήματος ἁρμόζονται χρείαν, καὶ λόγῳ τῷ ἀρέσκοντι αὐτοὺς ἀεὶ προσχωροῦσι, καὶ προσίενται τὰ ἐξ αὐτοῦ πάντα· οὐ διασκοπούμενοι μὴ ψεύδης εἴη. Cæsar lib. II *De bello civili.* » Quæ volumus, et quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus. » Idem lib. III *De bello Gallic.*: « Fere libenter homines id quod volunt, credunt. » Confer quoque Isidorum nostrum h. l. ep. 146, et Chrysost. homilia 50 ad pop. Antioch.: « Quæ quispiam vult, hæc et existimat, hæc et exspectat: contradicentes vero nugæ sunt. » RITT.

(99) Pertinet hic locus ad tit. C. *De mutatione nominis*, ubi docetur, non quamvis μετωνομασίαν improbam et crimini falsi affinem esse. Plaut., *Injuria est falsum nomen possidere.* ID.

(1) Post ἀνάγων codd. Vat. 649 et Alt. addunt. καί. POSSIN.

(2) *Σφόδρα ταύτας*. Multo melior est B. C. lectio, σφοδροτάτας. Itaque pro *graves*, quod est in Billiana versione, reponend. *gravissimas*. RITT.

Σ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

A Κυριώτερος μὲν ἐπίτροπος τῶν ἐπὶ γῆς, ὁ τὴν ἱερωσύνην ἐστεμμένος, τοῦ τὴν ἁλουργίδα περικειμένου. Ὁ μὲν γὰρ ψυχῶν, ὁ δὲ σωμάτων ἡγεῖται. Εἰ δ' ἀγνοήσας ἑαυτοῦ τὴν ἀξίαν, μᾶλλον δὲ τὴν λειτουργίαν, ψυχῶν μὲν μηδένα λόγον ποιεῖται, τοίχων δὲ καὶ κιόνων ἐπιμελοῖτο, καὶ τρυφῇ προσέχοι, καὶ χρημάτων ἀντιποιοῖτο, ἑαυτόν, οὐ γὰρ (3) τὴν ἱερωσύνην, ὑβρίζει. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων, δέον τὴν μὲν ἐκθειάζειν, τὸν δ' αἰτιᾶσθαι, ὅλον εἰς αὐτὴν τὸ ἔγκλημα περιτρέπουσιν.

CC. — EIDEM.

Qui sacerdotii corona redimitus est, siquidem proprie loqui volumus, terrenarum rerum procurator verius est, quam qui purpuram **217** gestat. Etenim ille animis, hic corporibus dominatur. Quod si suæ dignitati, vel, ut rectius loquar, officii ac ministerii ignoratione laborans, animarum quidem nullam curam gerat, parietes autem et columnas duntaxat curet, luxuique ac deliciis sese addicat, colligendisque pecuniis studeat, seipsum profecto, non sacerdotium ignominia afficit. At stultorum multi, pro eo atque illud quidem divinis honoribus efferre, hunc autem accusare debebant, totam accusationem in illud convertunt.

ΣΑ'. — ΩΦΕΛΙΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ἀποστόλων.

B Οὔτε τοὺς λεξίθηρας, οὔτε τοὺς ῥήτορας, οὔτε τοὺς διαλεκτικούς, οὔτε τοὺς ἐπὶ τῇ τῶν λόγων δεινότητι ἐναβρυνομένους, σοφοὺς κλητέον, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τῇ πρακτικῇ φιλοσοφίᾳ διαλάμποντας. Εἰ δὲ κοσμοίη τούτους καὶ ἡ λογική, σοφωτέρους ὀνομαστέον. Εἰ δὲ καὶ ἡ θεωρητικὴ (φημὶ δὴ ἡ εὐσέβεια, ἣν μόνην κυρίως σοφίαν εἶναι ὁριζόμεθα), σοφωτάτους προσαγορευτέον. Τὴν μὲν ὥσπερ θεμέλιον καὶ οἰκοδομὴν εἶναι, τὴν δὲ ὡς ἐγκαλλώπισμα, τὴν δὲ ὡς κορωνίδα. Ὥσπερ οὖν θεμελίου μὴ ὑπάρχοντος, μηδ' οἰκοδομίας, οὔτε τὰ κοσμοῦντα, οὔτε τὰ στεφανοῦντα χώραν ἔχει· οὕτω καὶ ἀρετῆς μὴ ὑπαρχούσης (4), ἡ λογικὴ καὶ ἡ θεωρητικὴ οὐχ ἕξει.

CCI. — OPHELIO SCHOLASTICO.

De apostolorum electione.

Nec dictionum aucupes, nec oratores, nec dialectici, nec qui ob dicendi facultatem gloriantur, sapientes appellandi sunt: verum ii, qui eo philosophiæ genere, quod in actione versatur, elucent. Quod si hos quoque logica exornet, sapientiores nominandi sunt. Si autem etiam philosophia (quæ in contemplatione sita est, hoc est pietas, quam solam proprie sapientiam esse definimus), sapientissimos eos nuncupare convenit. Atque ita existimandum hanc velut fundamentum et ædificium esse, alteram velut ornamentum, postremam ut coronidem ac fastigium. Quemadmodum igitur sublato fundamento et ædificio, nec ea quæ ad ornatum, nec ea C quæ ad opus perficiendum spectant, locum habitura sunt: sic etiam sublata virtute, nec logica, nec ea pars quæ in contemplatione versatur, locum habebunt.

ΣΒ'. — ΕΥΛΟΓΙΩ.

Εὐκταῖον μὴ ἡγοῦ τὸ συγγνώμης τυχεῖν, τὸν δι' ἀρετῆς λαμπρυνέσθαι δίκαιον ὄντα. Τὸ μὲν γὰρ τοῖς φαυλοτάτοις, τὸ δὲ τοῖς ἐπιεικεστάτοις ἁρμόττει. Τὸ μὲν δι' οἶκτον γίγνεται, τὸ δὲ δι' ἀμοιβὴν τίκτεται. Ὁ μὲν γὰρ διὰ μικροψυχίαν ἐλεεῖται, ὁ δὲ διὰ μεγαλοψυχίαν στεφανοῦται.

CCII. — EULOGIO.

Illud minime præclarum ac votis expetendum judica, ut veniam consequatur, qui ob virtutem gloriam ac splendorem promeretur. Illud enim improbissimis, hoc optimis quadrat. Illud ob misericordiam fit: hoc ob mercedem procreatur. Nam ille ob animi imbecillitatem miserationi est: hic ob animi magnitudinem corona donatur.

ΣΓ'. — ΗΣΑΙᾼ ΣΤΡΑΤΙΩΤῌ.

Ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή.

Συγγνώμην οὔτε ἔχεις, οὔτε ἕξεις, εἰ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοις. Εἰ δὲ μεταβάλοις (5), καὶ τῆς μανίας καὶ τῆς λύττης ἀποπαύσαιο, ἀπολαύσειας ταύτης. Τὸ γὰρ ἀκριβὲς ἡ θεία ἀγαθότης νικήσει. Εἰ δ' οὐκ D οἴει κρίσιν εἶναι, ἄκουε Πλάτωνος λέγοντος· « Εἰ μὲν γὰρ ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἂν ἦν (6) τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. Νῦν δ' ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται οὖσα, οὐδεμία ἂν αὐτῇ ἄλλη ἀποφυγὴ εἴη κακῶν καὶ σω-

CCIII. — ESAIÆ MILITI.

Immortalem esse animam.

Veniam nec habes nec habiturus es, si in iisdem institutis perstes. Si autem animum mutes, ac furorem et rabiem comprimas, eam fortasse consequi possis. Severitatem enim bonitas divina superabit. Quod si judicium fore haudquaquam existimas, audi quid Plato dicat: « Nam si mors (inquit) omnibus rebus nos liberaret, commodum profecto improbis hominibus esset e vita discedere, quo simul et corporibus et eorum vitio una cum animis liberarentur. Nunc autem, quandoquidem anima immortalis

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) *Γάρ* quod legitur in editis non comparet in codd. Vat. 649 et Alt. Possin.

(4) *Ἀρετῆς μὴ ὑπ.* B. C. recte proponit πρακτικῆς, nam et λογικὴ et θεωρητικὴ sunt ἀρεταί. Ritt.

(5) Pro μεταβάλοις codd. Vat. 649 et Alt. legunt μεταβάλοιο. Possin.

(6) *Ἕρμαιον ἂν ἦν. Lucro ipsis cederet.* Vid. not. ad epistol. 22 libri iv. Ritt.

esse apparet, nulla ei alia ratio qua malum effugiat, nec salus patet, quam ut optima et prudentissima fiat. »

A τηρία, πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι, »

218 CCIV. — DIONYSIO.

Ea ignorare videris, quæ etiam admodum pueri norunt. Mirari enim te dixisti, qui fiat, ut qui jucunda loquuntur, auditores facilius alliciant quam qui utilia præcipiunt: illud nimirum ignorans, hinc fieri, ut illi admirationi, isti odio sint, quod illi cupiditatibus obsequantur, isti autem adversus eas pugnent. Voluptati enim cedit utilitas.

ΣΔ'. — ΔΙΟΝΥΣΙῼ.

Κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ἃ καὶ οἱ κομιδῇ νήπιοι γινώσκουσιν. Ἔφης γὰρ θαυμάζειν, πῶς οἱ τὰ τέρποντα φράζοντες, τῶν τὰ λυσιτελοῦντα παραινούντων μᾶλλον ῥᾷον ἐπάγονται τοὺς ἀκροωμένους, ἀγνοῶν, ὅτι ἐκ τοῦ τοὺς μὲν χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, τοὺς δὲ μάχεσθαι, τοὺς μὲν θαυμάζεσθαι συμβαίνει, τοὺς δὲ μισεῖσθαι. Ἡττᾶται γὰρ ἡδονῆς τὸ συμφέρον.

CCV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Non modo is, qui in sacrum ordinem cooptatus est, sed etiam quilibet vir probus (tantum enim inter sacerdotem et quemlibet probum virum interesse debet, quantum inter cœlum ac terram discriminis est) nihil petulans ac juvenile agere debet, verum temperantem ubique ac probe moderatam vitæ rationem præ se ferre. Tu autem, ut aiunt, nec, cum juvenis esses, modum in lasciviis atque libidinibus ob paupertatem tenebas, nec posteaquam consenuisti, ob ætatem. Quapropter si ita est, a venerando altari te ipsum arce.

ΣΕ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Οὐ μόνον ὁ ἱερωμένος, ἀλλὰ καὶ ὁ εὐδόκιμος (τοσοῦτον γὰρ ὀφείλει εἶναι τὸ μέσον τοῦ ἱερωμένου B καὶ τοῦ εὐδοκίμου, ὅσον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸ διάφορον) οὐδὲν ἀκόλαστον, οὐδὲ μειρακιῶδες δίκαιος ἂν εἴη διαπράττεσθαι, ἀλλὰ σώφρονα καὶ κεκολασμένην πανταχοῦ τὴν δίαιταν ἐπιδείκνυσθαι. Σὺ δὲ, ὥς φασιν, οὔτε νέος ὢν περὶ τὰς λαγνείας ἐμετρίαζες διὰ τὴν πενίαν· οὔτε γηράσας διὰ τὴν ἡλικίαν. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, εἶργε σαυτὸν τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου.

CCVI. — LAMPETIO EPISCOPO.

Qui dum conjectos in utilitatem oculos habent, nihil tacendum esse putant, * non rerum præclare gestarum magnitudinem, ut silentii causam obtendunt: sed veritatem, ad cujus laudes prædicandas, etiam disertissimi quidem homines se accingere verentur, commendare ac laudibus afficere nituntur. Egregiis enim rebus, si non digne, at saltem quantum satis est, laudatis, animi sui ad ea, quæ commemoratione digna sunt, propendentis argumentum atque conjecturam iis quoque qui post futuri sunt, relinquunt.

ΣϚ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Οἱ μὲν εἰς ὠφέλειαν βλέποντες, * ἡσυχάζεσθαι δικαιοῦντες, οὐ τὸ μέγεθος τῶν κατορθουμένων, ὡς ἀφωνίας αἴτιον, προβάλλονται, ἀλλ' ἐγκωμιάζειν ἐπιχειροῦσι τὴν ἀλήθειαν, πρὸς ἣν καὶ οἱ δεινότατοι C λέγειν ἀποδύσασθαι ὀκνοῦσιν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐπαξίως, ἀλλά γε ἀποχρώντως τὰ καλὰ ἐπαινέσαντες, τεκμήριον τῆς ἑαυτῶν γνώμης τῆς ἐπὶ τὰ ἀξιαφήγητα ῥεπούσης, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἀνθρώποις ἐγκαταλείπουσι.

CCVII. — PAULO.

Ille, mea quidem sententia, justissimus controversiarum judex est, non qui homines amplissimis dignitatibus ornatos pertimescit, verum qui imbecillioribus, id quo carent, pro eo atque æquitas postulat, subministrat: atque in honoribus id cuique, quo dignus est, tribuens, omnibus quod æquum est in causarum disceptatione tribuit, jus videlicet ubique mensuræ loco adhibens.

ΣΖ'. — ΠΑΥΛῼ.

Ἐκεῖνος, ὡς ἔγωγε οἶμαι, δικαιότατός ἐστι τῶν ἀμφισβητουμένων κριτής, ὁ μὴ τὰ μέγιστα ἀξιώματα ἐκπληττόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἀσθενεστέροις τὸ ἐνδέον ἐξ εὐνομίας χορηγῶν, καὶ νέμων ἐν ταῖς τιμαῖς ἑκάστῳ τὸ πρὸς ἀξίαν, ἐν ταῖς διαγνώσεσι φυλάττει τὸ ἴσον ἅπασι, τῷ δικαίῳ πανταχοῦ μέτρῳ D χρώμενος.

CCVIII. — HERMOGENI EPISCOPO.

De eo quod exterminatoribus angelis mandatum est: « Et a sanctis meis incipite [77]. »

Si ii, qui sacrosancta sacerdotii dignitate redimiti sunt, oraculum aliquod nobis recitare queant, quo illud sanciatur, eos minime laborare ac virtutem colere, verum sermone solo docere oportere, sentiant sane ut sentiunt. 219 Sin autem divina oracula passim antistites eos prædicant, qui virtutum amore flagrant: contraque eos qui sermone solo alios erudire conantur, explodunt, ecquid isti præ-

ΣΗ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Περὶ τοῦ προστεταγμένου τοῖς ὀλοθρευταῖς ἀγγέλοις, « Καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. »

Εἰ μὲν ἔχοιεν ἡμῖν τῆς ἱερωσύνης ἁγιστείαν ἐστεμμένοι χρησμὸν ἀναγινώσκειν, ὡς οὐ χρὴ πονεῖν αὐτοὺς καὶ τὰς ἀρετὰς ἀσκεῖν, ἀλλὰ λόγῳ διδάσκειν μόνῳ, φρονείτωσαν ὡς φρονοῦσιν. Εἰ γὰρ πανταχοῦ οἱ χρησμοὶ ἀνακηρύττουσι μὲν τοὺς λόγῳ μόνον παιδεύειν ἐπιχειροῦντας· τί παρέντες τὰ διὰ τῶν θείων θεσμῶν διηγορευμένα τῇ ἱερωσύνῃ μόνῃ ὥσπερ τυραννίδι ἐναβρύνονται; Τὰ μὲν γὰρ θεῖα

[77] Ezech. xxi, 3.

θεσπίσματα, τοὺς τὴν ἱερωσύνην λαχόντας μάλιστα A πάντων ἐν πόνοις καὶ ἀσκήσεσιν εἶναι παρακελεύεται· ἵν' οἱ ἀρχόμενοι, οὓς ἐπιτάττειν ἔξεστι, τούτους πονοῦντας θεώμενοι, εἰς ἀνδραγαθίας ὑπ' αἰσχύνης παροξύνωνται. Οὐ τοσοῦτον γὰρ ὁ λόγος, ὅσον ὁ τρόπος τῶν διδασκόντων, παραθήγειν πέφυκεν. Οἱ δ' ὥσπερ τὸ λέγειν μόνον ἐμπιστευθέντες, τοῦ πράττειν ἀπέχονται· οὓς καὶ στηλιτεύων ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Ὁ κηρύττων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις. » Ἡ δὲ θεία ψῆφος ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ, τοῦθ' ὅπερ μαθεῖν ἐξήτησας, παρεκελεύσατο τοῖς τὴν τιμωρίαν μέλλουσιν ἐπιφέρειν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀγγέλοις, « Ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. » Ὅπερ καὶ ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων μετέφρασεν εἰπών· « Καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. » Εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ B τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ; Δίκαιον γὰρ τοὺς τιμῇ καὶ τῇ ἀξίᾳ ὑπερέχοντας, τούτους, εἰ ἁμάρτοιεν, καὶ ἐν ταῖς τιμωρίαις πλεονεκτεῖν (7).

termissis iis rebus, quæ divinis legibus præscriptæ sunt, sacerdotio solo, tanquam tyrannide, glorientur? Etenim divina scita, eos potissimum qui sacerdotium nacti sunt, in laboribus ac religiosis exercitationibus versari jubet: quo nimirum ii qui subsunt, cum eos, quibus imperare licet, laborantes perspexerint, præ pudore ad fortitudinem strenuique animi officium provocentur. Neque enim docentem oratio perinde animos acuere solet, ut vita et mores. At isti, non secus ac si ipsis loquendi duntaxat munus commissum fuisset, ab actione abstinent. Quos etiam proinde incessens ac proscindens divinus Apostolus his verbis usus est: « Qui prædicas non esse furandum, furaris [78]. » Atque item divina sententia apud Ezechielem (id enim est quod, ut tibi exponerem, postulasti) angelis iis, qui Jerosolymam supplicio affecturi erant, hoc imperavit, « A sanctis meis incipite. » Quod quidem etiam apostolorum antesignanus his verbis transtulit. « Tempus est ut incipiat judicium a domo Dei [79]. » Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Evangelio Dei? Consentaneum enim est, ut qui honore ac dignitate superiores sunt, hi quoque, si peccent, gravioribus etiam suppliciis multentur.

ΣΘ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πρὸς ἱερεῖς.

Ὅταν νόθος τῆς καί τις ἱερωσύνης ἀνάξιος εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσβιάσηται, τότε δὴ ὁ τῆς ἀρχῆς κόσμος εἰς ἀκοσμίαν μεθίσταται. Τῷ γὰρ ἄρχοντι ἐξομοιοῦσθαι πέφυκε καὶ τὸ ἀρχόμενον (8). Ὃ δὴ καὶ ἐπὶ Εὐσεβίου, ὡς γέγραφας, συνέβη. Τοσοῦτος γὰρ καὶ τοῖς C ὑπ' αὐτὸν ἱερεῦσι, καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἐξῆφθη κακίας ἔρως, ὡς τοὺς ἀλλαχόθεν ἥκοντας, δακρύων ὑπόθεσιν δεινάων ἔχειν, τὴν τῶν τοσούτων κακῶν θέαν.

CCIX. — EIDEM.

Ad sacerdotes.

Cum adulterinus quispiam ac sacerdotio indignus imperium usurpat, tum vero imperii ornatus in inconditum quemdam et inornatum statum migrat. Siquidem ita natura comparatum est, ut ad ejus, qui præest, similitudinem ii, qui parent, sese effingant. Quod quidem etiam in Eusebio, quemadmodum scripsisti, usu venit. Tantus enim et sacerdotibus, qui sub ipsius imperio sunt, et reliquis subditis vitii amor exarsit, ut qui aliunde veniunt, perennem lacrymarum materiam habeant tot tantorumque malorum spectaculum.

ΣΙ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἄπληστος εἶ φιλῶν, ὡς ἔοικε, τούτους, οἷς [ἡ] τῆς ἀρετῆς ἐναστράπτει φαιδρότης. Ἀκορέστως γοῦν, ὥς γε πυνθάνομαι, ψάλλεις ἐκεῖνο τὸ τοῦ Μελῳδοῦ ᾆσμα· « Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός. » Τοσοῦτος γὰρ περίεστί σοι ὁ πρὸς αὐτοὺς πόθος, ὡς καὶ τοὺς οἷς οὐδὲν ἴχνος ἀρετῆς περίεστιν (οὐ γὰρ ἐσμεν κατ' ἐκείνους· ἴσως δὲ δοκοῦμεν), πολλοῖς καὶ ποικίλοις ἐγκωμίοις στεφανοῦν. Σοὶ μὲν οὖν, εἰ καὶ D ἡμεῖς μὴ ἐσμεν τοιοῦτοι, ἀποκείσεται ὁ μισθός. Ἡμεῖς δὲ εἰ μηδ' ἐγκωμίων τοιούτων ἀπολαύοντες, ἀμείνους γενοίμεθα, μείζονα δίκην ὑφέξομεν. Ἵν'

CCX. — EIDEM.

Inexplebilis es, ut apparet, eos amans, in quibus virtutis splendor elucet. Inexplebili enim affectu, quemadmodum audio, illud Psalmistæ canis: « Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus [80]. » Tanta enim vis amoris erga ipsos est, ut eos etiam, in quibus nullum virtutis vestigium exstat (neque enim ad eorum similitudinem accedimus, tametsi fortasse videamur), multis ac variis laudibus cumules. Ac tibi quidem, etiamsi nos tales minime simus, recondita merces erit. Nos autem si, ne his quidem laudibus affecti, meliores hinc efficiamur,

[78] Rom. II, 21. [79] I Petr. IV, 17. [80] Psal. CXXXVIII, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(7) Si secundum apostolum Paulum, qui bene præsunt Ecclesiæ antistites, duplici honore sunt digni, ergo qui male, duplici ignominia supplicioque affici debent. Unde et Hilarius in can. 4, *Nulli fas*, 25, q. 1: « Reatu majori delinquit, qui potiori honore perfruitur. » RITT.

(8) *Τῷ ἄρχοντι ἐξομοιοῦσθαι πέφυκε καὶ τὸ ἀρχόμενον*. Platonis hæc est sententia, Ciceroni quoque et Plinio et Herodiano aliisque usurpata optimis auctoribus. Chrysost. dialog. III, *περὶ ἱερωσύνης* eamdem præclare ad sacerdotium (item ut hic facit Isidorus) accommodans, ita extulit: Πέφυκε γὰρ, ὡς τὰ πολλὰ τὸ τῶν ἀρχομένων πλῆθος, ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα τοὺς τῶν ἀρχόντων τρόπους ὁρᾷν, καὶ πρὸς ἐκείνους ἐξομοιοῦν ἑαυτούς. Plurimorum auctorum utriusque linguæ sententias consimiles congessit cl. V. Janus Gruterus *Discursibus Var. in Tacit.* ID.

majores pœnas subituri sumus. Quare ne hoc nobis accidat, immodicis laudibus nos ornare desine.

A οὖν μὴ τοῦτο ὑποσταίημεν, πέπαυσο ὑπερβαλλόντως ἐπαινῶν.

220 CCXI. — LAMPETIO EPISCOPO.

Profanos homines, vir optime, ac divinis sermonibus indignos observa, qui ea etiam persæpe, quæ omni commendatione ac laude digna sunt, risu prosequuntur, quibus autem fas est, iis loquere. Neque enim canibus, aut porcis humana forma præditis, verum his, qui angelicam vitam ducunt, sancta porrigenda sunt, quemadmodum divinis oraculis proditum est.

ΣΙΑ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Παραφυλάττου μὲν, ὦ ἄριστε, τοὺς ἀμυήτους, καὶ τῶν θείων λόγων ἀναξίους, οἵτινες καὶ γελῶσι πολλάκις τὰ πάσης εὐφημίας κρείττονα· φθέγγου δὲ οἷς θέμις (9). Οὐ γὰρ κυσὶν, οὐδὲ χοίροις ἀνθρωπομόρφοις, ἀλλὰ τοῖς ἀγγελικὸν βιοῦσι βίον, δοτέον τὰ ἅγια, κατὰ τὸν θεῖον χρησμόν.

CCXII. — THEOGNOSTO PRESBYTERO.

De tribus diebus sepulturæ Domini.

Eorum stoliditatem magnopere, atque ad stuporem usque miror, qui quam ob causam Christus ante tres dies resurrexerit, percunctantur. Nam si eum quoque omnino non resurrexisse asserunt, ecquid temporis minutias jejune ac morose urgent? Si autem eum quidem ad vitam rediisse, verum citius quam promiserat, ex hoc ipso quod ad vitam rediit, illud quoque una demonstratum esse existiment, ipsum omnino vere locutum esse. Nam cum id, quod impossibile et erat et videbatur (si quidem imbecillitatem hominum spectes) præstiterit, profecto in ea re, quæ potestatem minime excedebat, haudquaquam elanguisset, tametsi etiam tarde resurrexisse, imbecillitatis, confestim autem, maximæ potentiæ argumentum exsistat. Ac quidem ipsos, tum ex eo quod infinitum gentilitiorum deorum catalogum deleverit ac de medio sustulerit, tum quod omnia idolorum fana subverterit, et impuras ac sacrilegas aras, quæ humano cruore tingebantur, exstinxerit, atque diaboli quidem nervos ac robur infregerit, dæmones autem in fugam converterit, ac præterea truculentas et immanes nationes mitigarit: Judæos autem in maximas calamitates conjecerit, eos denique qui fidem amplexi sunt, supra cœlum evexerit, divinam ipsius invictamque potentiam adorare oportebat, non autem de aliquot horis altercari. Neque enim quæ maxima, omnique sermone præstantiora sunt ab exiguis rebus everti queant. Cæterum quoniam ingens veritatis copia et amplitudo est, ad ipsam quoque rem accedere

ΣΙΒ'. — ΘΕΟΓΝΩΣΤῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ τῶν τριῶν ἡμερονυκτίων τῆς ταφῆς τοῦ Κυρίου.

B Λίαν θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι τὴν ἄνοιαν τῶν ζητούντων, δι' ἣν αἰτίαν ὁ Χριστὸς πρὸ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἀνέστη (10). Εἰ μὲν γάρ φασιν αὐτὸν μηδ' ὅλως ἐγηγέρθαι, τίνος ἕνεκεν περὶ χρόνου ἀκριβολογοῦνται; Εἰ δ' ἐγηγέρθαι μὲν, θᾶττον δὲ ἢ ἐπηγγείλατο, ἀπὸ τοῦ ἐγηγέρθαι, καὶ τὸ πάντως ἠληθευκέναι αὐτὸν συναποδεδεῖχθαι νομιζέτωσαν. Τὸ γὰρ ἀδύνατον καὶ ὂν καὶ δοκοῦν, ὅσον πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν, φημὶ, κατορθώσας, οὐκ ἂν περὶ τὸ δυνατὸν ἐξησθένησεν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ μὲν βραδέως ἀναστῆναι, ἀσθενείας, τὸ δὲ ταχέως, δυνάμεως μεγίστης τεκμήριον καθέστηκεν. Ἐχρῆν μὲν αὐτοὺς καὶ ἐκ τοῦ τοὺς μυρίους τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν καταλόγους ἀφανίσαι, τά τε εἰδωλεῖα πάντα καταστρέ- C ψαι, καὶ τοὺς ἀνοσίους βωμοὺς τοὺς ὑπ' ἀνθρωπίνων αἱμάτων φοινισσομένους σβέσαι, καὶ τὸν μὲν διάβολον ἐκνευρίσαι, τοὺς δὲ δαίμονας φυγαδεῦσαι, καὶ τὰ μὲν ἀνήμερα φῦλα τιθασσεῦσαι, τοὺς δὲ Ἰουδαίους μεγίσταις συμφοραῖς περιβαλεῖν, καὶ τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἀναγαγεῖν, προσκυνῆσαι τὴν θείαν αὐτῷ καὶ ἀήττητον δύναμιν, καὶ μὴ περὶ ὡρῶν διαφέρεσθαι. Τὰ γὰρ μέγιστα καὶ κρείττονα λόγου οὐκ ἂν ὑπὸ μικρῶν ἀνατραπείη. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἀληθείας ἡ περιουσία πολλὴ, καὶ εἰς αὐτὸ χωρῆσαι τὸ πρᾶγμα πειράσομαι. Ἀκροβολισμοῦ τοίνυν ἕνεκεν εἰρήσεται πρὸς αὐτούς· Ἆρα εἰ χρεώστην τινὰ ἐπαγγειλάμενον τῷ οἰκείῳ δανειστῇ μετὰ τρεῖς ἡμέρας πληρώσειν τὸ χρέος, πρὸ τῆς προθεσμίας πληρώσαντα θεασοίμεθα, ὡς ψευσάμενον D κρινοῦμεν, ἢ ὡς πλέον ἀληθεύσαντα θαυμασόμεθα;

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(9) *Φθέγγου δὲ οἷς θέμις.* Manifesta allusio ad illud Orphei carmen, quo poema quoddam suum orditur :

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε, βέβηλοι.

Cantabo dignis. Procul at vos, ite, profani.

Talis et illa vetus interdictio : Ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. Confer Clementem Alex. qui passim etiam ἀμυήτους excludit a rerum sacrarum tractatione, auscultatione, conspectu. Omitto varias formulas, προῤῥήσεων, quas usurpavit vetus Ecclesia ante communionem tremendorum mysteriorum cum voce præconis proclamaretur : *Quicunque catechumeni sunt, exeunto. Qui nesciunt orare, exeunto. Qui in pœnitentia sunt, exeunto*, etc. Quales formulas alibi ex Chrysostomo aliisque collegi. Talis est et illa interdictio apud Lucianum *Pseudomanti:* Ἐν τῇ πρώτῃ τῆς τελετῆς ἡμέρᾳ πρόῤῥησις ἦν ὥσπερ Ἀθήνησι τοιαύτη· *Εἴτις ἄθεος ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων· φευγέτω, οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ Θεῷ τελείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ.* RITT.

(10) Confer epist. 114, lib. I. Sic Leo M. serm. 1 de resurrect. Domini : « Ne turbatos discipulorum animos longa mœstitudo cruciaret, denuntiatam tridui moram tam mira celeritate breviavit, ut dum ad integrum secundum diem pars primi novissima, et pars tertii prima concurrit, et aliquantum temporis spatio decideret et nihil dierum numero deperiret. ID

Ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο, πάντως δὲ καὶ αὐτοί. Τί τοίνυν ἄτοπον, εἰ καὶ ὁ Χριστὸς ἔφησε μὲν τῇ τρίτῃ ἀναστήσεσθαι, θᾶττον δὲ ἀνέστη, ἵν' ἑαυτοῦ μὲν δείξῃ τὴν δύναμιν, τοὺς δὲ φυλάττοντας νεκρώσῃ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐπιστομίσῃ. Τὸ μὲν γὰρ θᾶττον ἀναστῆναι, ἔγκλημα οὐκ εἶχε· τὸ δὲ βράδιον, ὑποψίας ἔγεμεν. Ἐχρῆν γὰρ παρακαθημένων αὐτῶν καὶ φυλαττόντων γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν, ὡς εἴγε παρελθουσῶν τῶν ἡμερῶν, καὶ ἀναχωρησάντων τῶν φυλαττόντων ἐγένετο, ὕποπτον τὸ πρᾶγμα ἔμελλεν εἶναι. Εἰ δὲ μὴ ἀνέστη, πῶς ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τοιαῦτα σημεῖα ἐπετέλεσαν οἱ ἀπόστολοι; Πῶς δ' οὐκ ἂν εἶεν ἀξιόχρεοι μάρτυρες, οἱ διὰ μυρίων κινδύνων καὶ θανάτων τὴν ἀλήθειαν τῆς ἀναστάσεως πιστωσάμενοι, καὶ οὐ μέλανι, ἀλλ' οἰκείῳ αἵματι τὴν μαρτυρίαν σφραγίσαντες; Εἰ δὲ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀκρίβειαν καταγενέσθαι χρὴ, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· Τῇ τρίτῃ εἶπεν ἀναστήσεσθαι. Ἔχεις τὴν Παρασκευὴν, ἔχεις τὸ Σάββατον, ἕως δυσμῶν ἡλίου, καὶ μετὰ τὸ Σάββατον ἀνέστη, ἑκατέρων μὲν ἀψάμενος, τὴν δὲ μέσην πληρώσας. Ἐν τρισὶ γὰρ εἶπεν ἀναστήσεσθαι, οὐ μετὰ τρεῖς ἡμέρας. « Λύσατε γὰρ, φησὶ, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Καὶ ὁ προφήτης δὲ προχρησμῳδῶν, « Τότε (11) ὁ θάνατος πενθήσει ἰσχυροτέρῳ θανάτῳ δεθεὶς, ἔλεγεν. Ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας, ἐν τῇ τρίτῃ ἀναστησόμεθα, καὶ [ζησόμεθα] ἐν αὐτῷ. » Εἰ δὲ τὸ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας προβάλοιτο (12), εἴποιμι, ὅτι τῷ ἅψασθαι αὐτῶν, πεπλήρωκε τὴν ἐπαγγελίαν. Μία γὰρ ἡμέρα λέγεται, τὸ τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι ὡρῶν διάστημα. Καὶ εἴτε ἐν τῇ πρώτῃ, εἴτε ἐν τῇ τελευταίᾳ τούτων τις τεχθείη, ἢ ἂν θάνῃ, αὕτη αὐτῷ ἡμέρα λογίζεται. Οἷον εἰ μέλλοντος ἡλίου δύνειν τεχθείη τις, εἴη δὲ ἐκείνη ἡμέρα πρώτη τοῦ μηνὸς, αὕτη αὐτῷ λογίζεται. Εἰ δὲ καταδύντος ἕτερος τεχθείη, ἡ δευτέρα. Πῶς οὖν μιᾶς μόνης, τάχα δὲ οὐδὲ μιᾶς ὥρας μεταξὺ γενομένης, ὁ μὲν λέγεται τῇ πρώτῃ, ὁ δὲ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τετέχθαι; Ὅτι πᾶσι δῆλον καθέστηκε καὶ σαφὲς, ὅτι τῷ ἅψασθαι μόνον ὁ μὲν τὸ παρεληλυθὸς, ὁ δὲ τὸ ἐπιὸν, ἡμερονύκτιον ἐπληρώσατο, τὸ διὰ εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν συμπληρούμενον. Εἰ τοίνυν καὶ ἡ ἀκριβὴς τῶν χρόνων κατανόησις τοῦτο βοᾷ, τί μάτην κόπτουσιν ἑαυτοὺς οἱ τὴν ἀλήθειαν μὴ ἠληθευκέναι ἰσχυριζόμενοι (13);

conabor. Ac primum velitationis cujusdam causa ad eos hæc dicentur : Si debitorem aliquem, qui se creditori suo post tres dies debitam pecuniam persoluturum promisisset, ante præstitutum diem solvisse conspexerimus, utrum tandem eum ut mentientem condemnabimus, an potius, ut promissi fidem magis explentem admiratione prosequemur? Equidem ipse hoc posterius existimo, atque omnino vos quoque. Quidnam igitur absurdi est, si Christus item, cum se tertia die resurrecturum dixisset, citius tamen a morte ad vitam rediit, tum ut suam potentiam conspicuam redderet, tum ut custodes exanimaret, ac Judæorum ora comprimeret? Etenim quod maturius resurrexisset, a crimine ac reprehensione alienum erit : at si serius revixisset, suspicionis plena res hæc exstitisset. **221** Oportebat quippe assidentibus atque custodientibus satellitibus resurrectionem fieri; nam si exactis diebus ac remotis custodibus exstitisset, suspicionem habitura res erat. Quod si non resurrexit, quonam pacto in ipsius nomine apostoli tanta signa ediderunt? Quonam autem pacto digni, quibus fides haberetur, testes non essent, qui per sexcenta pericula et mortis genera resurrectionis veritatem confirmarunt, testimoniumque suum, non atramento, sed cruore suo consignarunt? Quod si ad exactam et accuratam hujus quæstionis explanationem descendendum est, illud dixerim : Tertio die resurrecturum se dixit. Habes Parascevem, habes Sabbatum, usque ad solis occubitum. Ac post Sabbatum resurrexit, attacto quidem utroque die, medio autem expleto atque confecto. In tribus enim diebus resurrecturum se dixit, non autem post tres dies. « Solvite namque templum hoc, inquit, et in tribus diebus excitabo illud [81]. » Atque item propheta vaticinans, his verbis utebatur : « Tunc mors lugebit, fortiore morte devicta. Sanabit nos post duos dies : in tertio resurgemus, ac vivemus in eo [82]. » Quod si tres dies ac noctes nobis objiciant, illud dixerim, quod hoc ipso quod eas attigerit, id quod pollicitus fuerat, impleverit. Unus enim dies quatuor et viginti horarum spatium appellatur : atque sive in prima, sive in postrema harum quispiam in lucem prodeat, aut e vita discedat, hic ipsi dies computatur. Verbi gratia : Si sole ad occasum vergente quispiam nascatur, sit autem dies illa prima mensis, hæc ipsi ascribetur. Si autem cum jam occiderit, alter procreetur, secunda. Qui fit igitur, ut cum unica duntaxat, imo fortasse ne unica quidem hora intercesserit, ille prima, hic secunda die in lucem editus fuisse dicatur? Nimirum quia id cunctis perspicuum et manifestum est, quod, ob attactum solum, ille quidem præteritum, hic autem insequentem diem, qui viginti quatuor horarum curriculo conficitur, explevit. Quapropter cum exacta quoque temporum consideratio hoc clamet, quid frustra seipsos contundunt qui veritatem a veritate aberrasse affirmant?

[81] Joan. II, 19. [82] Osee VI, 2, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Pro τότε duo codd. Vat. 649 et Alt. legunt πότε. POSSIN.

(12) Προβάλοιτο. Iidem pluraliter ponunt, προβάλοιντο. ID.

(13) Ἰσχυριζόμενοι. Plenior lectio B. C. magis placet, διισχυριζόμενοι. RITT.

CCXIII. — PETRO.

Quomodo dictum sit illud : « Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt[83]. »

A Illud, « Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, » propterea etiam dictum est, quia apud eos quidem ingens tumor erat veritate carens, apud Scripturas autem veritas ab omni fastu pura. Quocirca tum temporis magna fortitudine ac prudentia opus erat, quæ omne verborum lenocinium scite ac venuste comparatum, mendaciumque, tanquam verum callide exhibens, denudaret. Nunc autem ab ipsis etiam rusticis ipsorum error deprehendi potest.

ΣΙΓ'. — ΠΕΤΡΩ.

Πῶς εἴρηται τό· « Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. »

Τό, « Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, » καὶ διὰ τοῦτο, ὦ σοφὲ, εἴρηται, ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς μὲν ὄγκος ἦν πολὺς ἀληθείας χηρεύων, παρὰ δὲ ταῖς Γραφαῖς ἀλήθεια κόμπου καθαρεύουσα. Τότε μὲν οὖν ἀνδρείας ἔδει καὶ συνέσεως πολλῆς, πᾶσαν πιθανότητα κεκομψευμένην, καὶ ἐντρεχῶς τὸ ψεῦδος ὡς ἀληθὲς παριστῶσαν ἀπογυμνούσης. Νῦν δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγροίκοις ἡ πλάνη αὐτῶν εὐφώρατος γέγονεν.

CCXIV. — APOLLONIO.

De eleemosyna.

B Eleemosynam a probro et contumelia puram atque immunem esse oportet. Nam qui ei **222** hæc adjungunt, fragranti unguento cœnum admiscent, atque accipientium animas percutiunt. Quæ enim cum probro porriguntur, etiamsi maxima sint, accipientibus minime jucunda sunt : tametsi alioqui necessitate constricti contumelias tacite ferant. Cum autem etiam perexigua sunt, atque cum contumelia præbentur, intolerandam quamdam egentium animis tempestatem pariunt. Nam de iis qui non modo nihil largiuntur, sed etiam pauperes conviciis et maledictis incessunt, ne mentionem quidem facere opus est. Omnem quippe feritatis et crudelitatis immanitatem excesserunt. Eos enim qui ad se, tanquam ad portum, appellunt, pessumdant, dum nec ea, quorum penuria laborant, suppeditant, C et præterea contumelias adjiciunt. Quocirca pauperibus leniter et placide respondere oportet, ac pro viribus præbere, atque eleemosynam, tanquam ingenuam quamdam et nobilem virginem, occultare, ac non omnibus eam propalare. Quod si quis unde supplicis hominis calamitati solatium afferat, non habeat, pacato ac leni animo ipsi respondeat. En enim, melior est sermo quam donum, et utrumque apud virum gratiosum.

ΣΙΔ'. — ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ.

Περὶ ἐλεημοσύνης.

Τὴν ἐλεημοσύνην χρὴ καθαρὰν ὕβρεως καὶ ὀνείδους εἶναι. Οἱ γὰρ ἐκείνῃ ταῦτα μιγνύντες, εὐώδει μύρῳ δυσώδη κιρνῶσι βόρβορον, καὶ τὰς τῶν λαμβανόντων πλήττουσι ψυχάς. Τὰ γὰρ μετ' ὀνείδους παρεχόμενα, κἂν μέγιστα ᾖ, οὐχ ἥδιστα τοῖς λαμβάνουσι, κἂν διὰ τὴν ἀνάγκην σιγῇ στέργωσι τὰς ὕβρεις. Ὅταν δὲ καὶ ἐλάχιστα ᾖ, καὶ μεθ' ὕβρεως παρέχηται, ἀφόρητόν τινα χειμῶνα ταῖς ψυχαῖς τῶν πενομένων τίκτει. Περὶ γὰρ τῶν μήτε παρεχόντων, ἀλλὰ καὶ λοιδορούντων, οὐδὲ μεμνῆσθαι χρή· πᾶσαν γὰρ ὑπερβεβήκασι θηριωδείας ἀγριότητα. Τοὺς γὰρ πρὸς αὐτοὺς, ὡς πρὸς λιμένα, καταίροντας καταδύουσι, μήτε τὴν ἀναγκαίαν πληροῦντες χρείαν, ἀλλὰ καὶ ὕβρεις προστιθέντες. Χρὴ τοιγαροῦν πράως ἀποκρίνασθαι τοῖς δεομένοις, καὶ κατὰ δύναμιν παρέχειν, κρύπτειν τε ἐλεημοσύνην, ὥσπερ ἐλευθέραν τινὰ καὶ εὐγενῆ καὶ σώφρονα παρθένον, καὶ μὴ πᾶσιν αὐτὴν ἐκπομπεύειν. Εἰ δὲ μὴ ἔχοι τις δι' ὧν παραμυθήσεται τὸν ἱκέτην, ἀποκρινάσθω αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραΰτητι. Ἰδοὺ γὰρ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθὸν (14), καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ.

CCXV. — EVOPTIO EPISCOPO.

Tu quidem, vulgi fortasse sententiam sequens, gravius eum peccasse dixisti, qui virgini vim attulit, quam qui eam ad stuprum induxit. Ego vero ipsam rei naturam attendens, sic existimo (etsi D enim novum et insolens esse videbitur quod dicturus sum, tamen, quia verum est, id dicam), eum qui sermonis blanditiis eam illexit, flagitiosiorem

ΣΙΕ'. — ΕΥΟΠΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Αὐτὸς μὲν τῇ τῶν πολλῶν διανοίᾳ ἴσως ἑπόμενος χαλεπώτερον ἔφης τὸν βιασάμενον παρθένον τοῦ πείσαντος. Ἐγὼ δ' αὐτῇ τοῦ πράγματος προσέχων τῇ φύσει, ἡγοῦμαι· εἰ γὰρ καὶ παράδοξον εἶναι δόξει τὸ λεχθησόμενον, ἀλλ' ὅμως ἀληθὲς ὂν λελέξεται· ὅτι ὁ πείσας τοῦ βιασαμένου ἐναγέστερος τυγχάνει (15). Ἐνταῦθα γὰρ ἡ πειθὼ τῆς βίας ἀργαλεωτέρα ἐστὶ,

[83] Rom. I, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(14) *Ἰδοὺ γὰρ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν.* In B. C. est ἠδὺ γάρ. Locus exstat in Panareto seu Sapientia Syrach., cap. XVIII, v. 19, et quidem interrogationis figura prolatus : Οὐχ ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθὸν, καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνθρώπων, non, ut apud Isidorum, ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. Chrysostomus homil. 32, in I Corinth. XIII, etiam sic citat, Ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθός. Et idem lib. III, *De sacerdotio*, Ὑπὲρ δόματα ἀγαθόν. Sed nusquam aliter quam ἰδοὺ legitur, nisi in Isidor. ms. Bavar., ubi est ἠδὺ, quod tamen fortasse non prorsus contemnendum sit, quamvis et Latinus interpres vetus reddiderit ἰδού· *Nonne, ecce, verbum super datum bonum.* RITT.

(15) Locum hunc illustrat lex Solonis quam Plutarchus tangit in ejus Vita ; nam plane est sententia istorum, τὸ πεισθῆναι παρὰ τὸ βέλτιστον οὐδὲν ἡγεῖτο τοῦ βιασθῆναι διαφέρειν. Hoc solum differunt quod minus dicit Plutarchus quam Isidorus. CASAUBON., *epist. ad Rittershusium.*

τῷ τὴν μὲν κολάσεως, τὴν δὲ συγγνώμης ἀπολαύειν. A Ὁ μὲν γὰρ τὸ σῶμα ὑβρίσας, τὴν γνώμην καθαρὰν διετήρησεν· ὁ δὲ τὴν ψυχὴν προδιαφθείρας, οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος ὕβριν ἐχώρησε· καὶ ὁ μὲν ἀνεύθυνον, ὁ δὲ ὑπεύθυνον τῇ δίκῃ πεποίηκε. Τῆς μὲν γὰρ ἡ ὕβρις μέχρι τοῦ σώματος ἔστη· τῆς δὲ καὶ εἰς ψυχὴν ἀνέδραμε. Καὶ ἡ μὲν βιασθεῖσα ἀπολογίαν, ἡ δὲ πεισθεῖσα ἀπαραίτητον ἔχει τὴν δίκην. Ἡ μὲν γὰρ καὶ δίκας εἰσπράξασθαι δύναται τὸν ὑβριστήν, ἡ δὲ τῷ διεφθάρθαι τῇ γνώμῃ ἀναπολόγητος οὖσα συνδιαφθείρεται καὶ τῇ τιμωρίᾳ. Ἡ μὲν γὰρ μέμψεως ἔξω, ἡ δὲ εἴσω καθίσταται. Κἀκείνη μὲν ἐλεεῖται, αὕτη δὲ μισεῖται δικαίως. Τῆς μὲν γὰρ ἡ ὕβρις, τοῦ μὲν σώματος ἥψατο, τῆς δὲ γνώμης οὐχ ὕψατο· τῆς δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν (16) μεμίανται. B Εἰ δὲ λογισμοὺς οἴει ταῦτα εἶναι ἀνθρωπίνους, τὸν νόμον τοῦτον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀναγνωσόμεθα. Τί οὖν φησιν; « Ἐάν τις βιάσηται παρθένον ἐν ἐρήμῳ, τὸν μὲν ἀποκτείνατε, τὴν δὲ περιποιήσασθε· ἐβόησε γὰρ ἡ νεᾶνις, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. » Τῇ δ' ἐν πόλει τοῦτο παθούσῃ, καὶ μὴ βοησάσῃ, ἀπαραίτητος ἡ τιμωρία. Καὶ μάλα εἰκότως. Ἐν μὲν γὰρ ἐρημίᾳ ὁ βοηθήσων οὐκ ἦν· καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροινηθεῖσα συγγνώμης ἀξία εἶναι κέκριται. Ἡ δ' ἐν πόλει τοῦτο παθοῦσα, καὶ τῇ σιγῇ συγκαταθεμένη, καὶ μὴ βοήσασα, μηδὲ καλέσασα τοὺς ἀναστεῖλαι τὴν βίαν δυναμένους, θανάτῳ εἰκότως κατακέκριται. Οὐκοῦν παντὶ σθένει χρὴ τὴν γνώμην καθαρὰν διατηρεῖν καὶ ἀμόλυντον, μηδεμιᾷ ὁρμῇ, μηδὲ συγκαταθέσει τοιαύτῃ μεμιασμένην, ἵνα κἂν, ὃ μὴ γένοιτο, γένοιτό τι C τοιοῦτον, ἀκέραιον ἔχωσι τὴν ἀπολογίαν παρὰ τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ, τῷ καὶ τὰς καρδίας ἐμβατεύοντι, καὶ μαρτύρων μὴ δεομένῳ.

ac sceleratiorem esse. Hic enim persuasio vi atrocior est : quod illa plectatur, hæc veniam consequatur. Nam ille violato corpore, mentem puram atque integram servavit. Hic autem corrupta prius anima, ita demum ad inferendam corpori contumeliam se contulit. Atque ille quidem a crimine immunem, hic autem pœnæ obnoxiam eam reddidit. Etenim illius contumelia non ultra corpus progressa est : hujus autem, ad animam usque ascendit. Atque ea quidem, quæ vim perpessa est, excusationem ; ea autem quæ stuprum sibi persuaderi passa est, pœnam nulla deprecatione avertendam habet. Illa enim pœnas etiam ab eo, a quo compressa est, expetere potest : hæc vero, quod prius mente corrupta sit, excusatione cum careat, etiam punitur. Illa enim reprehensione vacat : hæc autem in reprehensione est. Atque illa quidem odio, hæc autem miserationi optimo jure est. Nam illius contumelia corpus quidem attingit, mentem autem minime attingit : hujus autem et corpus et anima contaminata sunt. Quod si rationes humanas hæc esse existimas, hanc legem e cœlis recitabimus. Quidnam igitur ait ? « Si quis virginem in solitudine compresserit, hunc extremo supplicio afficite, ipsam autem servate. Clamavit enim adolescentula, et non erat, qui succurreret [84]. » Ei autem quæ in urbe hoc perpessa fuerit, nec clamorem **223** ediderit, certissima pœna constituta est [85]. Idque optimo jure. Nam in deserto loco non erat qui opem ferret : ac propterea, quæ contumelia affecta est, venia digna esse judicata est. Quæ autem in civitate hoc pertulit, ac sceleri tacita assensit, nec exclamavit, nec eorum, qui vim cohibere poterant, opem imploravit, morte haud injuria multata est. Quæ cum ita sint, omnibus viribus est ipsis enitendum, ut puram mentem, atque ab omni macula et spurcitia liberam, ac nullo hujusmodi impetu aut assensu fœdatam et conspurcatam servent : ut si (quod Deus avertat) hujusmodi quidquam acciderit, incolumem apud incorruptum judicem, qui intimos quoque cordis secessus penetrat, nec testibus indiget, excusationem habeant.

ΣΙϚʹ. — ΔΙΟΝΥΣΙῼ.

Εἰς τό· « Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ. »

Ἐπειδὴ γέγραφας, τί ἐστιν, « Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ, » καὶ ἔφης· Τί οὖν; Πᾶς ἄρχων D ὑπὸ Θεοῦ κεχειροτόνηται; Φήσαιμι, ὅτι δοκεῖς μοι (καί μοι μηδὲν ὀργισθῇς· οὐδὲν γὰρ φλύαρον ἐρῶ) ἢ μὴ ἀνεγνωκέναι τὰς ἀποστολικὰς ῥήσεις, ἢ μὴ νενοηκέναι. Ὁ γὰρ Παῦλος οὐκ εἶπεν, Οὐ γάρ ἐστιν ἄρχων εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ· ἀλλὰ περὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ διαλέγεται, λέγων· « Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ. » Τὸ γὰρ εἶναι ἀρχὰς ἐν ἀνθρώποις, καὶ τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄρχεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς, μηδ' ἀνέδην ἅπαντα φέρεσθαι, ὥσπερ κυμάτων τῇδε κἀκεῖσε τῶν δήμων, περιαγομένων, τῆς τοῦ Θεοῦ

CCXVI. — DIONYSIO.

In illud : « Non enim est potestas, nisi a Deo [86]. »

Quoniam ex me per litteras sciscitatus es, quidnam illud sibi velit, « Non enim est potestas nisi a Deo, » ac dixisti : Quid igitur ? Omnisne, qui imperium gerit, a Deo institutus est ? hoc dixerim, te mihi videri (ac velim ne mihi succenseas : nihil enim futile dicam), aut apostolicas voces minime legisse, aut certe non animadvertisse atque intellexisse. Neque enim dixit Paulus, Non est præfectus nisi a Deo, verum de re ipsa disserit, his verbis utens : « Non enim est potestas nisi a Deo. » Nam quod inter homines imperia et magistratus sint, atque alii imperent, alii pareant : ac non te-

[84] Deut. XXII, 25-27. [85] ibid. 23, 24. [86] Rom XIII, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(16) Pro τὴν ψυχὴν ambo codd. Vat. 649 et Alt. scribunt, τῇ ψυχῇ. Possin.

merario et cæco impetu omnia ferantur, populis videlicet fluctuum instar huc atque illuc sese agitantibus, hoc a divina sapientia proficisci ait. Quoniam enim qui dignitate pares sunt, bellum plerumque excitare solent, idcirco populare imperium minime esse permisit, sed regnum. Ac post illud multa alia imperia effecit. Quænam tandem, inquis? Præfecti ac subditi, viri et uxoris, patris et filii, senis et juvenis, heri et servi, magistri et discipuli. Quin in brutis etiam animantibus idem perspicere liceat. Atque hoc apes comprobant, quæ regis imperio subsunt, et grues, et silvestrium pecudum greges. Quod si mare quoque consideres, ne id quidem hujusce disciplinæ expers esse comperietur. Multa enim illic piscium genera sub unius piscis principatu ac velut imperio militari censentur. Unde etiam longas peregrinationes suscipiunt. Siquidem ubique molestissima res est sublatio principatus, confusionisque ac perturbationis causa. Quo etiam fit, ut ne in corpore quidem, quod unum est, pari dignitate omnia sint, verum ex membris alia præsint, alia subsint. Quocirca rem ipsam, potestatem, inquam, hoc est imperium et regnum a Deo formatum atque institutum esse profitendum est, ut ne ornatus in statum inornatum degeneret. Quod si quis impius ac sacrilegus in illud irruperit, haudquaquam scilicet hunc a Deo creatum ac designatum esse dicimus, **224** verum permissum esse: quo nimirum aut Pharaonis in modum improbitatem omnem suam evomat, atque ita extremo supplicio excrucietur, aut eos, qui crudelitate opus habent, ad meliorem mentem revocet, quemadmodum rex Babylonis Judæos.

A σοφίας ἔργον εἶναί φησιν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὁμότιμον οἶδε πολλάκις πόλεμον ἀναῤῥιπίζειν, οὐκ ἀφῆκε δημοκρατίαν εἶναι, ἀλλὰ βασιλείαν. Εἶτα μετὰ ταύτην πολλὰς ἐποίησε τὰς ἀρχάς. Ποίας φησίν; Ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου, ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, πατρὸς καὶ παιδὸς, πρεσβύτου καὶ νέου, δεσπότου καὶ δούλου, διδασκάλου καὶ φοιτητοῦ. Κἂν τοῖς ἀλόγοις δὲ ζώοις τὸ παραπλήσιον ἴδοι τις ἄν. Καὶ τοῦτ' ἐγγυῶνται αἱ μέλισσαι ὑπὸ βασιλεῖ ταττόμεναι, καὶ αἱ γέρανοι, καὶ αἱ ἀγέλαι τῶν ἀγρίων προβάτων. Εἰ δὲ καὶ τὴν θάλατταν σκοποίης, οὐδ' αὐτὴ ταύτης ἔρημος εὑρεθήσεται τῆς εὐταξίας· πολλὰ γὰρ κἀκεῖ τῶν γενῶν ὑφ' ἑνὶ τάττεται τῶν ἰχθύων καὶ στρατηγεῖται. Διὸ καὶ μακρὰς ἀποδημίας στέλλεται. Καὶ γὰρ πανταχοῦ ἡ ἀναρχία ἀργαλεώτατον, καὶ συγχύσεως καὶ ἀκοσμίας αἴτιον. B Διὸ καὶ τῷ σώματι ἑνὶ ὄντι οὐ πάντα ὁμότιμα, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄρχει τῶν μελῶν, τὰ δὲ ἄρχεται. Αὐτὸ δὴ οὖν τὸ πρᾶγμα, τὴν ἐξουσίαν φημὶ, τουτέστι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τετυπῶσθαι λέγειν θέμις, ἵνα μὴ ὁ κόσμος εἰς ἀκοσμίαν ἐμπέσῃ. Εἰ δέ τις ἀλιτήριος παρανόμως εἰς ταύτην εἰσεκώμασεν, οὐ δήπου τοῦτον παρὰ Θεοῦ κεχειροτονῆσθαί φαμεν· ἀλλὰ συγκεχωρῆσθαι, ἢ πρὸς τὸ πᾶσαν τὴν [οἰκείαν] πονηρίαν ὥσπερ ὁ Φαραὼ ἐξεμέσαι, καὶ οὕτως δίκην δοῦναι τὴν ἐσχάτην, ἢ πρὸς τὸ σωφρονίσαι τοὺς ὠμότητος δεομένους, ὥσπερ ὁ Βαβυλώνιος τοὺς Ἰουδαίους.

C

CCXVII. — ISAIÆ.

De Providentia.

Vis Numinis ultrix (o quonam te nomine digne appellem!) mortalium res inspectat, eos qui scelerati aliquid admittunt, puniens. Nec res humanæ eo statu sunt, ut nemo eas curet ac moderetur. Hoc igitur cum cognitum et exploratum habeas, injustitiam fuge, ut pœnam quoque fugias.

ΣΙΖ'. — ΗΣΑΙᾼ.

Περὶ Προνοίας.

Δίκη, ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσείπω; τὰ θνητῶν πράγματα ἐποπτεύει, τιμωρὸς τῶν ἄδικα πραττόντων. Καὶ οὐκ ἔστιν ἀνεπιτρόπευτα τὰ τῇδε. Τοῦτο οὖν γνοὺς, φεῦγε τὸ ἀδικεῖν, ἵνα καὶ τὴν τιμωρίαν διαφύγοις.

CCXVIII. — HERMOGENI EPISCOPO.

Quoniam scripsisti, me, ut par est, omni ratione te pascere, atque a lingua mea in tuas aures doctrinam commemoratione dignam derivare, illud rescribo, quod si quid commodi atque eruditi a me scribitur, hoc divinæ ac cœlestis gratiæ esse existimare debes, quæ rudes etiam et imperitos sapientes efficit.

ΣΙΗ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἐπειδὴ γέγραφας, ὡς εὖ ποιῶ πάντα τρόπον ἑστιῶν σε (17), καὶ ἀπὸ τῆς ἐμαυτοῦ γλώττης ἐπὶ τὰς σὰς ἀκοὰς, [διὰ] διδασκαλίαν (18) ἀξιαφήγητον μετοχετεύων· ἀντεπιστέλλω, ὅτι εἴ τι ἐπιστέλλεται παρ' ἡμῶν δεξιὸν, τοῦτο τῆς ἄνωθεν εἶναι νόμιζε χάριτος, D τῆς καὶ ἰδιώτας σοφιζούσης.

CCXIX. — HERMINO COMITI.

Ad principes.

Nunc cum ad imperium evectus es, majorem tibi nominis celebritatem atque admirationem comparabis, si eos, a quibus injuria affectus es, minime

ΣΙΘ'. — ΕΡΜΙΝῼ ΚΟΜΗΤΙ.

Πρὸς ἄρχοντας.

Νυνὶ μᾶλλον ὅτε ἀρχῆς ἐπέβης, ἀοίδιμος ἂν γένοιο καὶ ζηλωτὸς, εἰ τοὺς ἀδικήσαντας μὴ ἀμύνῃ, ἀλλὰ [καὶ] νῦν μάλιστα πάντων τῶν λυπηρῶν λήθην

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) *Ὡς εὖ ποιῶ, πάντα τρόπον ἑστιῶν σε.* Rectius fortasse Latine, *me recte facere, dum omni ratione te pasco.* Ritt.

(18) *Διὰ διδασκαλίαν.* Billius, *per doctrinam*, a codice Bavar. rectius abest διὰ quod etiam in versione omitti debet, alioquin enim nihil hic erit quod in aures derivetur per doctrinam. Imo doctrina ipsa derivatur per aures in animum. Notanda hic est pietas et modestia Isidori, omnia Deo accepta referentis quæ bene sapienterque scripsit. Id.

ποιήσῃ, ὅτε μάλιστα τὸ δύνασθαί σε αὐτοὺς τιμωρῆσαι παρέσχεν ἡ τῆς ἀρχῆς ἐξουσία.

A ulciscaris : ac nunc maxime omnes molestias oblivioni mandes, cum maxime ipsos ulciscendi potestatem imperii licentia tibi præbuit.

ΣΚ'. — ΗΡΑΚΛΕΙΔῌ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὁ τῇ πείρᾳ τὴν φήμην ὑπερβαίνων, καὶ κρείττων ἀκοῆς εἰς θέαν ἐρχόμενος, οὗτος εἰκότως καὶ ἐγκωμίων κρείττων ἐστὶν, ἐλέγχων τοὺς λόγους, ὡς τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας καταδεεστέρους. Ἀλλ' ἐπειδὴ εἰ καὶ ἡττῶνται οἱ λόγοι, χρὴ τὴν γνώμην νικᾷν [τολμᾷν], χρὴ καὶ τὰ προσόντα ἐγκώμια τοῖς φιλαρέτοις λέγειν τε καὶ γράφειν. Τρία γὰρ ἐκ τούτου συμβαίνει καλά· τό τε γνησίως ἔχειν πρὸς τὴν ἀρετήν· οὐδεὶς γὰρ φαῦλος τοὺς σπουδαίους ἐπαινεῖν ὑπομένει· τό τε φθόνου καθαροὺς εἶναι, μὴ κρύπτοντας τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς τὰ πλεονεκτήματα· τό τε πονηροὺς ἢ καταισχύνεσθαι, ἢ σωφρονίζεσθαι, ὧν ἑκάτερον αὐτοῖς λυσιτελεῖ.

CCXX. — HERACLIDI EPISCOPO.

Qui experimento famam superat, cujusque aspectus et præsentia rumorem antecellit, hic demum merito laudes etiam vincit, sermones coarguens, ut dignitate sua inferiores. Verum quoniam, etsi sermones vincuntur, mentem tamen victoriam adipisci oportet, audendum est ac faciendum, ut laudes eas, quæ probis et virtute præditis viris insunt, exponamus, ac litteris mandemus. Triplex enim hinc commodum oritur, nempe ut et sincero animi affectu virtutem complectamur (nemo enim impro- B bus viros probos laudare sustinet), et ab invidia puri atque immunes simus, utpote eorum, a quibus superamur, virtutum prærogativas minime premenles et occultantes : ac denique improbi aut pudore suffundantur, aut ad officium revocentur. Quorum utrumque ipsis utile est.

ΣΚΑ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Μὴ ἀγανάκτει, ὦ μισοπονηρίας περίβλεπτον θρέμμα, εἰ Εὐσέβιος ὁ ἀσεβείας, ὡς γέγραφας, ἀνάπλεως, ἄσπονδον ἔχων καὶ ἀκήρυκτον πρὸς τοὺς ἀρετῇ συζῶντας πόλεμον, πρὸς τοὺς κακίαν ἀσπαζομένους σπένδεται· μηδ' ὅτι ἢ πολεμεῖ τοὺς ἔχοντας, εἰ μὴ λάβῃ χρήματα, ἢ ἵνα μὴ πολεμήσῃ λαμβάνει, ὅσα πολεμῶν λῄσασθαι ἠδύνατο, ἀλλὰ τὴν θείαν ἀνάμενε ψῆφον.

CCXXI. — LAMPETIO EPISCOPO.

Ne hoc nomine indigneris (o conspicue improborum odii alumne), quod Eusebius, impietatis, ut scripsisti, plenus, immane atque implacabile cum his qui recte et ex virtute vivunt, bellum gerens, cum his qui vitium amplectuntur, amicitiæ fœdus init : nec quod aut habentibus, si pecunias non accipiat, bellum infert, aut, ne bello eos lacessat, tanta accipit, quanta, si bellum intulisset, diripere C potuisset. Verum divinam sententiam exspecta.

ΣΚΒ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Ἐπειδὴ πλείονα ἡ θεία πρόνοια ποιεῖται τὴν φειδὼ τῶν ἁμαρτανόντων, ἢ ὅσον ἐκείνους ὁρᾷ ἑαυτῶν ἀφειδοῦντας, διὰ τοῦτο βασιλικῷ καὶ φιλανθρώπῳ μακροθυμίας χρωμένη κηρύγματι βοᾷ· « Μετανοεῖτε, ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Εἰ δ' οἱ ἁμαρτάνοντες παρ' οὐδὲν θέμενοι τὴν παραίνεσιν, τῆς μακροθυμίας, ὡς ἀμελείας καταψηφίσονται, ἴσως μὲν καὶ νῦν, πάντως δ' ὅτε ὁ καιρὸς ἐπιστῇ τῆς δίκης, οὐκ ἔτι φείσεται τῶν ἑαυτοὺς φειδοῦς μὴ ἀξιωσάντων, ἀλλὰ δίκας σφοδροτάτας εἰσπράξεται τοὺς τῆς μακροθυμίας καταφρονήσαντας. Διὸ καὶ τοῦτ' ἐῤῥήθη, ὅπερ ἠθέλησας μαθεῖν· « Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξομαι; Καὶ ἐκστήσω καὶ ξηρανῶ ἅμα. » Δίκαιον γὰρ τοὺς τῇ τοσαύτῃ μακροθυμίᾳ μὴ ὠφεληθέντας, ἀλλ' ἐφόδιον αὐτὴν μειζόνων ἁμαρτημάτων πεποιημένους, ταῖς τῆς δίκης ἐναλῶναι τιμωρίαις.

225 CCXXII. — EIDEM.

Quandoquidem divina providentia, quo magis suæ salutis prodigos eos, qui peccant, esse conspicit, eo magis ipsorum saluti consulit, idcirco regio et humano lenitatis præconio utens, clamat : « Pœnitentiam agite, appropinquavit regnum cœlorum [87]. » Quod si ii, qui peccant, admonitionem hanc contemnentes ac pro nihilo putantes, lenitatem hanc, ut incuriam, damnarint, fortasse quidem in hac quoque vita, prorsus autem cum vindicandorum scelerum tempus advenerit, non jam iis parcet, qui sibi ipsis parcere recusarunt, verum acerbissimas ab iis, a quibus ipsius lenitas contem- D pta est, pœnas exiget. Eoque spectat illud Scripturæ, quod ex me intelligere cupiisti : « Tacui, num etiam semper tacebo, ac sustinebo? Emovebo atque exsiccabo simul [88]. » Æquum est enim eos qui nullam ex tanta lenitate utilitatem acceperunt, verum ab ea graviorum scelerum occasionem traxerunt, divinæ justitiæ suppliciis atque tormentis constrictos teneri.

ΣΚΓ'. — ΑΛΥΠΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰ τὰς τιμωρίας μεγίστας εἶναι τῷ πλήθει τῶν συνειδότων εἰκότως κρίνομεν (αἱ γὰρ λανθάνουσαι κουφότεραί πως εἶναι πεφύκασιν), ὁποίαν εἰκὸς εἶναι τὴν κόλασιν, ὅταν παρόντων τῶν οὐρανίων δήμων, καὶ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος ὁρισθείη;

CCXXIII. — ALYPIO EPISCOPO.

Si gravissimas eas pœnas esse merito judicamus, quarum multi conscii sunt (nam occultæ leviores quodammodo esse solent), qualem hunc cruciatum esse verisimile est, cum præsentibus cœlestibus populis atque in hominum omnium oculis et aspectu constituetur?

[87] Matth. III, 2 [88] Isa. XLII, 14

A

CCXXIV. — ISIDORO EPISCOPO.

De invidia.

Cum in nulla alia re bona, aut boni speciem habente (vir mihi cognominis) lenis est invidia, verum acerba et truculenta : tum vero in virtute, quæ boni naturam proprie sortita est, consolationem prorsus omnem respuit. Ac quidem invidia flagrare, molestiæ quidem expers fortasse fuerit, at minime præclarum et luculentum (nam ita se gerere, ut merito ipsi invideatur, velim nec mihi unquam nec amicis meis contingat). Oportet autem eum, cui invidetur, invidiæ malignitates prudenti animo perferre.

ΣΚΔ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Περὶ φθόνου.

Οὐδὲ ἐπ' ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ, [ὦ] ὁμώνυμε, τῶν ὄντων ἢ δοκούντων καλῶν, πρᾶος ὁ φθόνος, ἀλλ' ἄγριος καὶ ἀργαλέος· ἐπὶ δ' ἀρετῇ, ἥτις κυρίως τὴν τοῦ καλοῦ κεκλήρωται φύσιν, καὶ πάμπαν ἀπαραμύθητος. Τὸ μὲν οὖν μὴ φθονεῖσθαι, ἄλυπον μὲν ἴσως, οὐ μὴν εὐκλεές. Φθόνου γὰρ ἂν ἀξίως πράττειν (19), μήτ' ἐμοί ποτε μήτε φίλοις ἐμοῖς συμβαίη. Χρὴ δὲ φθονούμενον, σώφρονι λογισμῷ τὰς τοῦ φθόνου κακοηθείας φέρειν.

CCXXV. — EIDEM.

B

De charitate erga Deum.

Ego iis, quibus earum rerum, quæ ad virtutem adipiscendam fieri debent, nihil deest (multi quippe, tametsi virtutem maximum bonum, ut revera est, esse statuant, ipsius tamen haud magnam curam gerunt), hoc dico, ipsos, si modo virium suarum fiducia minime nitantur, verum ea quæ recte et cum laude gerunt, ad divinam opem referant, et turbulentos animorum motus profligaturos esse, et ad virtutis metam perventuros. Nam etsi id quod humano robore præstantius est, hoc præbet ut adversarios quispiam superet : tamen cui divinum numen auxilio est, **226** victoriam scilicet ipsi acceptam ferenti, huic contra si sibi laudem ascribat, minime mirandum est, si quominus victoriam adipiscatur, impedimentum afferat.

ΣΚΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Περὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης.

Ἐγώ φημι τοῖς οἷς οὐδὲν ἐλλείπεται τῶν ὀφειλόντων πρὸς ἀρετὴν πραχθῆναι· πολλοὶ γὰρ μέγιστον ἀγαθὸν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, ὁριζόμενοι τὴν ἀρετὴν, οὐ πάνυ φροντίζουσιν αὐτῆς· τούτους, εἰ μὴ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει θαῤῥοῖεν, ἀλλ' ἀναφέροιεν πρὸς τὴν θείαν ῥοπὴν τὰ κατορθούμενα, καὶ τῶν παθῶν περιέσεσθαι, καὶ εἰς τέλος πάντως ἥξειν ἀρετῆς. Εἰ γὰρ καὶ τὸ κρατεῖν δίδωσι τῶν ἀντιπάλων τὸ ἀνθρωπίνης ῥώμης κρεῖττον, ὡς μηδὲν ἐμποδὼν εἶναι τῇ τοῦ ἀθλητοῦ προθυμίᾳ, ἀλλ' οὖν γε ᾧ τὸ θεῖον ἐπικουρεῖ, ἀναφέροντι δῆλον ὅτι πρὸς αὐτὸ τὴν νίκην, τούτῳ οὐδὲν κρεῖττον, εἰ ἐμποδὼν εἴη πρὸς τὴν νίκην.

CCXXVI. — EIDEM.

C

Breviter dicere volo, quod perspicuis verbis eloqui nolo. Si malus esset, qui ab insidiantibus contumelia afficitur (scis de quo loquar), eos, a quibus nunc maledictis incessitur, summos laudum suarum præcones nunc haberet.

ΣΚϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Συντόμως φράσαι βούλομαι, ὃ φράσαι σαφῶς οὐ βούλομαι. Εἰ κακὸς ἦν ὁ παρὰ τῶν ἐπιβουλευόντων παροινούμενος· οἶσθα δ' ὃν λέγω· τοὺς νῦν λέγοντας κακῶς εἶχεν ἂν ἄκρους.

CCXXVII. — EIDEM.

Quisquis probitatis particeps est, huic virtutem honore affici gratissimum erit. Quemadmodum enim si legislator quispiam maximas flagitiis pœnas constituat, haudquaquam ipse ad perpetrandum flagitium paratus esse existimandus est : eodem modo cum quis eximia et singularia virtutis præmia audiens, voluptate afficitur, ad omne virtutis genus propensus ac paratus esse existimatur : D atque bonis quidem omnibus refertus, nullo autem malo infectus. Nec vero mirum atque absurdum est, quod probi viri virtutem admirentur, atque amore complectantur.

ΣΚΖ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πᾶς ὅτῳ μέτεστι καλοκαγαθίας, ἀσμενίσει τῆς ἀρετῆς τιμωμένης. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις νομοθέτης μεγίστας κολάσεις τῶν παρανομιῶν τάττοι, οὐκ ἂν αὐτός γε παρασκευάζεσθαι παρανομεῖν νομισθείη· οὕτως ὅταν τις ὑπερφυεῖς τὰς τῆς ἀρετῆς ἀμοιβὰς ἀκούων ἡσθείη, πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἕτοιμος εἶναι δόξει· καὶ ἀγαθῶν μὲν πάντων ἔμπλεως, κακοῦ δὲ οὐδενός. Καὶ θαυμάζεσθαι γὰρ καὶ φιλεῖσθαι τὴν ἀρετὴν παρὰ τῶν σπουδαίων οὐκ ἀπεικός.

CCXXVIII.— ARPOCRÆ SCHOLASTICO.

De vaticinandi arte.

Quod divinandi ars apud gentiles nugarum plena erat, atque incassum omnium ore celebrabatur, in

ΣΚΗ'. — ΑΡΠΟΚΡᾼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Περὶ μαντικῆς.

Ὅτι ἡ μαντικὴ ὕθλος ἦν παρ' Ἕλλησι, καὶ μάτην ἐθρυλλεῖτο, δέδεικται μέν μοι ἐν τῷ *Πρὸς Ἕλληνας*

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(19) *Φθόνου γὰρ ἂν ἀξίως πράττειν*. Malæ lectionis non potuit alia quam consimilis fieri interpretatio. B. C. longe melius ἀναξίως. Itaque sic corrigenda versio : *Nam illa agere, quæ invidia non sunt digna, nec mihi nec amicis meis usquam contingat.* Fortasse pro ἀναξίως legend. ἀνάξια. Adi ad explicat. Proverbii : *Invidia serpit ad laborem*. RITT.

A λόγῳ. Ἐπειδὴ δ' Ὅμηρον ὡς σοφώτατον μάρτυρα προβάλλῃ, τὸν αὐτὸν ἀντιπροβαλοῦμαι. Σεμνὴ γὰρ καὶ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία (20). Ὅταν γὰρ ποιῇ τὸν Ἕλενον μάντιν ὄντα, Ἀλεξάνδρῳ τ' ἀδελφῷ παρακελευόμενον, τῆς μὲν μάχης ἀποπτῆναι, εὔξασθαι δὲ τῇ Ἀθηνᾷ μετὰ τῶν γυναικῶν ἐν ἄστει γενόμενον· εἶτα τὰς μὲν εὐχομένας, τὴν δὲ ἀνανεύουσαν· αὖθις δὲ τὸν μὲν μάντιν παρακελευόμενον εἰς μάχην προκαλεῖσθαι τὸν ἄριστον τῶν Ἑλλήνων, τὸν δὲ πειθόμενον, καὶ προκαλούμενον, ἡττώμενον δὲ καὶ τιτρωσκόμενον, καὶ διαλυθῆναι δεόμενον, ἆρ' οὐ δῆλός ἐστι καὶ τοῖς κομιδῇ νηπίοις, τὴν μαντικὴν οἷον ἐπὶ κόῤῥης ῥαπίζων, ἢ καὶ καταγελῶν τῆς ἀβελτηρίας αὐτῆς καὶ ἀλαζονείας, ὡς θρασυνομένης μὲν ἐν τῷ προαγορεύειν καὶ ἐλπίδας χρηστὰς ὑποτίθεσθαι, ἐν δὲ τοῖς πέρασιν ἐλεγχομένης καὶ διαμαρτανούσης· παντί B που δῆλόν ἐστιν. Εἰ δὲ πολλαχοῦ μάντεις φάσκει, καὶ θυοσκόπους, καὶ ὀνειροπόλους, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἡ γὰρ ποιητική, ἔστιν ὅπου τὸ μυθῶδες ἐπιποθοῦσα, ὕλην ἔχει τὸ ψεῦδος, ὑφ' ἡδονῆς (21) ἀκρίτου θρασυνομένη ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες καὶ θεατρικὸν ἐπιδεικνυμένη. Τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ οὐ μέλει τῆς ἀληθείας, ὡς καὶ τοὺς παῖδας Ἀλῶνος εἰσάγουσαν ματαιοπονοῦντας μᾶλλον ἢ μεγαλουργοῦντας, φάναι·

libro *Adversus gentiles* a me demonstratum est. Quoniam autem Homerum ut sapientissimum testem producis, eumdem vicissim adversum te producam. Grave enim atque auctoritatis plenum illud etiam testimonium est, quod ab hostibus sumitur. Nam cum Helenum, qui vaticinandi artem profitebatur, inducit, Alexandrum fratrem monentem, ut pugna evolet, profectusque in urbem Minervæ una cum mulierculis vota faciat, ac postea eas quidem precantes, ipsam autem eorum preces aspernantem, ac deinde vatem eum hortantem ut Græcorum præstantissimum ad singulare certamen provocet, cui cum ipse morem gessisset, ac provocasset, victus sit, vulnusque acceperit, atque aliquo, qui pugnam dirimeret, opus habuerit, annon vel pueris ipsis admodum perspicuum est, eum divinationi velut alapam in malam impingere, aut etiam ipsius stoliditatem atque arrogantiam irridere, ut quæ in prædicendo quidem, ac læta spe ostentanda, temeritate atque insolentia efferatur, cæterum in fine coarguatur : atque a vero aberret, id certe cuivis manifestum est. Quod si compluribus locis vatum et aruspicum, atque eorum, qui somnia interpretantur, mentionem facit, haud mirum videri debet. Poesis enim figmenta interdum expetens, mendacium pro materia habet, atque præ voluptate præpostera judiciique experte insolescens petulanter se jactat et luxuriat, fabulosum ac theatricum narrationis genus ostentans. Adeo enim veritatem nihil curat, ut etiam Halonis filios inani potius labore se cruciantes, quam ingens aliquod facinus perpetrantes inducens, his verbis utatur :

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν. Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
C *Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη.*

227 *Ossæum his montem studio fuit addere Olympo.*
Ac rursum excelso superaddere Pelion Ossæ,
Æthereas possent ut sic conscendere ad arces.

Εἶτα πιστεύουσα αὐτοὺς κρατήσειν εἰ ἡβήσειαν, γνώμην ἀποφαίνεται ἀπαίδευτον καὶ ἀφιλόσοφον, φράζουσα,

Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν, εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο.

Οὔ φημι γὰρ τρία ὄρη, ἀλλ' οὐδ' εἰ πᾶσα ἡ γῆ πλασθείη καὶ μετεωρισθείη τρόπον κίονος, ἐφάψεται τῆς οὐρανίου ἀψῖδος· καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς λέγοντας, τὴν γῆν κέντρον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ. Κέντρον γὰρ περιφερείας οὐκ ἄν ποτε ἅψοιτο.

Ac deinde illud credens, eos, si ad florentem ætatem pervenissent, victoriam adepturos fuisse, inscitam ac philosophiæ expertem sententiam pronuntiat, dicens :

Idque peregissent, nisi mors truculenta, priusquam
Crevissent, Stygias ambos misisset ad umbras.

Non enim dicam tres montes, sed nec si terra universa effingeretur, atque columnæ in modum erigeretur, cœlestem axem attingeret : ac præsertim, juxta eorum sententiam, qui terram centrum cœli esse asserunt. Centrum quippe circumferentiam haud unquam attigerit.

D

ΣΚΘ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Περὶ ἀληθείας.

Ὁ ἐν ἀρχῇ τῆς ἀληθείας ἐκπίπτων, πάντως ἐκκυλισθήσεται τοῦ προκειμένου, καὶ εἰς αἰσχρὸν καταστρέψει τέλος.

CCXXIX. — THEODOSIO SCHOLASTICO.

De veritate.

Qui in principio a veritate excidit, prorsus ab eo quod sibi proposuit exturbabitur, atque in fœdum finem desinet.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(20) Ab hoste testimonium vim magnam habet. Hanc sententiam alibi iterat auctor, totidem fere verbis, ut lib. III ep. 335, et ep. 225, lib. IV. Sic Basilius Magnus in homilia *De nativit. Christi :* Αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν. Lactant. lib. IV, c. 12 : « Satis firmum testimonium est ad probandam veritatem quod ab ipsis perhibetur inimicis. » Sic vera est laus, quam Hectori Agamemnon *Iliad.* K. et Lucullo Mithridates (uterque hosti) tribuit apud Ciceron. proœm. *Acad. Quæst.* Vide Pet. Victor. lib. XXIX *Var. lect.*, c. 11, et Just. Reub. J. C. doctiss. tractatu *De testib.*, pag, 65 et 127. RITT.

(21) Pro τὸ ψεῦδος, ὑφ' ἡδονῆς, etc., duo codd. Vat. 649 et Alt. scribunt, τὸ ψεῦδος ἐφ' ἡδονῆς, etc. POSSIN.

CCXXX. — ZOSIMO, MARONI.

Aiunt nonnulli, ne Metrodorum quidem Epicureum ita per res ipsas Epicuri, qui ab omnibus sapientibus abdicatus et proscriptus est, dogmata confirmasse, ut misera vestra trinitas confirmat. Quamobrem si vera loquuntur, impudicitiæ vestræ ac lasciviæ finem imponite. Sin minus, pudicitiæ hærete.

CCXXXI. — THEODOSIO EPISCOPO.

Vereor quidem dicere, ne adulari videar (omnium enim leviorum vitiorum turpissimum esse adulationem existimo), dicam tamen a veritate coactus. Nemo, ut opinor, imo ut persuasum habeo, eas animi dotes atque virtutes, quæ in te insunt, verbis ullis consequi possit, ne si decem quidem linguas, ac decem ora, paremque linguis animarum numerum habeat.

CCXXXII. — DIONYSIO PRESBYTERO.

Qui, cum nullum in se bonum agnoscat, verborum modestia utitur, ignoscens, vel agnoscens potius, ac non modestus est. At qui post multas virtutes submisse de se sentit, is demum proprie est, qui modestum se præbere novit.

CCXXXIII. — MARTINIANO.

De avaritia.

Corporum amorem, ut qui acris quidem sit, verum celeriter exstinguatur, ob eam causam pictores cum facibus et pennis depingunt : quoniam nunc libidinem inflammat, nunc rursus ob saturitatem avolat. At pecuniarum amorem nemo unquam aut fingere, aut scribere ausus est. Cujus rei hæc fortasse causa est, quia nc amor quidem est, sed insanabilis furor. **228** Aut hæc fortasse, quia nec fingi nec describi potest. Neque enim quinquaginta duntaxat capita habet, ut fabulosa illa hydra, per quæ ad inexplebilem ventrem cibos transmittat, nec insaturabilis illius portenti instar afficitur, nec denique Briarei in modum centum duntaxat manibus armatus est. Quin ne pennas quidem habet, satiari enim atque expleri nescit. Quonam itaque modo quispiam hujusmodi monstrum effingere aut pingere queat, cum quo Scylla comparata fidem invenisset, etsi alioqui incredibilis? Verum quoniam oratio quovis colore expressior est, ac quavis cera ad effingendum mollior, quantum licebit, eam delineare conabitur : non quod id perfecte atque absolute consequi possit, sed ut belluinam ipsius et

ΣΛ'. — ΖΩΣΙΜῼ, ΜΑΡΩΝΙ.

Φασί τινες, ὡς οὐδὲ Μητρόδωρος ὁ Ἐπικούρειος, οὕτως διὰ πραγμάτων ἐβεβαίωσεν Ἐπικούρου, τοῦ παρὰ πάντων τῶν σοφῶν ἀποκηρυχθέντος, τὰ δόγματα, ὡς ἡ ἀθλία ὑμῶν τριττύς. Εἰ τοίνυν ἀληθεύουσι, παύσασθε τῆς λαγνείας. Εἰ δὲ μὴ, ἔχεσθε τῆς σωφροσύνης.

ΣΛΑ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, διὰ τὸ μὴ δόξαι κολακεύειν· πάντων γὰρ τῶν λεπτῶν παθῶν τὴν κολακείαν αἰσχροτέραν ἡγοῦμαι· φράσω δὲ, ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀναγκαζόμενος, ὅτι οὐδεὶς, ὡς οἶμαι, μᾶλλον δὲ πέπεισμαι, τῶν σοι προσόντων πλεονεκτημάτων ἐφικέσθαι δυνηθείη, οὐδ' εἰ δέκα μὲν γλώττας, δέκα δὲ στόματα ἔχοι (22), καὶ ψυχὰς ταῖς γλώσσαις ἰσαρίθμους.

ΣΛΒ'. — ΔΙΟΝΥΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὁ [μὲν] μηδὲν ἑαυτῷ, ὦ σοφὲ, συνειδὼς ἀγαθὸν, μετριολογῶν, συγγνώμων, μᾶλλον δὲ ἐπιγνώμων, οὐ ταπεινόφρων ἐστίν. Ὁ δὲ μετὰ πολλὰ κατορθώματα ταπεινοφρονῶν, οὗτός ἐστι κυρίως ὁ μετριάζειν εἰδώς.

ΣΛΓ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝῼ.

Περὶ φιλαργυρίας.

Τὸν μὲν τῶν σωμάτων ἔρωτα, ἅτε δριμὺν μὲν ὄντα, ταχέως δὲ σβεννύμενον, διὰ τοῦτο οἱ ζωγράφοι σὺν λαμπάσι καὶ πτέρυξι γράφουσιν, ὅτι ποτὲ μὲν ὑπεκκαίει τὰ πάθη καπνίζων, ποτὲ δὲ διὰ κόρον ἀφίπταται. Τὸν δὲ τῶν χρημάτων οὐδεὶς οὔτε πλάσαι, οὔτε γράψαι ἐτόλμησε, τάχα μὲν ἐπειδὴ οὐδὲ ἔρως ἐστὶν, ἀλλὰ μανία ἀνήκεστος· τάχα δὲ ἐπειδὴ οὔτε πλασθῆναι, ἀλλ' οὔτε γραφῆναι αὐτὸν οἷόν τε. Οὔτε γὰρ πεντήκοντα μόνον ἔχει κεφαλὰς, κατὰ τὴν μυθευομένην ὕδραν, δι' ὧν τῇ ἀπληρώτῳ γαστρὶ τὴν τροφὴν παραπέμπει. Οὐδὲ κατὰ τὸ ἀχόρταστον τέρας διάκειται, οὐδὲ κατὰ τὸν Βριαρέω ἑκατὸν χερσὶ μόναις ὥπλισται. Ἀλλ' οὐδὲ πτερὰ ἔχει, κόρον γὰρ οὐκ οἶδε, πλησμονὴν οὐκ ἐπίσταται. Πῶς οὖν τις τοιοῦτο τέρας ἢ πλάσαι, ἢ γράψαι δυνηθῇ, ᾧ καὶ τὸ τῆς Σκύλλης παραβαλλόμενον ἐπιστεύθη ἂν, καίτοι ἄπιστον ὄν; Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ λόγος παντὸς μὲν χρώματος ἐναργέστερός ἐστι, παντὸς δὲ κηροῦ εὐπλαστότερος (23), ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, ὑπογράψαι τοῦτον πειράσεται (24)· τῆς μὲν ἀκριβείας ἐφικέσθαι ἀδυνατῶν, τὴν δὲ θηριόμορφον αὐτοῦ καὶ ἀτερπῆ τοῖς ἑαλωκόσι στηλιτεύων μανίαν. Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ οὐ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) *Οὐδ' εἰ δέκα μὲν γλώσσας, δέκα δὲ στόματα ἔχοι.* Manifesta imitatio Homeri, quem et Virgilius expressit in VI divini operis :

Non, mihi si linguæ centum sint oraque centum,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem. RITT.

(23) Cicero proœmio *Paradoxorum :* « Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile; nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendeat oratione et tanquam excoletur. » RITT.

(24) *Ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, ὑπογράψαι τοῦτον πειράσεται.* B. C. mutat tertiam personam in primam, pro ᾖ legens ὦ, et pro πειράσεται, πειράσομαι. Utraque lectio ferri potest, quarum prior ad orationem refertur, altera ad auctorem sive oratorem. Verumtamen prior, id est edit. Paris., mihi nescio quomodo venustior videtur; ut quæ ex re inanimata faciat animatam κατὰ προσωποποιΐαν. ID.

παιδὶ ἐοικέναι· οὐ γὰρ ἔρως ἐστὶ, μανία δὲ σαφής· A ἀλλὰ γυναικὶ (καὶ τοῦτο γὰρ τῆς τε ἀνοίας αὐτῆς καὶ τῆς μοχθηρίας ἔστω τεκμήριον) θηριομόρφῳ τινὶ, καὶ πῦρ πνεούσῃ (25), μυρίας μὲν ἔχεις ἀντὶ τριχῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐχούσῃ διὰ παντὸς συριττούσας, καὶ θανατηφόρον ἰὸν ἐρευγομένας· μυρίας δὲ χεῖρας ὄνυξι κομώσας, δι' ὧν τοὺς μὲν σπαράττει, τοὺς δὲ κατατοξεύει, παρ' ὧν δ' ἀφαρπάζει (26) χρήματα· μυρία δὲ στόματα. Οὐδὲ γὰρ ἀπειλεῖ μόνον, οὐδὲ συκοφαντεῖ, ἀλλὰ καὶ κολακεύει, καὶ δουλοπρεπῶς διαλέγεται, καὶ ἐπιορκεῖ, καὶ μυρίας ἐπινοεῖ προφάσεις, αἰσχρῶν κερδῶν ἕνεκα. Καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχει οὐ κατὰ φύσιν ὁρῶντας, οὐδ' αἰδουμένους τινὰ, οὐ φίλον, οὐκ ἀδελφὸν, οὐ συγγενῆ, οὐκ εὐεργέτην, ἀλλὰ τραχὺ, καὶ δριμὺ, καὶ ὠμὸν, καὶ ἀπάνθρωπον, καὶ πυρῶδες βλέποντας. B Οὐ γὰρ τὴν τῶν πραγμάτων ὁρᾷ φύσιν, οὐδὲ συνίησιν, ὅτι πολλάκις μυρία κινήσασα, εἰς τὰς τῶν ἐχθρῶν τὰ χρήματα παρέπεμψε χεῖρας. Διὸ μυρίας προσετρίψατο τῷ ἁλόντι τὰς ἁμαρτίας, ἀκοὰς δὲ τοσοῦτον πεφραγμένας, ὡς μήθ' ἱκεσιῶν, μήτε στεναγμῶν, μήτ' ὀλοφυρμῶν, μήτε κακηγοριῶν ἐπακούειν. Τοσοῦτον δ' ἀπέχει τοῦ πτερὰ ἔχειν, ἃ τὸν κόρον δηλοῖ, ὅτι οὐδὲ πόδας αὐτῇ σωφρονῶν ἄν τις ἀπονέμοι. Οὐδὲ γὰρ οἶδε βαδίζειν, οὐδὲ μετακινεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἁλόντος, ἀλλὰ κατὰ πάντων τὰς χεῖρας πέμπουσα, σιδήρου παντὸς καὶ μολύβδου βαρυτέρα οὖσα ἐγκάθηται, πάντα μὲν δεχομένη, καὶ πάντας ληϊζομένη, οὐδέποτε δὲ πληρουμένη, ἀλλὰ τὸ πλῆθος τῶν λαμβανομένων, ὕλην ὑπεκκαύματος ἔχουσα, καὶ τὴν τελευτὴν τῶν C ληφθέντων, ἀρχὴν τῶν ληφθησομένων ποιουμένη. Τίς οὖν τοιαύτῃ μανίᾳ δριμυτάτῃ καὶ ἀκορέστῳ, καὶ μυρίας ἁμαρτίας καὶ κακηγορίας, ἀδοξίας τε καὶ ἀκολασίας προστριβομένῃ ἁλοίη ἄν; τίς ἂν ἕλοιτο ἐνταῦθα μὲν ζῆν οὕτως ἀθλίως, μαστιζόμενος νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ εἰδὼς, οὐδ' ὕπνον, ἐκεῖσε δὲ ἀρχὴν τῶν τιμωριῶν ληψόμενος; Τί λέγω ἀρχήν; Ἐνταῦθα μὲν οὖν κολάζει καὶ τιμωρεῖται τοὺς ἁλόντας, παντὸς τυράννου πικρότερον, ἐναλλομένη καὶ τῶν καιρίων ἁπτομένη, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀναπνεῦσαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ τῶν εἰς τὰ μέταλλα (26*) τὴν χαλεπωτάτην ἐκείνην τινόντων κόλασιν, πικροτέραν ἐπάγουσα τὴν δίκην. Τοῖς μὲν γὰρ ἔξεστι μετὰ τὸ ἔργον ὕπνῳ χρῆσθαι καὶ ἀναπαύλῃ, τοῖς δὲ καὶ τὸν τοῦ ὕπνου D προχωννῦσα λιμένα, καὶ νύκτωρ ἐπιτάττει τὰ ὠμὰ καὶ ἀπάνθρωπα ἐπιτάγματα ἐκεῖνα. Τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ λῃστείας ἐξάγει, τοὺς δὲ ἐπ' ἀνδροφονίας, καὶ οὐδὲ τὴν ὁσίαν αὐτὴν αἰδεῖται (27), ἣν καὶ βάρβαροι καὶ δαίμονες τιμῆς ἀξιοῦσιν· ἀλλὰ καὶ κατὰ νεκρῶν σωμάτων τὰς μιαρὰς τῶν ἁλόντων ὁπλίζει δεξιὰς, καινὸν καὶ πα-

A inamœnam insaniam iis, qui eo capti sunt, invectiva oratione proscindat. Mihi enim puero haudquaquam similis esse videtur (non enim amor, sed perspicuus furor), verum feminæ cuidam (nam hoc quoque amentiæ ipsius atque improbitatis indicium sit) belluina forma præditæ, ignemque spiranti, ac sexcentas viperas crinium loco in capite habenti, perpetuo sibilantes ac mortiferum venenum evomentes, sexcentas item manus unguibus abundantes, quarum opera et adjumento alios lacerat, alios sagittis impetit, ab aliis pecunias extorquet, ac denique sexcenta ora. Neque enim minatur duntaxat, aut calumnias struit: verum etiam adulatur, ac servilem in modum alloquitur, et pejerat, turpisque quæstus causa innumeras occasiones exco- B gitat. Quin oculos habet, non, ut naturæ consentaneum est, cernentes, aut quemquam verentes, non amicum, non fratrem, non cognatum, non benefactorem, verum asperum quiddam, et acre, atque crudele et inhumanum, igneumque obtuentes. Neque enim rerum naturam perspicit, nec illud animadvertit, quod persæpe, cum permulta moverit, ad hostium manus pecunias transmiserit. Unde etiam innumeras ei, qui captus est, peccatorum notas inussit. Porro autem aures usque adeo septas et obturatas habet, ut nec supplices preces, nec gemitus, nec fletus, nec vituperationes habeat. Tantum vero ab eo abest ut pennas habeat (quæ saturitatem designant), ut ne pedes quidem ipsi vir ullus C cordatus tribuere queat. Neque enim ingredi, atque ab eo qui captus est, secedere potest: verum manus in omnes immittens, ferro quovis ac plumbo gravior insidet, atque ita comparata est, ut omnia quidem accipiat, atque omnes expilet, nunquam autem expleatur, verum eorum, quæ accipit, multitudinem fomitis atque incitamenti materiam habeat, rerumque acceptarum finem accipiendarum initium efficiat. Ecquis igitur acerrimo hujusmodi et inexplebili furore, atque innumera peccata et maledicta et dedecora, et intemperantias ac petulantias nobis conflante, capiatur? **229** Ecquis animum inducat, tum in hac vita tam misere vivere, ut dies noctesque velut flagris quibusdam laceretur, nec requiem ullam aut somnum sentiat, et in futura suppliciorum D atque cruciatuum initium accipere? Quid autem initium dico? Hic enim eos, quos ceperit, tyranno quovis acerbius torquet et excruciat, in eos insultans, ac præcipuas partes attingens, ac ne tantillum quidem interquiescere sinens, verum graviorem ipsis pœnam inferens, quam ii luant, qui ad metalla (quæ atrocissima pœna est) damnati sunt.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(25) *Πῦρ πνεούσῃ*. Sic infra ead. ep. καὶ πῦρ πνέουσα. Notum proverb., Πῦρ πνέειν,, *Ignem spirare*. RITT.

(26) Pro ἀφαρπάξει cod. Vat. 649 et Alt. habent ἀφαρπάζει, et versu sequenti ἀπειλεῖ pro ἀπειζεῖ. POSSIN.

(26*) *Εἰς τὰ μέταλλα*. Vide Jac. Cujac. Observat. RITT.

(27) *Καὶ οὐδὲ τὴν ὁσίαν αὐτὴν αἰδεῖται*. Ὁσία quid sit, vide supr. ad ep. 146, h. lib., quam cum ista utiliter contuleris, ut et Novellam Theodosii et Valentiniani. ID.

Nam illis confecto opere somno ac quiete frui licet: his autem ea somni quoque portum velut aggesta terra obstruens, noctu quoque sæva illa et inhumana edicta proponit. Hos enim ad latrocinia mittit, illos ad cædes perpetrandas. Ac ne debitum quidem mortuis munus veretur, quod etiam barbari ac dæmones honore prosequuntur: verum adversus etiam mortua corpora nefarias eorum, quos obstrictos tenet, manus armat, novum et sceleratum latrocinii genus excogitans. Quamobrem omnia ipsius vitia mente volventes, nempe quod belluina forma prædita est, atque tetra et inamœna, et ignem spirans, et inexplebilis, et oculis auribusque capta, et crudelis et exsecranda, et Deo invisa, et implacabilis, atque crudelis (neque enim cum blanditiis atque obsequiis delinitur, aliquid remittit, verum tum potius efferatur cum maxime colitur), maxime quidem nullum non lapidem moveamus, quo ab eo minime capiamur (facilius est enim non capi, quam cum captus sis, effugere). Si autem nos capi contigerit; omnes nervos contendentes, ac divinam opem implorantes (hac enim sublata nemo ab hujusmodi captivitate abstrahi potest. Multis enim talis pene est hæc captivitas, ut ab eo emergere ac revocari nequeant), quæstus quidem faciendi cupiditatem comprimamus, quæ autem collecta sunt, aut confertim, aut paulatim egentibus distribuamus. Nam hæc demum sola ratio est, qua ab hujusmodi captivitate revocemur.

A ράνομον λῃστείας ἐπινοοῦσα τρόπον. Πάντ' οὖν ταύτης τὰ μοχθηρὰ ἐννοήσαντες, ὅτι θηριόμορφός ἐστι, καὶ ἀτερπὴς, καὶ πῦρ πνέουσα, ἀκόρεστός τε καὶ τυφλὴ καὶ ἀνήκοος, μισάνθρωπός τε καὶ μυσαρὰ, καὶ θεομισὴς, ἄσπονδός τε καὶ ἀμείλικτος καὶ ἀνήμερος. Οὔτε γὰρ κολακευομένη, οὔτε θεραπευομένη ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἀγριοῦται, ὅτε μάλιστα θεραπεύεται. Μάλιστα μὲν πάντα κινῶμεν, ὥστε μὴ ἁλῶναι. Ῥᾷον γὰρ μὴ ἁλῶναι, ἢ ἁλόντας διαφυγεῖν. Εἰ καὶ ἑάλωμεν, συντείναντες ἑαυτοὺς, καὶ τὴν θείαν καλέσαντες συμμαχίαν· ἄνευ γὰρ ταύτης οὐχ οἷόν τε τοιαύτης αἰχμαλωσίας ἐλευθερωθῆναι· κινδυνεύει γὰρ εἶναι τοῖς πολλοῖς αἰχμαλωσία ἀνακλήσεως ἄμοιρος· τοῦ μὲν ἐθέλειν κερδαίνειν παυσώμεθα, τὰ δὲ συναχθέντα, ἢ ἀθρόον, ἢ κατὰ βραχὺ διανέμωμεν B τοῖς δεομένοις. Αὕτη γάρ ἐστι μόνη τῆς τοιαύτης αἰχμαλωσίας ἡ ἀνάκλησις.

CCXXXIV. — ARCHIBIO PRESBYTERO.

Hic vehementer invehitur in eos qui sacerdotium male tractant.

Cum multa vere sint, ut inquis, quæ admirationem mereantur, unum tamen est, quod omnium maxime miror, quodque idoneo mihi argumento est, omnia corrupta et perdita esse. Quocirca illis omissis hoc præsertim nunc dicam ac demonstrabo. Dic igitur istis, quibus populi maxime curæ sunt, vel, ut rectius loquar, quibus curæ quidem esse debeant, verum nullo omnino modo sunt, cum vos, per ea quæ agitis, quidnam sacerdotium sit, vobis ignotum esse confiteamini, quorsum tandem aliis molestiam exhibetis? Nam si paternam tyrannidem nacti estis, iis sane, quibus imperatis, imperate: ut illis quoque nobilibus ac fama celebratis tyrannis crudeliores et immaniores vos ipsos præbeatis. **230** Multi enim illorum lenius ac mitius quam vos, erga eos, quos tyrannide oppressos tenebant, se gesserunt. Si autem paterna cura vobis commissa est, quid tyrannos sævitia superatis? Quid eos qui divino cruore redempti sunt, ipsi in servitutem trahitis? Quid ex alienis calamitatibus opes vobis comparatis? Quid probos ac temperantes viros ridetis? Quid virtutis studiosis insidias struitis? Quid adulatoribus favetis? Quid eos, qui libere loquuntur, expellitis? Nam si vos ea quæ agitis, agere desinatis, verisimile est etiam promiscuæ plebis virtutes, quæ nunc vestra causa mortuæ atque exstinctæ sunt, rursus ad vitam redituras esse.

ΣΛΔ'. — ΑΡΧΙΒΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἔνθα καταφορικῶς περὶ τῶν κακῶς τὴν ἱερωσύνην μετερχομένων.

Τῶν πλεονεκτῶν καὶ ἀδίκων (48), οἱ μὲν εἰδότες ὅτι ἁμαρτάνουσιν, οἱ δὲ μηδ' ὅτι ἁμαρτάνουσιν εἰδότες, ἀνήκεστα· τὸ γὰρ μὴ αἰσθέσθαι τῆς ἀῤῥωστίας ἐν ᾗ εἰσιν, ἐπίτασις ἀναισθησίας ἐστὶ, καὶ εἰς ἀναλγησίαν παντελῆ καὶ νεκρότητα τελευτᾷ. Τούτους τοίνυν χρὴ μάλιστα ἐλεεῖν. Τὸ γὰρ κακῶς ποιεῖν τοῦ κακῶς πάσχειν ἐστὶν ἐλεεινότερον (49)· τοῖς μὲν γὰρ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος σαλεύει· τοῖς δὲ μέχρι χρημάτων ἐστὶν ἡ ζημία. Ἄλλως τε δὲ καὶ διττῆς οὐκ αἰσθάνονται νεκρώσεως. Ἀτελοῦς γὰρ καὶ παιδικῆς διανοίας ἐκφέρουσι δεῖγμα. Ἐπεὶ καὶ τὰ κομιδῇ νήπια, τῶν μὲν ὄντως (50) φοβερῶν, οὐδένα ποιεῖται λόγον, ἀλλὰ καὶ πυρὶ πολλάκις ἐπαφίησι τὰς

C χεῖρας, προσωπεῖα δὲ διάκενα καὶ μορμολύκια θεώμενα δεδίττεται καὶ τρέμει· τούτοις κινδυνεύουσιν ἐοικέναι, καὶ οἱ τῆς πλεονεξίας ἐρασταὶ, πενίαν μὲν δεδιότες, ἥτις οὐκ ἔστι φοβερὰ, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλείας ἁπάσης, καὶ μετριοφροσύνης ὑπόθεσις· πλοῦτον δ' ἄδικον περὶ πολλοῦ ποιούμενοι· οὕτως πυρός ἐστι φοβερώτερος. Τεφροῖ γὰρ τῶν ἐχόντων καὶ τὰ φρονήματα καὶ τὰς ἐλπίδας.

CCLVIII. — EIDEM.

Labore virtutem perfici.

Illud compertissimum et exploratissimum **240** habeo, te magnos quidem esse virtutis fructus, etiamsi in periculo verseris existimare: verum eo nomine mœrere ac discruciari, quod plerisque miser esse videaris. At si non vulgi opinioni ac su-

ΣΝΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ὅτι πόνῳ κατορθοῦται ἡ ἀρετή.

Μάλα ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι τοὺς μὲν τῆς ἀρετῆς καρ-

D ποὺς μεγάλους εἶναι, κἂν κινδυνεύῃς, νομίζεις, ἀθυμεῖς δὲ τοῖς πολλοῖς νομιζόμενος δυστυχεῖν. Ἀλλ' ἐὰν μὴ τῇ τῶν πολλῶν ὑπονοίᾳ, καὶ δόξῃ, ἀλλ' ἀκριβεῖ (51) λογισμῶν ἐξετάσει τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψειας,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(47) *Τοὺς τῆς ἀρετῆς κλῶνας πόνῳ καὶ ἱδρῶτι φύεσθαι.* Cum hac Platonica sententia conferes utiliter aureos Hesiodi versus, quos Cicero Leptæ filio ediscendos commendat, et Quintus Smyrnæus æmulatus est lib. XII, qui et lib. V. *Paralipom.* eodem allusit. Cæterum occurrit hic ἐναντιόφανες quoddam ex collatione hujus epist. cum 147 et 240 sup. hoc lib., quod discutiet ac conciliabit ep. 267 infra. RITT.

(48) Post ἀδίκων recte ἀνδρῶν, supplet Cod. Vat. 649. Idem verba paulo post sequentia hæc omnia omittit, ὅτι ἁμαρτάνουσιν, οἱ δὲ μηδ' ὅτι ἁμαρτάνουσιν εἰδότες. Sed sine his mutilus locus est. Cod. Alt. cum edito consentit. POSSIN.

(49) *Τὸ γὰρ κακῶς ποιεῖν.... ἐλεεινότερον.* Platonicum hoc est dogma, de quo vide ipsius *Gorgiam*, pag. 509. RITT.

(50) Pro ὄντως ambo codd. scribunt ὄντων, et vers. antepenult. pro οὕτως substituunt ὅστις. POSSIN.

(51) Pro ἀκριβεῖ ambo codd. Vat. 649 et Alt. legunt ἀκριβείας. POSSIN.

ἡ ἀθυμία φρούδη οἰχήσεται· μᾶλλον δὲ θυμηδίας πρόξενος γενήσεται· ἀναλόγως γὰρ τοῖς ἐνταῦθα ἀγῶσι καὶ οἱ τῆς ἀρετῆς πλέκονται στέφανοι.

A spicioni, verum accurato rationis examini rem permiseris, hujusmodi mœror evanescet, imo etiam lætitiæ causam tibi allaturus est. Siquidem pro certaminum hujus vitæ ratione, virtutis quoque coronæ nectuntur.

ΣΝΘ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Παρὰ μὲν ἀνθρώποις ἴσον εἶναι δοκεῖ τὸ εὐεργέτας [μὴ] ἀμείβεσθαι, καὶ ἐχθροὺς [μὴ] ἀμύνεσθαι (52). Παρὰ δὲ τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ τὸ μὲν ἀμείβεσθαι τοὺς εὐεργέτας κρατεῖ· τὸ δὲ ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς οὐχί· ἀλλὰ παντὶ μὲν τρόπῳ τὸ ἀνεξικακεῖν, εἰ δ' οἷόν τε, καὶ εὐεργετεῖν.

CCLIX. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Apud homines par culpa esse videtur, iis, a quibus beneficium acceperis vicem non rependere, et hostes minime ulcisci. At apud divinam philosophiam illud quidem obtinet, ut bene de nobis meritos remuneremur; at non item illud, ut injurios ulciscamur : verum omnino quidem patientiam adhibeamus : si autem fieri possit, eos etiam beneficiis persequamur.

Σ'. — ΘΕΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

B

Ὥσπερ ἀνδρεῖος καὶ φιλάνθρωπος βασιλεὺς τοῖς νόμοις τὰ ὅπλα μίξας, πᾶσαν ὕβρεως μελέτην τρέπεται· τὸ μὲν τῇ ἀκροάσει τῶν νόμων πειθόμενον, δίχα κολάσεως ἐπιστρέφων· τὸ δ' ἀνήκοον, τῇ διὰ τῶν ὅπλων ἀνάγκῃ παιδαγωγῶν· οὕτω καὶ εὐαγὴς καὶ ἐπιεικὴς ὁ ἱερεὺς τοῖς θεσμοῖς τὸν φόβον μίξας, καὶ τῇ ἀρχῇ τὴν ἐπιείκειαν κεράσας, πᾶσαν κακίας μελέτην, τό γε ἧκον εἰς αὐτὸν, τρέπεται· τῶν ὑπηκόων τὸ μὲν λόγοις εἶκον λόγοις θεραπεύων· τὸ δ' ἀνήκοον τῷ διὰ τῶν θεσμῶν σωφρονισμῷ εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν χειραγωγῶν.

CCLX. — THEONI EPISCOPO.

Quemadmodum fortis et humanus rex legibus cum armis conjunctis omne contumeliæ ac petulantiæ studium profligat, eos nimirum qui legum auditioni morigeros se præbent, citra pœnam ad officium revocans, eos autem qui præfracto et contumaci animo sunt, vi atque armis coercens : eodem modo pius ac mansuetus sacerdos legibus metum adjungens, atque imperium lenitate condiens, omne improbitatis studium, quantum quidem in ipso situm est, fugat : eos nempe subditorum, qui sermonibus cedunt, sermonum ope atque adjumento curans, eos autem, qui pervicaces, et immorigeri sunt, legitimis animadversionibus eo, velut porrecta manu, ducens, ut posthac minime peccent.

ΣΞΑ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

C

Περὶ κρίσεως.

Εἰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ὑπολήψεως ἀντιποιῇ, κἂν τὴν παρὰ τοῦ Θείου τοῖς τοιούτοις τολμήμασιν ἑπομένην φοβήθητι δίκην. Εἰ γὰρ καὶ αὐτίκα δὴ μάλα μακροθυμεῖ, εἰς μετάνοιαν καλοῦσα· ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον, πικρότερον μετελεύσεται τοὺς μηδὲ τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν αἰδεσθέντας. Πολλοὶ μὲν οὖν κἀνταῦθα τὴν ἀήττητον οὐ διαπεφεύγασι χεῖρα, ἀλλ' ὑπὸ τοιούτων κατελήφθησαν συμφορῶν, ὡς ἀποκρύψαι τῷ μεγέθει τὰς τραγῳδίας. Πολλοὶ δὲ ἐνταῦθα δόξαντες διαπεφευγέναι κολαστήρια, τῶν ἐκεῖσε πικροτέρων (53) ἀπέλαυσαν, τῆς δίκης δικαίως αὐτοῖς ἀντιμετρησάσης τὴν δίκην (54).

CCLXI. — ZOSIMO PRESBYTERO.

De judicio.

Etsi nec homines erubescis, nec famæ atque existimationis rationem ullam habes : at eam tamen, quæ hujusmodi flagitia divinitus consequitur pœnam fac pertimescas. Quanquam enim ea in præsens moratur atque conquiescit (ad pœnitentiam scilicet invitans), tamen aliquando post, eos, quos ne tanta quidem benignitas ullo pudore commoverit, arcerbius persequetur. Ac multi ne in hac quidem vita invictam illam manum effugerunt, verum ejusmodi calamitatibus correpti sunt, ut ipsas quoque tragœdias magnitudine sua obscurarent. Multi autem qui hujus vitæ tormenta effugisse videbantur, in amarulentiores alterius vitæ cruciatus

D

inciderunt, nimirum vi illa scelerum vindice juste ipsis pœnam remetiente.

ΣΞΒ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Οἱ φίλοι, περὶ ὧν γέγραφας, οὔτε παραινέσεως δέονται, οὔτε προτροπῆς. Ἐοίκασι γὰρ [οὐ] παυσαμένοις οὐδέποτε τῆς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἁμίλλης, ἀλλ' ἕως τέλους, ἅτε δὴ τῶν οὐρανίων γερῶν δεινῶς

CCLXII. — HERMOGENI EPISCOPO.

Amici illi, de quibus ad me scripsisti, nec consilio, nec cohortatione opus habent. Videntur enim contentioni huic, qua de præclarissimis rebus inter se certant, nunquam finem imposituri, verum ad

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(52) Videtur opposita esse Isocraticæ cuidam sententiæ. Sed a B. C. bis abest μὴ negativum. Ritt.

(53) Pro πικροτέρων ambo iidem codd. habent πικρότερος. Possin.

(54) *Τῆς δίκης δικαίως αὐτοῖς ἀντιμετρησάσης τὴν δίκην.* Hæc a B. C. absunt, non recte. Notari hic potest præter πολύπτωτον, etiam πλοκὴ elegans in δίκης et δίκην. Prius significat justitiam Dei ultricem scelerum, alterum pœnam seu ultionem. Ritt.

extremum usque (ut qui cœlestium præmiorum desiderio vehementer æstuent) de victoria sollicitudinem habituri.

A ἐφιέμενοι, τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ ἀγωνίαν ἕξοντες (55).

241 CCLXIII. — ISIDORO EPISCOPO.

De Joseph et Ægyptia : nec non de vitanda calumnia et accusatione.

Quo tempore Ægyptia illa, libidinosa, inquam, illa mulier, quæ ut persuasu facilis, ita etiam ad persuadendum miram vim habebat (ut plurimum enim ejusmodi ingenio esse videtur mulier), insano pudicissimi juvenis Josephi amore deflagravit, cumque eum nullis sermonibus ad stuprum inducere posset ad vim ei inferendam se convertit, atque ille, strenui cujusdam athletæ instar, exuta veste (arreptam enim eam tenebat illa, libidine temulenta), indumentis quidem nudus, verum ab adulterio purus excedens pudicitiæ coronam adeptus est : tum vero illa mœrens sedebat, revera quia, quod cupiebat, minime assecuta fuerat : falsa autem specie, ob fictam castitatem. Cum itaque maritus venisset, aut quod accusari metueret, aut quod Josephum ulcisci vellet, acerbissime irascitur, ac cupiditatem omnem, mœrorem, metum, contumeliam, et iracundiam admiscens, animo volvebat, quonam pacto de eo supplicium sumeret. Et quidem ejus criminis quo ipsa accusari debebat, eum insimulat. Maritus autem ne facta quidem ipsi pro se dicendi potestate, in carcerem eum conjicit. At vero incorruptus ille oculus pudicitiæ legislator et arbiter ad regium thronum ipsum evexit. Quocirca nos quoque nec calumniam, nec obtrectationem, aliud quidquam eorum quæ gravia et acerba esse videntur, grave esse existimemus : verum peccatum solum. Atque ita omnino aut in hac, aut in altera vita pretiosissimas coronas consequemur.

ΣΞΓ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Εἰς τὸ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Αἰγυπτίαν. Καὶ περὶ τοῦ μὴ συκοφαντεῖν, καὶ μήτε κατηγορεῖν.

Ὅτε ἡ Αἰγυπτία, τὸ ἀκόλαστον ἐκεῖνό φημι γύναιον, τὸ ὀξὺ μὲν πεισθῆναι, πεῖσαι δὲ δεινότατον (τοιοῦτον γὰρ χρῆμα, ὡς τὰ πολλά, εἶναι δοκεῖ ἡ γυνή), τῷ σωφρονεστάτῳ Ἰωσὴφ ἐπεμάνη, καὶ λόγοις πείθειν οὐχ οἵα τε οὖσα, ἐπὶ τὸ βιάσασθαι τὸν νεανίαν ἐτράπη· κἀκεῖνος, ὥσπερ ἀθλητὴς γενναῖος, τὴν ἐσθῆτα ἀποδυσάμενος (εἴχετο γὰρ αὐτῆς ἐκείνη ὑπὸ τοῦ πάθους μεθύουσα) γυμνὸς μὲν ἱματίον (56), B καθαρὸς δὲ μοιχείας ἐξελθὼν, τοὺς τῆς σωφροσύνης ἀνεδήσατο στεφάνους· τότε δὴ, τότε ἐκαθέζετο ἐκείνη κατηφὴς τὸ μὲν ἀληθὲς, ὅτι διήμαρτε τῆς ἐπιθυμίας· τὸ δὲ ψεῦδος, ἐπὶ τῇ ἐπιπλάστῳ σωφροσύνῃ. Ἐλθόντος γοῦν τοῦ ἀνδρὸς, ἢ δεδοικυῖα γραφὴν ὑπομεῖναι, ἢ ἀμύνασθαι αὐτὸν βουλομένη, ἐν ὀργῇ ἀκατασχέτῳ γίνεται, καὶ ἀναμίξασα πάντα, πόθον, λύπην, φόβον, ὕβριν, ὀργὴν, ἐνενόει ὅπως αὐτὸν τιμωρήσεται· καὶ δὴ γραφὴν αὐτὸν γράφεται, ἣν γραφῆναι ὤφειλεν. Ὁ δὲ μηδ' ἀπολογίας μεταδοὺς, εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλει· ἀλλ' ὁ ἀδέκαστος ὀφθαλμὸς, ὁ τῆς σωφροσύνης καὶ νομοθέτης καὶ βραβευτὴς, εἰς τὸν θρόνον ἀνήγαγεν αὐτὸν τὸν βασιλικόν. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς μήτε συκοφαντίαν, μήτε κατηγορίαν, μήτ' C ἄλλο τι τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν, δεινὸν ἡγώμεθα, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν μόνην· καὶ πάντως ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖσε, τῶν τιμαλφεστάτων στεφάνων τευξόμεθα.

CCLXIV. — LAMPETIO EPISCOPO.

Unusquisque eorum, qui hanc epistolam lecturi sunt, de eo quod dicturus sum, ut volet sentiat. Ego vero non sacerdotii regulam nunc informare proponens, sed viam ad illud ferentem statuens, hoc aio, eum qui ad hoc imperium ante prosiliit, quam ecclesiasticarum sanctionum imperium sustinuerit, haudquaquam ad subditorum utilitatem hujusmodi provinciam persequi : hunc autem qui in subditi gradu atque ordine sese cum laude in iis virtutibus, quæ antistitem decent, exercuit, maximum ad muneris sui administrationem bonum, hoc est experimentum habentem venire. Nam ille priusquam ipsemet mores suos composuerit, alios componere ac moderari aggrediens, a veritate aberrat : hic autem compositis primum suis moribus, factoque rei periculo, ad moderandam aliorum vitam aptus et idoneus reperietur. Quandoquidem ille, antequam armis assueverit, imperator creari cupit : hic au-

ΣΞΔ'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἕκαστος μὲν τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι, ὡς ἔχει δόξης περὶ τοῦ λεχθησομένου, ἐχέτω. Ἐγὼ δὲ ὅρον μὲν ὑπογράψαι ἱερωσύνης νῦν οὐ διεγνωκὼς, τὴν δ' ὁδὸν τὴν ἐπὶ ταύτην φέρουσαν ὁριζόμενος, φημὶ, ὅτι ὁ μὲν ἐπὶ ταύτην θᾶττον ἐλθὼν τὴν ἀρχὴν, πρὶν τῆς τῶν θεσμῶν ἀρχῆς ἀνασχέσθαι, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀρχομένων τὴν οἰκονομίαν μέτεισιν· ὁ δ' ἐν ὑπηκόου τάξει ταῖς ἀρχικαῖς ἐγγυμνασάμενος καὶ εὐδοκιμήσας ἀρεταῖς, εἰς τὴν τῆς λειτουργίας D διαχείρησιν, μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἐμπειρίαν ἔχων, ἔρχεται. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ πρὶν [ῥυθμισθῆναι] ῥυθμίζειν ἄλλους ἐπιχειρῶν, τῆς ἀληθείας διαμαρτάνει. Οὗτος δὲ ῥυθμισθεὶς πρότερον, καὶ τοῦ πράγματος ἐν πείρᾳ γεγενημένος, ἐπιτήδειος ἐπὶ τὸ ῥυθμίζειν ἄλλους εὑρεθήσεται· ἐπειδήπερ ἐκεῖνος μὲν πρὸ τοῦ ἐμμελετῆσαι τοῖς ὅπλοις, στρατηγὸς οἴεται κεχειροτονῆσθαι· οὗτος δὲ εὐδόκιμος στρατιώτης γενόμενος, εὐδοκιμώτερος ἔσται καὶ στρατηγός. Καὶ ὁ μὲν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(55) Ἕξοντες. B., ἕξουσιν, quod puto melius, ut respondeat præcedenti illi, παυσομένοις. Atqui mutavit in ἕξοντες, fortasse respexit ad ἅτε ἐφιέμενοι, non recte. RITT.

(56) Pro ἱμάτιον ambo iidem cod. legunt ἱματίων. POSSIN.

τῶν τακτικῶν ἄπειρος ὤν, ταξίαρχος εἶναι ἡγεῖται· ὁ δὲ ἐν γυμνασίοις τοιούτοις ἀσκηθεὶς, τακτικὸς χειροτονεῖται.

A tem probi et clari militis officio functus, præstantior quoque et illustrior erit imperator. 242 Atque ille quidem instruendi in aciem exercitus expers et ignarus, tribuni militaris gradum sibi vindicat; hic autem in ejusmodi studiis versatus et excultus, tribunus designatur.

ΣΞΕ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Πηλίκον ἀγαθὸν τὸ ἀφιλαργυρίας, καὶ περὶ αὐταρκείας.

Εἰ καὶ μυρίας ἀνατέμοις εὐπορίας ὁδοὺς, οὔ φημι τὸν κόρον, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπιπορεύεται, εὑρήσεις. Μισεῖ γὰρ τοὺς ἀπλήστως τὰ χρήματα διώκοντας, καὶ ἐπιφοιτᾷν αὐτοῖς οὐκ ἀνέχεται. Φιλεῖ δὲ μάλιστα πάντων τοὺς ὀλιγοδείᾳ καὶ αὐταρκείᾳ τὸν ἑαυτῶν κοσμοῦντας βίον, ἀσμένως αὐτοῖς ἐπιφοιτᾷ.

CCLXV. — MARONI.

Quantum bonum sit avaritia vacuum esse, et de sufficientia.

Etiamsi sexcentas opum vias aperias, tamen, non dicam satietatem, sed ne vias quidem, quas illæ peragrant, invenies. Siquidem eos odio habent, qui inexplebili aviditate pecunias consectantur, nec ad eos venire sustinent. Contra omnium maxime illos amant qui parcimonia et frugalitate vitam suam ornant, libenterque ad ipsos ventitant.

B

ΣΞϚ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ ΜΟΝΑΧῼ.

Ὅταν εὐβουλίας προκαθηγουμένης πᾶσα ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις ὑπουργήσῃ εἰς τὴν ἀρετὴν, πᾶσαν ἐκποδὼν ποιησαμένη σκῆψιν καὶ μέλλησιν· τότε δὴ, τότε ὁ Θεὸς εἰς τέλος ταύτην ἄγει, ὁ καὶ τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὴν ἑλέσθαι εἰς τὸ ἑλέσθαι παραθήγων. Οὐ γάρ ἐστι τοῦ αὐτοῦ, τοὺς μὲν ἀποδιδράσκοντας αὐτὴν, εἰς αὐτὴν συνελαύνειν, τοῖς δ' ἀφ' ἑαυτῶν ἑλομένοις χεῖρα βοηθείας μὴ ὀρέγειν.

CCLXVI. — STRATEGIO MONACHO.

Cum probo consilio præeunte omnis hominis vis, omni excusatione ac mora de medio sublata, ad virtutem inservit, tum vero Deus, qui ad eam amplectendam etiam nolentes ac recusantes incitat, ad finem usque perducit. Neque enim consentaneum est, qui ipsam fugientes ad eam compellat, eumdem iis qui suapte sponte ipsam sibi amplexandam proposuerunt, auxiliarem manum minime porrigere.

ΣΞΖ'. — ΑΝΤΙΟΧῼ.

Ἔοικας ἀγνοεῖν, ὅτι ὁ συνεχῶς τὰ λυττῶντα πάθη τοῦ σώματος νικῶν, τοῖς τροπαίοις ἀγαλλόμενος, τοὺς πόνους ὑπὸ τῆς εὐφροσύνης λανθάνει (56) κλεπτόμενος.

CCLXVII. — ANTIOCHIO.

Illud ignorare videris, eum, qui rabida corporis vitia perpetuo vincit, ob ejusmodi tropæa exsultantem, præ voluptate ne labores quidem sentire.

C

ΣΞΗ'. — ΩΡΙΩΝΙ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Πυνθάνομαι, ὅτι τῷ μὲν σχήματι τῆς ἀγωνίας, ἑνός· τῷ δ' ἀληθεῖ, πάντων ἐκράτησας τῶν ὁμηλίκων. Ὁ γὰρ τῶν μὲν ἄλλων εἰς ταπεινοφροσύνην προκριθεὶς, δεύτερος δέ σου πεφηνὼς, πάντας ἡττημένους ἔδειξεν.

CCLXVIII. — ORIONI MONACHO.

Audio te certaminis quidem specie unum, rever autem omnes æquales tuos superasse. Nam qui hu militatis ac modestiæ nomine aliis prælatus, te inferior esse compertus est, hic scilicet omnes a te superatos esse demonstravit.

ΣΞΘ'. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ· « Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. »

Ἡ πενία, ὅταν τὴν ἱκεσίαν ἀτιμάσασα ἐπὶ κατηγορίαν τραπείη, καὶ τῇ συμφορᾷ εἰς φιλοπραγμοσύνην καταχρήσηται, καὶ διαδίκου κατηγόρου ἀνθ' ἱκέτου καὶ πρόσφυγος πρόσχημα ἀναδέξηται, ἐλεεῖσθαι οὐκ ἂν εἴη δικαία. Διὸ καὶ ἡ τῆς δικαιοσύνης πηγὴ ἔφη· « Οὐκ ἐλεήσεις πτωχὸν ἐν κρίσει. » Ἐλεεῖσθαι μὲν γὰρ δεόμενον καὶ ἀντιβολοῦντα χρὴ, ἐγκαλοῦντα δὲ καὶ κατηγοροῦντα οὐχί. Οὐ γὰρ χάριν ἀπαιτεῖ, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι διαβεβαιοῦται.

CCLXIX. — APOLLONIO EPISCOPO.

In illud, « Pauperis non misereberis in judicio [92]. »

Paupertas, cum supplicibus verbis contemptis ad accusandum se convertit, atque calamitate ad negotium aliis facessendum abutitur, adversariique et accusatoris, non supplicis et opem implorantis speciem assumit, misericordia haudquaquam digna est.

D

Unde etiam ipsemet justitiæ fons his verbis utitur: « Non misereberis pauperis in judicio. » Ejus enim calamitate commoveri oportet, cum orat atque obsecrat: at cum accusat et criminatur, non item. Non enim gratiam postulat, sed se injuria affectum affirmat.

ΣΟ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Πῶς νοητέον τὸ γεγραμμένον· « Μή ποτε τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἴδωσι, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι. »

Ἡ μεταβολὴ τῶν προσώπων, τὸν νοῦν τῶν εἰ-

CCLXX. — EIDEM.

Quomodo sit intelligendum, « Nequando suis oculis videant, et auribus audiant [93]. »

Personarum mutatio, eorum, quæ dicta sunt,

[92] Exod. XXIII, 3. [93] Isa. VI, 10; Matth. XIII, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(57) Solus cod. Vat. 649 pro λανθάνει scribit λαμβάνει. POSSIN.

mentem luculenter prædicat. Nam si **243** ad populum omnia referenda erant, ad hunc modum dictum fuisset: Vade ad populum istum, et dic ei: Auditu audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non scietis. Incrassatum est enim cor vestrum, et auribus graviter audiistis, et oculos vestros clausistis, nequando videatis oculis, et auribus audiatis, et corde intelligatis, et convertamini, et vos sanem. Cum autem haud ita dictum sit, verum trium personarum mutationem hic sermo demonstret, nimirum a quo, et ad quem, et de quo oratio habeatur, hujusmodi quamdam sententiam hæc verba habent: « Vade, et dic populo huic: Auditu audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non scietis. » Deinde tanquam propheta causam sciscitaretur, aut ea ipsi minime sciscitanti exponeretur, dictum est: « Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos clauserunt. » Si igitur ipsi suæ, ut quispiam dixerit, saluti obluctantur: Ecquid me prædicare jubes? fortasse inquit (hoc enim hic significat vocula hæc, nequando) « videbunt oculis, et auribus audient, et corde intelligent, et convertentur, et sanabo eos. » Hæc enim particula, *nequando*, hoc loco non auditionis sublationem, sed obedientiæ spem subindicat. Nam quod hoc quoque sensu hæc vox usurpetur, audi quid Judæorum turba de Salvatore dicat, « Nonne hic est quem quærebant Pharisæi interficere? Ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt. Num forte (μή ποτε) cognoverunt, quod hic est Christus [54]? » Solent enim sapientes et eruditi (quorum in numero Philo etiam esse videtur) particulam hanc, *nequando*, pro, *fortasse*, aut *nonnunquam*, collocare. Neque id immerito. Quod si hoc viri quoque divinitus inspirati testimonio confirmari cupis, audi quid Paulus scribat: « Servum autem Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in lenitate docentem eos qui contradicunt: nequando det ipsis Deus agnitionem ad salutem [55]. » Hæc enim vox, *nequando*, hoc quoque loco, pro *nonnunquam*, aut *fortasse*, usurpata est. Spem enim pœnitentiæ, non sublationem significat. Quin alio item loco scriptum est: « Corripe amicum nequando fecerit [56]. » Nam si ad eumdem modum prophetæ locus intelligatur, Deo quoque, qui partes suas exsequi cupit, id quod ipsius naturæ consentaneum est, servabitur. Omnino enim eos, qui in vitii cœno infixi sunt, salutem consequi vult, atque homines, a quibus medicina ipsis afferatur, mittit: non quod nescius sit fore ut morbo intereant, sed ut ipsis excusationem præcidat. Etsi enim illi a furore minime revocati sunt, **244** hinc tamen

A ρημένων λαμπρῶς κηρύττει. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα ῥηθῆναι ἐχρῆν, οὕτως ἂν ἐῤῥήθη· Πορευθεὶς, εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνίητε (58), καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία ὑμῶν, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἠκούσατε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐκαμμύσατε, μή ποτε ἴδητε τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσητε, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῆτε, καὶ ἐπιστρέψητε, καὶ ἰάσωμαι (59) ὑμᾶς. Εἰ δ' οὕτω μὲν οὐκ ἐῤῥήθη, μεταβολὴν δὲ ἐμφαίνει προσώπων τριῶν τὰ λεγόμενα, παρ' οὗ τε καὶ πρὸς ὃν καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος, τοιοῦτόν τινα ὠδίνει νοῦν τῶν προκειμένων ἡ δύναμις· « Πορευθεὶς εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. » Εἶτα ὡς τοῦ προφήτου πυθομένου τὴν αἰτίαν, ἢ μὴ
B πυθομένου μὲν, διδασκομένου δὲ, ἐῤῥήθη· « Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν. » Εἰ τοίνυν τῇ ἑαυτῶν, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀντιπράττουσι σωτηρίᾳ· Δι' ἣν αἰτίαν, κηρύξαι με προστάττεις (60); τάχα πώς φησι· τοῦτο γὰρ ἐνταῦθα μηνύει τό· « Μή ποτ' ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς. » Τὸ γὰρ *μήποτε* ἐνταῦθα, οὐκ ἀναίρεσιν ἀκοῆς, ἀλλ' ἐλπίδα ἐμφαίνει ὑπακοῆς. Καὶ ὅτι καὶ οὕτως λαμβάνεται, ἄκουσον τῶν ὄχλων τῶν Ἰουδαϊκῶν, τί φασι περὶ τοῦ Σωτῆρος· « Οὐ τοῦτον ἐζήτουν οἱ Φαρισαῖοι ἀποκτεῖναι; Ἰδοὺ (61) παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι· μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; » Ἔθος δὲ τοῖς σοφοῖς, ὧν
C [εἷς] εἶναι δοκεῖ Φίλων, τὸ *μήποτε*, ἀντὶ τοῦ *ἴσως*, ἢ *ἔσθ' ὅτε*, τάττειν. Τὸ γὰρ *μήποτε*, εἰκότως ἀντὶ τοῦ *ἴσως*, εὐλόγως τάττουσιν. Εἰ δὲ καὶ παρὰ θεοπνεύστου ἀνδρὸς θέλεις τὴν μαρτυρίαν ταύτην λαβεῖν, ἄκουε τοῦ Παύλου γράφοντος· « Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτὸν, ἀνεξίκακον, ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῴη αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐπίγνωσιν εἰς σωτηρίαν. » Τὸ γὰρ *μήποτε* κἀνταῦθα εἴρηται ἀντὶ τοῦ *ἔσθ' ὅτε*, *ἴσως*, *τάχα*, *πως*. Ἐλπίδα γὰρ μετανοίας ἐμφαίνει, οὐκ ἀναίρεσιν. Καὶ ἑτέρωθι δὲ γέγραπται· « Ἔλεγξον φίλον, μήποτε οὐκ ἐποίησεν. » Εἰ γὰρ οὕτω νοηθείη τὸ προφητικὸν χωρίον, καὶ τῷ Θεῷ τὸ πρέπον φυλαχθείη, τὰ αὐτοῦ πράττειν προ-
D ῃρημένῳ. Σώζεσθαι γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου τοὺς εἰς κακίαν καλινδουμένους βούλεται, καὶ πέμπει τοὺς θεραπεύσοντας, οὐκ ἀγνοῶν μὲν ὅτι διαφθαρήσονται ὑπὸ τῆς νόσου, τὴν δ' ἀπολογίαν αὐτῶν ὑποτεμνόμενος. Εἰ γὰρ κἀκεῖνοι οὐκ ἀνήνεγκαν ἐκ τῆς μανίας, ἀλλὰ τό γε αὐτὸν τὰ αὐτοῦ πράττειν, ἐκ τούτου περιγέγονε. Καὶ τῷ Θεῷ τοίνυν τὸ πρέπον φυλαχθείη, καὶ ὁ προφήτης οὐ δόξει μάτην ἀπεστάλθαι, οὐδὲ

[54] Joan. VII, 25, 26. [55] II Tim II, 24, 25. [56] Eccli. XIII, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(58) Pro συνίητε cod. Alt. habet συνῆτε. POSSIN.

(59) Pro ἰάσωμαι lege ex eodem ἰάσομαι. Vers. postea 2, ambo codd. omittunt δέ. ID.

(60) Pro προστάττεις cod. Alt. legit προστάττης. ID.

(61) Pro ἰδοὺ ambo codd. scribunt εἰ δέ. Vers. inde tertio ante Φίλων uterque codex inserit καί. ID.

ὕβρεως διάκονος νομισθήσεται, ἀλλὰ θεραπείας καὶ ἰάσεως ὑπερέτης εὑρεθήσεται. Ἀπεστάλη γὰρ οὐχ ὑβρίσων [ἁπλῶς,] ἀλλ' ἐγκαλέσων μὲν τοῖς πλημμελοῦσι, προσοίσων δὲ καὶ δείξων τὰ πταίσματα, καλέσων δὲ εἰς μετάνοιαν, ἐπιστρέφουσι δὲ θεραπείαν εὐαγγελισόμενος (62).

A illud contigit, quod ipse munus suum sit exsecutus. Quocirca et Deo, id quod ipsius naturæ consentaneum est, retinebitur, et propheta minime frustra missus fuisse videbitur, neque contumeliæ, sed curationis ac medicinæ minister exstitisse censebitur. Non enim ob eam causam missus est, ut contumeliæ notam duntaxat ipsis inureret, verum ut peccantes quidem objurgaret, sceleraque ostenderet, atque ad pœnitentiam vocaret, iisque, qui ad meliorem mentem se reciperent, medicinam nuntiaret.

ΣΟΑ'. — ΑΝΥΣΙΩ.

Τὸ παρὰ τοῦ νομοθέτου εἰρημένον· « Οὐχ ἐλεήσεις πτωχὸν ἐν κρίσει· οὐκ ἀπανθρωπίας, ὡς ἡγῇ, ἀλλὰ φιλανθρωπίας καὶ δικαιοσύνης ἁπάσης ἐστὶν ἀνάμεστον. Δύο γὰρ κατορθοῖ τὰ μέγιστα· ἓν μέν, τὸ μὴ τοὺς πένητας εἰς φιλοπραγμοσύνην ἀλεῖψαι· ἕτερον (63) δέ, τὸ τοὺς ἀδίκως κρίνοντας, καὶ τοῖς πλουσίοις τὴν τῆς νίκης ὀρέγοντας ψῆφον, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος φοβῆσαι. Εἰ γὰρ τοῖς παλαίουσι τῷ ἀτιθάσσῳ καὶ δυσνουθετήτῳ τῆς πενίας θηρίῳ, ὅταν ἀντὶ τοῦ παρακαλεῖν ἐγκαλῶσιν, οὐ χρὴ χαρίζεσθαι, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπὸ πολλῆς χλιδῆς εἰς τοὺς πένητας ἐξυβρίζουσιν.

CCLXXI. — ANYSIO.

Illud quod a legislatore dictum est: « Non misereberis pauperis in judicio [97], » non inhumanitatis, ut existimas, sed benignitatis et justitiæ plenum est. Duas enim maximas res præstat: unam, quod pauperes ad negotium aliis facessendum minime B acuit, alteram, quod eos, qui inique judicant, ac divitibus et copiosis hominibus victoriæ calculum porrigunt, maximopere terret. Nam si iis, qui cum truculenta, et admonitionem ægre admittente, paupertatis bellua colluctantur, cum obsecrationis loco aliis litem intendunt, minime gratificari atque indulgere oportet, multo profecto minus iis qui præ luxuria et deliciis contumeliam egentibus inferunt.

ΣΟΒ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰς τό· « Οὗτος ἥμαρτεν, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ;»

Οἱ ἀπόστολοι, ἅτε σοφίας φοιτηταί, καὶ ἀληθείας ὄντες ἐρασταί, ἀτενῶς ὁρῶντες τὸν Σωτῆρα προσέχοντα τῷ τυφλῷ, καὶ μόνον οὐχὶ εἰς ἐρώτησιν αὐτοὺς ἐκκαλούμενον, δύο θρυλλούμενα δόγματα, καὶ παρὰ ἀνθρώποις ζητούμενα αὐτῷ προσφέρουσιν. C Ἐπειδὴ γὰρ Ἑλλήνων [μὲν] παῖδες ἔφασαν ἐσφάλθαι τὴν ψυχήν, καὶ διὰ τοῦτ' εἰς σῶμα καταπεπέμφθαι κολασθησομένην (64), Ἰουδαῖοι δ' ἡγοῦντο τὰ τῶν προγόνων πταίσματα εἰς τοὺς ἐγγόνους διαβαίνειν, διὰ τὸ γεγράφθαι· « Ἁμαρτίαι πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς· » ἔφασαν αὐτῷ, ἅτε πάντα εἰδότι πρὶν γενέσεως αὐτῶν· « Τίς ἥμαρτεν, οὗτος (ὥς φασιν Ἕλληνες), ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ (ὥς φασιν Ἰουδαῖοι), ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; » Ἡ δ' ἀλήθεια οὐ λοξὴν οὐδὲ πλαγίαν, οὐδ' αἰνίγματος μεστὴν τὴν ἀπόκρισιν πεποίηται, ἀλλ' ὀρθήν, καὶ σαφηνείας ἁπάσης λαμπροτέραν. Ἀμφότερα γὰρ ἀνέτρεψε, φήσασα· « Οὔτε οὗτος ἥμαρτε (πῶς γὰρ πρὸ τοῦ γενέσθαι;) οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, » δῆλον ὅτι, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. Πρὸς γὰρ τὴν ἐρώτησιν ἀπεκρίνατο. Εἰκὸς D μὲν γὰρ αὐτοὺς ἡμαρτηκέναι, μᾶλλον δὲ ἡμαρτήκασι μέν, οὐ μὴν τούτῳ αἴτιοι τῆς συμφορᾶς εἰσι. Τίνος οὖν ἕνεκεν τυφλὸς ἐγεννήθη; Ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ, τουτέστι, συνεχωρήθη σκάσαι ἡ φύσις, ἵν' ἀνακηρυχθῇ ὁ τεχνίτης.

CCLXXII. — ISIDORO DIACONO.

In illud, « Hicne peccavit, aut parentes ejus [98]? »

Apostoli, utpote sapientiæ discipuli, ac veritatis amantes, Salvatorem defixos in cæcum oculos habentem, ac propemodum eos ad interrogandum provocantem conspicientes, duo pervulgata dogmata, et de quibus magnæ apud homines quæstiones excitantur, ipsi proponunt. Quoniam enim Græci animam peccasse, ac propterea luendarum pœnarum causa in corpus demissam esse tradiderunt: ac rursum Judæi majorum peccata ad nepotes transire existimabant, quod videlicet scriptum sit, « Peccata patrum in filios usque ad tertiam et quartam generationem [99]; » idcirco ad eum, ut omnia priusquam oriantur, noscentem, hæc verba habuerunt: « Quis peccavit? hic (ut gentiles aiunt) an parentes ejus (ut Judæi astruunt), ut cæcus nasceretur? » Veritas autem non obliquum et sinuosum, nec ænigmatum involucris plenum responsum dedit, verum rectum ac quavis perspicuitate dilucidius et splendidius. Utrumque enim his verbis evertit: « Neque hic peccavit (quonam enim pacto, priusquam in ortum prodiisset?) nec parentes ejus [1]; » in hoc videlicet, ut cæcus nasceretur. Ad interrogationem enim respondit. Verisimile namque est eos peccasse, imo plane peccaverunt: at non propterea ipsi calamitatis causam præbuerunt. Quid igitur affertur, quamobrem cæcus natus sit? 245 Nimirum ut manifestentur opera Dei in illo, hoc est, claudicare permissa est natura, ut artificis gloria prædicetur.

[97] Exod. XXIII, 3. [98] Joan. IX, 2. [99] Exod. XX, 5. [1] Joan. IX, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(62) Uterque cod., εὐαγγελιούμενος. POSSIN.

(63) Pro ἕτερον unus cod. Vatic. 649 legit ὕστερον. ID

(64) Hoc Origenianum dogma refellit pluribus noster Isidorus lib. IV, ep. 163. Ejus vestigia licet etiam apud Ciceronem animadvertere. RITT

CCLXXIII. — OPHELIO GRAMMATICO.

A Quod multa nobis obscura sint, atque humano ingenio vix pervestigari queant, perspicuum est. Quod autem ea demum, et quidem utiliter captum nostrum effugiant, quæ nobis ad salutem haudquaquam conducunt, id quoque liquet. Consideremus itaque quid nobis ad beatitudinem adjumento sit, quid secus : atque ita, quæ dicuntur, exploremus. Cœlum aut sphæræ, aut dimidiæ sphæræ speciem imitari affirmare, atque item celerrimum solis cursum, ac lunæ incrementa et decrementa, siderumque situm curiose indagare, ac præterea de terra quærere, cylindri an coni speciem teneat, mundique centrum sit, ac denique et solis et lunæ intervalla cognita et explorata habere, quid ad bene beateque vivendum utilitatis afferat, equidem non video. B Quod si quis id dicere possit, dicet quidem fortasse : verum minime persuadebit. At vero justitiam et fortitudinem, ac prudentiam et temperantiam, et si quid his affine est, scire atque exsequi, hoc vero eos, qui id callent, ad beatitudinis arcem evehit. Quocirca faciendum est, ut ab his, ex quibus nihil commodi nobis oritur abstineamus : ea autem ex quibus emolumentum percipitur, amplectamur.

ΣΟΓ'. — ΩΦΕΛΙῼ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῼ.

Ὅτι μὲν πολλὰ ἄδηλά ἐστιν ἡμῖν, καὶ λογισμῷ οὐκ εὐθήρατα ἀνθρωπίνῳ, δῆλον. Ὅτι δὲ ἐκεῖνα ἡμᾶς διαφεύγει (65), καὶ τοῦτο χρησίμως, τὰ μὴ συντελοῦντα ἡμῖν εἰς σωτηρίαν, καὶ τοῦτο δῆλον. Σκοπήσωμεν οὖν, τί ἡμῖν λυσιτελεῖ εἰς μακαριότητα, τί δ' οὔ· καὶ οὕτως βασανίσωμεν τὰ λεγόμενα. Τὸ λέγειν ἢ σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἢ ἡμισφαίριον· καὶ τὸ πολυπραγμονεῖν, ἡλίου μὲν τὸν ὠκύτατον δρόμον, σελήνης δὲ μειώσεις τε καὶ αὐξήσεις, καὶ τῶν ἄστρων τὴν θέσιν· καὶ τὸ ζητεῖν περὶ γῆς, ἢ κύλινδρός ἐστιν ἢ λιχνοειδής, ἢ κέντρον τοῦ παντὸς, καὶ τὸ τὰ ἐκείνου ἢ ταύτης διαστήματα εἰδέναι, τί συμβάλλεται εἰς ἀρίστην πολιτείαν, ἐγὼ μὲν οὐ συνορῶ. Εἰ δέ τις λέγειν ἔχοι, λέξει μὲν ἴσως, οὐ πείσει δέ. Τὸ δὲ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ φρόνησιν, καὶ σωφροσύνην, καὶ εἴ τι τούτων συγγενὲς, εἰδέναι τε καὶ πράττειν, τοῦτ' εἰς τὴν κορυφαιοτάτην μακαριότητα ἀναπέμπει τοὺς ἐπιστήμονας. Χρὴ οὖν τῶν μὲν μηδὲν ἡμῖν λυσιτελούντων ἀπέχεσθαι, τῶν δὲ λυσιτελούντων ἀντέχεσθαι.

CCLXXIV. — GOTTO.

De polygamia duorum patriarcharum, Abraham et Jacob.

Quod duo patriarchæ plures uxores habuerint (nam Isaac cum una duntaxat uxore consuetudinem habuit), non a segnitie, aut libidinis studio profectum est, verum a rerum necessitate, ut quispiam C dixerit, contextum et expressum. Perspice enim, Scripturæ vestigiis hærens, quemadmodum id contigerit. Abraham quippe, nisi ipse ab uxore sua, quæ etiam zelotypia teneri debebat, rogatus fuisset, ut ad ancillam accederet, haudquaquam accessisset. Non enim voluptati indulgens (siquidem id demonstrat præteritum tempus admodum longum), verum liberorum cupiditate flagrans, pulcherrima et formosissima muliere, quæque universam Ægyptum pulchritudine sua in admirationem traxerat, relicta, aliud et deforme et ignobile arvum serere cogebatur. Usque eo enim ab omni libidinis affectu purus erat, ut etiam puellam, posteaquam concepisset, atque eo fortasse nomine dominam suam contempsisset, D quod principatus ad eum, quem ipsa in lucem editura erat, deventurus esset, domo expulerit. quo scilicet tempore ipsa, necessitatis ductum sequens in desertum abscessit. Quod si etiam Ceturam duxit, at istud post Agaris et Saræ mortem ab eo factum est, **246** Jacob autem, si ea quam amabat primo potitus fuisset, fortasse ne aliam quidem

ΣΟΔ'. — ΓΟΤΤῼ (66).

Περὶ τῆς τῶν δύο πατριαρχῶν πολυγαμίας, Ἀβραάμ τε καὶ Ἰακώβ.

Ἡ πολυγαμία τοῖν δυεῖν πατριάρχοιν (ὁ γὰρ Ἰσαὰκ μιᾷ ὡμίλησε γυναικὶ) οὐκ ἀπὸ ῥᾳθυμίας ἢ φιλοπαθίας ἐγένετο, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπλάκη, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀνάγκης. Διὸ καὶ συνεγνώσθησαν. Θέα γὰρ, τῇ Γραφῇ ἀκολουθῶν, ὅπως ἐγένετο. Ὁ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ, εἰ μὴ παρεκλήθη ὑπὸ τῆς γυναικὸς, τῆς καὶ ζηλοτυπεῖν ὀφειλούσης, πλησιάσαι τῇ παιδίσκῃ, οὐκ ἂν ἐπλησίασεν· οὐ γὰρ ἡδυπαθῶν (καὶ δείκνυσιν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος μακρὸς ὤν), ἀλλὰ παίδων ἐπιθυμῶν τὴν εὐμορφοτάτην καὶ εὐειδεστάτην, καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον τῷ κάλλει ἀναπτερώσασαν ἀφεὶς, ἄλλην [καὶ] δύσμορφον καὶ δυσγενῆ ἠναγκάζετο σπείρειν ἄρουραν (67). Οὕτω γοῦν καθαρὸς ὢν πάθους παντὸς, ὅτι καὶ μετὰ τὸ κυῆσαι τὴν παῖδα, καὶ βασιλίζουσαν ἴσως ἀτιμάσαι τὴν δέσποιναν, ὡς τῆς ἡγεμονίας εἰς τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον περιστησομένης, ἐξήλασε τῆς οἰκίας, ὅτε καὶ ἀπῆλθεν ἐκείνη εἰς τὴν ἔρημον ὁδηγῷ τῇ ἀνάγκῃ χρησαμένη. Εἰ δὲ καὶ τὴν Χεττούραν ἔσχεν, ἀλλὰ μετὰ [τὴν] τῆς Ἄγαρ καὶ τῆς Σάρας τελευτήν. Ὁ δ' Ἰακὼβ, εἰ ἧς ἤρα [ἐξ ἀρχῆς] ἔτυχεν, ἴσως οὐδ' [ἂν] ἄλλης ἥψατο γυναικός. Καὶ ὅτι οὐκ ἔστι στοχασμὸς τὸ λεγόμενον, ἐκ τούτου δῆλον. Ὁ μὲν γὰρ κηδεστὴς τὴν πρεσβυτέραν ἄμορφον οὖσαν, ἀντὶ τῆς νεωτέρας τῆς ἀμήχανον κάλλος ἐχούσης αὐτῷ παρακατέκλινεν. Ὁ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(65) Pro διαφεύγει ambo codd. Vatic. 649 et Alt. clarissime scribunt διαφεύγει. POSSIN.

(66) Hæc epistola in cod. Vat. 649 et Alt. inscribitur non Γόττῳ, *Gotto*, sed Γότθῳ, *Gottho*. ID.

(67) *Σπείρειν ἄρουραν.* Honesta metaphora, a multis auctoribus usurpata, de eo quod Latinis est, *liberis dare operam.* Sic Theognis μάργον ἄνδρα detestatur, ὅστις ἄρ' ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν, quive, est apud Plautum, fundum alienum colit, incultum familiarem deserit. Talis erat vetus Attica formula contrahentium matrimonia, ἐπὶ νομίμων παίδων σπορᾷ, de qua alibi Isidorus. RITT.

δὲ ὀψέ ποτε γνοὺς τὴν ἀπάτην, ἠγανάκτησε μὲν, οὐκ ἐξέβαλε δὲ, ἄτοπον ἡγούμενος τὴν ὅπως δήποτε παρ' αὐτοῦ νυμφευθεῖσαν ἀποπέμψασθαι. Εἶτ' ἐκεῖνος ἐγκαλούμενος ὡς ἀπατεὼν, αὐτεπάγγελτος ἐπὶ τὸ καὶ τὴν ἄλλην αὐτῷ δοῦναι ὥρμησε, νενομισμένου πάντως τοῦ τοιούτου, καὶ συγκεχωρημένου ὑπὸ συνηθείας ἀρχαίας. Τοῦ δὲ καταδεξαμένου, ἡ μὲν πρεσβυτέρα, καίτοι μὴ καταθύμιος αὐτῷ οὖσα, ἔτικτεν· ἡ δὲ χειρωσαμένη αὐτὸν τῷ φίλτρῳ, οὐδ' ἐλπίδα τοῦ πράγματος εἶχεν· ἥτις καὶ τῇ λύπῃ καταχράτος ἁλοῦσα, ἠπείλει ἀναιρήσειν ἑαυτὴν, εἰ μὴ τέκοι. « Δός μοι γὰρ, φησὶ, τέκνα· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγὼ, » τουτέστιν, ἐμαυτὴν χειρώσομαι. Ὡς δ' ἀπέγνω, παρακέκληκεν αὐτὸν τῇ θεραπαινίδι ἑαυτῆς πλησιάσαι, ἵνα τὰ ἐξ ἐκείνης τικτόμενα τεκνοποιήσηται, καὶ δόξῃ παραμυθίαν τινὰ ἔχειν τῆς τοιαύτης συμφορᾶς (68). Ἐδόκει γὰρ τότε μέγιστον κακὸν εἶναι ἡ ἀτεκνία. Ὁ δὲ (69) οὐ πάθει δουλωθεὶς (οὐ γὰρ ἂν τὴν ἄλεκτον κάλλος ἔχουσαν ἀφεὶς, θεραπαινίδι ἑαυτὸν ἐξεδίδου), ἀλλ' ἐκείνην ἀθυμίας ἀπαλλάξαι βουλόμενος, πείθεται. Ὡς δ' ἔτεκεν ἡ θεράπαινα, πάλιν ἡ πρεσβυτέρα ζηλοτυπήσασα, καίτοι παῖδας ἔχουσα πολλοὺς, ἠνάγκαζεν αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν αὐτῆς εἰσελθεῖν παιδίσκην. Ὁ δὲ στάσεως καὶ φιλονεικίας ἁπάσης ἀφορμὴν ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς οἰκίας βουλόμενος, πείθεται. Καὶ ἡ σειρὰ αὐτῷ τῶν συμβεβηκότων ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν Ῥαχὴλ ἐπλάκη φίλτρου. Εἰ γὰρ ταύτην παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰλήφει, ἴσως ἂν αὐτῇ ἠρκέσθη. Ἐπειδὴ δὲ ἀπάτην ὑπέμεινεν, οὐχ ἡδυπαθῶς (70), ἀλλὰ παρ' αὐτῶν τῶν ζηλοτυπῆσαι ὀφειλουσῶν γυναικῶν, ποτὲ μὲν παρακαλούμενος, ποτὲ δὲ ἀναγκαζόμενος, εἰς τοῦτ' ἐλθεῖν ἐξεβιάσθη. Ὁ μὲν οὖν Ἰσαὰκ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, εἰς τοιαύτην μὴ (71) ἐμπεσὼν ἀνάγκην, μιᾷ ὡμίλησε γυναικὶ, καὶ ἀρκεσθεὶς ταύτῃ, καὶ ὑπὲρ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ὑπὲρ τοῦ Ἰακὼβ ἀπελογήσατο. Ὁ δὲ Ἀπόστολος καὶ εἰς θεωρίαν ἕλκει τὰ γεγενημένα, εἰς τὰς δύο διαθήκας, τὴν Ἄγαρ ἄγων καὶ τὴν Σάῤῥαν. Μηδεὶς τοιγαροῦν τῶν ἀκρασίᾳ καὶ λαγνείᾳ δεδουλωμένων, καὶ τὰς μὲν ἑαυτῶν γυναῖκας ἀφιέντων, εἰς δὲ χαμαιτυπεῖα καλινδουμένων, καὶ στάσεις καὶ φιλονεικίας ἐν ταῖς ἑαυτῶν οἰκίαις ἐμβαλλόντων, τὰ τῶν ἀοιδίμων ἐκείνων, καὶ πάσῃ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ κεκοσμημένων, δι' ἀνάγκην πραγμάτων παρακολουθήσαντα ἐλαττώματα προφέρων, ἀπολογίαν νομιζέτω ἔχειν τῆς αὐτοῦ κακίας, μηδὲ τοὺς πρὸ τοῦ νόμου πολιτευσαμένους τοῖς μετὰ τὸν νόμον καὶ τὴν χάριν πολιτευομένοις παραβάλλειν ἐπιχειρείτω. Εἰ γὰρ ἄγραφον οὖσαν τὴν ἀρετὴν ἀσμένως ἀσπασάμενοι, καὶ διὰ γραμμάτων μεμαθήκεσαν, πάντως ἂν πλέον διέλαμψαν. Τίς γὰρ υἱὸν μονογενῆ καὶ ὀψίγονον, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει σφάξαι καταδέξοιτο, ὥσπερ ὁ Ἀβραάμ; Τίς

A mulierem attigisset. Quodque non mera conjectura sit, quod dico, hinc constat. Etenim socer majorem natu, quæ deformitate laborabat, junioris loco, cujus incredibilis quædam pulchritudo erat, sibi adjunxit. Ipse autem, tandem aliquando, cognita fraude, indigne quidem id tulit, haud tamen eam ejecit: quod scilicet absurdum esse judicaret eam quam quoquo modo despondisset, ablegare. At socer, cum ut deceptor accusaretur, sua sponte eo processit, ut ipsi alteram quoque daret. Nam id prorsus usitatum ac veteri consuetudine permissum erat. Quod cum ille accepisset, antiquior, etsi alioqui parum ipsi grata, pariebat: ea autem quæ ipsum amoris illecebris devinctum tenebat, ne in spe quidem ulla hujus rei erat. Ac proinde gra- B vissimo mœrore correpta, se vim suæ vitæ allaturam minabatur, nisi pareret. « Da enim mihi liberos, inquit, alioqui moriar [1], » hoc est, mortem mihi ipsi consciscam. Posteaquam autem pariendi desperatione affecta est, ab ipso petiit, ut cum ancilla sua rem haberet: quo liberos eos, qui ex ipsa nascerentur, adoptaret, ac nonnullum hujusce calamitatis solatium habere videretur. Nam tum sterilitas maximum malum esse censebatur. Ipse itaque non libidine subactus (neque enim alioqui eam, quæ incredibili pulchritudine prædita erat, relinquens, ancillæ seipsum dedidisset), sed ut eam mœrore liberaret, ut id faceret, adductus est. Ut autem ancilla peperit, rursum natu major zelotypia C percita, tametsi multos filios haberet, ipsum ad ancillam quoque suam ingredi coegit. Ille autem ut dissidii omnis et contentionis materiam e domo sua ejiceret, ipsius cupiditati obsequitur. Ita eorum, quæ evenerunt, catena non aliunde ipsi, quam a Rachelis amore contexta est. Nam si eam principio accepisset, ea fortasse contentus fuisset. Posteaquam autem fraudem pertulit, non quod libidini deditus esset, sed quia ab ipsismet mulieribus, quas zelotypia laborare oportebat, nunc rogabatur, nunc etiam necessitate constringebatur, eo venire coactus est. Ac quidem Isaac, ut superius dixi, in ejusmodi necessitatem minime prolapsus, cum unica duntaxat uxore consuetudinem habuit, eaque contentus fuit: hincque et Abrahamum et Jaco- D bum a culpa vindicavit. At vero Apostolus ea quæ contigerunt, ad allegoriam trahit, Agarem videlicet et Saram ad duo Testamenta ducens [2]. Quocirca nemo ex iis qui libidini et lasciviæ sese in servitutem addixerunt, uxoribusque suis relictis in prostibulis volutantur **247** ac dissidia et contentiones in domos suas injiciunt, clarorum illorum virorum, atque omnibus aliis virtutibus instructo-

[1] Gen. XXX, 1. [2] Galat. IV, 24.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(68) Huc pertinet, quod etiam in jure nostro adoptio dicitur solatii causa inventa esse. RITT.

(69) Uterque cod. legit ὃς δέ. ID.

(70) Pro ἡδυπαθῶς ambo codd. habent ἡδυπαθῶν. ID.

(71) Μὴ abest ab utroque codice. ID.

rum et ornatorum, ob rerum necessitatem consecutos defectus proferens, vitii sui excusationem habere se existimet: nec eos, qui ante legem vixerunt, cum his qui post legem et gratiam vivunt, conferre aggrediatur. Nam si virtutem nondum scripto proditam libentibus animis amplexati, per litteras quoque hanc didicissent, non est dubium quin magis effulsissent. Quisnam enim unigenitum filium ac provecta ætate procreatum in ipso ætatis flore jugulare sustineat, ut Abraham? Quisnam hujusmodi tropæum adversus naturam erigat? Quisnam hospitalitatis ita studiosus est, ut servorum gregibus circumseptus, ipse famulorum munera una cum uxore exsequi velit? Quisnam tanta fide præditus est, ut Palæstinam universam in pollicitatione complexus, si sepulcrum emendum haberet, ut ille, non ambiguo atque ancipiti animo esset, secumque hæsitaret? Quisnam usque adeo pecuniarum cupiditatem fregit, ut barbarica spolia, et Persicam prædam contemnat, ac pro nihilo putet? Verum, nescio quonam pacto eo processi, ut virum illum contumelia afficerem, dum eum cum ejusmodi viris comparo: sed nihil molesti atque acerbi dicere volo. Illud unum dicam, ac postea finem faciam: Si et eorum virtutes et defectus habentes, postea cum ob defectus accusarentur, illos in medium proferrent, et si ne sic quidem justam excusationem haberent (neque enim idem est, ante legem, et in lege, et post legem et gratiam, munus vitæ obire), tamen aliquam fortasse excusationis umbram haberent. Cum autem virtutibus quidem vacui, vitiis autem obnoxii atque constricti, omissis illorum virtutibus, defectus duntaxat proferant, omni prorsus condemnatione digni sunt.

A τοιοῦτον στήσειε κατὰ τῆς φύσεως τρόπαιον; Τίς οὕτω φιλόξενος, ὃς πολλοῖς κεκυκλωμένος οἰκέταις, αὐτὸς τὰ τῶν οἰκετῶν μετὰ τῆς ὁμοζύγου διαπράξασθαι θελήσειε; Τίς οὕτω πιστὸς, ὃς ἐν ἐπαγγελίαις τὴν Παλαιστίνην πᾶσαν συλλαβὼν, εἰ τάφον ἀγοράσειεν, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὐκ ἂν διακριθείη; Τίς οὕτω χρημάτων κρείττων, ὡς βαρβαρικῶν σκύλων, καὶ Περσικῶν λαφύρων καταφρονῆσαι; Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως προήχθην ὑβρίσαι τὸν ἄνδρα, ἀνδράσιν αὐτὸν παραβάλλων· ἀλλ' οὐδὲν βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν. Ἐκεῖνο δὲ μόνον φράσας, καταπαύσω, ὅτι εἰ μὲν καὶ τὰ πλεονεκτήματα αὐτῶν ἔχοντες, καὶ τὰ ἐλαττώματα· εἶτ' ἐγκαλούμενοι ἐπὶ τοῖς ἐλαττώμασιν ἐκείνους προέφερον, μάλιστα μὲν οὐδ' οὕτως δικαίαν εἶχον ἀπολογίαν· οὐ γὰρ ταυτὸν τὸ πρὸ νόμου, B καὶ μετὰ νόμον (72), καὶ χάριν πολιτεύεσθαι· πλὴν ἀλλὰ τάχα ἂν εἶχον σκιὰν ἀπολογίας. Εἰ δὲ κατορθωμάτων μὲν χηρεύοντες, ἐλαττώμασι δὲ ἐνεχόμενοι, τὰ πλεονεκτήματα ἐκείνων ἀφέμενοι, τὰ ἐλαττώματα προφέροιεν, πάσης εἰσὶ καταγνώσεως ἄξιοι.

CCLXXV. — HERACI CLARISSIMI.

C Vita sine sermone magis prodesse solet, quam sermo sine vita. Nam illa etiam tacens prodest: hic autem etiam clamans molestiam affert. At si et sermo et vita in unum occurrant, omnis philosophiæ simulacrum efficiunt.

ΣΟΕ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Βίος ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πέφυκεν, ἢ λόγος ἄνευ βίου. Ὁ μὲν γὰρ καὶ σιγῶν ὠφελεῖ, ὁ δὲ καὶ βοῶν ἐνοχλεῖ. Εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδράμοιεν, φιλοσοφίας ἁπάσης ἀποτελοῦσιν ἄγαλμα.

CCLXXVI. — HERMOGENI EPISCOPO.

Quod Martinianus, et Zosimus, ac Maro, digni, ut abs te dictum est, Eusebio discipuli, et eum apud omnes, et omnes apud eum criminentur, perspicuum est. Quod autem vis illa scelerum ultrix nec illum, nec istos semper toleratura, verum dignas iis quæ perpetrarunt atque nunc perpetrant pœnas ab ipsis expetitura sit, id quoque liquet. Nemo enim injuste agens, divinam justitiam latuit: verum alii in hac vita, alii in altera pœnas perpendeD runt.

ΣΟϚ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὅτι μὲν Μαρτινιανός τε καὶ Ζώσιμος, καὶ Μάρων, οἱ ἄξιοι Εὐσεβίου, ὡς ἔφης, φοιτηταὶ διαβάλλουσιν αὐτόν τε πᾶσιν, αὐτῷ τε πάντας, δῆλόν ἐστιν. Ὅτι δὲ οὐκ εἰς τέλος ἡ δίκη ἀνάσχοιτο οὔτ' ἐκείνων, οὔτε τούτου, ἀλλὰ δίκην αὐτοὺς εἰσπράξεται ἀξίαν ὧν ἔδρασάν τε καὶ δρῶσι, καὶ τοῦτο δῆλον. Οὐδεὶς γὰρ ἀδικῶν τὴν δίκην ἔλαθεν· ἀλλ' οἱ μὲν ἐνταῦθα, οἱ δὲ ἐκεῖσε ἔδοσαν δίκην.

248 CCLXXVII. — EIDEM.

Si paupertatem judicio disceptantem misericor-

ΣΟΖ. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰ τὴν πενίαν κρινομένην ἐλεεῖσθαι οὐ θέμις· οὐ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(72) *Καὶ μετὰ νόμον καὶ μετὰ νόμον.* Fuit cum alterum horum, καὶ μετὰ νόμου, delendum putarem, ut a librario præter rem geminatum: qualia etiam alibi memineram apud Isidorum commissa errata. Eum errorem nunc corrigo, aliosque, ne forte eumdem errent, præmoneo, quasi qui ad lapidem impegit aut a via aberravit, et alios postea admonet ut sibi caveant. Distinguit Isidor. tria tempora: primum quod legem præcessit; secundum quod sub lege fuit, usque ad exhibitum Messiam; tertium quod legem abrogatam secutum est, et gratiæ appellatur. Hoc tempore qui peccant, tanto præ primis et secundis gravius puniri censet, quanto plura majoraque hominibus per gratiam in Christo oblata sunt et suppeditata præsidia atque adjumenta vitandi peccata, quam vel primi ante legem homines, vel secundi sub legis jugo habuerunt. Nimirum cui multum est datum, is multa reposcetur et exigetur. Vide locum simil. lib. IV. RITT.

γὰρ δίκαιον ἀδικεῖσθαι τὸ δίκαιον· οἱ τῷ πλούτῳ τὴν ψῆφον ἀδίκως νέμοντες, καὶ λήμματι τὸν τῆς δικαιοσύνης ζυγὸν παρασαλεύοντες, ποίας οὐκ ἂν δικαίως ἀπολαύσοιεν τιμωρίας; Εἰ γὰρ ἡ ὑπὸ ἀνάγκης πολλάκις πολυπραγμονοῦσα συγγνώμης οὐκ ἠξιώθη· ἐχρῆν γὰρ παρακαλεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐγκαλεῖν· τῷ ὑπὸ πολλῆς τρυφῆς εἰς τὸ δίκαιον ἐξυβρίζοντι τὴν ψῆφον νέμων, ποίας ἀπολαύσεται συγγνώμης;

A dia prosequi nefas est (neque enim jus lædi æquum est), qui victorem calculum divitiis inique tribuunt, atque justitiæ lancem quæstu labefactant, ac nutantem reddunt, quo tandem cruciatu affici non mereantur? Nam cum ea, quæ persæpe necessitate adducta negotiis sese involvit, veniam minime consequatur (oportet enim eam deprecari atque obsecrare, ac non accusare) qui præ luxu et deliciis jus contumelia afficienti victoriæ calculum tribuit, quam tandem veniam consequetur?

ΣΟΗ'. — ΝΕΙΛΩ.

Οὐ ταυτὸν, ὦ βέλτιστε, τὸ ἐξαίφνης ἰδεῖν καὶ τρωθῆναι, καὶ τὸ μετὰ σπουδῆς τὰ ἀλλότρια θηρώμενον κάλλη τὸ αὐτὸ παθεῖν. Ὁ μὲν γὰρ ἐξαίφνης ἰδὼν καὶ τρωθεὶς, δύναται λογισμῷ σώφρονι καὶ τὸ βέλος ἐξελκύσαι καὶ τὸ τραῦμα θεραπεῦσαι. Φάρμακον δ' ἄριστον τῷ τοιούτῳ πάθει, νηστεία, καὶ τὸ μηκέτι τὴν τρώσασαν θεάσασθαι· ἀλλ' εἰ καὶ ἀνάγκη γένοιτο, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡνίας ἐμβαλεῖν, καὶ εἰς γῆν αὐτοὺς τρέψαι, ἐξ ἧς τὸ ἄνθος ἐκεῖνο ἤνθησε, καὶ εἰς ἣν μετὰ βραχὺ μαρανθὲν ἀναλυθήσεται. Ὁ δὲ συνεχῶς καὶ μετὰ σπουδῆς ὁρῶν, κἂν μὴ τῷ σώματι δράσειεν, ἀλλά γε τῇ ψυχῇ τὴν ἁμαρτίαν ἀποτελέσειε. Διὰ γὰρ τῆς θέας θεραπεύων τὸ πάθος, διὰ τῆς συγκαταθέσεως τὸ ἄγος πληροῖ. Εἰ μὴ γὰρ ἐμάλαξεν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ἰσχὺν ἡ ἐπιθυμία, οὐκ ἂν ἔσπευσεν ἰδεῖν, ἣν φυγεῖν προτροπάδην ἐχρῆν. Διὸ καὶ ὁ θεῖος χρησμὸς, οὐ τοὺς ἁπλῶς ἰδόντας καὶ τρωθέντας· συμβαίνει γὰρ πολλάκις ἀβουλήτως γενέσθαι· ἀλλὰ τοὺς ὁρῶντας καὶ ἔργον τοῦτο τιθεμένους, μοιχοὺς εἶναι ἀπεφήνατο, φήσας· « Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. »

CCLXXVIII. — NILO.

Non idem est, optime vir, repente videre, ac sauciari; et consulto ac de industria pulchritudines B alienas aucupantem in eamdem fraudem labi. Nam qui repente conspexit, ac vulnus accepit, is prudenti ratione potest, et telum extrahere, et vulneri mederi. Præstantissimum porro huic morbo remedium in jejunio situm est, atque in eo, ut posthac eam, quæ vulnus ipsi inflixit; minime prospiciat, aut etiam, si necessitas hoc ferat, oculis habenas injiciat, eosque in terram (ex qua flos ille manavit, et in quam haud multo post marcore affectus dilabetur) convertat. At qui assidue ac dedita opera feminam intuetur, etiamsi corpore scelus minime perpetret, at animo certe perficiet. Nam cum per aspectum libidinem deliniat, per animi assensum scelus explet. Nisi enim ipsi animi vires cupiditas emolliisset, haudquaquam eam videre properasset, C quam effusissimo cursu fugere oportebat. Ob eamque causam divinum oraculum non eos qui duntaxat et fortuito viderunt, ac vulnus acceperunt (sæpe enim contingit, ut id præter voluntatem exsistat), verum eos qui cernunt, atque hoc pro opere habent, adulteros esse pronuntiavit, his verbis utens, « Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde suo[a]. »

ΣΟΘ'. — ΣΕΡΗΝΩ ΤΡΙΒΟΥΝΩ.

Ἡ δίκη, ὦ σοφὲ, ἡ πάντων ἐκεῖσε δίκας εἰσπραξομένη, κἀνταῦθα πολλάκις κλέπτει τὰς τῶν κλέπτειν αὐτὴν πειρωμένων φρένας, καὶ τοὺς μηχανωμένους αὐτὴν ἐκκλίνειν, δι' ὧν πράττουσιν, εἰς τὰς οἰκείας ἄρκυς ἐμπίπτειν καταναγκάζει· τοσοῦτόν ἐστι καὶ σοφὴ καὶ δυνατὴ, καὶ ἀπαραλόγιστος. Τὸ γὰρ εἰρημένον τῷ Πλάτωνι, [ὡς] ἐκ προσώπου Σωκράτους, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, οὐ περὶ τῆς κρίσεως εἴρηται, ὡς ἀμφιβαλλομένης αὐτῷ· ἄπαγε· πέπηγε γὰρ παρ' αὐτῷ μάλιστα τοῦτο τὸ δόγμα· ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀρθῶς πεφιλοσοφηκέναι τὸν Σωκράτην, μνημονεύσας γάρ τινων ἄκρως ἴσως πεφιλοσοφηκότων, ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτῷ μαρτυρῶν φορτικὸς εἶναι, ἔφη· « Ὧν δὴ κἀγὼ, κατά γε τὸ δυνατὸν, οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. Εἰ δ' ὀρθῶς προὐθυμήθην, καί τι ἠνύσαμεν, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα. » Ἐοικότα που λέγων τῷ Παύλῳ φήσαντι· « Οὐδὲν

CCLXXIX. — SERENO TRIBUNO.

Divina justitia, vir erudite, quæ in futura vita scelerum omnium pœnas omnino exactura est, hic quoque persæpe mentes eorum, qui ipsam fallere conantur, fallit, eosque qui ipsam effugere moliuntur, per ea ipsa, quæ agunt, in suos casses incidere cogit. Usque adeo sapiens ac potens est, atque D ejusmodi, ut nulla ratione circumscribi, fucusque ipsi fieri possit. Nam quod a Platone sub Socratis persona dictum est, Cum illuc venerimus, quod certum ac perspicuum est, sciemus, non de judicio dictum est, perinde ac de eo ipso ambigeret, absit (nam hoc dogma certum apud eum et indubitatum est): sed de eo, quod Socrates recte philosophatus esset. **249** Nam cum nonnullos qui philosophiæ munus summa cum laude obiissent, commemorasset, ne sibi ipsi, si testimonium sibi ipsi adhiberet, invidiæ aliquid conflaret, his verbis usus est: « Quibus ipse quoque pro virili quidem mea, nihilo

[a] Matth. v, 28.

inferior fui, verum omni ratione in eorum numero esse studui. An autem recte studuerim, et nunquid a nobis præstitum sit, cum illuc venerimus, perspicue sciemus. » Quæ quidem verba non multum dissimilia sunt his Pauli verbis : « Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Qui vero judicat me, Dominus est. »

A ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ (73) δεδικαίωμαι. Ὁ δὲ ἀνακρίνων με Κύριός ἐστι. »

CCLXXX. — THEODOSIO SCHOLASTICO.

Sublimior tentationibus quispiam efficitur, non cum eas præterit, sed cum ad ea, quæ accidunt, perferenda seipsum erudit. Tentationes enim, quæ, ut ipse ais, discuti nequeunt, per eorum, qui adversos casus perferre norunt, patientiam et fortitudinem discutiuntur. Optima quippe rerum earum, quæ in nobis minime sitæ sunt, medicina est ea, quæ nostri arbitrii est, patientia : ac necessariorum eventuum, quos tu depelli posse negas, depulsio, est in rebus adversis fortitudo, in lætis modestia. Quod si divinum quoque numen auxiliarem manum porrigat, rerum eventus facilius feremus. Quod cum optimus oraculorum Christi interpres compertissimum haberet, his verbis usus est : « Faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. »

ΣΠ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ὑψηλότερός τις γίνεται τῶν πειρασμῶν, οὐχὶ παράγων αὐτοὺς, φέρειν δὲ τὰ συμβαίνοντα ἑαυτὸν παιδεύων. Οἱ γὰρ πειρασμοὶ ἄλυτοι ὄντες, ὡς φῂς, λύονται διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀνδρίας τῶν φέρειν τὰ συμπίπτοντα ἐπισταμένων. Θεραπεία γὰρ ἀρίστη τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἡ ἐν ἡμῖν φιλοσοφία, καὶ λύσις τῶν ἀναγκαίων, ἀλύτων, ὡς φῂς, ὄντων, ἡ ἐν μὲν τοῖς δυσκόλοις ἀνδρία, ἐν δὲ τοῖς δεξιοῖς μετριότης. B Εἰ δὲ καὶ ἡ θεία ῥοπὴ χεῖρα ὀρέξειε, ῥᾷον τὰ συμπίπτοντα οἴσομεν. Ὅπερ εὖ μάλα ἐπιστάμενος, ὁ τῶν τοῦ Χριστοῦ χρησμῶν ἄριστος ἑρμηνεὺς, ἔφη· « Ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. »

CCLXXXI. — EIDEM.

In illud, « Pater noster [a]. »

Acceptarum injuriarum memoriam retinere, haud generosi animi est, verum improbi, ac miseri. Quoniam autem non omnes de iisdem rebus eamdem sententiam ferunt, verum alii, si is qui contumeliam accepit, confestim curetur, hinc ipsum ea, quæ dicta sint, agnoscere conjiciunt; alii contra, ipsum ea minime agnoscere hoc argumento colligunt prudentem virum sapientiores potius sequi, eorumque judicium certum ac firmum existimare convenit. Illud autem est, ut medicinam quam celerrime admittat. Nam falsum probrum non ultra aurem progreditur. Quoniam autem scripsisti, « Quid igitur, si nulla eum, qui contumeliam infert, satietas capit, verum ejus, quem contumelia affecit, patientia pejor atque insolentior redditur? » respondeo, primum incredibile hoc esse; deinde hujusmodi hominem, tanquam indomitam belluam, aversandum et fugiendum esse. Nam quod abs te scriptum est, tanquam a quodam dictum sit: « Et cum eo versor, et patientiam adhibeo; majorem enim mihi laudem conciliat: » est quidem magni viri (vere enim loqui oportet), si modo rebus ipsis atque operibus philosophetur, atqui tamen præstantium virorum virtutem minime superarit. Apud nos enim sancti viri coronas suas ex alienis calamitatibus texere minime volunt: verum plerumque commoda sua negligunt, ut aliorum errata corrigant. Non enim, ut majorem sibi gloriam comparent, alios in præceps agunt: verum, si prodesse queant, admonent: sin secus, aufugiunt, ne illi in majorem voraginem prolabantur. Non enim laudis atque honoris studio, sed ut hominum saluti consulant, ea agunt, quæ agunt.

Ζ'. — ΑΝΤΙΟΧῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Γενναίας μὲν οὐκ ἔστιν ἔργον ψυχῆς, τὸ μνησικακεῖν, ἀλλὰ ταλαιπώρου καὶ φαύλης. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντες περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν φέρουσι ψῆφον, ἀλλ' οἱ μὲν τῷ ταχέως θεραπευθῆναι τὸν παροινηθέντα τοῦ συνειδέναι, οἱ δὲ τοῦ μὴ συνειδέναι τοῖς εἰρημένοις, τεκμήριον ποιοῦνται· χρὴ τὸν ἔμφρονα τοῖς σοφωτέροις μᾶλλον ἀκολουθεῖν, καὶ τὴν ἐκείνων ψῆφον βεβαίαν ἡγεῖσθαι. Ἔστι δ' αὕτη, τὸ ταχίστην δέχεσθαι τὴν ἰατρείαν. Τὸ γὰρ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. Ἐπειδὴ δὲ γέγραφας· « Τί οὖν εἰ μὴ C λαμβάνει κόρον ὁ ὑβριστὴς, ἀλλ' ἐπιτρίβεται τῇ τοῦ παροινηθέντος φιλοσοφίᾳ; » φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν ἄπιστόν ἐστι τοῦτο· πλὴν τὸν τοιοῦτον ὡς θηρίον ἀτίθασσον φευκτέον. Τὸ γὰρ γραφὲν παρὰ σοῦ ὡς λεχθὲν (97) παρά τινος, ὅτι « Καὶ συντυγχάνω καὶ φιλοσοφῶ· μεῖζον γάρ μοι τὸν ἔπαινον παρασκευάζει », μεγάλου μὲν ἐστι (χρὴ τἀληθῆ λέγειν) ἀνδρὸς, εἴ γε τοῖς ἔργοις φιλοσοφοίη, οὐ μὴν τὴν τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ὑπερβεβηκότος ἀρετήν. Οἱ γὰρ ἅγιοι παρ' ἡμῖν, οὐ τοὺς οἰκείους στεφάνους ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων πλέκεσθαι βούλονται συμφορῶν, ἀλλὰ τῶν καθ' ἑαυτοὺς πολλάκις ἀμελοῦσιν, ἵνα τὰ τῶν πλησίον ἐπανορθώσωνται. Οὐ γὰρ ἵνα ἑαυτοῖς μεῖζον κατασκευάσωσι τὸ κλέος, ἄλλους εἰς κρημνὸν τρέπουσιν· ἀλλ' εἰ μὲν ὠφελεῖν δυνηθεῖεν, συμβουλεύουσιν· εἰ δὲ μὴ, ἀποφεύγουσιν, ἵνα μὴ ἐκεῖνοι εἰς D μεῖζον ὀλισθήσοιεν βάραθρον. Οὐ γὰρ φιλοτιμούμενοι, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων φροντίζοντες, δρῶσιν ἃ δρῶσιν.

VIII. — APRODISIO PRESBYTERO.

Quandoquidem ei, qui mœrore obrutus et profli-

Η'. — ΑΠΡΟΔΙΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐπειδὴ φέρει τινὰ παραμυθίαν τῷ ὑπὸ λύπης

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(95) *Ἐπολεμήθη μὲν γὰρ, οὐχ ἡττήθη δέ.* In eamdem sententiam plurima exstant apud SS. Patres quæ referre longum esset Cf. Alcimi Aviti carmina lib. IV, *De diluvio mundi;* Chrysost. orat. *de incomprehensibili Dei natura*, orat. *adversus Judæos* etc. RITT.

(96) Similiter Chrysostomus *contra Judæos*. ID.

(97) Phrasis manca in ed. Paris. quæ sic habet, τὸ γὰρ γραφὲν παρά τινος, ὅτι. Restituitur ex codd. Vat. 649 et Alt. ap. Possinum. EDIT. PATR.

βεβαπτισμένῳ τῶν λυπηρῶν ἡ ἀφήγησις, καὶ μάλισθ' ὅταν πρὸς γνησίους γίνεται. (ἡ γὰρ σιωπὴ (98) πολλοὶ γοῦν καρτερήσαντες, καὶ σιγῇ ταῦτα παραδεδωκότες, εἰς χαλεπὰ περιέπεσον πάθη)· χρὴ τοὺς βουλομένους τὰς ἑαυτῶν διηγεῖσθαι συμφορὰς, ἡμέρως προσίεσθαι, καὶ μετὰ τὸ κουφισθῆναι διὰ τῶν λόγων τὸ πάθος, τότε τὴν ἐνδεχομένην προφέρειν θεραπείαν. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτοὺς ἐπιστομίσομεν, καὶ ἀσυμπαθῶν κτησόμεθα δόξαν, καὶ τὸ βοήθημα ἀσθενὲς ἀποφανοῦμεν, τῆς ἀκμῆς αὐτὸ παρωθουμένης. Εἰ δὲ μετὰ τὸ κουφισθῆναι τὸν πόνον ἐπιθείημεν τὸ φάρμακον, δύο κερδανοῦμεν, καὶ τὸ συμπαθεῖς εἶναι, καὶ τὸ μὴ διαμαρτεῖν τῆς θεραπείας.

A gatus est, molestorum narratio solatii non nihil affert, ac præsertim cum ad sinceros amicos fit (silentio quippe ingravescit calamitas: **259** permulti siquidem ob pectore pressas ac silentio traditas miserias suas, in graves et periculosos morbos inciderunt), idcirco eos qui calamitates suas commemorare cupiunt, blande ac suaviter admittere oportet, ac posteaquam illi per hujusmodi sermonem dolore levati fuerint, tum demum, eam quam par est medicinam adhibere. Nam si confestim ipsis ora obstruamus, tum inhumaniorum hominum existimationem colligemus, tum remedium imbecille atque invalidum reddemus, nimirum ipsa doloris flamma illud repellente. At si mitigato dolore pharmacum imponamus, duplex lucrum consequemur, alterum quod humani ac misericordes erimus, alterum quod morbum depellemus.

Θ'. — ΑΥΣΟΝΙΩ, ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΚΟΡΡΙΚΤΟΡΙ.

Χρὴ τοὺς τῶν πραγμάτων κριτὰς, ὀξυτάτους εἶναι περὶ τὸ νοεῖν, ἵνα καὶ τὴν τῶν λεγόντων δεινότητα, καὶ τὴν τῶν λεγομένων πιθανότητα παρέντες, εἰς αὐτὸ τὸ βάθος τῶν νοημάτων χωρῆσαι δυνηθεῖεν, κἀκεῖθεν θηρεύσαντες, ἀνιμήσασθαι τὴν ἀλήθειαν.

B IX. — AUSONIO, DIONYSIO CORRECTORI.

Eos qui de rebus judicant, acutissimo ingenio esse oportet, ut et eorum, qui loquuntur facundiam, et eorum, quæ dicuntur, probabilitatem ac verisimilitudinem missam facientes, sensa ipsa introspicere, atque hinc expiscantes, veritatem haurire queant.

Ι'. — ΗΡΑΚΛΕΙΔΗ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Τί σημαίνει τὸ Λόγιον τὸ ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἱερέως.

Τὸ *Λόγιον*, ὦ ἐλλογιμώτατε, οὐ τὸ αὐτὸ μηνυει. Ἀλλ' ὅταν μὲν ἡ πρώτη ὀξύνηται συλλαβὴ, χρησμὸν δηλοῖ· ὅταν δ' ἡ δευτέρα, τὸ ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως ἐπιτεθῆναι θεσπισθὲν, οἷον *λόγου ἱερὸν*, ἢ οἶκον, ἢ τέμενος. Ἐπειδὴ δὲ φῄς· « Καὶ τίνος ἕνεκεν τῷ στήθει τοῦ ἀρχιερέως ἐπετίθετο; » φημὶ, ὅτι πρῶτον μὲν ἐχρῆν τῷ θυμικῷ καὶ ἐπιθυμητικῷ τὸν λογισμὸν, ὥσπερ ἡνίοχον ἐποχεῖσθαι. Ἔπειτα ὅτι τῷ ἱερωμένῳ χρὴ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν σαφήνειαν ἐγκαλλώπισμα εἶναι. Τῷ γὰρ *λογίῳ* ἐπέκειτο *ἡ δήλωσις* καὶ *ἡ ἀλήθεια*· ἡ μὲν τὴν σαφήνειαν, ἡ δὲ τἀληθὲς ἐμφαίνουσα. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως βούλει νοῆσαι· Ἐπειδὴ τῷ μὲν ἐνδιαθέτῳ λόγῳ πρέπει ἡ ἀλήθεια· τῷ δὲ προφορικῷ, ἡ σαφήνεια. Τάχα δὲ ἐπειδὴ καὶ ἔκλαμψίς τις ἐγίνετο, ὡς φασιν, ἐν τοῖς λίθοις ἐκείνοις, ὅτε εἰς τὰ ἄδυτα ἐστέλλετο ἱερουργήσων, καὶ ἐδήλου ἀληθῶς τὰ ἐσόμενα (99), τούτοις κέκληνται τοῖς ὀνόμασι.

X. — HERACLIDI EPISCOPO.

Quid significet rationale quod erat super pectus sacerdotis.

Vox hæc λόγιον, vir eruditissime, non unam duntaxat significationem habet: cum enim prima syllaba acuitur, oraculum significat. Cum autem secunda, id quod ex divino præscripto pontificis pectori C impositum erat, quasi λόγου ἱερόν, id est, rationis sacrum, aut domum, aut delubrum. Quoniam autem: Cur pontificis pectori imponeretur, ex me quæris, hoc primum respondeo, quia iræ et cupiditati rationem aurigæ in modum insidere oportebat. Deinde quia ei, qui sacerdotii munere fungitur, veritatem ornamenti loco esse convenit. Siquidem τῷ λογίῳ, id est, rationali, δήλωσις et ἀλήθεια inhærebant, quarum altera perspicuitatem, altera veritatem significat. Quod si alio adhuc sensu id explicari cupis, id ea ratione fiebat, quia internæ rationi veritas congruit: ei autem, quæ sermone profertur, perspicuitas. Denique quia splendor quidam ut nonnulli aiunt, in lapillis illis exsistebat, cum ad Sancta sanctorum sacrificandi causa se conferret, atque ea, quæ eventura erant, vere declarabat, his fortasse nominibus appellatæ sunt.

ΙΑ'. — ΘΕΟΚΤΙΣΤΩ.

Βασάνισον ἀκριβῶς, ὦ βέλτιστε, καὶ εὑρήσεις αὐτὸν δικαιοσύνης γέμοντα· οὐ γὰρ εἶπεν, Ὁ ἁπλῶς καὶ ἐκ παρόδου ἰδών τινος καὶ ἐπιθυμήσας, ὡς μοιχὸς τιμωρηθήσεται (ἢ γὰρ ἂν καὶ ἀνήνυτον ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἄλογος ἡ ἀπειλή)· ἀλλ', « Ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, » τουτέστιν, ὁ ἐκ

D XI. — THEOCTISTO.

Perpende diligenter, optime vir, ac videbis eum æquitate ac justitia refertum esse. Non enim dixit, Qui simpliciter ac per transitum aliquam viderit, eamque concupierit, ut adulter punietur (sic enim res irrita fuisset, ac nulla ratione nixa comminatio), verum: « Qui viderit mulierem ad concu-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(98) *Ἡ γὰρ σιωπή*. Deesse videtur tale quid: αὐξητικὴ τῆς συμφορᾶς, *silentio ingravescit calamitas*. Vid. ep. 176 libri II. RITT.

(99) Ed. Paris., λεγόμενα. Corr. ex iisdem codd. EDIT. PATR.

piscendam eam, » hoc est, qui ex antecedente cogitatione libidinis affectum attrahit, qui nihil aliud operis sibi proponit, **260** qui sine intermissione insidiatur, atque assiduo prospectu affectum fovet, « Jam mœchatus est in corde suo [13]. » Particula enim ista, *jam* omnibus, nisi qui perexigua et hebeti mente sint, perspicuum illud facit, hæc verba de iis dicta esse, qui res eas aggrediuntur, quas nullo modo consequi possunt. Quid enim, si illa et viro copulata sit et pudicitia præstet, et a multis custodiatur, quonam pacto ab amante facile subigi queat? Merito itaque dictum est : « Jam mœchatus est, » quia videlicet ab actione minime abstinuisset, si ea in ipsius potestate sita fuisset. Nisi enim universum animæ robur amori succubuisset, haudquaquam corpori quoque persuasum fuisset, ut continenter incederet, ac libidinosis oculis affectum suum pasceret; quippe cum multi etiam, quamvis amore teneantur, eas tamen, quas amant, cernere præ pudore minime sustineant. Quod si gloriæ amor oculum comprimit, atque corporeum amorem superat, multo profecto magis id divinus timor efficiet. Quod si dixerit quispiam : Quid igitur, si cum actio in ipsius potestate sit, tamen abstineat? hic responderim : Magna quidem certe ac divina quædam res istud fuerit, ac vere virginitatis argumentum. Atque hujusmodi vir, et si viderit, atque obiter vulnus acceperit, haudquaquam eam assidue intueri studebit, verum quam longissime sese removebit, ne continuus aspectus materiam igni subministret. Quod si intueri studet, eum per hujusmodi aspectum affectus prodit. Jam si continenter etiam aspiciens, nullo incommodo hinc se affici contendat, a Jobo, viro omni laude præstantiori, coarguetur, his verbis utente : « Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine [14]. » Quod si eum, qui diaboli vires concidit, minorem esse existimet, quam ut secum certare possit, hoc ipso quoque nomine dignus fuerit, cui fides abrogetur, cum ait se etsi cernere non desinat, nullo tamen libidinis sensu affici. Atque ut etiam eum vera loqui concedamus, tamen eumdem divinum miraculum perperam interpretari constat. Non enim dixit, Vide quidem, at ne concupiscas : vel, Concupisce quidem, at cupiditatem comprime. Quod si eo quoque impudentiæ prorumpat, erubescat is oportet qui dixit : « Vivo autem non jam ego, vivit autem in me Christus [15]. » Nam qui hæc omni philosophia præstantiora verba protulit, quique divinarum gratiarum opes tanquam in fictili ærario circumferebat, anxius et sollicitus erat, cum hoc bellum sibi ob oculos proponeret, ac dicebat : « Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar [16]. » Cum igitur tantus vir carnis rabiem tanquam habenis quibusdam cohibeat, unusquisque oculos a mulieribus removendo, securitatem sibi comparare studeat, ne alioqui materia igni admota flammam excitet.

A προενθυμήσεως το πάθος ἐπισπώμενος, ο τοῦτ' ἔργον τιθέμενος, ὁ συνεχῶς ἐφεδρεύων, καὶ τῇ συνεχεῖ καὶ ἀκαταπαύστῳ θέᾳ θεραπεύων τὸ πάθος, « Ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Τὸ γὰρ *ἤδη*, τοῖς μὴ βραχύτατον (1) ἔχουσι τὸν νοῦν, ἐμφαίνει περὶ τῶν ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων εἰρῆσθαι. Τί γὰρ εἰ καὶ ὕπανδρος εἴη ἐκείνη καὶ σώφρων, καὶ ὑπὸ πολλῶν φυλάττοιτο; πῶς τῷ ἐρῶντι εὐχείρωτος εἴη; Οὐκοῦν εἰκότως εἴρηται· « Ἤδη ἐμοίχευσεν, » ὁ τῆς πράξεως οὐκ ἀποσχόμενος ἄν, εἴ γε οἷά τε ἦν· εἰ μὴ πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῷ ἔρωτι ἦν παραχωρήσασα, οὐκ ἂν καὶ τὸ σῶμα ἐπείσθη συνεχῶς φοιτᾷν, καὶ ἀκράτοις (2) ὀφθαλμοῖς ἑστιᾷν τὸ πάθος· ὅπου γε πολλοὶ καὶ ἐρῶντες, ἐρυθριῶσιν εἰς ἐκείνας βλέπειν. Εἰ δὲ δόξης ἔρως ὀφθαλμοὺς χαλινοῖ, καὶ ἔρωτος κρατεῖ B σωματικοῦ, πολλῷ μᾶλλον ὁ θεῖος φόβος τοῦτο ποιήσει. Εἰ δὲ φαίη τις· Τί οὖν, εἰ δυνατῆς οὔσης τῆς πράξεως ἀπόσχοιτο; φαίην, ὅτι Μέγα μὲν ὄντως καὶ θεῖον, καὶ παρθενίας ὄντως ἀπόδειξις. Καὶ ὁ τοιοῦτος εἰ καὶ εἶδε, καὶ ἐτρώθη ἐκ παρόδου, οὐκ ἂν συνεχῶς σπουδάσοι θεάσασθαι· ἀλλὰ καὶ πόῤῥω ἑαυτὸν ἀποικίσει, ἵνα μὴ ἡ συνεχὴς θέα ὕλην τῷ πυρὶ παράσχοι. Εἰ δὲ σπουδάζει θεάσασθαι, ἐλέγχει ἑαυτὸν δι' ὧν θεᾶται τὸ πάθος. Εἰ δὲ καὶ θεώμενος διηνεκῶς, λέγει μηδὲν πάσχειν δεινὸν, ἐλεγχθήσεται παρὰ τοῦ παντὸς ἐπαίνου κρείττονος Ἰὼβ, λέγοντος· « Διαθήκην διεθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ μὴ συνήσω ἐπὶ παρθένον. » Εἰ δὲ μικρὸν ἑαυτῷ πρὸς ἅμιλλαν ἡγεῖται τὸν τοῦ διαβόλου συγκόψαντα τὴν ἰσχὺν, μάλιστα μὲν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἀπιστηθῆναι C ἂν εἴη δίκαιος, λέγων, ὁρᾷν μὲν συνεχῶς, μὴ πάσχειν δέ. Εἰ δὲ καὶ δοίημεν αὐτὸν ἀληθεύειν, ἐλέγχεται τὸν θεῖον παρερμηνεύων χρησμόν· οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅρα μὲν, μὴ ἐπιθύμει δέ· ἢ, Ἐπιθύμει μὲν, καρτέρει δέ. Εἰ δὲ καὶ οὕτως ἀναισχυντοίη, ἐρυθριᾶσαι ὀφείλει τὸν εἰρηκότα· « Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Ὁ γὰρ ταῦτα τὰ πάσης φιλοσοφίας κρείττονα ῥήματα φράσας, ὁ τὸν τῶν χαρισμάτων πλοῦτον ὥσπερ ἐν ὀστρακίνῳ θησαυρῷ παραφέρων, ἐναγώνιος ἦν πρὸς τὸν πόλεμον τοῦτον ἀφορῶν, καὶ ἔλεγεν· « Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. » Εἰ τοίνυν ὁ τηλικοῦτος ἀνὴρ τὴν τῆς σαρκὸς ἀνεσείραζε λύττιαν, σπουδαζέτω ἕκαστος, διὰ τοῦ μὴ ὁρᾷν τὴν ἀσφάλειαν ἑαυτῷ D πορίζεσθαι, μήποτε πλησιάζουσα ἡ ὕλη τῷ πυρὶ ἀνάψῃ τὴν φλόγα.

[13] Matth. v 28. [14] Job xxxi, 1. [15] Galat. ii, 20. [16] I Cor. ix, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) *Βραχύτατον*. B, βραδύτατον, quod præfero. Sic alias quoque βραχυτῆτα legi in Paris. ed., in B. autem βραδυτῆτα. Ritt.

(2) Pro ἀκράτοις duo iidem codd. scribunt, ἀκρατέσιν. Possin.

ΙΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ (3).

Λίαν ἄγαμαι τὴν σὴν ἁπλότητα, ἐκθειάσασαν μὲν τὴν ἑρμηνείαν τοῦ εὐαγγελικοῦ χρησμοῦ· ἀντεπιστείλασαν δέ· « Τί οὖν πρὸς τὴν θεαθεῖσαν, εἰ ὁ θεασάμενος ἐτρώθη; » Ἐχρῆν γὰρ ἐννοῆσαι, ὅτι ἡ μὲν σωφρόνως καὶ κοσμίως βαδίζουσα, καὶ μὴ θηρῶσα τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐδέν· ἡ δὲ θρυπτομένη, καὶ τὰ δίκτυα τῆς ἡδονῆς ἀναπετάσασα, καὶ τὸ δηλητήριον κεράσασα, καὶ μάλιστα. Ταῦτα δέ φημι, ἐπειδὴ ἐνόμισας τοῖς ἄῤῥεσι μόνοις τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν χρησμὸν, ἀγνοῶν ὅτι καὶ γυναιξὶν ἐῤῥήθη (4). Κοινοὶ γὰρ ἑκατέρῳ γένει οἱ νόμοι, πλὴν ἐκείνων μόνων τῶν ἰδικῶς ἑκάστῳ γένει τεθεσπισμένων. Εἰ μὲν οὖν μὴ ἐρῶσιν, οὐ πρὸς αὐτὰς ὁ χρησμός. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὗται τούτῳ ἁλίσκονται τῷ πάθει, καὶ πρὸς αὐτὰς βλέπει. Ὡς γὰρ τό· « Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν· » καὶ, « Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον· » καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ περὶ ἀνδρῶν μόνον εἴρηται, ἀλλὰ καὶ περὶ γυναικῶν, διὰ τοῦ ἡγεμονικωτέρου ζώου, καὶ τῷ ἀρχομένῳ εἰρημένον. Οὕτω καὶ τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν διὰ τῆς συνεχοῦς θέας, ἑκατέρῳ γένει νενομοθέτηται. Οὐ γὰρ ὅπερ ἐπιχειροῦσί τινες κατασκευάζειν εἰς τὸ, « Θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, » πειρώμενοι δεικνύναι τοῖς ἀνδρείοις καὶ γενναίοις ἀνάπαυλαν εἶναι τὸν θάνατον, οὐ τοῖς ἄλλοις τοῖς λεγομένοις ἀνθρώποις, τοῦτο κἀνταῦθα νομιστέον. Μάλιστα μὲν γὰρ κἀκεῖνό μοι ἕωλον φαίνεται. Εἰ γὰρ καὶ ὄντως ἀνάπαυσίς ἐστι τοῖς ἀνδρείοις καὶ γενναίοις ὁ θάνατος, τέλος μὲν ὢν τῶν ἄθλων, ἀρχὴ δὲ τῶν ἐπάθλων· διὸ καὶ περὶ γυναικὸς ἀνδρείας εἴρηται· « Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; » Καὶ ἵνα μή τις ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου τοῦτ' εἰρῆσθαι νομίσειεν, ἐῤῥήθη ἑτέρωσε· « Γυνὴ ἀνδρεία, στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. » Τό τε τοῦ *ἀνδρὸς* ὄνομα τὸ ἀνδρεῖον πολλάκις μηνύει)· ἀλλ' οὖν γε οὐ περὶ γενναίων ἦν τῷ ἀοιδίμῳ Ἰὼβ ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἁπλῶς ἀνθρώπου, συμφοραῖς ἀφύκτοις περιπαρέντος. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ἐκ τῆς συμφράσεως ῥᾳδίως γνοίη. Περιέχει γάρ· « Ἵνα τί γὰρ δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς, οἳ ἱμείρονται τοῦ θανάτου, καὶ οὐ τυγχάνουσι; Περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν κατατύχωσι. Θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ. » Ὅταν, φησὶ, πάντοθεν οἱ πειρασμοὶ οὐρανομήκεις ὦσι καὶ ἀφύλακτοι, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἔφη· « Ὀχύρωμα δὲ αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ ὕψωσε· » τότε ὁ θάνατος ἀσπαστὸς καὶ εὐκταῖός ἐστιν. Εἰ δὲ διὰ τὸ εἰρῆσθαι *ἀνδρὶ*, μὴ καταδέξοιντο ταύτην τὴν ἑρμηνείαν, δυνατὸν μὲν αὐτοὺς ἐλέγξαι, ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ ἄῤῥενος τὸ τοῦ *ἀνδρὸς* εἴρηται ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γυναικός. Ἀνδροφόνος γὰρ λέγεται οὐ μόνον ὁ ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ ὁ γυναῖκα ἀποκτείνας· ἀνδριὰς δ' οὐ μόνον ὁ τοῦ ἀνδρὸς,

261 XII. — EIDEM.

Simplicitatem tuam demiror, qui evangelici quidem oraculi explicationem mirifice probaveris: rescribens autem his verbis usus sis: « Quid igitur ejus, quæ conspecta est, refert, si is qui eam conspexit, vulneratus est? » Oportebat enim te istud cogitare, illam quidem quæ modeste atque honeste incedit, nec obvios quosque aucupatur, omni culpa carere: eam autem, quæ luxu et deliciis diffluit, ac voluptatis retia expandit, et venenum miscuit, vel maxime in culpa esse. Hæc autem idcirco a me dicuntur, quia ad solos masculos hoc oraculum pertinere censuisti, ignorans ad mulieres quoque spectare. Communes enim utrique sexui leges sunt, iis duntaxat exceptis, quæ privatim unicuique sexui latæ sunt. Quocirca, si illæ amoris aspectu minime tangantur, oraculum ad eas minime pertinet; si autem ipsæ quoque huic affectui obnoxiæ sunt, eas quoque hæc lex respicit. Ut enim istud: « Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum [17]; » et rursum istud: « Beatus vir, qui timet Dominum [18], » aliaque id genus; non de viris tantummodo, sed etiam de mulieribus dicta sunt (quod videlicet per animal principatum obtinens, ad id etiam quod subeat, referantur): eodem modo per assiduum aspectum ad concupiscendum non incitari, utrique sexui legis præscripto indictum est. Non enim quod nonnulli efficere conantur, ut ex hoc Scripturæ loco: « Mors viro requies, strenuis duntaxat et fortibus viris [19] » ac non item aliis, qui hominum nomine appellantur, mortem requiem esse demonstrent, hoc id quoque existimandum est. Primum enim illud etiam futile ac putidum esse videtur. Etsi enim mors, ut quæ laboribus finem imponat, ac præmia auspicetur, fortibus ac strenuis vere requies est (unde etiam de muliere forti dictum est: « Mulierem fortem quis inveniet [20]? » ac ne quis istud idcirco dictum esse existimet, quod nulla ejusmodi inveniri possit, alio loco dictum est, « Mulier fortis corona est viro suo [21], » ac *viri* vocabulum fortitudinem sæpe significat): at hoc loco de fortibus et generosis clarissimo viro Job sermo non erat, verum absolute de quovis homine, calamitatibus hisce, quarum nullum exitum videat, transfixo atque oppresso. Quod si quis mihi diffidit, ex illius loci contextu facile id intellexerit. Hoc enim continet: « Quare data est misero lux? et vita his qui in amaritudine sunt? **262** Desiderant mortem et ea non potiuntur, ac lætitia exsultant, si potiantur. Mors enim viro requies. Conclusit enim Deus adversus eum [22]. » Quod perinde est ac si diceret. Cum ingentes omni ex

[17] Psal. I, 1. [18] Psal. CXI, 1. [19] Eccli. XXII, 11. [20] Prov. XXXI, 10. [21] Prov. XII, 4. [22] Job III, 20-23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(3) Hæc et seq. epistola non parum conducit illustrandæ l., D. *De verb. signif.*, docentque ambæ quod regulariter leges utrique sexui sint communes. Ritt.

(4) Pro ἐῤῥήθη cod. Vat. 649 habet ἐῤῥέθη, ut etiam infra. Possin.

parte, quæque nulla ratione vitari queant, tentationes sæviunt (quemadmodum alio quoque loco dixit : « Præsidium suum adversum me sustulit [23] »), tum demum grata et votis exoptanda mors est. Quod si propterea quod dictum sit *viro*, idcirco hanc interpretationem repudient, possunt quidem hinc convinci, si ipsis ostendatur, *viri* vocabulum, non modo de viro, sed etiam de muliere dictum esse (ἀνδροφόνος enim, id est, viricida dicitur, non solum qui viro, sed etiam qui feminæ necem attulit : ἀνδριάς item, id est statua, non tantum viri, sed etiam mulieris simulacrum dicitur) : verum iis omissis ut non admodum validis et efficacibus, a divinis oraculis eorum sententiam obterere conabor. Quid igitur dixerint, si audiant : « Vir flagitiosus ingreditur vias non bonas [24] ? » Quid item cum dicetur : « Vir insipiens non intelliget [25] ? » Quid denique cum illud rursus audierint : « Assimilabitur viro insipienti [26] ? » Nam si illic vir non hominem, sed fortem ac generoso animo præditum significat, quonam pacto hoc loco flagitiosus, et insipiens, et stultus dictus est? Verum his missis factis ad institutum accedam. Quandoquidem igitur et legis mandata, et evangelica oracula partim peccata prohibentia, partim beatitudines describentia, et viris et mulieribus in commune dicta sunt, proinde ipsæ quoque oculos custodiant, ac velut injecto freno reprimant, ne per impudicum aspectum adulterarum pœnas subeant. Ut enim venerei congressus cupiditas par in utroque esse detur (sunt enim qui viri, sunt rursus qui mulieris acriorem ac violentiorem esse asserant), attamen ille serit, hæc seritur; ille gignit, hæc parit; ille agricolæ, hæc terræ locum obtinet. Quocirca in his rebus in quibus nec vir mulieris, nec mulier viri officiis fungi potest, privatæ leges positæ atque constitutæ sunt · aliæ vero omnes communes sunt. Ut enim lege sancitum est : « Non mœchaberis [27], » nec vir solum, si in eo crimine deprehensus sit, sed etiam femina supplicio afficitur : eodem modo hic quoque (præsertim cum dictum sit : « Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est in corde suo [28], » cuivis perspicuum est, mulierem etiam omnem, quæ cupiditatis causa virum conspexerit adulterium jam in corde suo commisisse.

A ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς γυναικός. Πλὴν ταῦτα παρεὶς ὡς οὐ λίαν δραστήρια, ἀπὸ τῶν θείων αὐτοὺς συλλογίσασθαι πειράσομαι λογίων. Τί τοίνυν φαῖεν, ἐὰν ἀκούσωσιν· « Ἀνὴρ παράνομος πορεύσεται ὁδοὺς οὐκ ἀγαθάς ; » Τί δὲ ὅταν λέγηται · « Ἀνὴρ ἄφρων οὐ γνώσεται ; » Τί δ' ὅταν · « Ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ ; » Εἰ γὰρ ἐκεῖ ὁ ἀνὴρ οὐ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν ἀνδρεῖον καὶ γενναῖον μήνυει · πῶς ἐνταῦθα ὁ παράνομος καὶ ἄφρων καὶ μωρὸς ἀνὴρ εἴρηται ; Ἀλλὰ τούτων ἀφέμενος, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἥξω. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ αἱ νομικαὶ ἐντολαὶ, καὶ οἱ εὐαγγελικοὶ χρησμοὶ, αἱ μὲν τὰ ἁμαρτήματα ἀπαγορεύουσαι, οἱ δὲ τοὺς μακαρισμοὺς ὑπογράφοντες, καὶ ἀνδράσιν εἴρηνται καὶ γυναιξὶ, φυλαττέσθωσαν καὶ αὗται, καὶ χαλινούτωσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μὴ διὰ τῆς ἀκολάστου θέας, τὰς B τῶν μοιχαλίδων τιμωρίας ὑπόσχοιεν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς συνουσίας ἴση εἶναι δοθείη (οἱ μὲν γὰρ τὴν τοῦ ἀνδρὸς, οἱ δὲ τὴν τῆς γυναικὸς τυραννικωτέραν εἶναί φασιν), ἀλλ' οὖν γε, ὁ μὲν σπείρει, ἡ δὲ σπείρεται · ὁ μὲν γεννᾷ, ἡ δὲ τίκτει · ὁ μὲν γεωργοῦ χώραν ἐπέχει, ἡ δὲ γῆς. Ἐν αὐτοῖς δὴ οὖν τούτοις, ἐν οἷς μήθ' ὁ ἀνὴρ δύναται ποιεῖν τὰ τῆς γυναικὸς, μήθ' ἡ γυνὴ τὰ τοῦ ἀνδρὸς, ἰδικοὶ ἐτέθησαν νόμοι. Οἱ δ' ἄλλοι πάντες, κοινοὶ πᾶσίν εἰσι καὶ ἀδιαίρετοι. Ὥσπερ γὰρ νενομοθέτηται · « Οὐ μοιχεύσεις · » καὶ οὐ μόνον ὁ ἀνὴρ, εἰ ἁλοίη, ἐπὶ τούτῳ δίκας δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ ἡ γυνή · οὕτω δὴ κἀνταῦθα, μάλιστ' ἐπειδὴ εἴρηται · « Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ · » δῆλόν C ἐστιν ἅπασιν, ὅτι πᾶσα ἡ βλέπουσα ἄνδρα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοιχεύθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῆς.

XIII. — EIDEM.

Cur, quædam communiter viris et mulieribus in lege præscripta sunt, quædam vero peculiariter.

Scripturas sacras lectitare debes, ac non de
263 omnibus rebus alios interrogare. Nam si in earum lectione versareris, cognitum profecto haberes, quod viro de genitali excremento nonnulla privatim sancita sunt, ac mulieri de menstruis : atque item illi de eo, ut ne naturæ leges evertat, atque insano masculorum amore teneatur, nec in sterilem rabiem præceps ruat; huic autem de aqua indicii, si in adulterii suspectionem veniat. Denique illum si per somnum corpus contaminarit, hanc autem et cum purgatur, et cum peperit impuram esse lex ait, ambosque, quoad purificati fuerint, a sacro ambitu removet. Quin alia quoque nonnulla privatim sancita et instituta sunt, quæ in præsentia commemorare minime necesse est cum ex his, quæ

ΙΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Διὰ τί, τινὰ μὲν τοῦ νόμου κοινῇ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ νενομοθέτηται, τινὰ δὲ καὶ ἰδίως.

Ἀναγινώσκειν τὰς Γραφὰς ὀφείλεις, καὶ μὴ περὶ D πάντων ἐρωτᾷν. Εἰ γὰρ ἀνεγίνωσκες, ἐγίνωσκες ἂν, ὅτι τῷ μὲν ἀνδρὶ περὶ σπερματικῆς ἐκκρίσεώς τινα ἰδικῶς νενομοθέτηται, τῇ δὲ γυναικὶ περὶ καταμηνίων · καὶ τῷ μὲν, περὶ τοῦ μὴ τοὺς τῆς φύσεως ἀνατρέπειν θεσμοὺς, καὶ ἄῤῥεσιν ἐπιμαίνεσθαι, καὶ ἄκαρπα λυττᾷν · τῇ δὲ περὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ, εἰ ὑποπτευθείη μεμοιχεῦσθαι · καὶ τὸν μὲν ὀνειρώξαντα, τὴν δὲ καθαιρομένην καὶ τεκοῦσαν, ἀκάθαρτον εἶναί φησι, καὶ ἔξω ἱερῶν περιβόλων ἵστησιν, ἕως ἂν καθαρθῶσι. Καὶ ἄλλα τινὰ ἰδικῶς νενομοθέτηται, ἃ οὐκ ἀναγκαῖον ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰπεῖν, δυναμένου σου ἐκ τοῦ ῥηθησομένου γνῶναι, ὅτι ἐν ἐκείνοις μόνοις, ἐν οἷς μήτε γυναικὶ οἷόν τε ποιεῖν τἀνδρὸς, μήτ' ἀνδρὶ τὰ γυναικὸς, ἰδιάζοντες ἐτέθησαν

[23] Job VI, 13. [24] Prov. XVI, 29. [25] Psal. XCI, 7. [26] Matth. VII, 26. [27] Exod XX 14. [28] Matth. V, 28.

νόμοι. Οἱ δ' ἄλλοι πάντες κοινοί εἰσιν ἑκατέρῳ γένει· οἷον τό· «Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν·» τό· «Οὐ φονεύσεις. Οὐ μοιχεύσεις. Οὐ κλέψεις. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. Οὐκ ἐπιορκήσεις. Οὐκ ἐπιθυμήσεις ὅσα τῶν πλησίον σού ἐστι.» καὶ ὅσα τούτοις συγγενῆ. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς εὐαγγελικοὺς ἔλθῃς χρησμούς, πάλιν τὸ ἴσον εὑρήσεις· Μακάριοι γὰρ οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ πραεῖς, οἱ ἐλεήμονες, οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ εἰρηνοποιοί, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ τὸ περὶ ἀγαμίας δὲ καὶ ἁγνείας εἰρημένον, ἑκατέρῳ γένει εἴρηται, κἂν ἀῤῥενικῷ χαρακτῆρι ἐξενήνεκται, διὰ τὸ πρέπον τῇ χρησμῳδίᾳ καὶ τὸ ἡγεμονικώτερον εἶναι τὸ ζῶον. Ὁ δυνάμενος γὰρ χωρεῖν, χωρείτω. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν, τῷ πολλὰς καὶ κεχωρηκέναι καὶ κατωρθωκέναι.

A mox dicturi sumus, intelligere queas, in iis duntaxat, in quibus nec mulier, quæ viri sunt, nec vir, quæ mulieris sunt, exsequi potest, privatas leges positas esse, alias autem omnes ad utrumque sexum in commune pertinere. Verbi gratia hanc: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut teipsum [29].» Et hanc: «Non homicidium facies. Non mœchaberis. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et matrem. Non pejerabis. Non concupisces quidquam ex his quæ proximi tui sunt [30].» Quod etiam de omnibus legibus quæ his cognatæ ac similes sunt, intelligi debet. Quod si ad evangelica etiam oracula veneris, idem rursum invenies. Beati enim pauperes spiritu, mites, misericordes, esu- B rientes et sitientes justitiam, mundi corde, pacifici, aliaque id genus omnia [31]. Quin illud quoque quod de cœlibatu ac virginitate dictum est, ad utrumque sexum pertinet (tametsi mascula loquendi forma enuntiatum sit, propterea quod id apostolico oraculo conveniret, et quia hoc animal majus imperium obtinet.) Qui potest enim capere capiat. Idque hinc constat, quod permultæ hoc et ceperint, et præstiterint.

ΙΔ'.— ΤΩ ΑΥΤΩ.

Διὰ τοῦτο ὁ νόμος, καὶ τὰς φυσικὰς καὶ ἀβουλήτους ἐκκρίσεις καθαρσίων ἠξίωσεν, ἵνα τὰς ἑκουσίους καὶ παρὰ φύσιν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος φύγωμεν. Ὁ γὰρ τοῖς τὰ δοκοῦντα μὲν, οὐκ ὄντα δὲ ἁμαρτήματα ὑπομένουσιν, ἀποκλείσας τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον, ἕως ἂν καθαρθεῖεν, τοῖς ἑκοντὶ ἁμαρτάνουσι, μείζονα μὲν κατασκευάζει τὸν φόβον, χαλεπωτέραν δ' ἀπειλεῖ τιμωρίαν. Εἰ γὰρ τὸ ἀκούσιον οὐχ ἁπλῶς, συνεγνώσθη, τὸ ἑκούσιον δηλονότι ἀσύγγνωστον εἴη, εἰ μὴ μετανοίᾳ εἰλικρινεῖ θεραπευθείη.

XIV. — EIDEM

Lex hac de causa naturales etiam, minimeque in voluntate nostra sitas excretiones expiari voluit, ut voluntarias ac naturæ repugnantes multo magis fugiamus. Nam quæ iis, qui ea perpetiuntur, quæ speciem quidem peccati habent, nec tamen revera peccata sunt, aditum ad templum, quoadusque pur- C gati fuerint, interclusit · eadem quoque iis qui sponte atque consulto peccant, majorem metum incutit, acerbioremque pœnam minitatur. Nam cum id quod minime sponte factum est, veniam haud simpliciter impetrarit, id procul dubio, quod voluntarie admittitur, veniam haudquaquam obtinebit, nisi vera et sincera pœnitentia curetur.

ΙΕ'. — ΕΛΙΣΣΑΙΩ ΜΟΝΑΧΩ

Τὸ μὲν πταίειν ἐν τοῖς ὑπηκόοις τελοῦντα, δεινόν· τὸ δὲ τὸν ἱερωμένον, δεινότερον· τὸ δὲ τὸν τὴν ἀρχιερωσύνην κεκληρωμένον, πάντη δεινότατον. Ὅσῳ γὰρ ταῖς τιμαῖς προὔχουσι, τοσούτῳ καὶ τὸ ἁμάρτημα. Εἰ γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ εἴη, ἀργαλεώτερον γίνεται, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τοῦ δράσαντος μετρούμενον. Καὶ τί τῷ ὑπηκόῳ παραβάλλω τὸν ὑφηγητὴν, ὁπότε ὅλου τοῦ λαοῦ ἀντίῤῥοπον ἔφη εἶναι τὸ τοῦ ἀρχιερέως πταῖσμα ὁ νομοθέτης, καὶ τοσαύτην αὐτὸν ἐθέσπισεν προσενεγκεῖν θυσίαν, ὅσην ἂν ὁ λαὸς ἅπας, εἰ πλημμελήσειε, προσενεγκεῖν προστέτακται; Εἰ δὲ μὴ ἴσον ἦν μηδ' ἀντίῤῥοπον τὸ τραῦμα, οὐκ ἂν ἀντίπαλον ὥρισε τὴν θεραπείαν.

264 XV. — ELISÆO MONACHO.

Grave est, eum, qui inter subditos censetur, peccare; gravius autem, eum qui divino cultui consecratus est; longe vero gravissimum, eum qui pontificis dignitatem nactus sit. Quanto enim honoribus alios antecellunt, tanto quoque ipsorum peccatum, etiamsi alioqui idem sit, gravius efficitur: quippe quod non ad naturæ, sed ad ejus, qui D illud perpetravit dignitatem perpendatur. Quid autem magistrum et antistitem cum subdito comparo: cum legislator pontificis peccatum totius populi peccato par esse dixerit, tantumque ab ipso sacrificium lege lata exegerit, quantum si plebs universa deliquisset, offerri præcepit? Quod si æquale ac par vulnus non esset, haud parem certe medicinam constituisset.

ΙϚ'.—ΤΩ ΑΥΤΩ.

Νόμος οὗτος καὶ θεσμὸς περὶ τῆς θείας φύσεως νενίκηκε, πρὸς μὲν τὴν ἀξίαν αὐτῇ τὰς τιμὰς παρὰ τοῦ γενητοῦ γένους μὴ νέμεσθαι (οὐδὲ γὰρ οἷόν τε), τῇ δὲ τῶν συντελούντων δυνάμει τὴν εὐσέβειαν με-

XVI. — EIDEM

Lex hæc et sanctio de divina natura obtinuit, non ut ipsi pro ipsius dignitate ab humano genere honores tribuantur (neque enim id fieri potest), verum ut pietas, eorum, qui conferunt, potentia

[29] Deut. VI, 5; Matth. XXII, 37-39 [30] Exod. XX, 12 17. [31] Matth. V, 3-10.

pondcretur. Quamobrem nemo ex iis qui paupertate conflictantur, mœsto animo sit: verum potius lætetur. Nam quod solum divina natura requirit (hoc autem potissimum virtus est) prorsus offerre poterit.

A τρεῖσθαι. Μηδεὶς τοιγαροῦν τῶν πενίᾳ παλαιόντων ἀλυέτω, ἀλλὰ μᾶλλον εὐφραινέσθω. Ὁ γὰρ μόνον ἡ θεία φύσις ἐπιζητεῖ, τοῦτό ἐστιν ἀρετὴ, μάλιστα πάντων προσαγαγεῖν δυνήσεται.

XVII. — THEODOSIO EPISCOPO.

Quod Eusebius, voluntariæ paupertatis suasor, ac cœlestium dogmatum interpres, in terrenis rebus infixus, congerendis pecuniis studeat, quamvis grave sit, haud tamen scio quonam pacto minime grave esse videatur. Quod autem nunc abs te indicatum est, ac multorum fide dignorum virorum testimonio confirmatur, atque incredibile fortasse posteris videbitur, ejusmodi est, ut nihil atrocius fingi possit. Quis enim adduci facile queat, ut credat, eum illos quidem, qui paupertatem colunt, atque omni alio philosophiæ genere fulgent, ut qui ad quæstum faciendum haudquaquam ipsi utiles sint, velut nullius usus homines aspernari, sacerdotioque indignos judicare: divites contra, quod eorum opes demetat, quamvis etiam omni scelere coopertos ad sacerdotium proferre: perinde atque non virtuti, sed divitiis sacerdotium deberi existimet? Ac quidem oportebat, ut scribis, eos qui ab his vitiis remoti sunt, eam quam convenit medicinam excogitare. Quoniam autem perpauci sunt ejusmodi homines, atque aliorum multitudine obteguntur, multorumque inimicitiam sibi conflare metuentes, lacrymas quidem profundunt, verum nullum fortis ac strenui animi facinus edunt, ob eam causam iisdem, quibus illi, vitiis laborare existimantur. **265** Neque enim arbitreris velim, o improborum odii delubrum, omnes in iisdem vitiis versari: verum nonnullos esse qui apostolicæ vitæ typum retineant (quorum numerum ipse quoque auges), in quorum gratiam adversus eos, qui peccant, nondum prolata est sententia.

ΙΖ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Τὸ μὲν τοῖς γηΐνοις πράγμασιν ἐγκαλινδούμενον χρηματίζεσθαι Εὐσέβιον, τὸν τῆς ἀκτημοσύνης ὑφηγητὴν, καὶ τῶν οὐρανίων δογμάτων ἐξηγητὴν δεινὸν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ, οὐκ οἶδ' ὅπως (5). Τὸ δὲ νῦν μηνυθὲν μὲν παρὰ σοῦ, παρὰ δὲ πολλῶν ἀξιοπίστων ἀνδρῶν μαρτυρούμενον, ἄπιστον δ' ἴσως τοῖς μεθ' ἡμᾶς ὀφθησόμενον, ὑπερβολὴν οὐκ ἔχει· Τίς γὰρ ἐθελήσει ῥᾳδίως πιστεῦσαι, ὅτι τοὺς μὲν ἀκτημοσύνην B ἀσκοῦντας, καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοσοφίᾳ διαλάμποντας, ἅτε λυσιτελεῖν αὐτῷ πρὸς χρηματισμὸν μὴ δυναμένους, ἀχρήστους ὑπολαμβάνων, ἀτιμάζει, καὶ ἱερωσύνης οὐκ ἀξιοῖ· τοὺς δὲ πλουσίους, διὰ τὸ δρέπεσθαι αὐτῶν τὸν πλοῦτον, εἰς ἱερωσύνην προφέρει, κἂν ἁπάσης κακίας εἶεν ἀνάπλεοι· οὐ τῇ ἀρετῇ, τῷ δὲ πλούτῳ χρεωστεῖσθαι τὴν ἱερουργίαν οἰόμενος; Ἐχρῆν μὲν οὖν, ὡς ἔφης, τοὺς τούτοις μὴ ἁλόντας τοῖς πάθεσι, τὴν δέουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι. Ἐπειδὴ δ' ὀλίγοι ὄντες κομιδῇ τῷ πλήθει καλύπτονται, καὶ τὴν τῶν πολλῶν ἀπέχθειαν δεδιότες, δακρύουσι μὲν, γενναῖον δ' οὐδὲν, οὐδὲ νεανικὸν ἐπιδείκνυνται· διὰ τοῦτο τὰ αὐτὰ ἐκείνοις νοσεῖν ὑποπτεύονται. Μὴ γὰρ δὴ πάντας, ὦ μισοπονηρίας τέμενος, ἡγοῦ τοιούτους εἶναι, ἀλλ' εἶναί (6) τινας τοὺς τὸν ἀποστολικὸν σώζον- C τας χαρακτῆρα, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς τυγχάνεις, δι' οὓς οὐδέπω ἡ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐξενήνεκται ψῆφος.

XVIII. — AGATHO PRESBYTERO.

Divinissimus Patris terminus ac sermo, vir sapientissime (citra prooemium enim ad interpretationem accedam: gestit quippe animus quod animo concepi eloqui), si, ut illi aiunt, tempore posterior est, sempiternus non est: si autem sempiternus, ut ipsi dicimus, haudquaquam tempore posterior. Nihil enim divinæ naturæ tam proprium ac peculiare est, nec quod expressius eam notet et insigniat, quam æternitas. Ac quidem splendoris vocabulum æternitatem indicat. Character autem substantiæ, substantiam: Verbum item impassibilitatem, quodque ab omni corporea mole secretum sit: Filius denique, proprietatem et consubstantialitatem. Ex unoquoque enim quod commodum et utile est, cor-

ΙΗ'. — ΑΓΑΘῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὁ θειότατος τοῦ Πατρὸς, ὦ σοφώτατε, ὅρος τε καὶ λόγος (ἄνευ γὰρ προοιμίου ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν χωρήσω· ὠδίνω γὰρ τὸ νενοημένον εἰπεῖν), εἰ μεταγενέστερος, ὥς φασιν, οὐκ ἀΐδιος· εἰ δ' ἀΐδιος, ὥς φαμεν, οὐ μεταγενέστερος. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον καὶ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας φύσεως, ὡς τὸ ἀΐδιον (7). Τὸ μὲν οὖν ἀπαύγασμα, τὸ συναΐδιον ἐμ- D φαίνει· ὁ δὲ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, τὸ ἐνυπόστατον· ὁ δὲ Λόγος, τὸ ἀπαθές τε καὶ ἀσώματον· ὁ δὲ Υἱὸς, τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν ὁμοουσιότητα. Ἐξ ἑκάστου γὰρ τὸ χρήσιμον ἐρανιζόμενοι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐῶμεν, ὅσον τῇ θείᾳ οὐ πρέπει φύσει. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γεννητῶν, τὸ *πρὸ* καὶ *μετὰ*, χώραν ἐχέτω· ἐπὶ δὲ τῆς σεπτῆς καὶ βασιλικωτάτης Τριάδος, τὸ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Pro illis verbis, ἐξηγητὴν δεινὸν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ, οὐκ οἶδ' ὅπως, hæc solum habet cod. Vat. 649, ἐξηγητὴν δεινὸν εἶναι δοκεῖ οὐκ οἶδ' ὅπως. Lectio tamen edita magis placet, quam et cod. Alt. comprobat. POSSIN.

(6) Verba ἀλλ' εἶναι omittebat ed. Paris. EDIT.

(7) *Οὐδὲν οὕτως ἴδιον καὶ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας φύσεως, ὡς τὸ ἀΐδιον*. Divinitatis propria nota æternitas. Repetit hanc sententiam inf. ep. 63 et ep. 149. RITT.

πρῶτον καὶ δεύτερον, οὐκ ἔχει χώραν. Καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνων, τὸ θεῖον ἀνώτερον.

A rogantes, quod reliquum est, nec divinæ naturæ convenit, valere jubemus. Etenim in rebus procreatis his duabus voculis, *ante*, et, *post*, sit sane locus. At in veneranda, summeque regia Trinitate, *primum*, ac *secundum*, locum non habet. Divinum quippe numen et numero et tempore sublimius est.

ΙΘʹ. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰ μηδὲν πλέον τοῦ γράμματος νομίζει τὸν νομοθέτην εἰρηκέναι ὁ πρὸς σὲ, ὡς ἔφης, διενεχθεὶς Ἰουδαῖος, εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ἐλέγχουσιν ὑμῶν τὴν ἀπαιδευσίαν οἱ δύο ἄνδρες οἱ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν συγγραφεῖς παρ' ὑμῖν γεγονότες· Φίλων ὁ θεωρητικώτατος, καὶ Ἰώσηφος ὁ ἱστορικώτατος. Ὁ μὲν πᾶσαν σχεδὸν τὴν Παλαιὰν εἰς ἀλληγορίαν τρέπων· ὁ δὲ διαῤῥήδην γράφων, τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξιῶς· τὰ δὲ, ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος· ὅσα δ' ἐξ εὐθείας λέγεσθαι συνέφερε, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντος. Εἰ μὲν γὰρ προενέγκοιμεν προφητικὰς ῥήσεις τοῦτο ἐγγυωμένας, παρερμηνεῦσαι καὶ παραποιῆσαι οὐκ ὀκνήσουσιν· εἰ δ' ἀποστολικὰς ἀποφάσεις τε, καὶ ἀποδείξεις, καὶ ἑρμηνείας, παραγράψασθαι τολμήσουσι δυσσεβῶς· τὰς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς δοξάντων σοφῶν μαρτυρίας παραγράψασθαι οὐκ ἂν εἶεν δίκαιοι.

XIX. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Si legislatorem nihil aliud præter litteram dixisse Judæus is existimat, qui tecum rixatus est, his ad eum verbis utere : Inscitiam vestram duo viri refutant, qui post Christi adventum apud vos litterarum monumenta condiderunt, nimirum Philo contemplator egregius, et Josephus insignis historicus : ille, dum universum pene Vetus Instrumentum ad allegoriam trahit; hic dum ad hunc modum loqui-B tur, legislatore alia commode ac scite innuente, alia cum gravitate allegorico sensu exponente, ea denique omnia, quæ recte ac plane dici utile erat, ad litteram indicante. Nam si propheticas voces, quibus id confirmetur, proferamus, eas perversa interpretatione intorquere ac depravare minime verebuntur. Atque item si apostolicas sententias, et demonstrationes atque interpretationes, eas impie rejicere haudquaquam dubitabunt. At eorum, qui apud ipsos sapientiæ atque doctrinæ existimatione floruerunt, testimonia ab ipsis repudiari, haud profecto æquum fuerit.

Κʹ. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Τῆς θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ ἱερωσύνη ὥσπερ μέση καθέστηκεν, ἵνα τὴν μὲν θεραπεύῃ, τῇ δὲ μεταβολὴν ἐργάζηται κρείττονα. Εἴ τις τοιγαροῦν ταύτης μεῖζον φρονεῖ, οὐδὲ φρόνησιν ἔχειν μοι δοκεῖ.

XX. — HERMOGENI EPISCOPO.

Inter divinam et humanam naturam sacerdo-C tium 266 velut medium interjectum est, ut illam colat atque observet, hanc autem in melius commutet. Quocirca si quis eo sublimius sentit, ne mentis quidem et prudentiæ particeps esse mihi videtur.

ΚΑʹ. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Οἱ ἅγιοι, ὦ σοφώτατε, τὰς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς τῶν κινδύνων ὑπερβολὰς, ἐφόδιον μείζονος εὐδοκιμήσεως ἔχουσιν.

XXI. — EIDEM.

Viris sanctis, sapientissime vir, gravissima quæque pericula, quæ virtutis causa adeunt, majoris gloriæ materiam præbent.

ΚΒʹ. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Ὥσπερ, ἵνα καὶ ἐναργεῖ παραδείγματι χρήσωμαι, Ἱερουσαλὴμ, ὅτε μὲν τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ ὥπλιστο, ὀρθὴ ἑστῶσα ἀπονητὶ καὶ ἀναιμακτὶ τὰ τρόπαια ἵστη· ὅτε δὲ ταύτης διὰ τὸ ἐπιλυττῆσαι κατ' αὐτῆς, ἐστέρητο, πῦρ πολέμιον αὐτὴν ῥᾳδίως ἔκλινεν· οὕτω καὶ ψυχὴ, ὅταν μὲν τῇ ἄνωθεν ῥοπῇ δι' εὐστάθειαν τρόπων περιφράττηται, ῥᾳδίως τοὺς πολεμίους καταγωνιεῖται· ὅταν δ' ἁμάρτῃ, ἐνταῦθα μὲν τῷ πυρὶ τῶν παθῶν ἁλώσεται, ἐκεῖσε δὲ τῷ τῆς κρίσεως τιμωρηθήσεται.

XXII. — ISIDORO DIACONO.

Quemadmodum Jerusalem (ut perspicuo exemplo utar) cum divino auxilio munita et armata erat, recta stans citra laborem et cruorem tropæa statuebat; cum autem hoc, propterea quod adversus D ipsum insaniisset, sese spoliabat, hostilis flamma eam nullo negotio prosternebat : eodem modo anima quoque, si divina ope propter morum constantiam ac modestiam septa et munita fuerit, hostes facile superabit; si autem in peccatum proruperit, hic quidem turbulentorum affectuum igne conflagrabit, illic autem judicii flamma cruciabitur.

ΚΓʹ. — ΑΣΚΛΗΠΙῼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

Εἰ Ξέρξης, ὦ σοφιστά· ἀπὸ γὰρ τῶν σῶν σοι διαλέξομαι· τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸ τῶν Ἀθηναίων φρόνημα οὐκ ἠδυνήθη ζεῦξαι τῷ τῆς δουλείας ζυγῷ, ἀλλὰ πάντα μὲν ἐκίνει, καὶ τὸν ταγέντα τοῖς στοιχείοις ἐκαινοτόμει θεσμόν· ἐκείνους δὲ τῶν δεδογμένων οὐ μετεκίνει· σὺ ἀπὸ συμβουλῆς ψιλῆς ἐνόμισας ἡμῶν μετακινεῖν τὸ φρόνημα, καὶ εἰς θωπείαν

XXIII. — ASCLEPIO SOPHISTÆ.

Cum Xerxes, o sophista (nam a tuis historiis tecum agam), juncto ratibus Hellesponto Atheniensium animos servitutis jugo premere minime potuerit, verum quamvis nihil non tentaret, atque etiam impositam elementis legem innovaret, eos tamen ab animi proposito haudquaquam dimoverit, tu tamen solo consilio perfecturum existimasti, ut

animum nostrum dimoveas, atque ad blandiendum A et adulandum inflectas. Annon autem hoc absurdum est? Quocirca ejusmodi quædam consilia nobis dare desine. Sin minus, ex amicorum choro te secernemus.

τρέπειν καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον; πέπαυσο τοίνυν τοιαῦτά τινα ἡμῖν παραινῶν· εἰ δὲ μή, τοῦ χοροῦ τῶν φίλων σε ἀποκρινοῦμεν.

XXIV. — MARTYRIO LECTORI.

Acris atque ad omnia audax pecuniarum amor, nec satietatem ullam sentiens, animam eam, quam ceperit, in extremum malorum præcipitem agit. Quocirca maxime in primordiis eum abigamus. Nam si semel vicerit, nulla postea ratione vinci poterit.

ΚΔ'. — ΜΑΡΤΥΡΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Ὁ δεινὸς καὶ πάντολμος τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, κόρον οὐκ εἰδὼς, ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν τὴν ἁλοῦσαν ψυχὴν ἐλαύνει. Οὐκοῦν μάλιστ' ἐν προοιμίοις αὐτὸν ἀπελάσωμεν. Κρατήσας γὰρ, ἀχείρωτος ἔσται.

XXV. — SYRIONI.

Generosus ille Paulus, præstantissimus, inquam, ille dux, qui regis electioni minime dedecori fuit, B atque, ut nihil omnino aliud quam Ecclesiæ utilitatem ob oculos propositam habens, privata commoda negligebat, et aliorum errata corrigebat, omnia ad Ecclesiæ ædificationem fieri oportere clamabat. Nos contra (ut qui gloriam nostram spectemus), id quod nostris rebus conducere videtur, Ecclesiæ utilitati anteponimus. Atqui Ecclesiæ gloria omnino ad nos quoque redundat, nostra autem non omnino ad commune commodum transit. Nam si, ut nosipsos commendare videamur, **267** proximorum ædificationem nihili pendamus, annon jactura lucrum superabit?

ΚΕ'. ΣΥΡΙΩΝΙ.

Ὁ γενναῖος Παῦλος ὁ ἄριστος στρατηγὸς, ὁ τοῦ βασιλέως τὴν χειροτονίαν μὴ ἀτιμάσας, ὁ τὰ καθ' ἑαυτὸν παριδὼν, ἵνα τὰ τῶν ἄλλων ἐπανορθώσηται, ἅτε μηδὲν πλέον ὁρῶν τοῦ τῆς Ἐκκλησίας συμφέροντος, ἐπεβόα χρῆναι πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γίνεσθαι τῆς Ἐκκλησίας. Ἡμεῖς δὲ τὸ φαινόμενον ἡμῖν συμφέρον, πρὸς δόξαν γὰρ ἑαυτῶν ὁρῶμεν, τοῦ τῆς Ἐκκλησίας προτιμῶμεν. Καίτοι τὸ τῆς Ἐκκλησίας κλέος, πάντως καὶ εἰς ἡμᾶς ἀνατρέχει· ἡ δὲ ἡμῶν δόξα, οὐ πάντως εἰς τὸ κοινὸν διαβαίνει. Εἰ γὰρ ἵν' ἑαυτοὺς δόξωμεν συνιστᾷν τῆς τῶν πέλας ὀλιγωροίημεν οἰκοδομῆς, πῶς οὐ μείζων ἔσται τοῦ κέρδους ἡ ζημία;

XXVI. — CASIO PRESBYTERO.

Contra eos qui dicunt esse nativitatem sive fatum, seu fortunam. C

Haud grave est, optime vir, eos qui gravia perpetrarunt, gravibus quoque pœnis affici. At eos, qui nihil grave commiserunt, gravia perpeti, prorsus gravissimum est. Quonam igitur modo iis, qui hoc nomine conqueruntur, satisfaciamus? Non alia nimirum, ut opinor, ratione, quam si de prioribus dicamus, quod juste: de posterioribus autem, quod explorandæ ipsorum virtutis causa perpetiantur. Divina enim justitia illos ulciscitur, his autem coronarum materiam et segetem subministrat. Nam qui Fatum constituunt, de utrisque quid respondeant, non habebunt. Neque enim æquum est, aut eum qui aliquid perpetrare coactus est, aut eum qui nihil grave perpetravit, gravia perpeti. At nos qui Providentiam esse affirmamus, et proba dicimus, et pietatem colimus, et causas rationi consentaneas habemus.

ΚϚ'. — ΚΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Κατὰ τῶν λεγόντων, εἶναι γένεσιν, ἤτοι εἱμαρμένην, ἢ τὴν λεγομένην τύχην.

Οὐκ ἔστιν, ὦ βέλτιστε, δεινὸν, τὸ δεινὰ πράξαντας, δεινὰ καὶ παθεῖν. Τὸ δὲ μηδὲν δεινὸν πράξαντας, δεινὰ παθεῖν, πάντῃ δεινότατον. Πῶς οὖν τοῖς ἐγκαλοῦσι περὶ τούτου ἀπολογησαίμεθα; Οἶμαι οὐδαμῶς ἄλλως, ἢ περὶ μὲν τῶν πρώτων λέγοντες, ὅτι δικαίως· περὶ δὲ τῶν δευτέρων, ὅτι δοκίμως. Ἡ γὰρ δίκη τοὺς μὲν ἠμύνατο, τοῖς δὲ στεφάνων ὑπόθεσιν προὐξένησεν. Οἱ γὰρ γένεσιν ὁριζόμενοι περὶ ἀμφοτέρων ἀπορήσουσιν ἀποκρίνασθαι. Οὐ γὰρ δίκαιον, οὔτε τὸν ἀναγκασθέντα δρᾶσαί τινα, οὔτε τὸν μηδὲν δράσαντα δεινὸν, δεινὰ παθεῖν. Οἱ δὲ Πρόνοιαν εἶναι διαβεβαιούμενοι, καὶ εὐστομοῦμεν, καὶ εὐσεβοῦμεν, καὶ αἰτίας εὐλόγους λέγομεν.

XXVII. — AGATHO PRESBYTERO. D

De sancta Trinitate.

Quæ singularem numerum in sacra Scriptura superant, personarum differentiam indicant. Quæ autem singulariter enuntiata sunt, naturæ identitatem. Illa enim idcirco dicta sunt, ut Sabellio et Judæis ora obstruantur; hæc autem ut Arius et Eunomius ac gentiles obterantur. Nam qui proprietatum numerum in sanctam Trinitatem porrigunt, ac rursum in unam substantiam contrahunt, ii rectissime sentiunt, ac cœlestium oraculorum doctrinam sequuntur, ut qui nec per naturarum

ΚΖ'. — ΑΓΑΘῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Τὰ μὲν τὸν ἑνικὸν ὑπερβαίνοντα ἀριθμὸν ἐν τῇ ἱερᾷ Γραφῇ, τῆς τῶν ὑποστάσεων διαφορᾶς ἐστι παραστατικά· τὰ δ' ἑνικῶς ἐξενηνεγμένα, τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως. Τὰ μὲν γὰρ εἴρηται, ἵνα Σαβέλλιος καὶ Ἰουδαῖοι ἐπιστομισθῶσι· τὰ δ' ἵνα Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος, καὶ Ἕλληνες στηλιτευθῶσιν. Οἱ γὰρ πλατύνοντες μὲν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα τὸν τῶν ἰδιοτήτων ἀριθμὸν, συστέλλοντες δὲ εἰς μίαν οὐσίαν, ὀρθότατα δογματίζουσι, καὶ ταῖς τῶν οὐρανίων χρησμῶν ἕπονται διδασκαλίαις, μήτ' εἰς πολυθεΐαν διὰ

τῆς φύσεως διαφορὰν ἐκπίπτοντες, μετ' εἰς Ἰουδαϊσμὸν, διὰ τὴν τοῦ ἑνὸς προσώπου σύστασιν ὀλισθαίνοντες.

ΚΗ'. — ΑΦΘΟΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων τὰ ἀμφίβολα χρὴ κρίνεσθαι, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀμφιβόλων τὰ ὁμολογούμενα. Οἷόν τι λέγω· ὁπηνίκα ἀπὸ τοῦ Βαβυλωνίου τὸ ὄναρ τῆς εἰκόνος ἀπέπτη, καὶ ἐζήτει μαθεῖν οὐ μόνον τὴν ἑρμηνείαν τοῦ δειχθέντος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ὄψιν, καὶ πάντες ἠπόρησαν, τότε ὁ Δανιὴλ οὐ πρῶτον τὰ ζητούμενα ἔφη, πρὶν περὶ τῶν δήλων ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν· τὰ γὰρ κατὰ διάνοιαν αὐτῷ βουληθέντα ὑφηγησάμενος, ἀξιόπιστον ἑαυτὸν καὶ ἀνύποπτον περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων καθίστη. Ἡ γὰρ περὶ τῶν ὁμολογουμένων διδασκαλία, τὴν τοῦ πλάττεσθαι τὰ λεγόμενα κατηγορίαν ἀνῄρει.

ΚΘ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰ δεῖγμα σαφὲς τῶν ἑκάστου τρόπων ἡ τῶν συνόντων ἐστὶ πολιτεία, μὴ θαύμαζε εἰ Εὐσέβιος τοὺς περὶ Μαρτινιανὸν καὶ Ζώσιμον καὶ Μάρωνα, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοτρόπους αὐτοῖς, διὰ τιμῆς ἔχει. Ὥσπερ γὰρ εἰ ἀρετῆς ἦν ἐραστὴς, οὐκ ἂν τῶν φιλαρέτων ἑτέρους προετίμησεν· οὕτως ἐπειδὴ σύντροφον καὶ φίλην τὴν κακίαν ἔχει, τοῖς ὁμοτρόποις χρῆται.

Λ'. — ΑΡΧΟΝΤΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὁ μὴ διὰ τὴν τῶν ἀντιπάλων ἀσθένειαν περιγινόμενος, ἀλλὰ διὰ τὸ μέγεθος τῆς οἰκείας ῥώμης τῶν ἰσχυρῶν κρατῶν, ἀοίδιμός ἐστι, καὶ ἀναῤῥήσεως ἄξιος. Μὴ τοίνυν ἐναβρύνου, εἰ ἑνὸς καὶ δευτέρου κεκράτηκας. Εἰ γὰρ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετὴν περιγένοιο, ὄντως τροπαιοῦχος ἀνακηρυχθήσῃ.

ΛΑ'. — ΟΦΕΛΙῼ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῼ.

Πῶς εἴρηται τό· « Πρωτότοκος πάσης φύσεως. »

Τὰ κατημαξευμένα παρεὶς, σαφῶς εἴποιμι τὸ νενοημένον, εἰ καὶ δόξαιμί τισι καινοτέραν ἑρμηνείας ἐνατέμνειν ὁδόν. Ὁ πρωτότοκος, εἰ μὲν ἡ δευτέρα ὀξύνοιτο συλλαβὴ, τὸν τεχθέντα πρῶτον· εἰ δ' ἡ παρεσχάτη, τὸν πρώτως τεκόντα μηνύει. Καὶ τοῦτ' ἀκριβῶς ἴστε μάλιστα ὑμεῖς οἱ ὁμηρίζοντες. Πρωτοτόκος γὰρ ἡ πρώτως τεκοῦσα ἐκείνῳ εἴρηται. Εἰκὸς οὖν, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον ἐννοεῖν, ὅτι κἀνταῦθα τοιαύτῃ τινὶ ἐννοίᾳ ὁ θεσπέσιος ἐχρήσατο Παῦλος, οὐ πρῶτον τῆς κτίσεως αὐτὸν ἐκτίσθαι δογματίζων, ἄπαγε, ὅς γε ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τῆς πατρικῆς αὐτὸν καλεῖ· ἀλλὰ πρῶτον τετοκέναι, τουτέστι, πεποιηκέναι τὴν κτίσιν, ἵν' ᾖ (8), τῆς τρίτης συλλαβῆς ὀξυνομένης, πρωτογόνος, οὐ πρωτογενής· πρωτοκτίστης, οὐ πρωτόκτι-

A discrimen in plurium deorum cultum cadant, nec per unius personæ assertionem in Judaismum prolabantur.

XXVIII. — APHTHONIO EPISCOPO.

Per ea quæ certa et confessa sunt, de dubiis judicandum est, non autem per dubia et ambigua de certis et indubitatis. Verbi gratia : cum imaginis somnium a regis Babylonii animo avolavit, atque ipse non modo ejus rei, cujus species ipsi objecta fuerat, interpretationem, sed hoc ipsum quoque quod viderat, scire cuperet, et omnes hæsitarent, tum Daniel non prius ea, quæ quærebantur, exposuit, quam ea, quæ perspicua et manifesta erant, enarrasset : atque ita de rebus dubiis fidem sibi

B conciliavit, omnemque a se suspicionem propulit [32]. Siquidem de certis atque confessis rebus doctrina, fictæ et commentitiæ interpretationis accusationem de medio tollebat.

268 XXIX. — HERMOGENI EPISCOPO.

Cum morum uniuscujusque ac vitæ perspicuum argumentum sit, eorum, qui cum ipso degunt, vitæ ratio, ne mireris, si Eusebius Martinianum, Zosimum, Maronem, aliosque ejusdem farinæ honore afficit. Quemadmodum enim si virtutis amore teneretur, probis viris haudquaquam alios anteferret : sic quia collactanea et chara ipsi est improbitas, iisdem quoque hominibus utitur.

XXX. — ARCHONTIO PRESBYTERO.

C Qui non ob adversariorum imbecillitatem victoriam assequitur, sed ob virium suarum magnitudinem fortes viros superat, clarus atque illustris est, dignusque qui publico præconio celebretur. Quare ob unum aut alterum superatum ne glorieris. Nam tum denique victor vere prædicaberis, si summa virtute præditos superes.

XXXI. — OPHELIO GRAMMATICO.

Quomodo dictum sit illud : « Primogenitus omnis naturæ. »

Tritis ac pervulgatis omissis, aperte quod sentio, dicam, etiamsi quibusdam videri possim novam interpretationis viam inire : ὁ πρωτότοκος [id est, primogenitus], si secunda syllaba acuatur, eum

D qui primus natus est, significat. Si autem penultima, eum qui primum genuit. Atque id vobis præsertim, quos Homeri lectio delectat, compertum et exploratum est. πρωτοτεκοῦσα enim, ea quæ primum peperit, ab ipso dicta est. Probabile itaque, imo necessarium fuerit animadvertere, hujusmodi quodam sensu hic quoque divinum Paulum usum fuisse, cum Christum omnis creaturæ primogenitum dixit [33]. Hoc quippe vocabulo non eum primum ex omnibus rebus conditis creatum esse docet (absit), quippe qui splendorem gloriæ, et paternæ

[32] Dan. II, 29 seqq. [33] Coloss. I, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(8) Pro ἵν' ᾖ codd. Vatic. 649 et Alt. legunt ἐν ᾖ. Possin.

A δέξοιτο, παρὸν ἀροῦν καὶ σπείρειν, ἵν' εὔσταχυ ἔχῃ τὸ λήϊον, ἀργοῦντα καὶ θυραυλοῦντα; τίς δ' ἀμπελουργὸν, ἐξὸν θεραπεύειν τὴν ἄμπελον, ἵν' εὐστάφυλον αὐτὴν ἔχοι, καὶ τὴν ληνὸν μεθύουσαν, τοῖς ἑτέρων ἐφεδρεύοντα πόνοις; Τίς δὲ πλωτῆρα, δέον εὐκαίρως πλεῖν, ἵνα τὴν ἐμπορίαν αὐξήσῃ, ἐν λιμέσι μένοντα, καὶ ἐν καπηλείοις καλινδούμενον; Οὐδεὶς δή που. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, τίς ἀποδέξοιτο Χριστιανὸν, ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων τοὺς στεφάνους ἐπιζητοῦντα; Τὰ μὲν γὰρ τῇδε ἀγώνων ἐστὶ καὶ στεφάνων ὑπόθεσις· τὰ δὲ ἐκεῖ, γερῶν καὶ τιμῶν. Μὴ τοίνυν τὴν εὐκαιρίαν τῶν πραγμάτων προδῶμεν, ἵνα μὴ ἐκεῖ ἀνόνητα μεταμεληθῶμεν.

LXI. — MARONI, PALLADIO, ZOSIMO, EUSTATHIO.

Ethnicorum multi solius gloriæ cupiditate ducti (fortasse quod post discessum ex hac vita nihil exspectarent : vel potius, quod vitium condemnarent, ac res etiam hujusce vitæ nihil æstimarent), virtutem coluerunt, hincque clari et celebres exstiterunt, atque omnium ore circumferuntur. Vos autem, quam ob causam, nec ob gloriam, nec ob judicium, nec ob famam et existimationem, nec ob præmium, nec denique ob aliud quidquam ex his, quæ perditos etiam ac profligatos homines ad boni aliquid faciendum adigunt, ut a vitio abstineatis adduci potestis, magnopere miror.

ΞΑ'. — ΜΑΡΩΝΙ, ΠΑΛΛΑΔΙΩ, ΖΩΣΙΜΩ, ΕΥΣΤΑΘΙΩ.

Πολλοὶ τῶν παρ' Ἕλλησι δόξης μόνης ἀντιποιησαμένων, μηδὲν ἴσως προσδοκήσαντες μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν· μᾶλλον δὲ καταγνόντες τῆς κακίας, καὶ τὸ μηδὲν εἶναι νομίσαντες τὰ βιωτικὰ πράγματα, ἀρετὴν ἀσκήσαντες, ἀοίδιμοι γεγόνασι, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων περιφέρονται στόμασιν. Ὑμεῖς δὲ δι' ἣν αἰτίαν οὔτε δόξης ἕνεκεν, οὔτε κρίσεως, οὔτε ὑπολήψεως, οὔτ' ἀμοιβῆς, οὔτ' ἄλλου οὐδενὸς, τῶν τοὺς σφόδρα ἀναλγήτως διακειμένους εἰς τὸ ποιῆσαί τι χρηστὸν ἐκβιαζομένων, προτρέπεσθε ἀποστῆναι τῆς κακίας, λίαν τεθαύμακα.

LXII. — ATHANASIO PRESBYTERO.

C

Palinodiam, ut dici solet, cano. A scopo enim, aut, ut verius loquar, a sententia aberravi : quippe qui haud talem te invenerim, qualem cum esse crederem, laudibus afficere conabar. Hoc autem non meum crimen est, sed tuæ mutationis, quæ in pejora studia deflexit. Nam ipse quidem, quoniam laudantibus fidem habeo, et iis, qui laudantur, faveo (propensionem enim quamdam ad bonum atque honestum habeo), idcirco adductus sum ut iis, qui te laudibus extulerunt, fidem arrogarem. Cupio quippe omnes ita se gerere ut laudem consequantur. Tu vero commutata vitæ ratione teipsum, non me coarguisti. Verum si de tua salute desperarem, non hæc scriberem. Quoniam autem optimam mutationem exspecto, idcirco scribo, teque moneo, ut ad veterem virtutem teipsum referas.

ΞΒ'. — ΑΘΑΝΑΣΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἄδω τὴν καλουμένην παλινῳδίαν. Ἥμαρτον γὰρ σκοποῦ, ἢ, τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, γνώμης, μὴ εὑρών σε τοιοῦτον οἷον νομίζων ἐγκωμιάζειν ἐπεχείρουν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ τῆς σῆς μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τὰ χείρω νευσάσης ἐστὶν ἔγκλημα. Ἐγὼ μὲν γὰρ, ἐπειδήπερ καὶ πιστεύω τοῖς ἐγκωμιάζουσι, καὶ τοὺς ἐπαινουμένους συγκροτῶ (ἔχω γάρ τινα ῥοπὴν πρὸς τὸ καλόν), πεπίστευκα τοῖς σε ἐπαινέσασι. Βούλομαι γὰρ πάντας εὐδοκίμους εἶναι· αὐτὸς δὲ μεταβληθεὶς σαυτὸν, οὐκ ἐμὲ ἤλεγξας. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀπεγίνωσκον, οὐκ ἂν ταῦτ' ἔγραφον. Ἐπειδὴ δὲ ἀρίστην μεταβολὴν προσδοκῶ, καὶ γράφω, καὶ προτρέπω, ὥστε εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν σαυτὸν ἐπαναγαγεῖν.

LXIII. — THEOPOMPO.

D

De Arianis et Eunomianis.

Divinæ naturæ nihil æque proprium est, atque æternitas. Quare qui Filium posteriorem Patre, ex quo sempiterne effulsit, inducit, hic illud ipsum quod substantiam illam ab omni labe purissimam insignit, quantum in ipso est, evertit. Nam et numero et tempore sublimior est : neque ante et post, nec primum ac secundum admittit. Etenim ut aliis omnibus, ita etiam his nominibus, quibus res conditæ tanquam notis quibusdam exprimuntur, nullus ad eam aditus patet.

ΞΓ'. — ΘΕΟΠΟΜΠΩ.

Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν.

Οὐδὲν οὕτω τῆς θείας φύσεως ἴδιον, ὡς τὸ ἀΐδιον. Ὁ τοίνυν μεταγενέστερον τὸν Υἱὸν λέγων τοῦ Πατρὸς, ἐξ οὗ ἀνάρχως ἐξέλαμψεν, οὗτος αὐτὸ τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἀκήρατον οὐσίαν, τό γε αὐτοῦ μέρος, ἀναιρεῖ. Καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνου ἐστὶν ἀνωτέρα· καὶ τοῦ πρὸ καὶ μετὰ οὐκ ἀνέχεται, οὐδὲ τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον προσίεται· ἀπρόσιτος γάρ ἐστιν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τούτοις τοῖς ὀνόμασι, δι' ὧν τὰ κτίσματα χαρακτηρίζεται.

A

ΞΔ'. — ΠΑΥΛΩ.

Ἐπυθόμην ὡς σὺ μὲν σοφῶς ποιῶν, ἑκὼν δέδωκας τοῦ λαθεῖν ἐξουσίαν. Ὁ δὲ βέλτιστος Χαιρήμων ὑπὸ Ἀμμωνίου μὲν καθαιρεθεὶς, παρὰ δὲ Εὐσεβίου οὐκ οἶδ' ὅπως χειροτονηθεὶς, δόξας μὴ πεφωρᾶσθαι οὐκ ἠρυθρίασεν· ἀλλὰ καὶ φλυαρίαις τὴν σὴν ἠμείψατο φιλοσοφίαν. Μὴ τοίνυν δυσχεράνῃς, εἰ ἄνθρωπος μήτ' ἀρετῆς φροντίζων, μήτε φόβον θεῖον ἐν στέρνοις ἔχων, κατὰ τῆς σῆς ἐπιεικείας ὥπλισε τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ προσδόκα καὶ ὑπὲρ τούτου στέφανον.

LXIV. — PAULO.

Te quidem prudenti consilio utentem, consulto, **280** ut Chæremonis flagitium in obscuro lateret, potestatem ipsi fecisse intellexi. At optimus ille vir, ab Ammonio quidem exauctoratus, ab Eusebio autem haud scio quonam pacto ordinatus, se minime deprehensum esse arbitratus, non modo non erubuit, sed etiam scitum tuum ac sapiens consilium nugacibus verbis remuneratus est. Tu vero ne hoc indigno atque acerbo animo feras, hominem nec ullam virtutis curam gerentem, nec Dei metum in præcordiis conditum habentem, linguam adversus tuam lenitatem ac facilitatem armasse. Verum hoc quoque nomine coronam exspecta.

ΞΕ'. — ΝΕΙΛΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

B Ἡ ἀλήθεια πάσας τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας κοσμεῖ· εἰ δ' αὐτὴ ἀπείη, οὐδεμίαν ἔχουσι κοσμιότητος ὥραν. Φιλοσοφία μὲν γὰρ ἡ παρ' Ἕλλησι τὴν ἀλήθειαν ἐπαγγελλομένη ζητεῖν, ταύτης ἐκπέπτωκε. Ῥητορικὴ δὲ δεινότητος καὶ ἁβρότητος μόνον φροντίζει. Γραμματικὴ δὲ τὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν διδάσκειν αὐχεῖ. Εἰ μὲν οὖν αὗται τῇ ἀληθείᾳ καλλωπίζονται, ποθειναὶ ὀφείλουσιν εἶναι τοῖς ἐχέφροσιν. Εἰ δὲ κατ' αὐτῆς ὁπλίζοιντο, ἀτιμάζεσθαί εἰσι δίκαιαι.

LXV. — NILO DIACONO.

Veritas omnibus artibus et disciplinis ornamentum affert : quæ si absit, omni ornatu et elegantia carent. Ethnicorum enim philosophia, cum se veritatem quærere profiteatur, ab ea excidit. Rhetorica autem eloquentiam duntaxat ac verborum delicias curat. Grammatica denique sermonum peritiam se traditurum jactat. Quocirca si hæ veritate coornentur, prudentibus viris charæ esse debent. Si autem adversus eam arma capiant, optimo jure contemnendæ sunt.

ΞϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πῶς νοητέον· « Εἰ ὀφθαλμός σου ἢ χείρ σου σκανδαλίζει σε. »

Οὐκ ἔστιν ἄλογος ὁ εὐαγγελικὸς χρησμὸς, ἀλλὰ νοῦ καὶ λογισμοῦ μεστός· μεγάλου γὰρ καὶ δοκοῦντος καὶ ὄντος τοῦ κρατεῖν ἐπιθυμίας, μεῖζόν ἐστι C τὸ προνοεῖν ὅπως μὴ ἁλοίη [τις] τῇ νόσῳ. Τοῦτο γοῦν αὐτὸ κατασκευάζων ὁ Χριστὸς ἔφη· « Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ· » οὐ τὸν ἐκ παρόδου καὶ ἐξαίφνης ἑωρακότα, καὶ τρωθέντα, καὶ ἐξελκύσαντα τὸ βέλος, καὶ τὸ τραῦμα θεραπεύσαντα, μοιχὸν ἀποφαίνων· οὐ γὰρ εἶπεν, Ὁ θεασάμενος, ἀλλ', « Ὁ θεώμενος, » ὁ ἐκ προενθυμήσεως τὸ πάθος ἐπισπασάμενος, καὶ παρ' ἑαυτῷ τρέφων καὶ συνεχῶς φοιτῶν πρὸς τὴν θεαθεῖσαν, καὶ περιεργαζόμενος κάλλος ἀλλότριον, καὶ διὰ τῆς συνεχοῦς θέας τρόπον τινὰ τῆς ἡδονῆς ἀπολαύων. Σὺ μὲν οὖν ἀσφαλῶς τὰ κατὰ σαυτοῦ οἰκονομῶν εἰκότως φρίττεις τὸν χρησμὸν, καὶ ἑρμηνευθῆναί σοι παρακαλεῖς, καὶ D ἀπιστεῖς τοῖς εἰς τοσοῦτον ἥκουσιν ἀναισθησίας, ὡς λέγειν ὅτι οὐδὲν ἡ θέα βλάπτει τὸν ὁρῶντα. Ἐγὼ δέ σε μὲν ἀποδέχομαι φροντίζοντα τῆς οἰκείας σωτηρίας. Περὶ δὲ ἐκείνων φημὶ, ὅτι κρείττων ἀσφάλεια φιλοτιμίας ἐπισφαλοῦς (28). Καὶ τὸ τοὺς θείους χρησμοὺς τῶν οἰκείων λογισμῶν προτιμοτέρους ἄγειν,

LXVI. — EIDEM.

Quomodo sit intelligendum : « Si oculus tuus aut manus tua scandalizat te [46]. »

Evangelicum oraculum haudquaquam ratione caret, verum mente ac prudentia plenum est. Nam cum magnum, ut revera est, esse videatur, cupiditati imperare, majus ac præclarius est providere ne quis hoc morbo corripiatur. Hoc igitur ipsum moliens Christus his verbis usus est : « Quicunque videt mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est in corde suo [47]. » Quibus verbis non eum qui obiter ac repente eam vidit, ac vulnere affectus, ac telum statim extraxit, vulnusque curavit, adulterum esse pronuntiat. Non enim dixit, Qui vidit, sed, *Qui videt*, hoc est qui ex antecedente cogitatione morbum attraxit, et apud se nutrit, atque ad eam, quam aspexit, identidem commeat, alienamque pulchritudinem curiose perscrutatur, ac per continuum aspectum voluptatem quodammodo capit. Enimvero tu quidem tuto rebus tuis consulens, oraculum istud merito pertimescis : atque, ut ipsum tibi exponam, rogas, iisque diffidis, qui eo stuporis atque amentiæ procedunt, ut negent aspectum, ei, qui cernit, detrimenti quidquam importare. Ego autem, ut te hoc nomine laudo, quod salutis tuæ curam geras, ita de illis hoc dico, præstantiorem esse securitatem quam

[46] Matth. v, 29. [47] ibid. 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(28) *Κρείττων ἀσφάλεια φιλοτιμίας ἐπισφαλοῦς.* Sic Tacitus lib. III, *Annalium* : « Brutidium artibus honestis copiosum, et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat, dum æquales, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat : quod multos etiam bonos pessumdedit, qui, spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. » Cum quo insigni loco prudentissimi historici confero hunc Leonis Magni serm. 2 *De jejunio Pentecostes* : « Melior est gradus lentior per iter rectum, quam velocitas festina per devium. » Ritt.

periculosam contentionem, piumque et æquissimum esse, divinas leges propriis rationibus antiquiores habere. Quod si quis mihi obtemperandum non putat, **281** Proverbiorum auctorem saltem audiat, qui ante oraculum evangelicum his verbis usus est : « Ne oculum tuum in ipsam defigas, verum statim avola, nec moram ullam in eo loco trahe [48]; » et item scriptorem (omni virtutis genere cumulatum), nunc quidem dicentem : « In pulchritudine mulieris multi seducti sunt [49]; » nunc autem : « Ne condiscas alienam pulchritudinem. » Non dixit : Ne spectes (potest enim id casu ac fortuito accidere), sed, Ne condiscas, meditatam videlicet considerationem, et curiosum aspectum, atque cum cupiditate conjunctam contemplationem de medio tollens. « Amicitia enim, inquit, hinc tanquam ignis exardescit, » hoc est, obscenus amor hinc oritur. Quin externis etiam hominibus, quibus hæc sinceritas haud admodum curæ fuit, hoc et consentaneum, et verum esse visum est. Ac Socrates quoque (nam eorum etiam dicta commemorabo, quoniam ad pudicitiam et castitatem incitant) cum quemdam formoso adolescenti osculum figentem conspexisset : « Hic, inquit, facile gladiorum cuspidibus innataret, atque in ignem insiliret, qui scilicet tantum in seipso incendium per osculum excitare minime dubitarit. » Diogenes item adolescentem lascivius, quam virum deceret, ornatum conspicatus, hæc ad eum verba habuit : « Si ad viros te confers, miser es; si ad mulieres, iniquus. » Etenim per nimium ornandi corporis studium, viri quidem feminas, feminæ autem et cinædi viros captant. Sed et Agesilaus puerum egregia forma, quem amabat, cum ipsum osculari vellet, inhibuit. Alexander vero Darii uxorem ne intueri quidem sustinuit : quod turpe esse censeret, eum, qui viros superasset, a feminis vinci. Quod si non modo Græcorum, sed etiam barbarorum exemplis utendum est,

A καὶ εὐαγὲς, καὶ δικαιότατον (29). Εἰ δέ τις οὐ πείθεται, ἀκουέτω κἂν τοῦ παροιμιαστοῦ πρὸ τοῦ εὐαγγελικοῦ χρησμοῦ εἰρηκότος· « Μὴ ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ ἀποπήδησον, μὴ ἐγχρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ· » καὶ τοῦ παναρέτου συγγραφέως (30), ποτὲ μὲν λέγοντος· « Ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν· » ποτὲ δέ· « Μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον. » Οὐκ εἶπε, Μὴ ἴδῃς (συμβαίνει γὰρ ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεσθαι τοῦτο), ἀλλὰ, Μὴ καταμάνθανε, τὴν ἐκ μελέτης κατανόησιν, τὴν περίεργον ὄψιν, τὴν μετ' ἐπιθυμίας θεωρίαν ἀναιρῶν. « Φιλία γὰρ, φησὶν, ἐκ τούτου ὡς πῦρ ἀνακαίεται· » τοῦτ' ἔστιν, ἔρως αἰσχρὸς ἐκ τούτου τίκτεται. Καὶ τοῖς ἔξωθεν δὲ ἀνθρώποις, μὴ πάνυ ταύτης τῆς ἀκριβείας πεφροντικόσι, τοῦτο καὶ εἰκὸς καὶ ἀληθὲς ἔδοξεν B εἶναι. Καὶ Σωκράτης δὲ, λέξω γὰρ καὶ τὰ ἐκείνων, ἐπειδὴ πρὸς σωφροσύνην ἀλείφει, ἰδών τινα φιλήσαντα νέον εὔμορφον· « Οὗτος, ἔφη, ῥᾳδίως ἂν καὶ εἰς μαχαίρας κυβιστήσειεν, καὶ εἰς πῦρ ἅλοιη, ὁ τοσαύτην δηλονότι τολμήσας ἐν ἑαυτῷ ἀνάψαι διὰ τοῦ φιλήματος τὴν πυράν. » Διογένης (31) δ' ἰδὼν μειράκιον ἀσελγέστερον ἢ κατ' ἄνδρα κεκοσμημένον, ἔφη· « Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς· εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς. » Θηρῶσι γὰρ διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ οἱ μὲν ἄνδρες τὰς γυναῖκας· αἱ δὲ γυναῖκες, καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι, τοὺς ἄνδρας. Ἀγησίλαος δὲ παῖδα εὔμορφον, οὗ ἤρα, βουλόμενον αὐτὸν φιλῆσαι διεκώλυεν. Ἀλέξανδρος δὲ οὐδὲ ἰδεῖν τὴν Δαρείου ὑπέμεινεν· αἰσχρὸν νομίσας τοὺς ἄνδρας ἑλόντα γυναικὶ ἡττηθῆναι. Εἰ δὲ μὴ μόνον Ἑλληνικοῖς, ἀλλὰ καὶ Βαρβα-C ρικοῖς χρὴ παραδείγμασι χρήσασθαι, οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι παραιτήσομαι. Κῦρος (32) γοῦν ὁ Περσῶν βασιλεὺς οὐδὲ ἰδεῖν τὴν Πάνθειαν ἀφορισθεῖσαν αὐτῷ, καὶ ἀμήχανόν τι κάλλος ἔχειν μαρτυρουμένην, ἐτόλμησεν· ἀλλὰ καὶ τῷ ὁρῶντι συνεχῶς καὶ μηδὲν λέγοντι πάσχειν δεινὸν, παρῄνει μὴ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ὁρᾷν. « Τὸ μὲν γὰρ πῦρ, φησὶ, τοὺς ἐγγὺς ὄντας κατακαίει· τὸ δὲ κάλλος, καὶ τοὺς πόρρω ἑστῶτας. »

[48] Prov. VII, 24, 25. [49] Eccli. IX, 9. [50] ibid. 8. [51] ibid. 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(29) *Τὸ τοὺς θείους χρησμοὺς τῶν οἰκείων λογισμῶν προτιμοτέρους ἄγειν, καὶ εὐαγὲς καὶ δικαιότατον*. B. C. pro τὸ habet δεῖ, quod non probo. Cum autem hic ordo invertitur, et λογισμοὶ οἰκεῖοι divinis oraculis anteponuntur, eum esse fontem omnis erroris, mali et perturbationis, alibi docet Isidorus. Vid. libri IV epist. 133. RITT.

(30) *Τοῦ τῆς Παναρέτου συγγραφέως*. Ita vocat Jesum Sirachi filium, qui idem inf. in epilogo hujus epistolæ appellatur, ὁ τὴν σοφίαν συντάξας. Libri titulus est apud Græcos geminus : Σοφία Σιρὰχ, vel etiam plenius : 1. Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιρὰχ· 2. Ἡ πανάρετος· subauditur σοφία ἢ καὶ βίβλος. De priore constat ex Athanas. et Epiph. ac Cypriano. De posteriore, Panareto scilicet, ex eod. Epiphanio lib. *De mensura et ponderibus*, p. 534, Joanne Damasceno, p. 122, et Hieronymo ep. 115, item Commentar. in IX cap. Danielis. Cedrenus in *Annalibus :* Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, ἐφ' οὗ τὴν πανάρετον σοφίαν συντάξας Ἑβραίοις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ ἐγνωρίζετο. Quorum locorum quædam adnotarunt etiam in suis ejus libri ad mores formandos utilissimi editionibus diligentissimi et doctissimi viri Janus Drusius, et David Hœschelius. Quæ cum ita sint, hallucinatus est interpres Isidori, cum sic vertit, *scriptorem omni virtutis genere cumulatum ;* debebat potius, *scriptorem Panareti*, vel scriptorem *libri omni virtutis genere cumulati dixisse*. RITT.

— Vatic. 649 et Alt. pro his quæ exstant in edito, καὶ τοῦ παναρέτου συγγραφέως scribunt, καὶ τοῦ τῆς Πανaρέτου συγγραφέως. Librum Ecclesiastici laudat hic Isidorus cui tanquam proprium nomen attribuit : ἡ Πανάρετος, subaudi βίβλος, quod de omni virtute præcipiat. Hoc ita se habere certo demonstrat quod duo testimonia statim recitata ex libro isto sunt, nempe illud, ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν Ecclesiast. cap. IX, v. 9, et alterum, Μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον, quod exstat vers. 8 ejusd. cap. IX libri, Jesu Syrach Latinis Ecclesiastici vocati. POSSIN.

(31) Idem repetit inf. ep. 84. Vide et Laertium. RITT.

(32) Vide de eodem supra ep. 62 lib. II. ID.

Καὶ οὐκ ἐψεύσατο. Ἑάλω γὰρ ἐκεῖνος ὁ κρείττων εἶναι φήσας τῆς ἡδονῆς. Καὶ ἐπειδὴ πείθειν οὐκ ἠδύνατο (σώφρων γὰρ ἦν ἐκείνη)· βίαν αὐτῇ ἐπάξειν ἠπείλησεν, ἕως ἐκείνη τῷ Κύρῳ ἐμήνυσεν. Ὅστις συγγνοὺς ὅτι ἀμάχῳ θηρίῳ συγκαθειργμένος, ἔπαθεν ὅπερ ἔπαθεν, ἐδήλωσε τῷ μηδὲν ἐκ τῆς θέας βλάπτεσθαι ἀλαζονευομένῳ· « Εἰ μὲν πείθεις τὴν γυναῖκα, καὶ δή· εἰ δὲ βιάζῃ, οὐ συγχωρῶ. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ εὐαγγελικὸς χρησμὸς καὶ ὁ τῶν Παροιμιῶν συγγραφεὺς, ὁ τὴν Σοφίαν συντάξας, καὶ τὰ Ἑλληνικὰ καὶ Περσικὰ παραδείγματα εἰς τοῦτο συμβαίνουσι, φυλακτέον παντὶ σθένει, καὶ χαλινωτέον τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐφεκτέον τῆς περιέργου, καὶ ἀκολάστου θέας, ὡς τῶν καιρίων καθαπτομένης. Μεγίστη γὰρ ἐκ ταύτης εἰς τὴν ψυχὴν εἰσρεῖ κακία· τὰ γὰρ καίρια αὐτῆς προκατασχοῦσα, καὶ τὸν λογισμὸν ἐξελάσασα, ὅλην αὐτὴν τοῦ πάθους εἶναι ποιεῖ.

A ne hoc quidem facere detrectabo. Cyrus igitur Persarum rex, Pantheam, quæ ipsi assignata fuerat, atque incredibili quadam pulchritudine prædita esse ferebatur, ne conspicere quidem ausus est. Quinetiam eum, qui ipsam assidue cernebat, nec se ullo propterea libidinis motu agitari dicebat ut ne eam assidue perspiceret, admonebat : « Ignis enim, inquiebat, eos duntaxat, qui propius ad eum accedunt, exurit ; pulchritudo autem eos etiam qui procul remoti sunt. » Necvero hac in re mentitus est. Nam ille, qui voluptate superiorem se esse prædicarat, captus est. Ac quia eam nulla oratione permovere poterat (pudicitiæ enim laude præstabat) vim se ipsi allaturum esse denuntiavit, quoad illa tandem de hac re Cyrum certiorem fecit. Qui cum B intelligeret, eum, propterea quod cum ejusmodi fera, cui nullæ vires pares esse queant, inclusus extitisset, in hanc fraudem incidisse, ipsi, qui se nullo ex aspectu detrimento affici nimis insolenter gloriabatur, hæc significavit : « Si mulieri, quod cupis, persuades, per me id licet ; 282 si autem vim adhibes, id minime patiar. » Cum igitur et evangelicum oraculum, et Proverbiorum auctor, et qui Sapientiæ librum condidit, et tam Græca, quam Persica exempla in hoc conveniant, omnibus viribus oculos custodire, ac velut injecto freno coercere oportet, atque a curioso et impudico conspectu, ut intimas animi partes perstringente, sese abstinere. Maxima enim ex ea in animum improbitas influit. Nam cum ipsius arcem occuparit, ac rationem expulerit, totam eam libidini addictam ac mancipatam reddit.

ΞΖ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Πυθόμενος ὅτι δέον σε προσδραμεῖν τῇ μετανοίᾳ, δέον αἰτῆσαι συγγνώμην ἐπὶ τοῖς πεπλημμελημένοις, ἐπαγωνίζῃ τοῖς προτέροις, ἐπαποδύῃ τοῖς μιάσμασιν, ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις ἀποκρύψαι φιλοτιμούμενος. Εἶτα δακρύσας ἔφην πρὸς ἐμαυτόν· Ὦ Ἰσίδωρε, τί μάτην κάμνεις, κατὰ πετρῶν σπείρων; Τί ὠφελῆσαι σπεύδεις τὸν ὠφεληθῆναι μὴ βουλόμενον; τί πονεῖς, καὶ ἀγρυπνεῖς, τοῦ, δι' ὃν ἡ ἀγρυπνία γίνεται, τῷ μὴ ποιεῖν τὰ γραφόμενα, ματαίαν αὐτὴν ἀποφαίνοντος; Παῦσαι ματαιοπονῶν, καὶ Αἰθίοπα σμήχων, καὶ εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἑψῶν (33); Ὡς δὲ κόρον ἔλαβον ἐμαυτὸν αἰτιώμενος, χρηστὴ πάλιν ἐλπὶς ἔφυ, ἥ τις καὶ ἄκοντα ἐξεβιάσατο, καὶ ταῦτα πάλιν χαράξαι τὰ γράμματα. Αὐτὸς τοιγαροῦν σκοπήσας οἷ τῶν κακῶν ἐχώρησας, εἰς μετάνοιαν παλινδρομῆσαι προθυμήθητι.

LXVII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Posteaquam intellexi, te, pro eo quod ad pœnitentiam accurrere, ac scelerum tuorum veniam petere C oportebat, in pristina adhuc studia et flagitia majori etiam animi conatu et contentione incumbere, iisque inhærere, id videlicet summo studio agentem, ut priora per posteriora obscures, tum ego collacrymans ad me ipsum hæc verba habui : O Isidore, quid frustra te fatigas, in petras semen jaciens? Quid ei prodesse studes qui juvari non vult? Quid laboras et excubas, cum is, propter quem excubiæ aguntur, ea quæ scribantur exsequi recusando, inanes eas reddat? Quin tu vano labore te ipsum cruciare, atque Æthiopem dealbare, et ignem verberare, ac laterem coquere desinis? Postquam autem ad satietatem usque meipsum accusavi, bona spes rursum exorta est, quæ me invitum etiam ac repugnantem ad has quoque rursum litteras cudendas adegit. Quamobrem tu, quæso, quo malorum processeris, considerans, induc animum ad pœnitentiam reverti.

ΞΗ' — ΘΕΟΓΝΩΣΤῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Λίαν θαυμάζω, πῶς οἱ μὴ ἐπισφίγγοντες τὸ χαῦνον, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ προεδρίας ἠξιῶσθαι παρὰ τοὺς πολλοὺς οἴημα, μεῖζον τοῦ δικαίου φρονοῦσι· καὶ οὐδ' αὐτὸ (34) λοιπὸν παραχωρῆσαι ἀξιοῦσι, τῷ ἡττηθῆναι τῷ δικαίῳ ὕβριν ἡγούμενοι.

D LXVIII. — THEOGNOSTO PRESBYTERO.

Demiror equidem, quonam pacto, ii, qui animi insolentiam ac fastum et tumorem ex eo conceptum, quod antistitii honore præ aliis affecti sint, minime astringunt, sublimius, quam par sit, de se sentiant, ac ne ipsum quidem jam relinquere velint, probro scilicet atque contumeliæ ducentes a jure et æquo superari.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(33) *Αἰθίοπα σμήχων, καὶ εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον* (f. πλίνθον) *ἑψῶν*. Proverbia εἰς τὸν ματαιοπονοῦντα, in hominem qui irritum sumit laborem. Vid. hujusmodi plura apud parœmiographos. Ritt.

(34) Pro αὐτὸ duo codd. Vat. 649 et Alt. legi jubent αὐτῷ. Possin.

LXIX. — NILO.

A Quando quidem ingens est humilitatis fastigium, ac contra ingens arrogantiæ ruina, idcirco te moneo, ut illud amplectaris, in hanc autem minime incidas.

ΞΘ' — ΝΕΙΛΩ.

Ἐπεὶ (35) μέγα τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ ὕψος, καὶ τῆς ἀλαζονείας τὸ πτῶμα, συμβουλεύω σοι ἐκεῖνο μὲν ἀσπάσασθαι, τούτῳ δὲ μὴ περιπεσεῖν.

LXX. — OPHELIO GRAMMATICO.

Non littora duntaxat, ut ab Homero dictum, atque a te scriptum est, eructantis maris spumam clamant: verum et terra, et mare, flagitia ea, quæ a Zosimo designata sunt, velut tragicis verbis exaggerant. Eo enim stuporis atque indolentiæ processit, ut et divina oracula, futiles quasdam nugas 283 et præstigias esse censeat, et eos, qui ipsum officii sui admonent, delirare existimet, ac denique omnes cujusvis ætatis et dignitatis petulanter insectetur. B Quisnam igitur non lacrymas mittat? quis non lugeat, non ipsum duntaxat, verum etiam eum, qui sanctum sacerdotium ipsius fidei committere minime veritus est? Nam cum grave atque atrox sit, eum etiam, qui inter gregarios et obscuros censetur, tot vitiis contaminari: tum vero gravissimum et atrocissimum est, eum, qui in sacerdotium invasit. Hæc igitur scimus, atque assidue audientes, ingemiscimus, nec eum monere destitimus, nec vero, quandiu spirabimus, desistemus. Neque enim tu, ut ignaros, ea docere coneris, quæ nec oblivioni, nec silentio mandari possunt. Quidam enim eum, ut media ex parte exanimem, ad meliorem mentem revocant; quidam autem ut mortuum et exstinctum lugent. Verum, nec illi, nec isti quidquam proficiunt, sed risum ipsi excitant.

Ο'. — ΟΦΕΛΙΩ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ.

Οὐχ ἠϊόνες μόναι, ὡς Ὅμηρος μὲν ἔφη, σὺ δὲ γέγραφας, βοῶσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἄχνην· ἀλλὰ γῆ τε καὶ θάλαττα, τὰς παρὰ Ζωσίμου καινουργηθείσας παρανομίας ἐκτραγῳδεῖ. Τοσοῦτος γὰρ, ὥς φασιν, εἰς ἀναλγησίαν ἤρθη, ὡς μὲν τοὺς θείους χρησμοὺς, ἀγυρτικὰς λογοποιΐας νομίζειν· τοὺς δὲ τῶν δεόντων παραινέτας ληρεῖν ὑπολαμβάνειν, καὶ κατὰ πάσης ὁμοῦ ἡλικίας τε καὶ ἀξίας ἐπικωμάζειν. Τίς οὖν οὐ δακρύσει; τίς οὐ καταθρηνήσει οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν τούτῳ τὴν εὐαγῆ ἱερωσύνην ἐμπιστεῦσαι τολμήσαντα; Δεινὸν μὲν γὰρ τὸ καὶ ἐν τοῖς ἀγελαίοις καὶ ἀφανέσι τελοῦντά τινα τοσούτοις καταμολυνθῆναι κακοῖς· τὸ δὲ καὶ εἰς ἱερωσύνην εἰσβιασάμενον, πάντη δεινότατον. Ἴσμεν οὖν ταῦτα, καὶ συνεχῶς ἀκούοντες, ὀλοφυρόμεθα, καὶ παραινοῦντες οὐκ ἐπαυσάμεθα· ἀλλ' οὐδὲ παυσόμεθα ἕως ἂν ἐμπνέωμεν. Μὴ γὰρ δὴ ὡς ἀνηκόους διδάσκειν πειρῶ τὰ μήτε λήθῃ, μήτε σιγῇ παραδοθῆναι δυνάμενα. Τινὲς μὲν γὰρ ὡς ἡμιθνῆτα τυγχάνοντα, ἀνακαλοῦνται· τινὲς δ' ὡς νεκρὸν καταθρηνοῦσιν. Ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι, οὔτε οὗτοι ἀνύουσιν, ἀλλὰ γέλωτα παρ' αὐτῷ ὀφλισκάνουσιν.

LXXI. — NILAMMONI DIACONO MEDICO.

C Quod quidem Deus ad humanitatem et misericordiam propensus sit, perspectissimum habeo. Quod autem acerbissimas etiam ab iis, qui ipsius misericordiam contemnunt, pœnas exigat, tum sacræ Scripturæ docent, tum res ipsæ testantur. Quisnam enim diluvium induxit? Quis Sodomiticam terram una cum incolis concremavit? Quis Hierosolymam persecutus est? Quis Judæos in captivitatem redegit, atque in omnes terræ regiones velut fugitivos ac verberones servos circumegit? Quamobrem ne benignitate ac misericordia sola freti peccemus: verum justitiam quoque cogitantes, resipiscamus: quo illic quoque benignum ac facilem se ipse nobis præbeat. Siquidem animi resipiscentia æquam judici facilitatis ac misericordiæ viam aperit.

ΟΑ' — ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝΩ ΙΑΤΡΩ.

Ὅτι μὲν φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, μάλ' ἀκριβῶς οἶδα. Ὅτι δὲ καὶ ἀπαιτεῖ δίκας σφοδροτάτας τοὺς τῆς φιλανθρωπίας καταφρονήσαντας, καὶ αἱ ἱεραὶ χρησμῳδοῦσι Γραφαὶ, καὶ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ. Τίς γὰρ τὸν κατακλυσμὸν ἐπήγαγε; Τίς τὴν Σοδομιτῶν μετὰ τῶν οἰκητόρων ἐνέπρησε γῆν; Τίς τὴν Ἱερουσαλὴμ μετῆλθε; Τίς τοὺς Ἰουδαίους ᾐχμαλώτευσε, καὶ πανταχοῦ γῆς ὡς δραπέτας καὶ μαστιγίας περιήγαγε; Μὴ τοίνυν τῇ φιλανθρωπίᾳ μόνῃ θαῤῥοῦντες ἁμαρτάνωμεν· ἀλλὰ καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐννοοῦντες, γνωσιμαχῶμεν· ἵνα κἀκεῖσε ἡμῖν ὀφθῇ φιλάνθρωπος· ἡ γὰρ τῆς προαιρέσεως μετάνοια εὔλογον παρασκευάζει τῷ κριτῇ τῆς φιλανθρωπίας τὴν ὁδόν.

D

LXXII. — HERACLIO EPISCOPO.

Qui volentibus imperant, ii demum vere imperare mihi videntur, ac præsertim cum virtutis nomine

ΟΒ'. — ΗΡΑΚΛΕΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Οἱ ἑκόντων ἄρχοντες (36), οὗτοί μοι δοκοῦσιν ὄντως ἄρχειν, καὶ μάλιστα ὅταν περίοπτοι ὦσι δι' ἀρετὴν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Primum vocabulum hujus epist. in codd. Vat. 640 et Alt. non est ἐπεὶ, sed ἐπειδή. Possin.

(36) Herodianus lib. I, oratione D. Marci ad senatum Rom.: Οὔτε χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προυπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια· μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος, ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. Οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν, οὐδέποτε ἀφηνιάζουσιν ἣν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τοῦτο ἀχθῶσι. Similis est apud Claudianum sententia. Ritt.

οἱ ἀρχόμενοι, δι' οὓς καὶ τὸ ἄρχειν ἐστὶ περιμάχητον. Οἱ δ' ἀκόντων ἄρχειν νομίζοντες, οὗτοί μοι δοκοῦσι παραπλήσιοι εἶναι τῶν τιμωρίαν διδόντων μᾶλλον, ἢ ἀρχὴν διεπόντων.

A conspicui sunt ii, qui subsunt: propter quos etiam dignum est imperium, quod certatim appetatur. Qui autem invitis imperant, eos potius similes iis esse duco, qui cruciatu afficiuntur, quam qui imperium administrant.

ΟΓ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων οὐ σώζει τὸν ἄνθρωπον.

Κινδυνεύεις, ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσονομάσω! ἀγνοεῖν τὰ καὶ τοῖς ἄγαν παισὶ πρόδηλα. Μὴ γὰρ δὴ νόμιζε, ὅτι ἡ πίστις (εἴ γε πίστιν χρὴ καλεῖν τὴν ὑπὸ τῶν ἔργων τῶν σῶν ἐλεγχομένην), σῶσαί σε δυνήσεται. Ἡ γὰρ πίστις ἡ ἐξ ἀρχῆς δικαιώσασα, πράξεις ἁρμοδίας ἑαυτῇ ἀπαιτεῖ, ὧν ἄνευ σωθῆναι οὐχ οἷόν τε. Τὸν γὰρ κατὰ χάριν προσληφθέντα, δίκαιον καὶ οἰκείοις ἐναβρύνεσθαι πλεονεκτήμασιν, εἴ γε μὴ μέλλοι καὶ ἀχαριστίας ἁλώσεσθαι.

LXXIII. — PALLADIO.

Quod fides sine operibus non servat hominem.

Videris, o quonam te nomine digne appellem! ea ignorare, quæ etiam puerulis nota et perspicua sunt. Neque enim hoc existimes, quod fides (si tamen fides dicenda est, quæ operibus tuis refutatur), salutem tibi afferre possit. Etenim fides ea, quæ primum justificavit, consentaneas sibi actiones exegit, quibus remotis nemo salutem consequi potest. B Nam eum, qui per gratiam assumptus est, propriis quoque virtutum dotibus exornari **284** convenit: ne alioqui ingrati animi notam incurrat.

ΟΔ' — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὁ τῆς ἀρχῆς ὅρος (37), ὦ ἀρχικῆς ἐπιστήμης ἀκριβέστατον βασανιστήριον, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πρὸς τὸ συμφέρον τῶν ὑπηκόων ἅπαντα πραγματευόμενος. Ὁ γὰρ τὴν τῆς ἀρχῆς εὐκοσμίαν εἰς τυραννίδα καὶ ἀκοσμίαν μετασχηματίσας, καὶ τοὺς μὲν πόνους τοῖς ἀρχομένοις προξενῶν· τὰς δ' ἡδονὰς ἑαυτῷ θηρώμενος, οὗτος οὐ τὸν τῆς ἀρχῆς ὅρον, ἀλλὰ τὸν τῆς τυραννίδος διὰ τῶν πραγμάτων ὑπογράφει.

LXXIV. — THEODOSIO EPISCOPO.

Imperii regula, o scientiæ imperandi explorator accuratissime, hæc demum est, quæ ad subditorum utilitatem omnia molitur. Nam qui imperii disciplinam compositumque ordinem, in tyrannidem et perturbationem immutavit, atque labores quidem subditis comparat, voluptates autem sibi aucupatur, hic non imperii, sed tyrannidis regulam ac legem describit.

ΟΕ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰς τὸ, « Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. »

Ἐκείνους, ὦ θαυμάσιε, ὁ θεσπέσιος Παῦλος ὁρίζεται ἱερέας, τοὺς μὴ θύμασι τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ γυμνῇ πληροῦντας τῇ φύσει, καὶ μόνους καθαρῶς ἐκ τῶν σωμάτων οἴκοθεν σπένδοντας. Θῦμα γὰρ κάλλιστον, τὸ τὴν γνώμην ἔχειν εὐαγῆ, καὶ τὴν σάρκα ἁγνήν. Διὸ καὶ τοῦτ' ἔφη, ὅπερ μαθεῖν ἠθέλησας· « Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. » Οὐ γὰρ ἱερεῦσι μόνοις γράφων, ὡς ἡγῇ, ἐπέστειλε ταῦτα, ἀλλ' ὁλοκλήρῳ Ἐκκλησίᾳ. Ἕκαστον γὰρ ἑαυτοῦ ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἱερέα εἶναι προσέταξεν. Εἰ δὲ τοὺς ὑπηκόους ἡ ἁγνεία ἱερέας χειροτονεῖ, ἡ λαγνεία δηλονότι τοὺς ἱερέας ἀποχειροτονεῖ. Καὶ τοῦτο μὲν οἱ θεσμοὶ διαγορεύουσι· γίνεται δὲ τοῦτο οὐ πάνυ· δι' ἃς δ' αἰτίας οὐκ ἐμὸν λέγειν. Οἱ δὲ τὴν θείαν ἱερωσύνην ἐστεμμένοι, καὶ τῆς προεδρίας ἀξίως τετυχηκότες, εἰ καὶ τὴν τοῦ σώματος ἁγνείαν φυλάξοιεν, ὄντως ἱερῶν εἰσιν ἱερώτεροι. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἱερᾶσθαι οὐκ ἐξῆν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις· ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ Πάσχα, πάν-

LXXV. — EIDEM.

In illud: « Exhibete corpora vestra hostiam viventem, C *placentem Deo* [52]. »

Eos demum, vir eximie, divinus Paulus sacerdotes esse statuit, qui non victimis et sacrificiis, sed nuda natura omnibus pietatis muneris perfunguntur, atque e corporibus suis pure ex se libant. Pulcherrima enim victima est piam mentem, et carnem castam habere. Eoque etiam illud dixit, quod tu ex me intelligere cupiisti: « Exhibete corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. » Non enim ad sacerdotes solos scribens, ut ipse existimas, hæc ipsis mandabat, sed universæ Ecclesiæ. Unumquemque enim ipsorum hac in parte sacerdotem esse jussit. Quod si castitas et pudicitia subditos sacerdotes D creat, libido procul dubio ac lascivia sacerdotibus dignitatem abrogat. Atque hoc quidem leges et ecclesiastica instituta sanciunt: verum haud admodum tamen istud fit; quam autem ob causam, non est meum commemorare. At vero qui divino sacerdotio redimiti, ac præfecturam digne consecuti sunt, si corporis quoque castitatem custodiant, vere plus-

[52] Rom. XII, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(37) Videtur hæc ep. potius Theodosio imperatori quam episcopo alicui, ut epigraphe indicat, inscripta esse, nisi quis dicat, etiam episcopum et sacerdotium requirere ἀρχικὴν ἐπιστήμην, quod verissimum est, cum regimen animarum sit ars artium; unde et Isidorus noster alibi sacerdotium et imperium inter se comparat lib. III, ep. 249. Notandum tamen et illud est quod ait Synesius, et ex eo repetiit Suidas in *Πολιτικός*· Πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν, συγκλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. RITT.

quam sacrosancti sunt. Ut enim in Veteri Testamento sacerdotii munere fungi exceptis sacerdotibus nemini licebat, Paschæ tamen tempore omnes sacerdotii honore afficiebantur (unusquisque enim pecudem immolabat), sic etiam in Novo ac successionis experte, sejunctim quidem, ac velut prærogative nomine, incruentæ victimæ sacrificium ii habent, quibus illud offerre concessum est: at interim unusquisque sui corporis sacerdos creatus est, non ut citra ordinationem et institutionem subditorum imperium arripiat, sed ut vitiis imperans, corpus suum castitatis delubrum aut templum efficiat.

A τες τρόπον τινὰ ἱερωσύνῃ ἐτιμῶντο (ἕκαστος γὰρ τὸ πρόβατον ἔθυεν)· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Καινῆς καὶ ἀδιαδόχου, ἔχουσι μὲν κατ' ἐξαίρετον τὴν ἱερουργίαν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, οἷς ἔξεστι ταύτην προσενεγκεῖν· ἕκαστος δὲ οἰκείου σώματος ἱερεὺς κεχειροτόνηται, οὐχ ἵνα ἀχειροτόνητος ἐπιπηδοίη τῇ τῶν ὑπηκόων ἀρχῇ, ἀλλ' ἵνα τῆς κακίας ἄρξας, τὸ σῶμα τέμενος ἢ ἱερὸν τῆς ἁγνείας κατασκευάσῃ.

LXXVI. — ARCHONTIO.

Cur libellum repudii dari mulieribus quæ odio habentur a viris legislator permiserit.

Divinarum legum interpretis Mosis, nec sapientiam, quam a Deo accepit, animo concepisse, **285** nec mentem ejus indagasse videris: verum tantum ab ejus mentis magnitudine, quantum a vitæ probitate, remotus esse. Non enim, tanquam eas, quæ matrimonii legem minime violarunt, ejicere oporteret, sed ut majus et gravius malum reprimeret, minus malum non quidem lege sanxit, sed permisit: quod videlicet non modo melius existimaret furtivo adulterio, quod ab ipsis alioqui committeretur (neque enim alii aliorum uxoribus abuti dubitassent) apertum matrimonium, sed etiam præstabilius esse duceret, eas foras extrudi, quam domi obtruncari. Disjunxit enim eos, qui conjuncte vivere minime poterant. Nam qui prophetarum cruorem degustarant, ne uxoribus quidem, quibus infensi fuissent, pepercissent: nec qui ipsummet legislatorem aperte persæpe interficere tentaverant, quominus illas aut perspicue aut dolo atque astu necarent, aut adulterii arcesserent, sibi temperassent. Quocirca ut majus et atrocius malum reprimeret ac prohiberet, minis non tam edixit, quam permisit. Quod autem non temere de sapientissima illa mente conjiciam, tum hinc liquet, quod prophetæ ipsos ut cruoris siti flagrantes, atque aliena connubia perfodientes, apertissimis verbis accusent: tum etiam maxime ex eo, quod dicturus sum. Christus enim cum in terram venisset, atque ipsi hæc quæstio proposita fuisset, non modo Mosem non reprehendit, sed etiam ipsum purgavit, culpam nimirum in eos vertens, propter quos ipse quoque, id quod naturæ congruebat, negligere, atque uxoris repudium permittere coactus fuerat. Dixit enim: « Ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras [32]; » hoc est, ob contumaciam vestram animique pervicaciam. « Ab initio autem non fuit sic. » Atque ad eumdem modum ipse quoque eas, quæ matrimonii legem violant, ejicere jussit: hoc autem nisi contingat, omnia alia uxorum vitia ferre præcepit, imo necessarium esse pronuntiavit. Neque

Ος'. — ΑΡΧΟΝΤΙῼ ΠΟΜΠΕΥΟΜΕΝῼ (38).

Τίνος χάριν βιβλίον ἀποστασίου δίδοσθαι ταῖς μισουμέναις γυναιξὶ παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὁ νομοθέτης ἐπέτρεψεν.

B Ἔοικας τοῦ νομοθέτου Μωσέως, μήτε τὴν σοφίαν, ἣν ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ, κεχωρηκέναι, μήτε τὴν διάνοιαν τεθηρευκέναι, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτοῦ ἀπολελεῖφθαι τῆς μεγαλονοίας, ὅσον καὶ τῆς πολιτείας. Οὐ γὰρ ὡς δέον τὰς μὴ εἰς τὸν τῶν γάμων θεσμὸν παρανομούσας ἐκβάλλειν, ἀλλὰ μεῖζον καὶ ἀργαλεώτερον βουλόμενος ἀναστεῖλαι κακὸν, τὸ ἔλαττον οὐκ ἐθέσπισεν, ἀλλ' ἐπέτρεψεν· οὐ μόνον κρείττονα κρίνας τῆς λαθραίου παρ' αὐτῶν ἂν τολμηθείσης μοιχείας (οὐ γὰρ ἂν ὤκνησαν ταῖς ἀλλήλων χρῆσθαι γυναιξὶ) τὸν φανερὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ ἄμεινον ἡγησάμενος ἐκβληθῆναι αὐτὰς ἔξω, ἢ σφαγῆναι ἔνδον. Διέστησε γὰρ τοὺς συνεῖναι μὴ δυναμένους. Οἱ γὰρ προφητικῶν αἱμάτων γευσάμενοι, οὐκ ἂν γυναικῶν μισουμένων ἐφείσαντο· οὐδ' οἱ αὐτὸν τὸν νομοθέτην C ἀνελεῖν πολλάκις φανερῶς ἐπιχειρήσαντες, τοῦ ἢ φανερῶς ἢ δόλοις ἀνελεῖν, ἢ μοιχείας γράψασθαι ἐκείνας ἀπέσχοντο. Τὸ οὖν μεῖζον κακὸν προαναστέλλων, τὸ ἔλαττον συνεχώρησε μᾶλλον, ἢ διηγόρευσεν. Ὅτι δὲ οὐχ ἁπλῶς καταστοχάζομαι τῆς τοῦ πανσόφου ἐκείνου διανοίας, μάλιστα μὲν δῆλον, καὶ ἐκ τοῦ τοὺς προφήτας ὡς αἱμάτων διψῶντας, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους γάμους διορύττοντας, αὐτοὺς διαῤῥήδην αἰτιᾶσθαι, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐκ τοῦ λεχθησομένου. Ὁ γὰρ Χριστὸς δεῦρ' ἐπιφοιτήσας, ταύτης αὐτῷ προσενεχθείσης τῆς πεύσεως, οὐ μόνον οὐκ ἐμέμψατο τὸν Μωσέα, ἀλλὰ καὶ ὑπεραπελογήσατο, τὸ ἔγκλημα εἰς ἐκείνους τρέψας, δι' οὓς ἠναγκάσθη κἀκεῖνος τὸ πρέπον τῇ φύσει παριδεῖν, καὶ συγχωρῆσαι ἀπολῦσαι τὴν σύνευνον. Ἔφη γάρ· « Μωσῆς D πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολύειν τὰς γυναῖκας ὑμῶν, » τοῦτ' ἔστι, διὰ τὸ ἀπειθὲς ὑμῶν καὶ ἀνάγωγον· « Ἐξ ἀρχῆς δὲ, φησὶν, οὐκ ἐγένετο οὕτως. » Εἰς τὸν τῶν γάμων μὲν θεσμὸν παρανομούσας, καὶ αὐτὸς ἐκβάλλειν ἐκέλευσε· τούτου δὲ μὴ συμβαίνοντος, πάντα τὰ ἄλλα ἐλαττώματα τῶν γυναικῶν φέρειν προσέταξε, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον εἶναι ἀπεφήνατο. Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ. Εἰς ἕκαστον μὲν γὰρ τῶν νόμῳ γάμου συνιόντων τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα [οὐ] βλέπει· ἡ δὲ μοιχεία εἰς τὰς τοῦ

[32] Matth. XIX, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(38) In titulo hujus ep. duo iidem codd. mutant πομπευομένῳ in πολιτευομένῳ. Possin.

γάμου συνθήκας ὁρᾷ (39), καὶ τὴν τῶν παίδων καθυβρίζει εὐγένειαν, καὶ τὰς συγγενείας διασπᾷ, καὶ πάντα τὸν βίον ἀνατρέπει τὸν ἀνθρώπινον.

A id quidem frustra et temere. Nam cætera quidem vitia unumquenique eorum qui matrimonii lege copulantur minime intuentur: adulterium ad ipsa matrimonii pacta tendit, ac filiorum nobilitatem contumelia afficit, et cognationes lacerat, ac denique humanam omnem vitam pessumdat et evertit.

ΟΖ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Πνευματικὰ ἔσεσθαι τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει, ἔφησεν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, διὰ δύο ταῦτα· διά τε τὸ κοῦφα, καὶ αἰθέρια, καὶ παντὸς κρείττονα πάθους, καὶ βάρους, μέλλειν ἔσεσθαι, καὶ διὰ τὸ τῷ θείῳ Πνεύματι μόνῳ λοιπὸν εἴκειν. Νῦν μὲν γὰρ κἂν παρῇ, τὸ κῦρος τῶν πραττομένων ἔχει ἡ ψυχή. Τότε δὲ δοχεῖα μᾶλλον ἔσται τοῦ Πνεύματος. Οὐ γὰρ μόνον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ (40) πνευματικὴ ἔσται, ἅπαντα κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους διαπραττομένη. Εἰ δὲ περὶ τῶν σωμάτων τῶν ἁμαρτωλῶν ζητήσει τις, φήσομεν ὅτι ἢ κατὰ τὴν προτέραν ἐκδοχὴν κοῦφα ἔσται καὶ αἰθέρια, ἢ ὅτι ὑπὸ πυρὸς βασανισθήσεται μὲν, οὐκ ἀναλωθήσεται δέ· ἢ ὅτι κἂν ἐθελήσωσιν ἁμαρτεῖν, οὐ δυνήσονται.

LXXVII. — ISIDORO DIACONO.

Spiritualia futura esse in resurrectione corpora, duabus his de causis a divino Paulo dictum est [84]; altera, quia levia et ætherea, atque ab omni perpessione et gravitate libera futura sunt: altera, quia divino duntaxat Spiritui cessura sunt. Nunc enim, **286** quamvis ipse adsit, eorum tamen, quæ geruntur, arbitrium anima obtinet. Tunc autem Spiritus potius vasa et conceptacula erunt. Neque enim B ipsa solum, verum etiam anima spiritualis erit, utpote cuncta ex illius legibus et præscriptis agens. Quod si quis de peccatorum corporibus quærat, illud dicemus, quod juxta priorem expositionem levia et ætherea erunt, vel quia ab igne quidem excruciabuntur, sed non absumentur: vel quia, etiamsi peccare velint, minime poterunt.

ΟΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τί ἐστι, « Βασιλεὺς ἤμην ἐν μονοζώνοις. »

Ἐπειδὴ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ ἀοιδίμου Ἰὼβ μαθεῖν ἠθέλησας, «Βασιλεὺς ἤμην ἐν μονοζώνοις,» οἶμαι ὅτι, ἐπειδὴ οἱ μονόζωνοι, ἢ στρατιωτικὰ τάγματα μηνύουσιν, ἢ βαρβαρικὰ στίφη, ἢ λῃστρικὰ συγκροτήματα, τοιοῦτόν τι εἰρηκέναι· Ἢ ὡς στρατιωτῶν νομίμως ἐπῆρχον, ἢ ὡς βαρβάρων ἀνδρείως ἐκράτουν, ἢ ὡς λῃσταῖς φόβον ἐνεποίουν, καὶ ἐκώλυον τοῖς αὐτῶν χρῆσθαι τρόποις· εἰ δὲ μὴ ἐπείθοντο, εἰς τὴν τῶν νόμων σαγήνην συνέκλειον.

LXXVIII. — EIDEM.

Quid sit, « Rex eram inter monozonos [85] »

Quoniam id quod ab illustri Jobo dictum est, « Rex eram inter monozonos, » quid significet, intelligere cupis, accipe quid sentiam. Quoniam enim monozoni vel militares ordines, vel barbaricas C turmas, vel denique prædonum agmina significant, hujusmodi quiddam his eum verbis voluisse existimo: Aut ut militibus legitime imperabam, aut ut barbaros strenue superabam, aut ut latronibus metum incutiebam, et ne moribus suis uterentur, prohibebam, aut si minus obtemperabant, in legum retia eos includebam.

ΟΘ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ.

Ἐπειδὴ οὐ τοῦ εἰδέναι χάριν, ἀλλὰ τῆς ἀπὸ τοῦ εἰδέναι ἀντιποιούμενος δόξης, ὡς πυνθάνομαι, δοκεῖς πονεῖν, βούλομαί σε, καὶ τοῦτο κατορθῶσαι, τὸ τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης ἐφίεσθαι. Εἰ δὲ μεθύων νυνὶ τῷ τῆς φιλοδοξίας πάθει δυσχεραίνεις, εὖ οἶδ' ὅτι σωφρονήσας χάριν εἴσῃ.

LXXIX. — PALLADIO.

Quandoquidem, ut audio, non ut scias, sed ut gloriam ex scientia captes, studiorum laboribus incumbere videris, hoc quoque abs te præstari volo, ut veritatis potius quam gloriæ desiderio tenearis. Quod si nunc ambitionis affectu temulentus, hac oratione offenderis, non tamen dubito, quin ubi ad D meliorem mentem redieris, gratiam mihi sis habiturus.

Π'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Φασί τινες ὡς ἰπηήλατον σαυτὸν πᾶσι τοῖς αἰσχροῖς καὶ ἀνελευθέροις πάθεσι καταστήσας, τοῖς χρηστοῖς καὶ ἐλευθερίοις ἄβατον πάντη διατηρεῖς· οὐκ ἀπάτῃ καὶ παραλογισμοῖς, ἐκεῖνα μὲν ἀσμενίζων, ταῦτ'

LXXX. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Aiunt nonnulli te animo ita constitutum esse, ut fœdis omnibus, atque ingenuo homine indignis affectibus pateas, ac contra ad honestos et ingenuos aditus omnes clausos teneas: non errore aliquo ac

[84] I Cor. xv, 44. [85] Job xxix, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) De hujus criminis gravitate plura dixi in *Differentiis utriusque juris*. Confer. ep. 29 l. iv. Ritt.

(40) Hæc verba, τότε δὲ δοχεῖα μᾶλλον ἔσται τοῦ Πνεύματος· οὐ γὰρ μόνον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ ψυχὴ, absunt a codd. duobus Vat. 649 et Alt., nec tamen ideo expungenda ex edito duxerim, uti nec aliam codicis Alt. solius correctionem recipio, qui pro eo quod legitur vers. seq. διαπραττομένη, scribit διαπραττομένους. Possin.

circumventione illos libenter amplectens, hos autem propulsans, verum judicio atque animi decreto, et quia nihil boni efficere velis. Quo etiam fit, ut difficilis tibi sit ad bonum propensio atque impetus, non enim dicam reditus. Neque enim te unquam recte quidquam aut deliberasse, aut egisse affirmant. Illud igitur tecum cogitans, brevi quod senectute jam longe progressus, procul dubio vitam cum morte commutabis, tandem aliquando tempore satiatus a vitiis absiste.

ἀπωθούμενος· ἀλλὰ κρίσει καὶ βουλήσει, καὶ τῷ μηδὲν ὀρθὸν ἐθέλειν διαπράττεσθαι. Διὸ καὶ δύσκολός ἐστί σοι ἡ ἐπὶ τὰ καλὰ ὁρμή. Οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι ἐπάνοδος· οὐδεπώποτε γάρ σε λέγουσιν ὀρθῶς οὔτε βεβουλεῦσθαι, οὔτε πεπραχέναι. Ἐννοήσας τοίνυν ὡς εἰς βαθὺ λοιπὸν γῆρας ἐλαύνων, πρόδηλον ἔχεις τὸν θάνατον· κἂν ὀψὲ τοῦ καιροῦ κόρον λαβὼν, τῶν κακῶν ἀπόστηθι.

LXXXI. — EIDEM.

Haud miror, te, cum in aliis omnibus rebus inscitia labores, in hac quoque re imperitiam tuam demonstrasse. Nam contra illud me in admirationem rapuisset, si cum in aliis omnibus errore labereris, in hac re minime **287** aberrasses. Ac quidem fœdos et obscenos affectus per te ipse nosti, nec de his sermonem habere oportet. Quoniam autem probos et humanos ignoras, hos tibi exponam. Sunt autem hi, humanitas, misericordia, placabilitas, aliaque id genus. Quod si hoc te conturbat, quod eos affectus appellarim, hujus quoque rei testes fide dignos præbebo. Quanquam tu quidem, sat scio, ea quæ a me dicentur, intellectu minime assequeris, utpote qui imperitiæ alumnus sis: dicam tamen nihilo secius. Orator igitur Demosthenes, totius Græciæ caput, de Philippo verba faciens, cum rogaretur ut Olynthios captivos dono daret, his verbis usus est: «Ita ut Philippus affectu aliquo duceretur, ac beneficium daret.» Josephus autem, vir eruditionis et eloquentiæ nomine clarissimus, de factiosis, qui in Hierosolymitanæ urbis expugnatione viguerunt, scribens, ita locutus est: «Cum effera et implacabilis natura crudelitatis studium et exercitationem insuper assumpserit, duplici ex parte ad eam misericordiæ, ac probo et humano affectui, aditus omnis interclusus est.» Nullus porro tam bonus affectus perierat, quam misericordia. Quin Philo quoque qui ob sublime et excelsum dicendi genus, Platonis vel discipulus, vel magister esse visus est (de iis enim dictum est: Aut Plato philonizavit, aut Philo platonizavit); Mosen, ut improborum odio flagrantem, laudibus persecutus, his verbis usus est: «Ingenti autem dolore affectus, ac justa iracundia perfusus, Ægyptios quosdam, hoc est eos qui urgendis operibus a Pharaone præfecti fuerant, criminatur.» Afficitur enim quodammodo anima, atque aut ad misericordiam, aut ad placabilitatem, aut ad benignitatem, aut ad improbitatis odium propendet. Nisi enim frangeretur quispiam, supplicibus cujuspiam precibus minime commoveretur. Nisi inflecteretur, rogantem haudquaquam misereretur. Nisi aliquo affectu tangeretur, beneficium in hostem minime conferret. Nisi justitiam læsam esse existimaret, in

ΠΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οὐ θαυμάζω εἰ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀπαίδευτος ὢν, κἂν τούτῳ τὴν ἀμαθίαν τὴν σαυτοῦ ἐπεδείξω. Ἀλλὰ τότ' ἂν ἐθαύμασα, εἰ ἐν τοῖς ἄλλοις πταίων, ἐν τούτῳ οὐ διήμαρτες· τὰ μὲν οὖν αἰσχρὰ πάθη οἶσθα ἀπὸ σαυτοῦ, καὶ οὐδὲν δεῖ λόγων. Ἐπειδὴ δὲ τὰ χρηστὰ καὶ φιλάνθρωπα ἀγνοεῖς, ταῦτα φράσω. Εἰσὶ δὲ ἔλεος, φιλανθρωπία, οἶκτος, εὐμένεια, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτων ἀδελφά. Εἰ δέ σε ταράττει τὸ καὶ ταῦτα πάθη λέγεσθαι, καὶ ἐγγυητὰς καὶ μάρτυρας τούτου ἀξιοπίστους ἄνδρας παρέξομαι. Οἶδα μὲν οὖν ὅτι αὐτὸς οὐ παρακολουθήσεις τοῖς λεγομένοις, ἅτε ἀπαιδευσίας τυγχάνων θρέμμα, ὅμως δ' οὖν αὐτὸς ἐρῶ. Δημοσθένης μὲν οὖν ὁ ῥήτωρ, τὸ τῆς Ἑλλάδος κεφάλαιον (41), περὶ τοῦ Φιλίππου λέγων, ὅτε παρεκαλεῖτο δοῦναι τοὺς Ὀλυνθίους αἰχμαλώτους, ἔφη· «Ὥστε τὸν Φίλιππον παθεῖν τι, καὶ δοῦναι τὴν χάριν.» Ἰώσηππος δὲ, ἀνὴρ ἐπὶ παιδεύσει καὶ εἰδήσει λόγων ἐπισημότατος, περὶ τῶν στασιαστῶν τῶν ἐν τῇ ἁλώσει τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀκμασάντων γράφων ἔφη· «Ὅταν ἀτίθασσος καὶ ἀμείλικτος φύσις ἄσκησιν τὴν εἰς τὸ ἀνήμερον προσλάβῃ, διχόθεν ἄβατος, καὶ ἀπρόσιτος οἴκτῳ γίνεται, καὶ χρηστῷ πάθει καὶ φιλανθρώπῳ.» Οὐδὲν δὲ οὕτως χρηστὸν πάθος ἀπολώλει, ὡς ἔλεος. Καὶ Φίλων δὲ, ἄνθρωπος Πλάτωνος ἢ ὁμιλητὴς ἢ ὑφηγητής τις εἶναι δόξας, διὰ τὸ τῆς φράσεως ὕψος· ἐῤῥέθη γὰρ περὶ αὐτῶν. «Ἢ Πλάτων ἐφιλώνισεν, ἢ Φίλων ἐπλατώνισεν·» ἐγκωμιάσας μὲν τὸν Μωσέα, ὡς μισοπόνηρον, ἔφη· «Περιπαθήσας δὲ καὶ δικαίας ὀργῆς ἐμπλησθεὶς, διαβάλλει τινὰς Αἰγυπτίους, τοὺς ἐργοδιώκτας φημὶ τοῦ Φαραώ.» Πάσχει γάρ τι ἡ ψυχὴ, καὶ ἢ εἰς ἔλεον, ἢ εἰς εὐμένειαν, ἢ εἰς χρηστότητα, ἢ εἰς μισοπονηρίαν νεύει. Εἰ μὴ γὰρ ἐπικλασθείη τις, οὐκ ἂν τὸν ἱκέτην ἐλεήσειεν· εἰ μὴ ἐπικαμφθείη, οὐκ ἂν τὸν δεόμενον οἰκτειρήσειεν· εἰ μὴ πάθοι τι, οὐκ ἂν τὸν ἐχθρὸν εὐεργετήσειεν· εἰ μὴ νομίσει ἠδικεῖσθαι τὴν δικαιοσύνην, οὐκ ἂν εἰς μισοπονηρίαν τραπείη. Τὴν δὲ τροπὴν ταύτην καὶ πάθος καλοῦσιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον τρεπόμενος, πάσχει, οὕτω καὶ ὁ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὸ ἄμεινον τρεπόμενος, πάσχει τι. Τροπῆς γάρ ἐστι τὸ πάθος ὄνομα. Τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς, κἂν ὀψέ ποτε τῆς ἡλικίας τὰ αἰσχρὰ φεῦγε πάθη, ἵνα μὴ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(41) Sic Ammian. Marcel. lib. XXX: «Demosthenes perpetuum Græciæ decus,» etc. RITT.

ποτε (42) ἐπαινέσῃς τὴν παραίνεσιν, ὅτε τῶν ἐπαίνων σοι ὄφελος οὐδέν.

A improborum odium minime converteretur. Hanc porro conversionem, affectum etiam appellant. Ut enim qui a virtute in vitium sese convertit, afficitur: ita rursum qui a vitio ad virtutem sese convertit, nonnihil afficitur. Affectus enim vocabulum, conversionis est. Quamobrem tu quoque in hac senili ætate turpes affectus tandem aliquando fuge, ne alioqui consilium meum tum denique laudes, cum tibi bujusmodi laudes nihil utilitatis allaturæ sunt.

ΠΒ'. — ΑΜΜΩΝΙ.

Ὅτι ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Τιμόθεος, τοῦ ἀτιθάσσου θηρίου ἐτιθάσσευε τὰς ὁρμὰς, καὶ τὸ ἀμείλικτον εἰς τὸ ἐμμελὲς μετεῤῥύθμιζεν, ἡ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐπικωμάσασα τῷ ἀλιτηρίῳ Εὐσεβίῳ μανία, σαφῶς ἔδειξεν.

LXXXII. — AMMONI.

Quod Timotheus (cujus faustum felixque sit meminisse) agrestis et indomitæ belluæ impetus cicurabat, ejusque sævitiam et immanitatem in concinnitatem quamdam et suavitatem commutabat, furor ille, qui post **288** illius e vita discessum, pestiferum et exsecrandum Eusebium invasit, perspicue
B demonstravit.

ΠΓ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰ τὸ κάλλος τοῦ σώματος οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐκπλήξεων ἀλλοιοῦται, σώζει δ' αὐτὸ κἂν ἐν δακρύοις ᾖ· πολλῷ μᾶλλον ἡ τῆς ψυχῆς ὥρα ὑπὸ τῶν ἐμπιπτόντων πειρασμῶν ἀλλοιωθῆναι οὐκ ὀφείλει, κἂν ἐν συμφοραῖς τυγχάνῃ.

LXXXIII. — EUTONIO DIACONO.

Si corporis pulchritudo nec ob stupores immutatur, verum etiam inter lacrymas retinetur: quanto minus animæ decor ob incurrentes tentationes, etiamsi in calamitatibus versetur, immutari debet.

ΠΔ'. — ΑΓΑΘΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Διὰ τί προσέταξεν ὁ νόμος, λίνον καὶ ἔριον καὶ πορφύραν μὴ συνυφαίνεσθαι, ἐν δὲ τῷ Λευϊτικῷ καὶ λέπραν ἱματίων καὶ λίθων πολυπραγμονεῖ.

Ἐπειδὴ γέγραφας τί βουλόμενος ὁ Μωσῆς ἐνομοθέτησε, λίνον μὲν καὶ ἔριον μὴ συνυφαίνεσθαι· ἐν δὲ τοῖς λινοῖς ἱματίοις πορφύραν μὴ συνυφαίνειν, λέπραν τε ἱματίων καὶ λίθων πολυπραγμονεῖν, εἶχον μὲν καὶ τὰς θεωρίας αὐτῶν μηνῦσαι. Ἔχουσι γὰρ
C ἀρίστας ἀλληγορίας ὠφελῆσαι δυναμένας, τοὺς μὴ ἀγύμναστον ἔχοντας πρὸς θεωρίαν τὸν νοῦν· ἀλλ' ἐπειδὴ οἶδα πολλοὺς μὲν νομίζοντας τοὺς τὰ τοιαῦτα λέγοντας, ἀμαθίᾳ τοὺς ἀγῶνας ἐκλύειν· σὲ δὲ τοῖς πράγμασι, καὶ μόνῃ τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν Γραφῶν χαίροντα, εὐθεῖαν τὴν ἀπόκρισιν ποιήσομαι, κύκλων ἀπηλλαγμένην. Οἶμαι τοίνυν ὅτι εἰς φιλοσοφίαν τοὺς ὑπηκόους ἐνάγων, καὶ τῆς χρείας μόνης γενέσθαι βουλόμενος, πᾶσαν βλακείαν ἐξωστράκισε, διὰ μὲν τοῦ μὴ συνυφαίνειν λίνον καὶ ἔριον, τὴν ποικιλίαν ἐξορίζων· διὰ δὲ τοῦ πορφύραν μὴ συνυφαίνειν τοῖς λινοῖς ἱματίοις, τὴν πολυτέλειαν καὶ τὸν καλλωπισμόν· διὰ δὲ τοῦ λέπραν ἱματίων καὶ λίθων περιεργάζεσθαι, τὸ πλέον τῆς χρείας κτήσασθαι, καὶ ἀπο-
D θέσθαι ἀπαγορεύων. Τοῖς γὰρ χρονίοις ἱματίοις καὶ οἰκίαις τοῦτο συμβαίνειν εἴωθε. Τῆς χρείας γὰρ ἔσο, φησὶ, μηδὲν περιττὸν, μήτε κτώμενος, μήτε ἀποτιθέμενος, ἀλλὰ μηδὲ καλλωπιζόμενος, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν φροντίδα καὶ τὴν σπουδὴν, εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν μετάστησον (43). Εἰ δὲ βουληθείης, καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν ὠφεληθῆναι· φασὶ γὰρ τὰς τῶν καρπῶν ἀποῤῥεούσας ἡμέρους συκᾶς, διὰ τῶν ὀλύνθων τῶν ἀγρίων συσφίγγεσθαι (44)· φαίην, ὅτι καὶ

LXXXIV. — AGATHO PRESBYTERO.

Cur præcepit lex ne linum cum lana et purpura contexeretur [86]*, in Levitico vero lepram vestimentorum et lapidum diligenter inquirit* [87].

Quoniam per litteras quæris, quidnam Mosem impulerit, ut lege caveret, ne quis linum cum lana contexeret, lineisque item vestibus purpuram ne attexeret, ac denique ut vestimentorum et lapidum lepra diligenter inquireretur, poteram quidem ipse harum rerum speculationes declarare. Habent enim pulcherrimas allegorias, quæque iis, qui mentem ad mysticos sensus haudquaquam rudem et inexpertam habent, utilitati esse queant. Verum quoniam plerosque novi, qui eos, qui hujusmodi sermonibus utuntur, ob inscitiam certamina defugere arbitrantur; te autem rebus ipsis ac sola Scripturarum interpretatione delectari, propterea rectum, atque ab omni verborum circuitu liberum a me responsum feres. Existimo itaque Mosem, ut eos, quibus præerat, ad philosophiam induceret, et quia ipsos necessario duntaxat curare cupiebat, mollitiem omnem eliminasse; per id nimirum, quod linum et lanam contexi vetabat, variegandarum rerum studium depellentem: per id autem, quod lineis vestibus purpuram attexi prohibebat, luxum ac profusionem, nimiumque ornandi corporis studium: per id denique; quod vestimentorum et lapidum lepram inhibebat, illud interdicentem, ne quis plura, quam opus esset, quæreret ac reconderet. Etenim vetustis indumentis et vestibus istud evenire consuevit. Rebus necessariis, inquit, contentus esto, nihil supervacanei, nec acquirens, nec recondens, nec item præ-

[86] Deut. xxii, 11. [87] Levit. xiv, 40 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(42) Codd. Vatic. 649 et Alt., μὴ τότε. Possin.

(43) Pro μετάστησον cod. Vatic. 649 solus habet κατάστησον. Id.

(44) Vide Plin. *Nat. hist.* Eleganter autem sacrarum litterarum dogmata ficui, externorum scriptorum caprifico comparat. Ritt.

postero corporis ornatui studens, verum operam A omnem et studium ad animæ curam converte. Quod si ab externis quoque scriptoribus utilitatem capere velis (aiunt enim sativas ficus, cum fructibus defluunt, per caprificos constringi) hoc dixerim, quod Isocrates etiam in eo libro, in quo Dæmonicum præceptis instituit, eum his verbis admonet: «Cura ut in vestitus ratione cultus atque honestus sis, non autem immodici ornatus studiosus. Honesti enim est magnificentia, lascive autem se ornantis, superfluitas et redundantia.» Quodque hoc verum sit, ex eo, quod a Diogene dictum est, perspicue ostenditur. Nam cum adolescentem quemdam lascivius, quam virum deceret, ornatum conspexisset **289** «Si ad viros, inquit, te confers, miser es; si ad feminas, iniquus.» Cum igitur externi auctores honesti ac decori curam gesserint, an non sacrosanctus ille ac Deo clarus vir, populares suos ad philosophiam inducens, omnem variegandi artem et mollitiem, nimiumque ornatus studium e subditorum animis eliminare, atque honestatem et gravitatem, quarum opera et adjumento præstantissima vita numeris omnibus absolvitur, sancire ac præscribere debebat?

Ἰσοκράτης, ὅτε Δημονίκῳ τοὺς παραινετικοὺς ἔπεμπε λόγους, παρῄνει· « Ἔσο περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. Φιλοκάλου μὲν γὰρ τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον· » καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές ἐστι, δι' ὧν Διογένης εἶπε, σαφῶς δείκνυται. Θεασάμενος γάρ τινα μειρακίσκον ἀσελγέστερον ἢ κατ' ἄνδρα κεκοσμημένον, ἔφη αὐτῷ· « Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς· εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς. » Εἰ τοίνυν οἱ ἔξωθεν τοῦ πρέποντος ἐπεμελήθησαν, πῶς οὐκ ἔμελλεν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος καὶ θεοφιλὴς ἀνὴρ εἰς φιλοσοφίαν ἐνάγων, πᾶσαν μὲν ποικιλίαν καὶ βλακείαν, καὶ καλλωπισμὸν ἐκ τῶν ὑπηκόων ἐξορίζειν, κοσμιότητα δὲ καὶ σεμνότητα νομοθετεῖν, δι' ὧν ὁ ἄριστος κατορθοῦται βίος;

LXXXV. — MARTINIANO PRESBYTERO. B

Inexplebilem quemdam ac sævum et crudelem frumenti cauponem te esse nonnulli aiunt: ut qui tempora observes, ac de egestatibus occasionem lucrandi arripias, et de calamitatibus messem colligas. Quamobrem hoc tecum reputans, alios non tam tua, quam te, Dei ope indigere; fac te cognatio moveat.

ΠΕ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἄπληστον εἶναί σέ φασί τινες σιτοκάπηλον, καὶ ἀνάλγητον καὶ τηροῦντα τοὺς καιροὺς, καὶ καταπραγματευόμενον τὰς ἐνδείας, καὶ τὰς συμφορὰς γεωργοῦντα. Ἀλλ' ἴσθι ὡς ἐκείνοις μὲν σαυτοῦ σπλάγχνα, σαυτῷ δὲ τὰ θεῖα ἀποκλείεις (45). Ἐννοῶν τοίνυν, ὡς οὐ τοσοῦτον ἄλλοι σου χρήζουσιν, ὡς σὺ τοῦ Θεοῦ· τὸ συγγενὲς αἰδέσθητι.

LXXXVI. — ZOSIMO LIBRIGERO.

Librorum de quibus ad te scripsi, seriem atque ordinem amico diligenter expone: ne obrepens oblivio, tibi quidem detrimentum, ipsi autem ingrati animi notam afferat.

ΠϚ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΒΙΒΛΙΟΦΟΡΩ.

Τὸν στιχισμὸν τῶν βιβλίων, ὧν γέγραφά σοι, τῷ φίλῳ δήλου μετ' ἀκριβείας, ἵνα μὴ ἔρψασα λήθη, σοὶ μὲν ζημίαν, αὐτῷ δὲ ψῆφον ἀγνωμοσύνης (46) ἐπαγάγῃ.

LXXXVII. — LEONTIO EPISCOPO.

C Amicitiæ primordium, ac benevolentiæ igniculus, atque id quod et me, et optimum virum Eutonium, mutuo amore sauciavit, improbitatis odium fuit, quod in ipsius moribus animadverti. Posteaquam enim ipsum non modo virtutis causa, sed etiam eorum quos virtutis amor tenet, libenti atque alacri animo periculum adeuntem conspexi, hinc reliquam quoque viri illius philosophiam tanquam vestigiis odoratus, ad ipsum amandum sum incitatus. Cum autem rursum insani quidam sophistæ pietatis Christianæ dogmata convellere atque labefactare conarentur, hic vero eorum armis atque syllogismis instructi, non prius eos ferire destitimus, quam eos prorsus in fugam conjecissemus, ac perspicuam et integram victoriam retulissemus. Hic nimirum D secundus nobis amicitiæ, non dicam igniculus, sed fax perspicue accensa est, ac permansit. Nam ea divini amoris lex est. Corporeus siquidem, utpote abjectus et humilis (quandoquidem a corporibus fluxis et caducis coagmentatur) fluit, atque florum

ΠΖ'. — ΛΕΟΝΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Τὸ τῆς φιλίας προοίμιον, καὶ ὁ τῆς ἀγάπης σπινθὴρ, καὶ τὸ τρῶσαν ἀμφοτέρους, ἐμέ τε καὶ τὸν ἄριστον Εὐτόνιον, εἰς τὸν πρὸς ἀλλήλους πόθον, τὸ μισοπόνηρόν ἐστιν ἦθος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδον αὐτὸν οὐ μόνον ὑπὲρ ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν φιλαρέτων ἡδέως κινδυνεύοντα, ἀπὸ τούτου καὶ τὴν λοιπὴν φιλοσοφίαν τἀνδρὸς ἰχνηλατήσας, ἐτρώθην πρὸς φιλίαν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ σοφιστομανοῦντές τινες τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας λυμήνασθαι ἐμηχανῶντο, ἐνταῦθα φραξάμενοι τοῖς ἐκείνων ὅπλοις, καὶ τοῖς συλλογισμοῖς πατάσσοντες, οὐ πρότερον ἀνήκαμεν, ἢ τελέως τρέψασθαι, καὶ τὸ κράτος καθαρῶς ἀναδήσασθαι. Οὗτος δεύτερος ἡμῖν τῆς ἀγάπης οὐκ ἔτι σπινθὴρ, ἀλλ' ἤδη πυρσὸς περιφανῶς ἐξήφθη, καὶ παρέμηνε. Τοιοῦτος γὰρ τοῦ θείου ἔρωτος ὁ νόμος. Ὁ μὲν γὰρ σωματικὸς, ἅτε χαμαίζηλος ὢν (ἐπειδὴ ἀπὸ ῥευστῶν συνίσταται σωμάτων), ῥεύσει, καὶ δίκην ἀνθῶν μαραίνεται. Οὔτε γὰρ πῦρ μένει τῆς ὕλης τῆς τὴν ὑπόθεσιν τῇ φλογὶ δεδωκυίας ἀναλωθείσης, ἀλλὰ σὺν αὐτῇ συναπέρχεται· οὔτε πόθος ἵσταται μαραινομένου τοῦ ὑπεκκαύ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(45) Cod. Vatic. 649 solus ἀποκλείεις per futurum inflectit scribens ἀποκλείσεις. Possin.

(46) Cod. unus Vat. 649 legit ἀγνωσύνης. Id.

ματος. Ὁ δὲ κατὰ Θεὸν καὶ σώφρων, ἐπειδὴ πράγματος ἑστῶτός ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ μόνιμος· καὶ ὅσῳ τὸ κάλλος αὐτῷ τῆς ἀρετῆς φαντάζεται, τοσούτῳ ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις συνδεῖ τοὺς τῶν αὐτῶν ἐραστάς.

A instar marcescit. Nam neque ignis absumpta ea materia, quæ flammæ causam præbuit, manet, verum una cum ea abscedit : nec sopito atque exstincto igniculo amor consistit. At divinus et pudicus amor, quia rei firmæ ac stabilis est, proinde stabilis quoque ipse est : quoque virtutis pulchritudinem magis imaginatur, eo quoque arctius, et secum et inter se devincit eos qui earumdem rerum desiderio tenentur.

ΠΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰ καὶ εἰσί τινες, ὡς ἔφης, τῶν τὴν προστασίαν τῶν λαῶν ἀναδησαμένων, ἀπὸ μὲν τῆς τῶν πενήτων σκήψεως ἀρχόμενοι, εἰς δὲ τὸν ἴδιον χρηματισμὸν τελευτῶντες· ἀλλά γε αὐτὸς μὴ τοῖς ναυαγοῦσι πρόσεχε, ἀλλὰ τοῖς τοὺς οἴακας ἀσφαλῶς μεταχειρίζουσι, καὶ ἐξ οὐρίας πλέουσι.

290 LXXXVIII.—EIDEM.

Quamvis ex his, qui populi curam ac præfecturam susceperunt, nonnulli sint, ut abs te dictum est, qui cum se pauperum negotium agere primo simulent, in privatum tandem quæstum desinant : tu tamen iis, qui naufragium faciunt, ne attende, verum iis, qui clavum tuto tractant, ac secunda aura navigant.

B

ΠΘ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Τὰς ἑβδομάδας τοῦ Δανιὴλ πῶς ἑρμηνεύει (47).

Ἐπειδὴ φιλόπονος ὢν καὶ φιλομαθὴς, ἠθέλησας μαθεῖν πῶς ἐπληρώθησαν αἱ παρὰ τῷ Δανιὴλ ἀναγεγραμμέναι ἑξήκοντα καὶ ἐννέα ἑβδομάδες τῶν ἐτῶν, αἱ ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀριθμούμεναι, καὶ εἰς τὴν ἅλωσιν αὐτῆς τελευτῶσαι· ἴσθι, ὅτι οὐκ ἐπὶ Κύρου ᾠκοδομήθη, ἀλλὰ τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ Μακρόχειρος. Τότε γὰρ, ὡς Ἔσδρας διηγεῖται, Νεεμίας ἐλθὼν, τὴν πόλιν ἔκτισε. «Πῶς οὖν, ἔφης, ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν;» Ὅτι ἐν μὲν τῇ ξθ', τοῦτ' ἔστι, τῷ τρίτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ ἔτει, ἀρχὴν ἔσχεν ὁ πόλεμος· τῇ δ' ἑξῆς ἑβδομάδι τῶν ἐτῶν ἐτελεύτησε, συντελευτησάντων C καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν πραγμάτων. Εἰ δὲ λέγεις· Πῶς; ἰστέον, ὅτι μετὰ τὸ κ' ἔτος τοῦ Μακρόχειρος ἕως τελευτήσει ἡ Περσικὴ βασιλεία, ἔτη διεγένοντο ἑκατὸν δέκα τρία, μεθ' ἣν ἡ Μακεδονικὴ διήρκεσεν ἕως ἐτῶν διακοσίων ἐνενήκοντα τεσσάρων· εἶτα ἡ Ῥωμαϊκὴ, Αὐγούστου μὲν βασιλεύοντος, ἔτη τεσσαράκοντα τρία· Τιβερίου δὲ, εἰκοσιδύο· Γαΐου, τέσσαρα· Κλαυδίου, ἑπτά. Τῷ γὰρ ὀγδόῳ [αὐτοῦ] ἔτει, ἤρξατο Ἰουδαίοις ἡ τῶν πραγμάτων κίνησις, ἀφ' ἧς ὁ πρὸς Ῥωμαίους αὐτοῖς ἐξήφθη πόλεμος, ὁ τὴν ἅλωσιν ἀποτεκών. Ἐπὶ γὰρ Νέρωνος τοῦ διαδεξαμένου Κλαύδιον, λαμπρῶς καὶ κατὰ κράτος πολεμηθέντες ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ, τὸ τηνικάδε Νέρωνι στρατηγοῦντος, ὕστερον δὲ βασιλεύσαντος, ἑάλωσαν.

LXXXIX.—ISIDORO DIACONO.

Danielis hebdomadas quomodo interpretetur [88].

Quandoquidem pro tua industria doctrinæque studio intelligere aves, quonam pacto illæ apud Danielem perscriptæ sexaginta novem annorum hebdomades, quæ ab Hierosolymitanæ urbis ædificatione incipientes, in ipsius expugnationem desinunt, expletæ fuerint, illud habeto, eam non Cyri tempore, sed vicesimo regni Longimani anno exstructam fuisse. Nam tum, ut Esdras commemorat, profectus Neemias urbem instauravit. « Quoniam igitur modo, inquit, septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populum tuum, et super civitatem sanctam [89] ? » Nimirum quia in sexagesima nona, hoc est anno quadringentesimo octogesimo tertio bellum geri cœptum est, sequente autem annorum hebdomada, una cum Judaicis rebus finem habuit. Quod si, unde id probetur, quæris, illud sciendum est, inter vicesimum Longimani annum et Persici imperii finem, tredecim et centum annos interfluxisse, ac deinde Macedonium usque ad ducentos nonaginta quatuor annos sese porrexisse ; post autem Romanum, Augusto imperante ad tres et quadraginta annos, Tiberio autem imperium gerente, ad duos et viginti, Caio vero quatuor ; ac denique Claudio rerum summam obtinente, ad septem propagatum fuisse. Nam octavo ipsius anno initium cœpit Judæis rerum motus, qui bellum illud adversus Romanos ipsis excitavit, ex quo urbis excidium ortum est. Neronis enim, qui Claudio successit, tempore, Judæi a Vespasiano, qui tum Neronis dux militaris erat, præclare ac fortiter oppugnati : postea, eodem imperii habenas tenente, capti sunt.

D

Ϟ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Μανθάνω ὡς, ἐπὶ μὲν τοῖς δοκοῦσιν ἐπονειδίστοις, λίαν ἄχθῃ· ἐπὶ δὲ τοῖς ὄντως οὖσιν, οὐ μόνον οὐ καταδύῃ, ἀλλὰ καὶ ἀναβρύνῃ. Τὸ μὲν ἐκ δούλου σε γεγενῆσθαι πατρὸς, ὅπερ οὐκ ἔστι προαιρέσεως ὄνειδος,

XC. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Audio te ob ea quidem quæ probri speciem habent vehementer angi : ob ea autem, quæ vere probrosa sunt, non modo nullo pudore suffundi, sed etiam gloriari. Nam quod servo patre ortus sis

[88] Dan. IX, 1 seqq. [89] ibid. 24.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(47) Ad hanc epistolam operæ pretium est legere quæ de supputatione hebdomadum LXX Danielis scripsit illustr. Jos. Scaliger lib. VI *De emendat. temporum*, et Basil. Seleuc. homil. cui titulus : Ἀπόδειξις κατὰ Ἰουδαίων, περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. RITT.

(quod voluntatis institutique animi minime proprium est, nec ullo modo curandum est) majorem in modum discruciaris. At interim eos, qui te ad virtutem hortantur, tantum reprehendis, quantum eos **291** languorem inducant. Et quidem si inter subditos censeris, tamen ne sic quidem te contemnere atque aspernari conveniret, verum te per consilia et admonitiones ex improbitatis voragine extrahere fas esset, maximeque congruum. Cæterum non tantum hinc Ecclesia detrimentum ac probrum acceptura esset. Nunc autem cum in sacerdotum numero censearis (mitto quonam pacto, neque enim id mihi studio est, ut te feriam, sed ut sanem) ne eos quidem, qui silentio uti cupiunt, quiescere permittis. Multi enim gentiles ac Judæi impetum in Ecclesiam faciunt, probra jactantes, ac vitam tuam proferentes, seque ob eam causam fidei nostræ doctrinam convellere existimantes. Quamobrem si nullo judicii metu percelleris, saltem præsentem gloriam affecta. Si nulla te cœlestis regni cupiditas tenet, saltem bonam existimationem appete. Si coronas minime desideras, saltem a probris te remove. Si laudum tuarum præconium nulla te cura afficit, saltem id stude, ut ne traducaris ac suggilleris. Si pervigilem illam Dei justitiam haud perhorrescis, humanas saltem leges metue: ne alioqui in ipso quoque fortasse scelere deprehensus, extremo supplicio mulcteris.

A οὐδ' ἐν λόγῳ τίθεσθαι, ἀλλὰ τοσοῦτον καταγινώσκειν τῶν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακαλούντων, ὅσον ἔδει τῶν ἐπὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ἀγόντων καταψηφίζεσθαι. Καὶ εἰ μὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους ἐτέλεις, μάλιστα μὲν οὐδ' οὕτως καταφρονῆσαι ἐχρῆν, ἀλλὰ συμβουλαῖς καὶ παραινέσεσιν ἀνιμήσασθαί σε ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας, καὶ θέμις ἦν καὶ πρεπωδέστατον· πλὴν ἀλλ' οὐ τοσαύτη ζημία τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ αἰσχύνη ἔμελλεν ἔσεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς ἱερέας δοκεῖς τελεῖν (τὸ δ' ὅπως παρίημι, οὐ γὰρ πλῆξαί σε, ἀλλ' ἰάσασθαι προῄρημαι)· οὐδὲ τοὺς ἐθέλοντας ἡσυχάζειν καὶ ἠρεμεῖν συγχωρεῖς. Πολλοὶ γὰρ Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπιφύονται ὀνειδίζοντες, καὶ τὸν σὸν βίον προφέροντες, καὶ διὰ τούτου τῷ δόγματι λυμαίνεσθαι νομίζοντες. Εἰ τοίνυν τὴν κρίσιν οὐ δέδοικας, κἂν B τῆς παρούσης ἀντιποίησαι δόξης· εἰ βασιλείας οὐκ ἐρᾷς, κἂν ὑπολήψεως χρηστῆς ἐράσθητι· εἰ στεφάνων οὐκ ἐπιθυμεῖς, κἂν ὀνειδῶν ἀπαλλάγηθι. Εἰ ἐναρρήσεως οὐ φροντίζεις, κἂν μὴ τοῦ κωμῳδεῖσθαι ἀντιποιήθητι· εἰ τὴν ἀκοίμητον δίκην οὐ φρίττεις, κἂν τοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους φοβήθητι, μήποτε καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ ληφθεὶς, τὴν ἐσχάτην ὑπομείνῃς τιμωρίαν.

XCI. — THEOPHILO SUBDIACONO.

Timotheus, qui sedem illam bonis omnibus perfusam, quam cœlorum regnum appellant, nunc incolit, tantam a sua virtute, iis a quibus cernebatur, utilitatem afferebat, ut etiam sola recordatione eos, qui ipsius meminerunt, in officio contineret. Poterat enim, vel solum in animis versans, pudorem simul ipsis immittere, atque eos, quibus ipse in mentem venisset, a turpibus et absurdis affectionibus puros et immunes efficere.

ϞΑ'. — ΘΕΟΦΙΛΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ.

Τιμόθεος ὁ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων κατάῤῥυτον C λῆξιν, βασιλείαν οὐρανῶν προσαγορευομένην, νυνὶ νεμόμενος, τοσαύτην ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τοῖς ὁρῶσιν ἐδημιούργει ὠφέλειαν, ὡς καὶ ἀπὸ μνήμης μόνον σωφρονίζει τοὺς μνημονεύσαντας. Ἤρκει γὰρ καὶ μόνον ἐλθὼν εἰς ἔννοιαν, αἰδῶ συνεισπέμψαι, καὶ τῶν ἀτόπων παθῶν ἀχράντους τοὺς μνησθέντας ἐργάζεσθαι.

XCII. — OPHELIO GRAMMATICO.

Apud vos, qui grammatici estis, homonymum idem est quod synonymum: apud philosophos autem non item. Verum homonyma ea dicuntur, quorum nomen duntaxat commune est, substantiæ autem ratio, quæ nomini respondet, diversa. Synonyma autem, quæ et re, et modo, et nomine inter se conveniunt. Quoniam vero, quia hujusmodi disciplinarum rudis et expers, mentemque haudquaquam exercitatam habes, idcirco a me postulasti, ut in Scripturæ verbis hujusmodi significationes notarem, luculentam tibi hujusmodi considerationum januam pro viribus meis aperire conabor. Perscrutationis vocabulum in Scripturis sacris, et de Deo, et de hominibus dicitur. Verum cum de Deo usurpatur, cognitionis certitudinem numeris omnibus absolutam indicat; cum autem de hominibus, id significat quod res ea, quæ investigatur, cum labore ac cruciatu inveniatur. **292**. Itaque in his locis, in quibus hoc nomen situm est, et in Deo, et in hominibus æquivocum est, non synonymum. Verbi gratia illud: Scrutamini Scripturas,

ϞΒ'. — ΟΦΕΛΙΩ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ.

Παρὰ μὲν ὑμῖν τοῖς γραμματικοῖς, τὸ ὁμώνυμον ταὐτόν ἐστι τῷ συνωνύμῳ· παρὰ δὲ τοῖς φιλοσόφοις, οὐχί· ἀλλ' ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος· συνώνυμα δὲ, ὅσα καὶ πράγματι καὶ τρόπῳ καὶ ὀνόματι D συντρέχει. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄμοιρος ὢν τῶν τοιούτων μαθημάτων, καὶ ἀγύμναστον ἔχων τὸν νοῦν, ἠξίωσας ἐπὶ γραφικῶν ῥήσεων τὰς ἐννοίας ταύτας μεταῤῥυθμισθῆναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ πειράσομαι λαμπράν σοι ἀνοῖξαι τῶν νοημάτων τὴν θύραν. Ἡ ἔρευνα ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς λέγεται καὶ ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων· ἀλλ' ἐπὶ μὲν Θεοῦ τὸ ἀκριβὲς τῆς γνώσεως μηνύει· ἐπὶ δ' ἀνθρώπων, τὸ μετὰ πόνου καὶ βασάνου εὑρίσκεσθαι τὸ ζητούμενον. Ἔνθα τοίνυν τοὔνομα τοῦτο κεῖται, καὶ ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου ὁμωνυμεῖ, οὐ συνωνυμεῖ· οἷον τό· Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, τῷ περὶ τοῦ Θεοῦ εἰρημένῳ· «Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ θέλημα τοῦ πνεύματος·» ὁμωνυμεῖ μὲν, οὐ συνωνυμεῖ δέ. Τὸ δέ· «Ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας,» τῷ, «Τὸ δὲ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ·» συνωνυμεῖ, τῷ καὶ ἐπὶ τοῦ

Πατρὸς, καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν ἀκριβεστάτην γνῶσιν δηλοῦσθαι. Οἶμαι μὲν οὖν σεσαφηνίσθαι τὸ νόημα. Εἰ δὲ καὶ ἐπ' ἄλλου ὀνόματος τοῦτο γυμνασθῆναι βούλει, καὶ τοῦτο ποιήσω. *Τὸ ἀγαθὸν* λέγεται μὲν ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, ἀλλ' ὁμωνυμίαν ἐμφαίνει. Τὸ γὰρ, *ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος*, τῷ, « Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ, » ὁμωνυμεῖ. Τὸ δὲ, « Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, » τῷ, « Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ, » συνωνυμεῖ. Οὐ γὰρ ὀνόματός ἐστιν ἐνταῦθα κοινωνία, ἀλλὰ καὶ πράγματος. Καὶ *ὁ θυμὸς* δ' ἐπὶ Θεοῦ λεγόμενος, καὶ ἐφ' ἡμῶν, οὐ συνωνυμεῖ, ἀλλ' ὁμωνυμεῖ. Ἐπὶ μὲν γὰρ Θεοῦ μηνύει τὴν ἀπαθῶς ἐπιπεμπομένην τοῖς ἁμαρτάνουσι τιμωρίαν· ἐπὶ δὲ ἡμῶν, τὴν ἐμπαθῆ κίνησιν, καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ταραχήν. Καὶ τὸ, « Πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ αὐτῶν, » ὁμωνυμεῖ. Ὃ γὰρ λέγει, τοῦτ' ἔστιν· Ἐπίθες τιμωρίαν ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν. Καὶ τὸ, « Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεὸς, » ὁμωνυμεῖ. Ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἴ τις μολύνει τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, τιμωρηθήσεται ὑπ' αὐτοῦ.

A ei, quod de Deo dictum est : « Qui autem corda scrutatur, novit quæ sit spiritus voluntas, » æquivocum est, non synonymum. Illud autem, « Qui corda scrutatur [61], » huic loco, « Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei [62], » synonymum est, propterea quod, cum et de Patre, et de Spiritu sancto usurpatur, perfectissimam ac certissimam cognitionem significet. Atque ipse quidem, quid sentiam, satis perspicue demonstrasse arbitror. Sed tamen si in alia rursum dictione id examinari cupis, id quoque faciam. *Bonum*, tametsi et de Deo et de hominibus dicatur, tamen homonymiam indicat. Illud etenim, *Bonus homo*, huic, « Quam bonus Israeli Deus [63], » æquivocum est. Illud autem, « Quam bonus Israeli Deus [63], huic, « Spiritus tuus bonus deducet me in via recta [64], » synonymum est. Nam hoc loco non nominis duntaxat, sed etiam rei est societas. Eodemque modo *furoris* vocabulum, quod et de Deo et de hominibus dicitur, non est synonymum, sed æquivocum. Nam cum de Deo agitur, illatum sine ulla mentis commotione, peccatoribus supplicium declarat : cum autem de nobis, motum cum perturbatione conjunctum, ac rationis tumultum. Quin illud quoque « Appone iniquitatem super iniquitatem eorum [65], » æquivocum est. Perinde enim est ac si diceret : Appone cruciatum super iniquitatem eorum. Ac denique illud : « Si quis templum Domini disperdiderit, disperdet eum Deus [66], » æquivocum est. Hæc enim verba hanc sententiam habent : Si quis templum Dei contaminarit, pœna ab eo afficietur.

ϞΓ'.—ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τὸ ἀγαθὸν Θεὸν μὲν ἔχει κατὰ φύσιν, οὐκ ἀβούλητον, ἀλλὰ προαιρετικὴν, οὐδὲ βιαίαν, ἀλλ' ἑκούσιον. Ἡμεῖς δὲ κατὰ ἄσκησιν καὶ προκοπὴν ἀναλαμβάνομεν. Οὐκ ἀναφαίρετον ἔχοντες τοῦτο, ὥσπερ ἡ θεία φύσις· ἀλλὰ μεταπίπτον, εἰ ῥαστώνης ἔρως ἀχορεύτως χορεύσειεν.

XCIII. — EIDEM.

C Deus bonum per naturam habet, non voluntatis expertem, sed ea præditam, nec violentam et coactam, sed spontaneam. Nos autem per exercitationem et profectum illud assumimus. Nec vero sic ipsum habemus, ut a nobis auferri nequeat, quemadmodum divina natura : verum ita ut ab eo excidamus, si inertis otii ac desidiæ amor insulsos in nobis choros agat.

ϞΔ'.—ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον· « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός. »

Εἰπὲ τῷ πρὸς σὲ διενεχθέντι Ἰουδαίῳ, καὶ μηδὲν μὲν γενναῖον, μηδὲ νεανικὸν φράσαντι, ἀγυρτικὰς δὲ λογοποιίας ἐμέσαντι, καὶ φήσαντι περὶ τοῦ παιδὸς Ναυῆ εἰρῆσθαι τό· « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμὲ, » ὅτι κατὰ πολλὰ πλημμελεῖς, καὶ νοῶν οὐχ ὑγιῶς, καὶ φεύγων τὸ μαθεῖν, καὶ κρύπτων τὰ μείζονα ἢ κατὰ Μωσέα. Εἴρηται γάρ· « Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα (48) ὅσα ἂν ἐντείληται. Ἔσται δὲ ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Πρῶτον μὲν γὰρ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐκείνου, ταῦθ' ὁ Μωσῆς ἔνθους γενόμενος ἐθέσπισε.

XCIV.—EIDEM.

In illud : « Prophetam vobis suscitabit Dominus [67]. »

Dic ad Judæum, qui tecum rixatus est, nec generosi quidquam ac virilis locutus est, verum inanes duntaxat nugas ac verborum præstigias evomuit, atque hunc Scripturæ locum : « Prophetam vobis suscitabit Deus de medio fratrum vestrorum tanquam D me, » de Jesu filio Nave dictum esse asseruit : Multis nominibus peccas, tum quod haud recte sentias, tum quod erudiri fugias, tum quod majora quam pro Mosis modulo et conditione occultes. Dictum est enim : « Eum audietis in omnibus quæcunque mandaverit. Erit autem anima, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo [68]. »

[60] Joan. v, 39. [61] Rom. viii, 27. [62] I Cor. ii, 10. [63] Psal. lxxii, 1. [64] Psal. cxlii, 10. [65] Psal lxviii, 28. [66] I Cor. iii, 17. [67] Deut. xviii, 15. [68] ibid. 18, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(48) Verba hæc : Μωσέα. Εἴρηται γὰρ, Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ, omnia absunt a cod. Vat. 649; nec propterea delenda puto, præsertim cum ea exhibeat cod. Alt. Possin.

Primum quippe **293** post illius electionem, Moses divino numine instinctus, hæc sanxit. Deinde si filius Nave Mosem superasset, probabilitatis aliquid haberet hujusmodi oratio. Cum autem eo multo inferior exstiterit, hanc sententiam infirmam et imbecillem esse constat. Tertio, ne legi quidem ipse quidquam adjunxit : verum ex ipsius præscriptis et institutis suum vitæ munus administravit. Quarto, si de ipso verba fecisset, minime dicendum erat, *suscitabit*, sed suscitavit. Quinto, dicendum fuisset, « Et erit, omnis anima, quæ hunc prophetam non audierit. » Cum autem dixit, *illum*, hunc profecto submovit. Sexto, quonam pacto ad Joannem post multas ætates in lucem editum, miserunt, percontantes an propheta ille esset. Ille autem dixit : « Non? » Etenim propheta quidem erat, at non ille propheta. Septimo, quonam pacto, cum Salvator in terram venisset, qui miracula videbant, his verbis utebantur, « Hic est, qui est vere propheta ille. » Animadvertat ergo ille quot sint, quæ adversus eum pugnent ac verum præcognitorem ac regem adoret.

A Δεύτερον, ὅτι, εἰ μὲν ὁ τοῦ Ναυῆ παῖς ὑπερέβη τὸν Μωσέα, πιθανὸν μὲν ἦν τὸ λεγόμενον, οὐκ ἀληθὲς δέ (49). Εἰ δὲ πολλῷ αὐτοῦ καταδεέστερος ἦν, ἀδρανὴς αὕτη ἡ ἔννοια φαίνεται. Τρίτον, ὅτι οὐδὲ προσέθηκέ τι τῷ νόμῳ· ἀλλὰ τοῖς ἐκείνου ἐπολιτεύετο θεσμοῖς. Τέταρτον, ἐχρῆν, εἴ γε περὶ αὐτοῦ ἦν ὁ λόγος, εἰπεῖν, οὐκ *ἀναστήσει*, ἀλλ', Ἀνέστησε. Πέμπτον, ὅτι ἔδει φράσαι· « Ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου τούτου. » Τῷ δ' εἰπεῖν, *ἐκείνου*, τοῦτον παρεγράψατο. Ἕκτον, πῶς πρὸς τὸν Ἰωάννην μετὰ πολλὰς γενεὰς τεχθέντα ἀπέστειλαν, πευσόμενοι, εἰ αὐτὸς εἴη ὁ προφήτης· κἀκεῖνος ἔφη· « Οὐκ εἰμί; » Προφήτης μὲν γὰρ ἦν· ὁ προφήτης δὲ οὐκ ἦν. Ἕβδομον, πῶς τοῦ Σωτῆρος δεῦρο φοιτήσαντος, οἱ τὰ θαύματα θεώμενοι ἔλεγον· « Οὗτός ἐστιν B ἀληθῶς ὁ προφήτης. » Συνοράτω οὖν πόσα αὐτῷ ἐναντιοῦται, καὶ τὸν ἀληθῆ προγνώστην τε καὶ βασιλέα προσκυνείτω.

XCV. — ISIDORO DIACONO.

In illud : « Secundum imaginem et similitudinem [69]. »

Quoniam tu, vir sapientissimus et acutissimo ingenio præditus, pervulgatissimam quæstionem breviter tibi ac perspicue, ac non per ambages quasdam et circuitum explicari petiisti, alterum autem alteri adversatur (perspicuitas enim longam orationem requirit : brevitas autem succinctam et exiguam) brevitate, quantum vires meæ ferunt, perspicuitati admista hæc ad te scribo. Præstantius quidem faciunt, qui præstantioris hominis parti, id quod præstantius est, comparant. Quod si obscurum esse videtur quod dixi, dilucidius loquar. Rectius faciunt, qui meliori hominis parti, hoc est animæ ratione præditæ divinum numen simile esse dicunt. Nam qui illud humana forma præditum esse arbitrantur, prorsus stolidi et amentes sunt : quandoquidem iis, quæ per indulgentem demissionem dicta sunt, implicantur, nec quidquam divinius cogitare sustinent. Quonam enim modo dictum est : « In umbra alarum tuarum proteges me [70]; » et : « Septem oculi Domini, lustrantes universam terram [71], » cum homo nec alas, nec septem oculos habeat? Quonam item pacto Paulus ne cogitationi quidem hominis divinum numen simile esse pronuntiavit? Quonam rursum modo ab Isaia dictum est : « Si omnes gentes ut gutta a situla, et velut salvia reputatæ sunt, et Libanus minime sufficit ad

ϟΕ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τό· « Κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοιότητα. »

Ἐπειδὴ ὁ σοφώτατος καὶ ὀξύτατος τὸ πολυθρύλλητον πρόβλημα ἑρμηνευθῆναί σοι συντόμως καὶ σαφῶς, καὶ μὴ διὰ κύκλων τινῶν, παρεκάλεσας, θάτερον δὲ θατέρῳ ἀντίκειται· τὸ μὲν γὰρ σαφὲς, πολλῶν δεῖται λόγων· τὸ δὲ σύντομον, ὀλίγων· ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συγκεράσας τὴν σαφήνειαν τῇ συντομίᾳ, C ἐπιστέλλω. Κρεῖττον μὲν ποιοῦσιν τῷ κρείττονι μέρει τοῦ ἀνθρώπου, τὸ κρεῖττον παραβάλλοντες. Εἰ δ' ἀσαφὲς εἶναι δοκεῖ τὸ εἰρημένον, σαφέστερον εἰρήσεται. Ἄμεινον μὲν ποιοῦσιν, οἱ τῷ βελτίονι μέρει τἀνθρώπου, τοῦτ' ἔστι τῇ λογικῇ ψυχῇ τὸ θεῖον ἐξεικονίζοντες. Οἱ γὰρ ἀνθρωπόμορφον (50-51) αὐτὸ ἡγούμενοι, πάμπαν ἠλίθιοι, ἐπειδὴ τοῖς συγκαταβατικῶς εἰρημένοις (52) περιπλέκονται· καὶ οὐδὲν θειότερον ἐννοεῖν ἀνέχονται. Πῶς γὰρ εἴρηται· « Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με, » καί· « Ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, » τοῦ ἀνθρώπου μήτε πτέρυγας, μήθ' ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἔχοντος; Πῶς δ' ὁ Παῦλος ἀπεφήνατο, μηδ' ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον; Πῶς δ' ὁ Ἡσαΐας εἶπεν, « Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν D ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς σίελος (53) ἐλογίσθησαν, ὁ δὲ Λίβανος οὐχ ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ πάντα τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, τίνι ὁμοιώσετε Κύριον; » Πῶς δὲ Μωσῆς οἱ τὴν λέξιν κακούργως ἑρμηνεύειν πειρῶνται, ἔφησε· « Καὶ φυλάξεσθε σφό-

[69] Gen. I, 26. [70] Psal. XVI, 8. [71] Zachar. IV, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(49) *Πιθανὸν μὲν ἦν τὸ λεγόμενον, οὐκ ἀληθὲς δέ*. Sic Aristoteles quoque ista duo distinguit passim. RITT.

(50-51) De Anthropomorphitis vid. Augustinum lib. *De hæresibus*, cap. 50, et tract. III et XL in Joannem ; Lactant. lib. IV, cap. 30, Joan. Damasc. lib. I. *De orthodoxa fide*, cap. 12. ID.

(52) *Τοῖς συγκαταβατικῶς εἰρημένοις*. Talia in sacris Litteris plurima sunt, quæ per συγκατάβασιν, h. e. indulgentem demissionem sublimis Dei majestatis ad nostri captus imbecillitatem et humilitatem dicuntur. Plura de his in *Sacris Lectionibus*. ID.

(53) Pro καὶ ὡς σίελος. Codd. Vat. 649 et Alt. legunt, καὶ ὡσεὶ ἔλεος. POSSIN.

δρα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὅτι οὐκ ἴδετε πᾶν ὁμοίωμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐλάλησε πρὸς ὑμᾶς; » Πλὴν οὐδ' ἐκεῖνοι τὸ ἀκριβὲς, ὥς γε ἡγοῦμαι, δογματίζουσιν. Ἀρχῆς γὰρ καὶ βασιλείας ἐστὶν εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ οὐσίας· εἰ δὲ εὖ πράξοι, καὶ ἀρετῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἀθάνατον ὁριζόμεθα εἶναι τὴν νοερὰν ψυχὴν, ἀλλ' οὐ τῆς θειοτάτης ἐκείνης καὶ ἀνάρχου φύσεως ὁμοούσιον, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχουσαν, ὅσον εἰκὸς κτίσμα τοῦ Κτίσαντος. Εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ κατ' εἰκόνα, δηλονότι καὶ ἡ τῆς γυναικός. Τί οὖν δήποτε εἶπεν ὁ Παῦλος· « Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· ἡ δὲ γυνὴ δόξα ἀνδρός ἐστι; » Τῆς γὰρ ψυχῆς τῆς γυναικὸς ἀθανάτου, καὶ ἀφθάρτου οὔσης, ὥσπερ καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς, τί δήποτε μετὰ διορισμοῦ τινος τοῦτ' ἔφρασεν ὁ Παῦλος; Εἰ δὲ πρὸς ταῦτα ἀνθυπενέγκοιεν, ἀνθοπλίζοντες τὸν Μωσέα τῷ Παύλῳ, τό· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » μάλιστα μὲν δυνατὸν εἰπεῖν, ὅτι ἑνικόν ἐστι τὸ εἰρημένον, καὶ οὐ περὶ ἀμφοτέρων εἴρηται, πλὴν οὐ λέξομεν. Εἰ δὲ τὸ ἑξῆς προαγάγοιεν τὸ καὶ ἀρχέτωσαν, πρὸς ἡμῶν ἔσται τὸ εἰρημένον. Δείκνυται γὰρ λαμπρῶς τὸ κατ' εἰκόνα, ἐν τῷ ἀρχικῷ χαρακτηριζόμενον. Εἰ δ' εἴποιεν· Πῶς οὖν ὁ Παῦλος, τὸν μὲν, εἰκόνα θείαν, τὴν δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἀπεφήνατο; φήσομεν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς μὲν ὁμότιμος ἦν ἡ γυνή, καὶ τῆς αὐτῆς ἠξιοῦτο ἀρχῆς· ἐπειδὴ δ' ἔπταισεν, ἠλαττώθη, καὶ ἠκρωτηριάσθη αὐτῆς ἡ ἀρχή, καὶ ὑπὸ τὸν ἄνδρα γεγένηται. « Οὐκ ἤνεγκας, φησὶ, τὴν ἰσοτιμίαν, δέχου τὴν ἐλάττωσιν. Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. » Ὥστε ἡ μὲν κοσμοποιία τὴν πρὸ τῆς ἁμαρτίας τῆς γυναικὸς δηλοῖ ἀρχήν· τὸ δ' ἀποστολικὸν λόγιον, τὴν μετὰ τὸ πταῖσμα ὑποταγήν. Ὅτι δὲ τῷ κεχειροτονῆσθαι πάντων των ἐπιγείων ἄρχοντα τὸν ἄνθρωπον, τὸ *κατ' εἰκόνα* σώζεται· ἄκουσον τοῦ Μελῳδοῦ τὰς θείας δέλτους, καὶ τὰς βασιλικὰς συλλαβὰς ἑρμηνεύοντος, καὶ φράζοντος· « Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. » Ὥσπερ γὰρ τὸ Θεῖον πάντων (54), οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύει. Ἔχει μὲν οὖν τὸ ἀρχικὸν σῶζον τὴν βασιλικὴν εἰκόνα. Τὸ *καθ' ὁμοίωσιν*, εἰ μὴ δοκοίη τισὶν ἐκ παραλλήλου λέγεσθαι (55), ὡς τό· « Ἐὰν [δὲ] (56) ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, » καὶ τό· « Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· » οὕτως ἑρμηνευτέον, ὅτι τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἐνεχείρισεν ὁ Θεὸς, ἵν' ἐπιδείξηται τὴν ἀρετὴν, καὶ σώσῃ τὴν ὁμοιότητας. Ἐδέξω, φησὶ, τὴν τιμὴν, δεῖξον τὴν ἀρετήν· ἵνα τὸ μὲν τῇ δημιουργίᾳ, τὸ δὲ τῇ προαιρέσει τοῦ δημιουρ-

A exustionem, et omnia quadrupedia minime sufficiunt ad sacrificium, cui assimilabitis Dominum[72]? » Quonam denique pacto Moses, cujus vocem improbe ac veteratorie exponere conantur, dixit : « Atque hoc studiose retinebitis in cordibus vestris, quod non vidistis omnem similitudinem in die qua locutus est ad vos[73]. » **294** Cæterum ne illi quidem, nisi opinione fallor, vere hoc astruunt. Imperii enim ac regni homo imago est, non essentiæ. Si autem probis operibus studuerit, virtutis quoque imago ac simulacrum erit. Nam etsi immortalem esse statuimus animam intelligentiæ participem, at non tamen ejusdem cum divinissima illa et sempiterna natura essentiæ : verum tantum ab ea remotam ac dissitam, quantum verisimile est rem creatam a Crea-
B tore. Si enim anima ad Dei imaginem condita est, procul dubio mulieris quoque anima. Quorsum itaque dixit Paulus : « Vir non debet velato esse capite : est enim imago et gloria Dei : mulier autem gloria viri est[74]? » Nam cum mulieris anima immortalis atque interitus expers sit, quemadmodum et viri anima, quid tandem affertur, quamobrem Paulus cum distinctione quadam istud dixerit? Quod si adversus hæc, Mosen adversus Paulum armantes, illud protulerint : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram[75], » maxime quidem illud dicere licet, singulare esse dictum istud, ac non de utroque enuntiatum esse. Verum hoc tamen minime esse dicemus. At si, id quod deinceps se-
C quitur, produxerint, Et imperent, jam nobis hæc verba suffragabuntur. Hinc enim perspicue demonstratur, divinæ imaginis decus in imperio tanquam certa nota insigniri. Quod si quærant quid causæ fuerit Paulo, cur virum divinam imaginem, mulierem autem viri imaginem esse pronuntiarit, illud respondebimus, quod primum quidem pari honoris gradu mulier erat, atque divino beneficio idem imperii jus obtinebat. Postquam autem lapsa est, imminutum ac mutilatum est ipsius imperium, ac sub viri potestatem redacta est. « Honoris æqualitatem non tulisti, inferiorem gradum accipe. Ad virum erit conversio tua, et ipse dominabitur tui[76]. » Itaque liber quidem ille, qui a mundi effectione nomen ducit, mulieris ante peccatum imperium de-
D clarat. Apostolicum autem oraculum subjectionem eam, quæ peccatum consecuta est. Quod autem hinc *divinæ imaginis* decus retineatur, quod homo terrenorum omnium princeps creatus sit, audi Psalmographum, divina verba et syllabas ad hunc modum interpretantem : « Gloria et honore coro-

[72] Isa. XL, 15-18. [73] Deut. IV, 15? [74] I Cor. XI, 7. [75] Gen. I, 26. [76] Gen. III, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) Hæc verba, πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου Ὥσπερ γὰρ τὸ Θεῖον πάντων, cuncta omittuntur a cod. Vat. 649, sed repræsentantur ab Alt. et videntur retinenda. Possin.

(55) *Ἐκ παραλλήλου λέγεσθαι.* Hoc quoque creberrimum est in sacris Litteris, ut æquipollentia, junguntur : quod in primis in lectione Psalmorum probe observandum est. Vide Adriani *Isagogen.* Ritt.

(56) Pro, ἐὰν δὲ ambo codd. legunt, ἐγὼ δέ. Possin.

nasti eum, et constituisti eum super omnia opera manuum tuarum [77]. » Ut enim Deus omnium rerum, ita etiam homo eorum, quæ in terra sunt, principatum tenet. Quocirca regiam imaginem gerit, si principatum suum conservet. At vero hæc verba, *ad similitudinem* (nisi quidam cum præcedentibus synonyma esse existiment, velut hæc, « Ego dormivi et soporatus sum [78]; » et item hæc, « Beatus qui intelligit super egenum et pauperem [79] ») ad hunc modum exponenda sunt : nempe quod Deus imperium ipsi ob eam causam mandavit, ut virtutem ostendat. **295** Honorem, inquit, accepisti, virtutem ostende, ut alterum creationi, alterum ejus, quod creatum est, voluntati atque arbitrio ascribatur. Atque istud fortasse hinc declaratur, quod initio quidem dictum sit. « Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem [80]; » postea vero : « Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit ipsum [81]. » non addito illo altero [82] *ad similitudinem*, sive quod idem ea dictio significet, ut ante dicebam, sive quod virtus ex libera voluntate animique inductione dependeat; ut tale quidpiam sit quod dicitur : Faciamus hominem ad imaginem nostram (56*), ut ex voluntate animique instituto ad similitudinem fiat. Ac proinde ante procreationem quidem utrumque dixit : post ipsam autem, alterum duntaxat. Sane unigenitus Deus, cum ad nos venit, his verbis usus est : « Estote similes Patris vestri qui in cœlis est [82]; » perinde scilicet atque procreatio imaginem, voluntas autem animique institutum similitudinem servet. Quod si dixerint, Qui fit igitur, ut cum homo rerum omnium, quæ terræ complexu continentur, imperium acceperit, feras pertimescat? hac defensione omissa, sive illa vera, sive falsa sit, quam quidam attulerunt, asserentes in divinis libris ferarum imperium minime positum, verum a nonnullis postea adjectum fuisse, recta via respondebo, atque illud dicam : quod primum quidem cum divina imago in eo eluceret, omnia ei subjecta erant (unde etiam ipsis nomina imposuit) : at postquam a divino mandato recessit, optimo jure imperium ipsi mutilatum atque imminutum est, atque non omni quidem imperii jure deturbatus est, nam alioqui frigida prorsus gratia inventa fuisset, sed tamen aliqua ex parte truncatus est ipsi principatus. Neque enim æquum erat ut is qui victus fuerat corona donaretur, verum ut belluarum terrore coerceretur, atque ad meliorem mentem revocaretur. Quod autem verum sit, hinc constat, quod cum Noe, justitiam colendo et amplectendo, hanc imaginem repurgasset, feræ omnes ad eum se contulerunt, veterem servitutem confitentes, atque eum, qui primum peccaverat, atque imperii parte mulctatus fuerat, propemodum accusantes. Quinetiam Danielem, leones, et tres pueros, ignis veritus est : nec vipera Paulum ullo modo læsit. Quamobrem ex eo quod isti avitum imperium revocarunt, perspicuum est eum integrum quidem accepisse, verum partem aliquam amisisse. Atque hæc a nobis dicta sint. Quod si quis melius aliquid habet quod proferat, dicatur sane atque audiatur.

[77] Psal. VIII, 6, 7. [78] Psal. III, 6. [79] Psal. XL, 2. [80] Gen. I, 26. [81] ibid. 27. [82] Matth. V, 48.

A γηθέντος ἀναχέηται. Καὶ τάχα τοῦτο δηλοῖ, τὸ ἐξ ἀρχῆς μὲν εἰρῆσθαι· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· » ὕστερον δέ· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, » οὐ προστεθέντος τὸ, *καθ' ὁμοίωσιν*· ἢ ὡς τὸ αὐτὸ ἐμφαινούσης τῆς λέξεως, ὡς ἔφθην (57) εἰπὼν, ἀναρτηθείσης τῆς ἀρετῆς, ἵν' ᾖ τὸ τοιοῦτον τὸ εἰρημένον, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, » ἵν' ἐκ προαιρέσεως γένηται καθ' ὁμοίωσιν· διὸ πρὸ μὲν τῆς δημιουργίας ἀμφότερα εἶπε· μετὰ δὲ τὴν δημιουργίαν, θάτερον. Ὁ μονογενὴς γοῦν Θεὸς ἐπιδημήσας, φησί· « Γίνεσθε ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » ὡς τῆς [μὲν] δημιουργίας, τὸ *κατ' εἰκόνα* σωζούσης· τῆς δὲ προαιρέσεως, τὸ *καθ' ὁμοίωσιν*. Εἰ δὲ φαῖεν· B Πῶς οὖν, εἴ γε τὴν ἀρχὴν πάντων τὴν ἐπὶ γῆς εἴληφεν ὁ ἄνθρωπος, τὰ θηρία δέδοικε; παρεὶς ἐκείνην τὸν ἀπολογίαν, εἴτε ἀληθὴς εἴη, εἴτε μὴ, ἥν τινες ἔφασαν, ὅτι ἐν ταῖς θείαις δέλτοις, ἡ ἀρχὴ τῶν θηρίων οὐκ ἐνέκειτο· ἀλλ' ὕστερον παρά τινων προσετέθη· ἐξ εὐθείας τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι. Ὅτι ἐξ ἀρχῆς μὲν αὐτῷ ὅτε ἔλαμπεν ἡ εἰκὼν, πάντα ὑπέκειτο (διὸ καὶ ὀνόματα αὐτοῖς ἐπέθηκεν), ἐπειδὴ δὲ παρήκουσεν, ἠκρωτηριάσθη αὐτοῦ εἰκότως ἡ ἀρχὴ, καὶ πάσης μὲν οὐκ ἐξεβλήθη (ἵνα μὴ ἕωλος ἡ χάρις εὑρεθῇ), ἠκρωτηριάσθη δέ· οὐ γὰρ δίκαιον ἦν τὸν ἡττηθέντα καὶ στεφανωθῆναι, ἀλλὰ τῷ φόβῳ τῶν θηρίων σωφρονισθῆναι. Ὅτι δὲ τοῦτ' ἔστιν ἀληθὲς, ὅτε ὁ Νῶε τὴν εἰκόνα ταύτην ἀνεκάθηρε, τῷ δικαιοσύνην ἀσμενίσαι· ἦλθε πρὸς αὐτὸν πάντα τὰ θηρία, C τὴν ἀρχαίαν δουλείαν ὁμολογοῦντα, καὶ μονονουχὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἁμαρτόντα, καὶ μέρος τῆς ἀρχῆς ἀπολέσαντα καταμεμφόμενα. Καὶ τὸν Δανιὴλ δὲ οἱ λέοντες ᾐδέσθησαν, καὶ τὸ πῦρ τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς (58). Καὶ ἡ ἔχις τὸν Παῦλον οὐδὲν ἔβλαψε. Δι' ὧν οὖν ἀνενεώσαντο τὴν προγονικὴν ἀρχὴν, δῆλός ἐστι κἀκεῖνος εἰληφὼς μὲν ὁλόκληρον, ἐκ μέρους δ' ἀπολέσας. Καὶ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν. Εἰ δέ τις ἔχοι βέλτιον λέγειν (59), καὶ λεγέτω, καὶ ἀκουέσθω.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56*) Locus in editione Parisiensi omnino mancus, sed typographi culpa, quem fefellit repetitio verborum *ad imaginem nostram*. EDIT. PATR.

(57) Pro ὡς ἔφην lege ὡς ἔφθην ex Alt. Mox dele asteriscum. Denique ultimum verbum epist. hujus cod. Vat. solus scribit, ἀκουέτω. POSSIN.

(58) Confer epist. 139, infra. RITT.

(59) *Εἰ δέ τις ἔχοι βέλτιον λέγειν*. Hic quoque epilogus perpetuæ Isidori modestiæ consentaneus est. Hodie hic scribendi et loquendi mos passim exolevit. Facti enim sumus plerique homines ἀναμάρτητοι. ID.

ϟϛ'. — ΠΑΥΛΩ.

Πᾶσαι μὲν αἱ τέχναι, ταῖς μὲν μελέταις συγκροτοῦνται, καὶ μείζους γίνονται· ταῖς δ' ἀργίαις ἀπόλλυνται, μάλιστα δὲ ἡ τῶν λόγων δύναμις. Θεραπευομένη μὲν γὰρ καὶ ἀρδευομένη, μεγίστη γίνεται ἀμελουμένη δὲ, ῥᾳδίως ἀποφοιτᾷ καὶ ἀφίπταται. Ὅτου δὲ χάριν ταῦτα λέγω, ἴσως οὐκ ἀγνοεῖς (60), ὁ τὴν θείαν σοφίαν καὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν δίκαιος ὢν ταῖς προσθήκαις αὔξειν, καὶ μείζους καθιστᾷν.

A XCVI. — PAULO.

Cum omnes artes usu atque exercitatione confirmentur atque incrementa capiant, cessatione autem ac desidia intereant, tum præcipue dicendi facultas. Nam cum colitur et irrigatur, maxime crescit : cum autem **296** negligitur, facile abscedit et avolat. Quorsum autem his verbis utar, fortasse minime ignoras, qui divinam sapientiam ac virtutis cultum assiduis incrementis augere atque amplificare debes.

ϟζ'. — ΖΩΣΙΜΩ.

Πρεσβύτερον ὄντα σε διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ καλούμενον, διὰ τὴν χειροτονίαν, φασὶ νεωτερίζειν τοῖς τρόποις, καὶ πάντα ἀκμάζοντα ἀποκρύπτειν, πράττοντα, λόγῳ μὲν αἰδοῦμαι λέγειν, αὐτὸς δ' οὐκ οἶδ' ὅπως πράττειν οὐκ ἐρυθριᾷς. Εἰ τοίνυν ἀληθεύουσιν, ἀρίστην κἂν ἐπὶ γήρως δεῖξον μεταβολὴν, ἵνα κἀκεῖνοι παυσάμενοι τῶν κωμῳδιῶν, παλινῳδίαν ᾄσοιεν.

XCVII. — ZOSIMO.

Quamvis et ætate senex sis, et propter sacram ordinationem appelleris, rumor est tamen te moribus juvenem agere, atque quemvis juvenem ac B florentem, improbitatis magnitudine obscurare : ea videlicet perpetrantem, quæ ipse quidem dicere præ pudore non sustineo, tu autem, haud scio quo pacto perpetrare non erubescis. Quare si verus est hic rumor, optimam in senili quoque ætate mutationem ostende : quo illi etiam qui hæc de te dictitant cavillis suis finem imponentes, orationem retexant.

ϟη'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΜΟΝΑΧΩ.

Ἥσθην ὑπερφυῶς πυθόμενος τὴν σὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπὴν, καὶ τοὺς φίλους συνησθῆναι παρεσκεύασα, τὴν εὐκταιοτάτην αὐτοῖς καὶ ἐρασμιωτάτην εὐαγγελισάμενος ἀκοήν. Εἰ τοίνυν βούλει ἡμᾶς μὲν ἐπὶ πλεῖον πανηγυρίζειν (ἥδιον γὰρ τὰς σὰς ἑορτάζομεν εὐδοκιμήσεις), σαυτῷ δὲ κλέος οὐρανόμηκες κατασκευάσαι, μὴ παύσοιο ταῦτα θηρώμενος, ἃ καὶ παρὰ Θεῷ εὐδόκιμον (61), καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἀοίδιμόν σε παρασκευάσει.

XCVIII. — STRATEGIO MONACHO.

Posteaquam tuum in virtute progressum intellexi, incredibilem quamdam ex ea re voluptatem cepi, atque optatissimo ac desideratissimo hoc nuntio ad amicos misso, ut ipsi quoque voluptate perfunderentur, effeci. Quocirca si nos diutius gaudere ac lætitia diffundi (tuas enim laudes ingenti cum C animi voluptate celebramus) atque etiam amplissimam tibi gloriam comparare cupis, ea sine ulla intermissione aucupare, quæ te, et apud Deum clarum, et apud homines celebrem reddítura sunt.

ϟθ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Οἱ τῷ κανόνι τοὺς μὴ κανόνας προσάγοντες, καὶ διὰ τοῦτο τὸν καὶ τοὺς ἄλλους κανονίσαι δίκαιον ὄντα δοκιμάζοντες, οὔ μοι δοκοῦσι τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων ἔχειν ὀρθήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκακώθησαν τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς δι' ἑκουσίας νόσου, σφάλλονται λοιπὸν καὶ περὶ τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων. Τὸ γοῦν δικαίῳ, καὶ ἀνδρείῳ, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι φοβερῷ, τῦφον καὶ ὀφρὺν ἐπιφημίζουσι· διὰ τούτου πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς ἐρασταῖς, τὸν εἰς αὐτὴν δρόμον ἐγκόψαι μηχανώμενοι. Τῇ γὰρ σύνεγγυς κακίᾳ τὴν ἀρετὴν ὀνομάζειν (62) τολμῶσιν. Οὐκοῦν μεμφέσθωσαν οἱ τοιοῦτοι καὶ τῷ λέοντι, ὅτι βλοσυρὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ οὐ πιθήκειον βλέπει, καὶ τοὺς μίμους τῶν γελοίων ἀποδεχέσθωσαν, ὅτι γέλωτα κινοῦσιν ἄτοπον.

XCIX. — HERMOGENI EPISCOPO.

Qui regulæ eos, qui regulæ non sunt, admovent, ob eamque causam eum, qui alios quoque formare atque ad regulam dirigere meretur, examinant, rectum de rebus judicium habere minime mihi videntur. Quoniam enim per spontaneum morbum vitiatam eam animi partem habent, in qua rationis sedes est, idcirco fit, ut in rerum quoque judicio deinceps errore labantur. Justo quippe ac forti viro, ac sceleratis formidabili, fastum ac supercilium attribuunt : hoc scilicet omnibus virtutis stu- D diosis cursum ad eam interrumpere molientes. Siquidem virtutem propinqui vitii nomine appellare minime dubitant. Quocirca ejusmodi homines leonem quoque reprehendant, quod rigidum quemdam ac regium, non autem simiarum similem, vultum præferat : ac contra histriones et scurras laudent, quod absurdum risum excitent.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(60) Pro ἀγνοεῖς ambo codd. Vat. et Alt. legunt ἀγνοεῖ. Possin.

(61) *Παρὰ Θεῷ εὐδόκιμον*. Bill., *apud Deum clarum*. Probo admonitionem cl. viri et chariss. compatris atque amici mei D. Georgii Remi, melius esse ut vertamus *acceptum*, ut sit ab εὐδοκία εὐδόκιμον. Sic ἡμέρα εὐδοκίας, *dies qua quis acceptus est*. Ritt.

(62) *Τῇ σύνεγγυς κακίᾳ τὴν ἀρετὴν ὀνομάζειν*. Vetus hæc est hominum perversitas et querela. Vide Platonem *Alcibiade* ii, p. 140 ; Ciceron. *Partit. orator.*; Sallustium *Catilina*, sub persona Catonis ; et Horat. Satyr. iii, lib. i. Id.

C. — MARONI PRESBYTERO. A

Non iis, qui injuriam accipiunt, optime vir, sed iis qui inferunt, periculum omne impendet, eosque trepidare atque contremiscere oportet. Quod si ita est, injuriam perpeti malum non est, sed eam inferre, nec illatas injurias perferre scire.

Ρ'. — ΜΑΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Οὐ τοῖς ἀδικουμένοις, ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπικρέμαται ὁ κίνδυνος ἅπας· οὓς καὶ ἀγωνιᾷν καὶ τρέμειν δίκαιον. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐ τὸ ἀδικεῖσθαι κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι φέρειν ἀδικούμενον.

CI. — EIDEM.

Recte a quodam externorum hominum dictum est, turpe ac probrosum non esse paupertate **297** laborare, verum paupertatem forti animo minime ferre. Quamobrem si hoc ille quoque recte ac præclare existimavit, ex inopia pudore ne afficiamur, imo ne probro quidem eam ducamus, verum ad vitium hunc metum transferamus.

ΡΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἴρηται καλῶς τινι τῶν ἔξωθεν, οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγενῶς τὴν πενίαν (63). Εἰ τοίνυν κἀκείνῳ τοῦτο εὖ καὶ καλῶς ἔδοξεν, ἐπὶ πενίᾳ μὴ αἰσχυνώμεθα, ἀλλὰ μηδ' ὄνειδος ταύτην ἡγώμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν κακίαν μετενέγκωμεν τοῦτον τὸν φόβον.

CII. — THEODORO SCHOLASTICO. B

Quandoquidem multos probos viros laudibus efferens, fortunæ quoque mentionem fecisti, libens ex te quærerem, quonam pacto ambo hæc in unum convenire queant. Siquidem laudatio ad voluntatem spectat; fortuna vero probum virum laudari non permittit, quin autem felix ac fortunatus prædicetur, minime prohibet. Permultum enim, etiam de vestra sententia, qui gentilium religionem colitis, inter felicitatis prædicationem et laudationem est discriminis. Illa quippe a fortuna, hæc a voluntate animique inductione oritur. Scribas igitur ad me velim, vir erudite, quonam pacto ei, cujus laudes prædicantur, fortunæ sermo conveniat, aut quonam modo ei, qui fortunæ beneficio, ut dicitis, C talis exstitit, laudatio congruat. Alterum enim adversus alterum pugnat. Nam si minime sponte talis est, ne laudetur; si autem sponte, nullus fortunæ sit locus. Si tropæum statuit, præconis voce celebretur: si autem fortuna hoc præstitit, laudem ne consequatur. Si dimicavit, corona donetur; si autem non pugnavit, ne laudetur.

ΡΒ'. — ΘΕΟΔΩΡΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Ἐπειδὴ πολλοὺς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐγκωμιάζων, καὶ τύχης μέμνησαι, ἡδέως ἂν σου πυθοίμην, πῶς οἷόν τε ἀμφότερα συνελθεῖν. Ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος πρὸς τὴν προαίρεσιν βλέπει· ἡ δὲ τύχη ἐγκωμιάζεσθαι μὲν τὸν ἀγαθὸν οὐκ ἐπιτρέπει· μακαρίζεσθαι δὲ οὐ κωλύει. Πάμπολυ γὰρ καὶ καθ' ὑμᾶς τοὺς τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντας, μακαρισμὸς ἐπαίνου διενήνοχει (64). Ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς τύχης, ὁ δὲ ἐκ τῆς προαιρέσεως τίκτεται. Γράψον τοιγαροῦν μοι, ὦ σοφὲ, πῶς τῷ ἐπαινουμένῳ ὁ τῆς τύχης ἁρμόττει λόγος· ἢ πῶς τῷ ὑπὸ τῆς τύχης τοιούτῳ, ὥς φατε, γενομένῳ ἐγκώμιον πρέπει. Θάτερον γὰρ θατέρῳ μάχεται. Εἰ μὲν γὰρ ἄκων τοιοῦτός ἐστι, μὴ ἐπαινείσθω· εἰ δ' ἑκὼν, ἡ τύχη χώραν μὴ ἐχέτω. Εἰ τρόπαιον ἔστησε, καὶ ἀνακηρυττέσθω· εἰ δὲ ἡ τύχη τοῦτο κατώρθωσε, μὴ ἀπολαυέτω ἐπαίνων. Εἰ ἠγωνίσατο, στεφανούσθω· εἰ δὲ οὐκ ἠγωνίσατο, μὴ ἐπαινείσθω.

CIII. — HERMOGENI EPISCOPO.

Si tu eo animo, ut Zosimi, Chæremonis, et Maronis petulantiam et impudicitiam per vim coerceas, ipsis occurrere in animum induxisti, magno tibi apparatu, ac divino auxilio opus est. Si autem tanquam confestim atque ad primum clamorem eos superaturus, imprudens teipsum fallis. Tantum D enim subsidium sibi ipsis mutuo afferunt, cum probum aliquem virum ulcisci parant, quantum inter se bellum excitant, cum de vitiorum principatu inter se contendunt. Nam qui in communibus rebus concordes sunt, iidem in privatis dissident; et qui in exstinguenda, quantum in ipsis situm est, virtute invicti cujusdam roboris speciem edunt, iidem in contentione de principatu inexpiabile inter se bellum movent.

ΡΓ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Εἰ μὲν ὡς βίᾳ ἀνείρξων τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἀσέλγειαν, Ζωσίμου τε καὶ Χαιρήμονος καὶ Μάρωνος, ὑπαντιάσαι αὐτοῖς προῄρησαι, πολλῆς σοι δεῖ καὶ τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας. Εἰ δ' ὡς αὐτοβοεὶ περιεσόμενος, σαυτὸν ἀπατῶν λανθάνεις. Τοσαύτην γὰρ ἑαυτοῖς εἰσφέρουσι συμμαχίαν, ὅταν ἀγαθόν τινα ἄνδρα δέῃ ἀμύνασθαι, ὅσην κινοῦσι πρὸς ἑαυτοὺς ἅμιλλαν, ὅταν περὶ τῆς τῶν κακῶν πλεονεξίας ἀμφισβητῶσιν. Ἐν γὰρ τοῖς κοινοῖς συμβαίνοντες, ἐν τοῖς ἰδίοις διαφέρονται, καὶ ἀπρόσμαχον ἐπιδεικνύμενοι ῥώμην ἐν τῷ τὴν ἀρετὴν, τό γε ἧκον εἰς αὐτοὺς, σβέσαι, ἐν τῇ περὶ τῶν πρωτείων ἁμίλλῃ, ἄσπονδον πρὸς ἑαυτοὺς ἐγείρουσι πόλεμον.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(63) *Οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγενῶς τὴν πενίαν*. Plurima in hanc sententiam habent Chrysost. et Stob. Vid. adnotata ad Institutiones, tit. *De suspect. tutor.* Ritt.

(64) *Μακαρισμὸς ἐπαίνου διενήνοχεν*. Vid. Aristot. lib. I *Ethic.* Id.

ΡΔ'. — ΑΝΤΙΟΧΩ.

Ὥσπερ ἐν οἷς χρὴ ἡττᾶσθαι τὸ νικᾷν αἰσχρὸν (65), οὕτως ἐν οἷς χρὴ νικᾷν, τὸ ἡττᾶσθαι αἰσχρότερον. Οὐ γὰρ ἐν πᾶσιν ἡ νίκη καλὸν, ἀλλ' ἡ μὲν τὴν ὑπόθεσιν ἔχουσα καλὴν καὶ γενναίαν, ἀρίστη· ἡ δὲ καὶ αἰσχρὰν καὶ φαύλην, κακίστη. Οἷον (ἵν' ἀπὸ τῶν παρ' Ἕλλησιν ᾀδομένων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσωμαι) ὁ μὲν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους πόλεμος καὶ νόμιμος εἶναι δοκεῖ καὶ ἀναγκαῖος· ὁ δὲ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, καὶ παράνομος, καὶ οὐδ' ἐγκωμίων ἀπολαύει ὁ τρεψάμενος. Τοσούτῳ γὰρ πλέον τῶν ἄλλων αἰσχύνεται, ὅσῳπερ ἂν πλέον τι τῶν ἄλλων ἐργάσηται. Ἐμφυλίου γὰρ πολέμου ἀργαλεώτερον οὐδέν (66). Εἰ τοίνυν ἔνθα σώματος ὁ θάνατος, τοσαύτη ἐστὶν ἡ διαφορά· καίτοι μιᾶς οὔσης τῆς φύσεως· οἱ τοῖς μὲν δαίμοσιν ὑποκατακλινόμενοι, κατὰ δὲ τῶν ἀδελφῶν ὁπλιζόμενοι, ἀνεκτὰ ποιεῖν δόξαιεν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. Καίτοι ἐνταῦθα, οὐ σώματος θάνατος παρακολουθεῖ (ἧττον γὰρ, ἦν κακὸν), ἀλλὰ ψυχῆς ὄλεθρος, οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν παραπέμπων τοὺς σκανδαλισθέντας, ἀλλὰ θανάτου παντὸς παρασκευάζων χαλεπώτερον βιῶσαι βίον, καὶ τὰ τῆς συγγενείας δὲ δικαιώματα, καὶ μείζονα, καὶ θειότερα. Διὸ καὶ οὐρανῷ πρέπουσαν πολιτείαν (67), πολιτεύεσθαι προστετάγμεθα. Εἰ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς στρατευομένων τἀναντία πράττοντες ἁλῶμεν, τῶν ὑπὲρ μὲν τῶν πατρίδων ἀναλαμβανόντων τὰ ὅπλα, κατὰ δὲ τῶν βαρβάρων χωρούντων, ποία ἡμῖν ἔσται σωτηρίας ἐλπίς; ἢ τίς πεισθῆναι· σωθήσεσθαι τοὺς πράττοντας ἐκεῖνα τὰ εἰς τὴν ἀπώλειαν σαφῶς παραπέμποντα;

A

CIV. — ANTIOCHO.

Quemadmodum in iis rebus, in quibus cedere oportet, vincere turpe est, ita in iis rebus in quibus vincere oportet, vinci turpius ac fœdius est. Neque enim in omnibus rebus bona est victoria : verum ea demum optima existimari debet, quæ bonam et egregiam materiam habet : quæ autem turpem ac fœdam habet, turpissima. Verbi gratia (ut ab iis quæ apud gentiles pervulgata sunt, id demonstrem), bellum adversus externos legitimum ac necessarium esse censetur, adversus autem cives et populares, sceleratum : ac ne laudibus quidem afficitur, qui adversarios fudit et profligavit. **298** Tanto enim majori pudore perfunditur, quanto plus aliquid, quam alii, gesserit. Siquidem bello civili nihil atrocius ac funestius fingi potest. B Si igitur hic, ubi de corporis morte duntaxat agitur, tantum discrimen est, idque cum una duntaxat natura sit : qui dæmonibus quidem sese subjiciunt, adversus autem fratres arma induunt, facinusne tolerandum admittere videantur ? Non certe meo quidem judicio. Et quidem hic non corporis mors sequitur (minus enim id malum esset), verum animæ exitium, non eos, qui offendiculum perpetiuntur, exstinguens ac de medio tollens, verum quavis morte acerbiorem vitam iis comparans. Ac propterea cognationis ac propinquitatis jura et majora sunt, et diviniora. Unde etiam cœlo dignum vitæ genus colere jussi sumus. Quod si iis, qui in terra militant, atque pro patria quidem arma sumunt, adversus Barbaros autem proficiscuntur, contraria facere convincamur, quæ tandem nobis salutis spes erit ? aut quis sibi persuadebit, eos salutem consecuturos esse, qui ea faciunt, quæ perspicue ad exitium ducunt ?

ΡΕ'. — ΜΑΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Μανθάνω ὡς ἐλέου τυχὼν τὴν σαυτοῦ γνώμην ἄσπονδον ἤλεγξας· οὐχ ὅτι πέπονθας εὖ μετριάζων, ἀλλὰ τὸν εὖ πεποιηκότα μισῶν, ὅτι δεδύνηται δρᾶσαι. Εἰ τοίνυν ταῦτα ἀληθῆ τυγχάνει, πᾶσι προκηρύττεις, ὅτι ἐλέου τυγχάνεις ἀνάξιο;· εἰ γὰρ οὐκ εἰς εὐχαριστίαν τρέπεις, ἀλλ' εἰς μνησικακίαν τὴν εὐεργεσίαν, τίς ἀνέξεται εὐποιῆσαι τὸν καὶ τὴν τῶν θηρίων ἀγριότητα νικῶντα; Ἔστι γὰρ ἐν ἐκείνοις ἃ καὶ εὐεργεσίας καὶ αἴσθεται, καὶ μέμνηται, καὶ ἀμείβεσθαι, ὡς ἐνδέχεται, σπουδάζει.

C

CV. — MARONI PRESBYTERO.

Audio te, posteaquam misericordiam consecutus es, quod tuus animus ab omni fœdere ac reconciliatione abhorreret, commonstrasse, ut qui, non quia beneficio affectus sis, moderatius te geras, sed eum, qui de te bene meritus est, idcirco oderis, quia male te multandi potestatem habuit. Quod si verum est, omnibus illud proclamas, te misericordia indignum esse. Nam si beneficium non in grati animi officium, sed in injuriarum recordationem atque ulciscendi studium vertis, quis in eum beneficium conferre sustinebit, qui feras etiam immanitate superat ? Sunt enim inter eas, quæ beneficium et sentiunt et memoria retinent, et, quantum licet, retaliare student.

A becillitatem ipsius agnoscant, nempe quod non modo divitias non subministrat, verum etiam eos tanquam impuros et exsecrandos homines ac communis naturæ hostes ab omnibus explodendos et exterminandos curabit. Quod si cum hæc omnia faciunt (pudore enim deterrentur, ne adversus ea quæ perspicuam utilitatem habent, linguam suam opponant), adversis rerum successibus offenduntur, illud discant, multis persæpe male cessisse, in plerisque rebus id quod cupiebant consecutos esse. Compluribus enim divitiæ detrimento fuerunt, gladioque adversus eos exacuto ad hostium manus transilierunt : **318** ac principatus et imperium, quod ab omnibus tanto animorum studio atque ardore expetitur, non modo beatam vitam, sed ipsammet B etiam vitam sæpenumero eripuit. Quamobrem ne hoc solum spectent, an infortunium rebus subsit : verum nisi paupertas iis, qui ea præditi sunt, divitiis utilior plerumque atque conducibilior fuerit, ita demum adversus Providentiam clamores edant. Nec vero judicandi potestatem atque arbitrium sibi ipsis præbeant, verum sapientibus viris, quos ipsi laude et prædicatione efferunt. Ecquid enim est, quod Socrates cicutæ poculo multatus injuria se affici haudquaquam existimavit? Plato venditus libertate se dejectum esse minime ducebat? Diogenes in pannis vivens Persarum rege copiosior ditiorque sibi esse videbatur? Antisthenes squalens ac sordidus in lætitia versabatur, linguamque adversus eos qui luxui et deliciis indulgebant, tan- C quam armis quibusdam instruebat? Phocion denique, cum una cum amicis nonnullis ad mortem duceretur, quidamque in lacrymas prorupisset, viamque luctibus et lamentis implevisset, his ad eum verbis utebatur: Quid? annon bene tecum agi putas qui cum Phocione sis moriturus? Cum igitur sapientes viros nec mors, nec servitus, nec paupertas conturbarit, imo potius gloriandi materiam præbuerit (norant enim scilicet hanc vitam stadium esse, futuram autem honorum ac præmiorum parentem), quid tandem causæ est, quamobrem isti deliciis et opibus atque imperio felicitatem definientes, ob eos, qui contrariis rebus conflictantur, adversus Providentiam, quæ, quid expediat, exploratum habet, atque unicuique aut permittit, aut tribuit (ut nimirum et dives voluntatis suæ atque inductionis animi experimentum præbeat, et pauper, ut aurum igne, sic paupertate probatus et exploratus coronam assequatur), linguam suam instruunt? Quod si rursum omnes tum per opes, tum per egestatem explorari oportuisse dixerint, illud respondebimus, primum multos quoque ad hunc modum exploratos fuisse, atque in opibus superbos et insolentes, et in paupertate ignavos et effeminatos sese præbuisse : quod si non omnes, maxime quidem per hos reliqui quoque defendi possunt. Sed tamen nihil hujusmodi dixerim, verum illud potius, ex hujus vitæ cruciatibus probis viris nihil detrimenti

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(97) *Εἰ ἀποτυχία πρόσεστι τοῖς πράγμασι.* Bill. *an infortunium rebus subsit*, quam interpretationem probarem, si vel ἀτυχία hic legeretur, vel si ἀποτυχία et ἀτυχία idem significarent, sed ἀποτυχία est *frustratio* : malim igitur vertere, *an rebus optatis frustratio adsit*. Ritt.

(98) Hanc quoque illustrem sententiam sæpe repetiit Isidorus, ut hic, et lib. II, ep. 24, et ep. 179, lib. III, ep. 60 et 154, lib. IV. Id.

(99) De unanimi consensu omnium fere, etiam ethnicorum scriptorum, quod certo futurum sit extremum judicium, vid. epist. 25 et ep. ult. lib. III, et ad eam notas. Id.

afferri, cum in altera vita ipsis coronæ recondantur: quin potius tum denique coronam ipsorum imminui, cum hic præmium aliquod et felicitatem aliquam consequuntur. Quæ cum ita sint, nec hic omnia exquirant, verum illud cogitent, incorruptum judicium fore, quod et orationum scriptores, et poetæ et rhetores et historici prædicant. Quanquam enim certam et exactam ipsius cognitionem minime consecuti sunt, at ipsum tamen omnino fore docuerunt.

CLV. — ESAIÆ MILITI.

A

Ne eum, qui moderato cibo uti didicit, luxui indulgere doceas, ne alioqui eum ex pudico **319** lascivum et intemperantem redditum in imum vitiorum gurgitem detrahas: ubi te degere fortassis ipse non animadvertis.

ΡΝΕ'. — ΗΣΑΙᾼ ΣΤΡΑΤΙΩΤῌ.

Μὴ δίδασκε τρυφᾷν τὸν μετρίᾳ τροφῇ χρῆσθαι πεπαιδευμένον, ἵνα μὴ λάγνον καὶ ἀκόλαστον ἀντὶ σώφρονος δημιουργήσας εἰς τὸν πυθμένα τῶν κακῶν καταγάγοις, ἔνθα διατρίβων σαυτὸν ἴσως λανθάνεις.

CLVI. — ARCHONTIO PRESBYTERO.

Quod non habet præscientiam diabolus, sed ex motibus nostris singula conjicit.

Ea, quæ cogitatione volvuntur, vir lenissime, minime diabolo cognita sunt (hoc enim divinæ duntaxat potentiæ, quæ corda nostra sigillatim finxit, peculiare est); verum ex corporis motibus animi consilia venatur. Verbi gratia: vidit quemdam curiose intuentem, atque aliena pulchritudine oculos pascentem? ipsius cupiditatem et impetum nactus, statim aut ad adulterium, aut ad stuprum eum exstimulat. Vidit iracundum, et ad excandescentiam proclivem? statim gladium acuit, atque ad cædem incitat. Vidit turpibus lucris addictum? ad latrocinia et injurias hortatur. Vidit ventri deditum? statim eas etiam, quæ infra ventrem sunt, affectiones ipsi depingit, atque, ut quod sibi animo proponit, exsequatur, materiam ipsi porrigit. Quid enim est quamobrem omnes in easdem affectiones haudquaquam impellit? Nimirum quia hic aliud, ille aliud vult, atque hoc huic, illud illi magis arridet. Quocirca ex corporis motibus animi quoque imbecillitates conjicit: atque ita fraudes suas nectit.

ΡΝϚ'. — ΑΡΧΟΝΤΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὅτι οὐκ ἔχει πρόγνωσιν ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν κινημάτων στοχάζεται τὰ καθέκαστον.

Οὐ τὰ κατὰ διάνοιαν οἶδεν, ὦ πραότατε, ὁ διάβολος· τῆς γὰρ θείας μόνης ἐστὶ τοῦτο ἐξαίρετον δυνάμεως, τῆς καὶ πλασάσης κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν· ἀλλ' ἀπὸ [τῶν] τοῦ σώματος (2) κινημάτων (3) B τὰ τῆς ψυχῆς θηρεύει βουλεύματα. Οἷον εἶδέ τινα περιέργως ὁρῶντα, καὶ ἑστιῶντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς ἀλλοτρίοις κάλλεσι; λαβὼν ἐκείνου τὴν ὁρμὴν, εὐθὺς ἢ εἰς μοιχείαν, ἢ εἰς πορνείαν τὸν τοιοῦτον ἐρεθίζει. Εἶδεν ὀργίλον καὶ θυμώδη; εὐθὺς τὸ ξίφος ἀκονᾷ, καὶ εἰς φόνον παρορμᾷ. Εἶδεν αἰσχροκερδῆ; εἰς ληστείας προτρέπει καὶ ἀδικίας. Εἶδε γαστρὸς ἥττονα; εὐθὺς καὶ τὰ μετὰ γαστέρων (4) αὐτῷ πάθη ὑπογράφει, καὶ ὕλας παρέχει πρὸς τὸ εἰς ἔργον χωρῆσαι τὸν οἰκεῖον σκοπόν. Διὰ τί γὰρ μὴ πάντας εἰς τὰ αὐτὰ πάθη ὠθεῖ; Ἐπειδὴ ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μᾶλλον προῄρηται· καὶ τῷ μὲν τοῦτο, τῷ δὲ ἐκεῖνο ἀρέσκει. Ἀπὸ τῶν κινημάτων οὖν τοῦ σώματος, καὶ τὰ τῶν ψυχῶν σαθρὰ τεκμαίρεται· καὶ οὕτω πλέκει τοὺς δόλους.

C

CLVII. — CASIO MAGISTRATUM GERENTI.

Præstat quidem integram et incolumem, atque ab omni perpessione liberam animi pulchritudinem habere: sin autem eam conservare difficile sit, at saltem in parvis quibusdam et quæ facile sanari queant, ac non in gravissimis et letalibus detrimentum accipere. Neque enim, quia pœnitentiam divino munere nobis concessam esse audis, idcirco ad peccandum progredere, tanquam omnino sanitatem adepturus (1): verum illud scito, primum quidem multos nec pœnitendi quidem spatium habuisse, ut qui inter ipsa flagitia pœnas persolverint,

ΡΝΖ'. — ΚΑΣΙῼ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝῼ.

Ἄμεινον μὲν ἔχειν τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἀκέραιον καὶ ἀπαθές· εἰ δὲ τοῦτο φυλαχθῆναι δύσκολον, κἂν ἐν μικροῖς τισι καὶ εὐϊάτοις, καὶ μὴ ἐν τοῖς καιρίοις δέχεσθαι τὴν βλάβην. Μὴ γὰρ δὴ ἐπειδὴ ἀκούεις μετάνοιαν δεδόσθαι, ἀδεῶς ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν χώρει, ὡς πάντως ἰαθησόμενος, ἀλλ' ἴσθι, ὅτι πρῶτον μὲν πολλοὶ οὐδὲ μετανοίας ἔσχον καιρὸν, ἐν αὐτοῖς τοῖς πλημμελήμασι δίκην ἀπαιτηθέντες, ἔπειτα δὲ ὅτι ἡ μετάνοια πολλῷ τῷ χρόνῳ θεραπεύειν εἴωθε τὰ πάθη. Καὶ γὰρ πόνων χρεία, καὶ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας, καὶ ἐλεημοσύνης, καὶ εὐχῶν, καὶ πάντων τῶν τοιού-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) Ad hanc epistolam observo locum similem apud Augustinum. « Juvenis sum, inquit aliquis, faciam illud quod me delectat; postea agam pœnitentiam. Idem est ac si diceres: Percutiam me gladio, postea confugiam ad medicum. Heu! nescis unius horæ puncto vulnus accipi, quod vix longo tempore ad sanitatem reducitur? Per te potes peccare, per te resurgere nequis, » etc. Ritt.

(2) Ambo codd. inter τοῦ et σώματος inserunt σου. Possin.

(3) Ἀπὸ τοῦ σώματος κινημάτων. B. C., ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς κιν., quod non probo. Plane genuinum in modum scribit Augustinus *De definit. ecclesiast. dogm.*: « Internas animi cogitationes diabolum non videre certi sumus: sed motu eas corporis ab illo et affectionum indiciis colligi experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille novit, ad quem dicitur: *Tu solus nosti corda filiorum hominum* (Psal. XLIII, et Psal. CXXXIX). » Cujus loci indicium cl. V. D. Georgio Remo JC. libenter transcribo. Ritt.

(4) Iidem codd., γαστέρα. Possin.

των, ἵνα θεραπευθῇ τὰ προλαβόντα τραύματα. Τρίτον ἐννοεῖν χρὴ, ὅτι κἂν θεραπευθῇ, ἡ οὐλὴ ἐλέγχει τὸ πάθος. Οὐ γὰρ ταυτὸν σῶμα ἀκέραιον καὶ τεθεραπευμένον· οὐδὲ ταυτὸν ἱμάτιον ἀῤῥαγὲς καὶ διεῤῥηγμένον, κἂν δοκῇ τέχνῃ τινὶ εἰς τὸ μὴ ῥᾳδίως ἐλέγχεσθαι ἦχθαι. Εἰ δὲ καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατασταίη κάλλος, οὐχ ἁπλῶς, ὡς ἔφην, ἀποκαθίσταται, ἀλλὰ μετὰ μυρίων πόνων καὶ θρήνων, καὶ τιμωριῶν, ὧν ἑαυτῇ ἐπιφέρει ἡ ἁμαρτήσασα ψυχή.

A deinde pœnitentiam diuturno tempore vitia curare solere. Nam et laboribus et jejunio et vigilia et eleemosyna et precibus, atque omnibus id genus rebus opus habet, ut contracta vulnera sanentur. Tertio illud cogitandum est quod, etiamsi persanentur, tamen morbum cicatrix prodit. Neque enim idem est integrum corpus, et sanatum, nec eadem vestis integra et discissa: etiamsi alioqui artificio quodam eo adducta esse videatur, ut scissio non facile deprehendi possit. Atque ut etiam in pristinam pulchritudinem asseratur, non tamen leviter, ut dixi, asseritur, sed cum innumeris laboribus, et luctibus ac tormentis quæ anima ea, quæ in peccatum prolapsa est, sibiipsi accersit.

ΡΝΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων οὐ σώζει τὸν ἄνθρωπον.

B

Τὴν πίστιν, ὦ θαυμάσιε, τὰ ἔργα μᾶλλον, ἢ οἱ λόγοι κηρύττειν ὀφείλουσι. Καὶ ὅτι τοῦτ' ἔστιν ἀληθὲς, οἱ μὲν ἔξωθέν φασι· Τὰ ἔργα δείξει τῶν λόγων σαφέστερον· ὁ δ' Ἀπόστολος δραστικώτερον· « Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δ' ἔργοις ἀρνοῦνται. » Θεῖος δὲ χρησμὸς βοᾷ· « Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με. » Ἐκ γὰρ τῶν ἔργων, ἀλλ' οὐ τῶν λόγων τὰ λανθάνοντα ἐλέγχεσθαι ὀφείλει.

320 CLVIII. — EIDEM.

Fidem sine operibus non servare hominem.

Fides, vir eximie, operibus potius quam sermonibus prædicari debet. Quodque hoc verum sit, tum externi testantur, cum aiunt : Sermone monstrat clarius, quod vult, opus ; tum etiam efficacius Apostolus his verbis : « Confitentur se nosse Deum, factis autem negant [25]. » Denique divinum oraculum clamat, « Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Frustra autem colunt me [26]. » Ex operibus enim, ac non ex sermonibus, ea, quæ abdita sunt, indicari debent.

ΡΝΘ'. — ΑΕΤΙΩ.

« Καὶ ἔστη Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις. »

C

Ὁπηνίκα οἱ Μαδιηναῖοι ὑπαντιάσαι τοῖς Ἑβραίοις ὑπὸ θείας συμμαχίας στρατηγουμένοις διέγνωσαν, τότε δὴ ὑπὸ δεινοῦ ἀνδρὸς συμβουλευθέντες, ὅπλοις τε καὶ μηχανήμασιν, ἀλκῇ τε καὶ ῥώμῃ χαίρειν φράσαντες (ἐπυνθάνοντο γὰρ μηδ' Αἰγυπτίοις ταῦτα συντετελεκέναι), κόρας εὐμόρφους οὐχ ὁπλίσαντες, ἀλλὰ καλλωπίσαντες ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. Ἤδεσαν γὰρ ἄλλως τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν αὐτῶν οὐκ ἀποστησομένην, εἰ μὴ εἰς πορνείαν, εἶτ' ἐκεῖθεν εἰς εἰδωλολατρίαν ὀλισθήσοιεν. Πέφυκε γὰρ τὰ μέγιστα τῶν πλημμελημάτων ἐκ βραχυτέρων τίκτεσθαι. Αἱ δ' ἐξελθοῦσαι ἐπὶ τὴν μάχην, ἠκροβολίζοντο πρὸς αὐτοὺς, ξίφος μὲν μὴ ἐπαγόμεναι, μήτε βέλος, τὴν δὲ μορφὴν καὶ τὸν κόσμον ἀντὶ παντὸς πολεμικοῦ μηχανήματος προβαλλόμεναι, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν περιῆσαν, ὡς ῥίψαντας τὰ ὅπλα παραχωρῆσαι ἐκείναις τὸ τρόπαιον. D Ὡς δὲ εἶδεν ὁ τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς μὴ μόνον τοὺς ἀγελαίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τέλει ῥιψάσπιδας γεγενημένους, καὶ εἰς πορνείαν ὁρμήσαντας, καὶ τὴν θείαν ῥοπὴν διὰ τοῦτο ἀποπτῆναι μέλλουσαν, περιπαθήσας, καὶ δικαίας ὀργῆς ἐμπλησθεὶς, ξίφος μεταχειρισάμενος, ἕνα τῶν ἐν τέλει μετὰ τῆς πεπορνευμένης γυναικὸς ἀνεῖλε· καὶ οὕτως ἔστησεν οὐ μόνον τοῦ νοσήματος τὴν νομὴν ἐπὶ τὰ καίρια σπεύδουσαν, ἀλλὰ τὴν θείαν ὀργὴν τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐπινεμομένην. Ἱερωσύνῃ γοῦν τετίμηται ὁ τὴν ἀκοσμίαν ἐκτεμὼν, ὡς στρατηγικῆς εὐκοσμίας πεῖραν δούς. Καὶ τοῦτ' ἔστιν ὃ ζητεῖς μαθεῖν· « Ἔστη Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο,

CLIX. — AETIO.

« Et stetit Phinees, et placavit, et cessavit quassatio [27]. »

Quo tempore Madianitæ Hebræis, quibus divinum auxilium imperatoris loco erat, occurrere constituerunt, de callidi cujusdam viri consilio armis et machinis ac viribus et robore valere jussis (audierant enim ne Ægyptiis quidem hæc profuisse), pulchras et elegantes puellas non armis instructas, sed ornatas et excultas ad bellum emiserunt. Perspectum enim et exploratum habebant, divinam opem haud aliter ab ipsis abscessuram esse, nisi in stuprum, atque ita in idolorum cultum laberentur. Sic enim natura comparatum est, ut maxima peccata ex minoribus et levioribus ortum trahant. Illæ igitur ad pugnam egressæ, adversus eos velitabantur, non gladium ullum, aut telum ullum secum efferentes, verum formæ elegantiam et ornatum bellicarum omnium machinarum instar objicientes. Atque hac ratione ipsos usque adeo superarunt, ut abjectis armis palmam eis concederent. Posteaquam autem sacerdotis filius non gregarios duntaxat, verum etiam amplissimos quosque clypeo abjecto terga vertisse, atque in fornicationem prorupisse, propterea que divinum auxilium jam jamque ab ipsis avolaturum esse perspexit, magno animi dolore affectus, ac justa iracundia perfusus, accepto ense unum e proceribus simul cum ea muliere, cum qua stupri commercium habuerat, interemit: sicque non modo serpentem morbum atque ad periculosas partes grassantem, verum etiam divinam iram, eos qui flagitium

[25] Tit. I, 16. [26] Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8, 9. [27] Num. XXV, 7-18.

admiserant depascentem, compressit. Sacerdotii ergo honore affectus est, qui hujusmodi obscœnitatem exciderat, ut qui imperatoriæ honestatis experimentum præbuisset. Atque hæc est hujus loci, quam tibi exponi postulas, sententia, «Stetit Phinees, et placavit, et cessavit quassatio, et reputatum est ei ad justitiam.» Divina enim natura eum qui ante se divina iracundia exarserat, ac per duplicem cædem flagitium represserat, honore affecit.

A καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.» Ἐτίμησε γὰρ ἡ θεία φύσις τὸν πρὸ αὐτῆς δικαίως ἀγανακτήσαντα, καὶ δύο σφαγαῖς τὴν παρανομίαν στήσαντα.

321 CLX. — AGATHO PRESBYTERO.

De patientia propter Sarram.

Quo tempore Deo charus Abraham ob divinum quidem oraculum in Palæstinam, ob famem autem in Ægyptum perrexit [28], proceres uxorem ipsius pulchritudine ac muliebri virtute fulgentem conspicantes, non secus ac thesaurum quemdam summi pretii ad regem ferentes, eam ipsi indicant. Atque ipse eam, pudicitia potius quam formæ præstantia collucentem aufert. Posteaquam autem maritus mortis metu perterritus fratrem ipsius se esse simulans, uxorem quidem prodidit, non tamen adversus Providentiam exclamavit: tum vero divinum auxilium arma sua movens pio viro intactam atque integram uxorem suam reddidit. Noctu enim illo acerbissimis cruciatibus affecto, voluptatibusque per dolores domitis, vel, ut rectius loquar, exstinctis ac de medio sublatis, ita demum justo viro coronam tulit. Quamobrem nos quoque, si in tentationes incidamus, ne divinam patientiam clamoribus insectemur, verum eam potius complectamur, quæ et exitus in his rebus, quæ nullum exitum habere videntur, et consilia, per quæ ex desperatis rebus emergamus, invenit.

ΡΞ'. — ΑΓΑΘΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Περὶ ὑπομονῆς διὰ τὴν Σάῤῥαν

Ὅτε ὁ θεοφιλὴς Ἀβραὰμ διὰ μὲν χρησμὸν ἀπὸ τῆς Περσίδος εἰς τὴν Παλαιστίνην, διὰ δὲ λιμὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἧκε, θεασάμενοι οἱ ἐν τέλει τὴν σύνευνον αὐτοῦ κάλλει τε καὶ ἀρετῇ γυναικείᾳ ἀστράπτουσαν, ὥς τι φέροντες τῷ βασιλεῖ κειμήλιον τιμαλφέστατον, καταμηνύουσιν αὐτήν. Καὶ ὃς ἀφαιρεῖται τὴν γυναῖκα, σωφροσύνῃ πλέον ἢ κάλλει λάμπουσαν. Ὡς δ' ὁ ἀνὴρ θάνατον δεδιὼς ἀδελφὸς εἶναι αὐτῆς σκηψάμενος, προὔδωκε μὲν τὴν γυναῖκα, τῆς δὲ θείας μακροθυμίας οὐ κατεβόησε· τότε δή, τότε ἡ θεία ἐπικουρία, τὰ οἰκεῖα ὅπλα κινήσασα, τῷ θεοφιλεῖ τὴν σύνευνον ἀνέπαφον καὶ ἀκέραιον ἀποδέδωκε. Νύκτωρ γὰρ ἐκεῖνον πικροτάταις βασάνοις μαστίξασα, καὶ τὰς ἡδονὰς τοῖς πόνοις δαμάσασα, μᾶλλον δὲ φρούδας οἴχεσθαι παρασκευάσασα, οὕτως τῷ δικαίῳ τὸν στέφανον ἤνεγκε. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, εἰ πειρασμοῖς περιπέσοιμεν, μὴ τῆς θείας μακροθυμίας καταβοῶμεν, ἀλλ' ἀντεχώμεθα μᾶλλον αὐτῆς, τῆς καὶ πόρους ἐν ἀπόροις, καὶ μηχανὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρισκούσης (6).

CLXI. — ARCHONTIO PRESBYTERO.

In illud: «Manus spina.»

Quoniam quid manus spina significet, ex me quæris, audi. Quandoquidem barbarus tyrannide temulentus, et arrogantia superciliosus, atque præ vino vertigine laborans, sacrosancta pocula non modo viris, sed etiam mulieribus, quæ ipsius voluptatibus obsequebantur, ad usum proposuerat, idcirco ea pars manus, quæ cubitum sequitur, conspecta est, sententiam adversus eum pingens. Ut enim pictores (ut ab eorum quoque audacia (5) demonstrationem sumam) rebus iis, quæ corporis expertes sunt, corpus tribuentes, manum solam pingere conantur, terrenorum regum capita corona redimientem, quo imperium ipsis cœlitus datum fuisse demonstrent; sic etiam illic Dei per indulgentiam sese demittentis consilio manus visa est [29], ut illud ostenderetur, omnium regem calculum adversus tyrannum efferre, ac sententiam subscribere.

ΡΞΑ'. — ΑΡΧΟΝΤΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Εἰς τό, «Ἀστράγαλος χειρός.»

Ἐπειδή, Τί ἐστιν, ἔφης, τό, «Ἀστράγαλος χειρός;» ἄκουε. Ἐπειδὴ ὁ βάρβαρος μεθύων τῇ τυραννίδι, καὶ ὀφρυωμένος τῇ ἀλαζονείᾳ, καὶ τῷ οἴνῳ καρηβαρῶν, τὰ ἱερὰ σκεύη οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶ ταῖς τὰς ἡδονὰς αὐτοῦ θεραπευούσαις προὔθηκεν εἰς χρῆσιν, ὤφθη τὸ μετὰ τὸν πῆχυν μέρος τῆς χειρός, τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπόφασιν ὑπογράφον. Ὥσπερ γὰρ οἱ ζωγράφοι (ἵνα καὶ ἀπὸ τῆς ἐκείνων τόλμης τὴν ἀπόδειξιν ποιήσωμαι), σώματα ποιοῦντες τὰ ἀσώματα, χεῖρα γράφειν ἐπιχειροῦσι μόνην στέφουσαν τῶν τῆς γῆς βασιλευόντων τὰς κορυφάς, ἵνα δείξωσιν οὐρανόθεν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν δεδόσθαι· οὕτω κἀκεῖ συγκαταβατικῶς ὤφθη, ἵνα δειχθῇ, ὅτι ὁ τῶν ἁπάντων βασιλεὺς τὴν κατὰ τοῦ τυράννου ἐκφέρει ψῆφον, καὶ τὴν ἀπόφασιν ὑπογράφει.

[28] Gen. XII, 11-20. [29] Dan. V, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) *Pictorum audacia.* De qua notum est illud Horatianum:

Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Ritt.

(6) *Τῆς καὶ πόρους* (B, C, πόρον) *ἐν ἀπόροις, καὶ μηχανὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρισκούσης.* Deus ex inexplicabilibus malis eripere et liberare potest. Euripides etiam id agnovit, cum inter alia sic ἐπιφωνεῖ aliquot tragœdiis: Τῶν δ' ἀπόρων πόρον εὗρε θεός. Id.

ΡΞΒ'. — ΜΑΡΤΥΡΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Κανὼν ἐστι καὶ εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, τὸ κρύπτειν μὲν τὰ κατορθώματα, διὰ τὸ τοῦ τέλους ἄδηλον, καὶ διὰ τὸ ἐνοχλεῖν τοῖς ἀκούουσιν· ἐναγώνιον δ' εἶναι, διά τε τὸ τῆς φύσεως ἐπιῤῥεπὲς πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ τῶν ἀκουόντων τὴν περὶ τὰ κακὰ ἑτοιμοτέραν πίστιν τε καὶ συγκατάθεσιν. Ὀλίγοι γὰρ τοῖς καλοῖς, πολλοὶ δὲ τοῖς κακοῖς πιστεύουσιν, οὐ μόνον ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς καὶ τὴν περὶ τῶν ἄλλων φέροντες ψῆφον, ἀλλὰ καὶ τὰς σφῶν ἁμαρτίας διὰ τῆς τῶν ἄλλων κατηγορίας περιστέλλειν οἰόμενοι.

A CLXII. — MARTYRIO PRESBYTERO.

Pietas ac justitiæ norma in eo sita est, ut ea quidem quæ recte ac ex virtute gerimus, occultemus, tum quia finis incertus est, tum ne audientibus graves ac molesti simus, in sollicitudine vero atque angore versemur, tum ob naturæ nostræ in vitium propensionem, tum quia auditores ad fidem et assensionem vitiis adhibendam promptiores sunt. Pauci enim virtutibus, multi vitiis fidem accommodant, non modo **322** quia ex eis quæ in se agnoscunt ad idem de aliis pronuntiandum adducuntur : verum etiam quia insectandis et accusandis aliis id se assequi putant, ut peccata sua obtegant.

ΡΞΓ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εὐσεβείας, ὦ ἐλλογιμώτατε, διττὸς ὁ τρόπος (7). Ὁ μὲν ἁγιώτατος καὶ θειότατος ἐν ψυχῇ. Ἱερεῖον γὰρ τοῦτο κάλλιστον, καὶ Θεῷ προσφιλέστατον, τὸ τὴν γνώμην ἔχειν εὐαγῆ, καὶ τὴν θείαν παρουσίαν φαντάζεσθαι, ἱδρυμένην τε καὶ βεβαίαν ἔχειν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς τεμένεσιν. Ὁ δὲ δεύτερος ἐν τῇ ἁγνείᾳ τοῦ σώματος. Ὁ γὰρ τούτων τῶν δύο τρόπων χηρεύων, οὐδὲ εἰ τὰ γῆς τε καὶ θαλάττης τημαλφέστατα προσάγοι κειμήλια, οὔτε εἰ πάντα τὰ ἱερουργεῖσθαι πρώην νενομοθετημένα ζῶα καταβάλλοι, χαριεῖται Θεῷ.

B CLXIII. — EIDEM.

Pietatis, vir elegantissime, duplex est modus. Unus sanctissimus maximeque divinus in anima : pulcherrima enim hæc victima est, Deoque in primis grata, mentem piam habere, divinæque præsentiæ sibi speciem fingere, atque in animæ delubro fixam et stabilem tenere. Alter in corporis castitate. Nam qui his duobus modis destitutus est, nec si pretiosissimos terræ ac maris thesauros offerat, aut omnia ea animantia, quæ legis præscripto non ita pridem immolabantur, adhibeat, gratiam apud Deum initurus est.

ΡΞΔ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Θεσμός ἐστιν ἄνωθεν καλῶς κεχυρωμένος, καὶ νόμος ἄγραφος πρὸς φιλανθρωπίαν βλέπων, τοὺς κρατοῦντας τοῖς ὅπλοις τῶν ἱκετευόντων ἡττᾶσθαι, καὶ τοὺς πολέμῳ νικῶντας παραχωρεῖν τῷ οἴκτῳ. Σὺ δ', ὥς φασιν, οὔτε τοὺς ἐμφύτους θεσμοὺς, οὔτε τοὺς ἀγράφους νόμους αἰδεσθεὶς, τοὺς περὶ τῶν οἰκετῶν τὴν συνηγορίαν ἀναδεξαμένους ἠτίμασας. Ἴσθι τοίνυν ὅτι εἰκός σε εἰς τοῦτο περιστῆναι τὸ σχῆμα, ὃ ἄλλους θεασάμενος ἔχοντας, οὐκ ἔπαθές τι ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἀμείλικτος ὀφθεὶς, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν καὶ τὸν ἔλεον ὕβρισας.

CLXIV. — THEODORO SCHOLASTICO.

Lex est antiquitus præclare confirmata, sanctioque minime scripta, ad humanitatem tendens, ut C qui armis vincunt, supplicibus eorum, quos vicerint, precibus vincantur, et qui bello superant, misericordiæ cedant. Tu vero, ut aiunt, nec a natura insitis legibus, nec sanctionibus scripto minime proditis, permotus, eos, qui pro famulis tuis patronorum munus susceperunt, contempsisti. Hoc igitur tibi sit exploratum, minime incredibile esse, quin ad eumdem habitum redigaris, quem tu in aliis conspicatus, nihil humani sensisti, verum eam animi acerbitatem præ te tulisti, ut et naturæ ipsi, et misericordiæ contumeliam inferres.

ΡΞΕ'. — ΠΑΥΛῼ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου· « Κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν. »

Ὁ διάπυρος τοῦ λόγου ἐραστὴς, Παῦλος, φημὶ, ὁ ἀπόστολος, οὐ μόνον καθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων φέρει τὴν ψῆφον, εἰ τολμήσειαν καινοτομίαν τινὰ τῷ κηρύγματι ἐπινοῆσαι, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀγγέλων· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀγγέλων, ἀλλὰ τῶν ἐξ οὐρανοῦ· οὐκ ἐκείνους, ὡς ἐνόμισας, ὑβρίσαι προῃρημένος, τοὺς μήτε τετολμηκότας πώποτε, μήτε τολμῶντας, μήτε τολμήσοντας τοῦτο δρᾶσαι, ἀλλὰ τοῖς ἀλιτηρίοις δαίμοσιν ἀποκλείων τὴν ὁδὸν τῆς ἀξιοπιστίας, μήποτε πρόφασιν λαβόντες ὡς ἄγγελοι ἀνατρέ-

CLXV. — PAULO SUBDIACONO.

In illud dictum ab Apostolo, « Et si angelus de cœlo evangelizet vobis [30]. »

D Ardens ille verbi amator, Paulus, inquam, apostolus, non modo adversus seipsum aliosque apostolos sententiam fert, si quid novarum rerum in evangelica prædicatione comminisci audeant, sed etiam adversus angelos, nec angelos simpliciter, sed etiam de cœlo. Non quod iis, qui hoc facinus perpetrare nec unquam ausi sunt, nec audebunt, contumeliam facere in animum induceret, verum ut pestiferis dæmonibus fidei viam præcluderet, nequando arrepta occasione, ut angeli, prædicatio-

[30] Galat. I, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(7) Adi ad Augustinum lib. III, *contra litteras Petiliani*, cap. 6. RITT.

nem everterent. Quid enim inquit? « Etiamsi nos, aut angelus de cœlo evangelizaverit vobis aliquid præter quam quod accepistis, anathema sit. » Nam alioqui angeli ex prædicationis securitate tantam voluptatem capiebant, ut is etiam, qui ad Cornelium missus fuerat, magistrum indicarit, non autem sibiipsi docendi munus permiserit.

A φωσι τὸ κήρυγμα. Τί γάρ φησι; « Κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. » Οὕτω γοῦν καὶ οἱ ἄγγελοι ἔχαιρον τῇ ἀσφαλείᾳ τοῦ κηρύγματος, ὅτι καὶ ὁ ἀποσταλεὶς πρὸς Κορνήλιον, ἐμήνυσε τὸν διδάσκαλον, οὐχ ἑαυτῷ τὸ πρᾶγμα ἐπέτρεψεν.

323 CLXVI. — ARCHONTIO PRESBYTERO.

In illud, « Venturus enim est Filius hominis in gloria Patris sui [31]. »

Christus, vir optime, hanc ob causam se in paterna gloria venturum promisit, ut hæreticorum ora obstrueret, eorumque furorem et rabiem exstingueret. Non enim dixit : In eadem gloria qua Pater, ne hinc rursus diversitatis cujuspiam alicui suspicio injiceretur, sed, ut rem accuratius exprimeret, in eadem illa venturum se esse affirmavit. Ex quo illud necessario sequitur, ut unam et eamdem hanc esse existimemus. Quorum porro una et eadem gloria est, multo sane magis una etiam et eadem essentia. Quod si quis mihi diffidit, perpendat id quod dicturus sum. Nam si, ubi eadem essentia non est, gloriæ discrimen reperitur (alia enim solis gloria est, alia lunæ, alia stellarum : stella enim a stella differt in claritate), quonam tandem pacto ea essentiæ ratione inter se dissidere queant, quorum una et eadem gloria est?

ΡΞϚʹ. — ΑΡΧΟΝΤΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ.

Ἥξειν, ὦ βέλτιστε, ὁ Χριστὸς ἐν τῇ πατρῴᾳ δόξῃ ἐπηγγείλατο, τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράττων στόματα, καὶ τὴν λύτταν αὐτῶν σβεννύς. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐν δόξῃ τοιαύτῃ, οἵᾳ καὶ ὁ Πατὴρ (ἵνα μὴ πάλιν παραλλαγήν τινά τις ὑποπτεύσῃ), ἀλλὰ τὸ ἀπηκριβω-B μένον περιστὰς (8), ἐν αὐτῇ φησιν ἐκείνῃ ἥξειν, ὡς ἀναγκαίως μίαν εἶναι αὐτὴν νομίζεσθαι καὶ τὴν αὐτήν. Ὧν δὲ μία δόξα, πολλῷ μᾶλλον καὶ ἡ οὐσία. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, βασανιζέτω τὸ λεχθησόμενον. Εἰ γὰρ ἔνθα οὐχ οὐσία μία, διαφορὰ δόξης εὑρίσκεται (ἄλλη γὰρ δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ)· πῶς ἂν ὧν ἡ δόξα μία, διενεχθεῖεν ἐν τῇ οὐσίᾳ;

CLXVII. — MARONI.

Cæteræ quidem pene omnes vitiosæ affectiones, et vigorem et senium habent, et satietatem agnoscunt, atque ad finem omni celeritate contendunt : at horrendus pecuniarum amor, cum nobis a natura minime insitus sit, verum externe alicunde sese insinuarit, senium nescit, satietatem contumelia afficit, lætitiam ignorat, finem capere minime sustinet : imo vero in dies vigens, vel, ut rectius loquar, vigorem suum augens, fortior seipso et violentior atque acrior esse contendit. Neque enim adversus duntaxat affectus certamen habet, sed etiam adversus seipsum, ut qui seipsum vincere summo studio adnitatur. Etenim citius ea, quæ percipi non possunt, quispiam perceperit, quam ille satietatem capiat. Si quidem incrementum, haud scio quo pacto, decrementum atque jacturam esse existimans, ignem vehementius accendit. Quem quidem nonnulli animam quoque tuam degustasse asserunt. Hunc igitur quamprimum exstingue. Sin secus, tum hic insuavem vitam duces, tum illic acerbas pœnas pendes.

ΡΞΖʹ. — ΜΑΡΩΝΙ.

Ἕκαστον μὲν σχεδὸν τῶν ἄλλων παθῶν καὶ C ἀκμὴν ἔχει, καὶ παρακμὴν οἶδε, καὶ κόρον ἐπίσταται, καὶ εἰς τελευτὴν ἐπείγεται. Ὁ δὲ δεινὸς τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, μήτ' ἔμφυτος ὤν, ἀλλ' ἔξωθέν ποθεν ἐπικωμάσας, παρακμὴν οὐκ οἶδε, κόρον ὑβρίζει, εὐφροσύνην οὐκ ἐπίσταται, τελευτῆς οὐκ ἀνέχεται· ἀεὶ δ' ἀκμάζων, μᾶλλον δὲ τὴν ἀκμὴν ἐπιτείνων, νεανικώτερος ἑαυτοῦ καὶ τυραννικώτερος εἶναι βιάζεται. Οὐ γὰρ πρὸς τὰ ἄλλα πάθη τὴν ἅμιλλαν ποιεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἑαυτὸν νικῆσαι φιλονεικῶν. Θᾶττον γὰρ ἄν τις τὰ ἀνέφικτα καταλήψεται, ἢ ἐκεῖνος κόρον λήψεται. Τὴν γὰρ προσθήκην μείωσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως, καὶ ἐλάττωσιν εἶναι ἡγούμενος, πλέον ἀνακαίει τὸ πῦρ, ὅπερ καὶ τῆς σῆς τινές φασι γεγεῦσθαι ψυχῆς. Σβέσον τοίνυν ἦ τάχος τοῦτο. Εἰ δὲ μὴ, κἀνταῦθα ἀβίωτον βιώσεις D βίον, κἀκεῖσε πικρὰς ὑφέξεις εὐθύνας.

CLXVIII. — EUTONIO DIACONO.

Vir singulari sapientia prædite, qui honestum ac decorum minime prodit, is nunquam a divino auxilio deseretur.

ΡΞΗʹ. — ΕΥΤΟΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Ὁ τὸ πρέπον, ὦ σοφώτατε, μὴ προδιδοὺς, οὐδεπώποτε ὑπὸ τῆς θείας συμμαχίας προδοθήσεται.

CLXIX. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Quamvis et nobilissimæ patriæ quispiam sit, et

ΡΞΘʹ. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰ καὶ πατρίδος τις εἴη τῆς βασιλικωτάτης, καὶ

[31] Matth. XVI, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(8) Codd. Vat. 649 et Alt., παριστάς, sane melius. POSSIN.

γένους τοῦ περιφανεστάτου, καὶ πλούτῳ παντοίῳ κομῴη, εὐγλωττίας τ' εἰς ἄκρον ἀφίκοιτο, καὶ πάντα τὰ τῶν ἀρχαίων ἐπὶ στόματος φέροι, ῥώμῃ τε καὶ κάλλει, δόξῃ τε καὶ ἀρχῇ ἐναβρύνοιτο, βασιλείας τε αὐτῆς ἀξιωθείη, καὶ τὸν στέφανον καὶ τὴν ἁλουργίδα περικέηται, ἀρετὴν δὲ μὴ ἔχοι, τοῦτον ἔγωγε ἐν τοῖς ἀνδραποδωδεστάτοις κατατάξαιμι. Εἰ δέ τις δικαιοσύνῃ, καὶ σωφροσύνῃ, ἀνδρείᾳ τε καὶ φρονήσει σοφὸς εἴη, τοῦτον ἐν τοῖς βασιλικωτάτοις καταριθμήσαιμι. Εἰ δὲ τοῦ πάνθ' ὁμοῦ ἐκεῖνα ἔχοντος ἀμείνων ὁ φιλάρετος, τοῦ μὴ πάντ' ἔχοντος ὁμοῦ (οὐδὲ γὰρ πάνθ' οἷόν τε συνελθεῖν), πολλῷ μακαριστότερος ἔσται καὶ εὐκλεέστερος, τῷ ἐκεῖνα μὲν θᾶττον ἀποσβέννυσθαι, τὴν δ' ἀρετὴν ἀθάνατον εἶναι.

A clarissimi generis, et omni divitiarum genere abundet, et summam eloquentiæ facultatem obtineat, omniaque veterum scripta in ore ferat, et robore ac pulchritudine, gloriaque et imperio glorietur, regiaque etiam dignitate affectus sit, et diadema ac purpuram gestet, tamen si virtute careat, **324** hunc ego in mancipiorum numero habuerim. Contra si quis justitia, temperantia, fortitudine, et prudentia præditus sit, hunc ego inter amplissimos maximeque regios numerarim. Quod si vir probus eo qui omnia illa in universum habet, melior præstantiorque habendus est, eo procul dubio, qui non omnia simul habet (neque enim fieri potest, ut omnia in unum coeant), multo beatior et clarior futurus est, quod illa quidem ocius exstinguantur, virtus vero
B immortalis sit.

ΡΟ'. — ΠΕΤΡΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Τίς ἐστιν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος; »

Ὅτι μὲν ὁ τὴν εὐκαιρίαν τῶν πραγμάτων προδιδοὺς, τῆς τῶν καλῶν διαμάρτοι θήρας, δῆλον. Ὅτι δὲ καὶ πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν, ὁ Ἐκκλησιαστὴς ἐδίδαξεν. Εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, τί ξενίζῃ, εἰ ὁ Σωτὴρ ἔφη περὶ τοῦ φρονίμου καὶ πιστοῦ οἰκονόμου, ὅτι δώσει τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; Τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρὸν, καὶ ἡ εὐεργεσία καιροῦ ἀμοιρήσασα, καὶ τὸ ὄνομα ἀπόλλυσιν (9). Οἷον, ὁ αὐτὸς ἄρτος πεινῶντι μὲν ἡδὺς καὶ ἐράσμιος, κορεσθέντι δὲ οὐ πάνυ· καὶ τὸ αὐτὸ ποτήριον, διψῶντι μὲν προσηνέστατον, μεθύοντι δὲ ἀηδέστατον. C Τίς οὖν ἡ αἰτία, ἡ τὰ αὐτὰ μὴ τῶν αὐτῶν τυγχάνειν παρασκευάζουσα; Ἡ εὐκαιρία δηλονότι, ἡ καὶ τὸ διδόμενον μεῖζον καὶ ἐρασμιώτερον δημιουργοῦσα. Χρὴ οὖν μὴ μόνον διδόναι (μικρὸν γὰρ ἴσως τοῦτο), ἀλλὰ καὶ καιρίως. Τοῦτο γὰρ, κἂν μικρὸν ᾖ τὸ δοθὲν, μεῖζον ποιήσει· κἂν μέγα, μέγιστον παρασκευάσει. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Μελῳδὸς τὰς θείας εὐεργεσίας ἀνακηρύττων, καὶ τοῦτο προσέθηκε, « Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εἰς εὔκαιρον. » Οὐ γὰρ τρέφει μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐκαίρως. Τοῦτο γάρ μάλιστά ἐστι τὸ πάντα τρέφον, τὸ καιρίως δίδοσθαι. Καὶ εἰ βούλει γε καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν, τῶν ἀπὸ γῆς τικτομένων, τοῦτο γινόμενον ἰδεῖν· θέα ὅτι οὐχ ἐν ἑνὶ καιρῷ σῖτος, καὶ οἶνος, καὶ ἔλαιον, καὶ ἀκροδρύων γένη, καὶ D ἀνθῶν ποικιλίαι· ἀλλὰ προηγοῦνται μὲν οἱ λειμῶνες, ἕπεται δὲ τὰ λήϊα, διαδέχεται δὲ ἄμπελος, παραπέμπει δὲ ἐπὶ τὴν ἐλαίαν τὸν γηπόνον ὁ βότρυς· ὥσπερ χορείαν τινὰ ἀρίστην τῶν ὡρῶν χορευουσῶν, καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου τὸν γεωργὸν ἀναπαυουσῶν. Εἰ γὰρ πάνθ' ὁμοῦ εἰς τὴν οἰκείαν ἤρχετο ἀκμὴν, ἐστενοχωρήθη ἂν ἡ τοῦ γεωργοῦ τέχνη ὑπὸ τῆς τοῦ χρόνου βραχύτητος, καὶ πάντα ἂν ἀπολώλει καὶ

CLXX. — PETRO.

In illud, « Quis est fidelis servus et prudens [32]? »

Quod ille, qui negotiorum opportunitatem prodit, res pulchras et cum laude conjunctas minime assecuturus sit, perspicue constat. Quod autem bona et commoda cuncta sint in tempore suo, Ecclesiastes [33] docuit. Cum igitur hæc ita se habeant, quid est, quamobrem novum ac mirum tibi videatur, quod Salvator prudentem ac fidelem dispensatorem cibum opportune daturum esse dixerit? Nam quod intempestive fit, semper molestum est: et beneficium opportunitate destitutum, beneficii quoque nomen amittit. Verbi gratia, idem panis fame laboranti gratus ac jucundus est; satiato autem non item: atque idem poculum siti affecto suavissimum est, temulento autem molestissimum. Quid igitur efficit, ut iisdem rebus non eodem modo animi nostri afficiantur? Opportunitas scilicet, quæ etiam id, quod datur, majus et amabilius reddit. Quocirca non tantum dare convenit (exiguum enim istud fortasse), sed etiam opportune. Hoc quippe et parvum munus augebit: et si magnum sit, maximum atque amplissimum reddet. Eaque de causa Psaltes divina beneficia prædicans, illud etiam adjecit, « Omnia a te exspectant, Domine, ut tu des illis escam in tempore opportuno [34]. » Non enim duntaxat alit, sed etiam tempestive. Hoc quippe potissimum est, quod omnia alit, nempe quod tempestive porrigatur. Ac si hoc in iis quoque fructibus, qui ex terra nascuntur, fieri conspicere cupis, vide quemadmodum non uno eodemque tempore frumentum, et vinum, et oleum, et poma, variique flores exsistant: verum prata quidem antecedunt, sequuntur autem segetes, quas deinde vinea excipiat, ac denique agricolam ad oleam racemus transmittat: anni videlicet partibus, tanquam optimum quemdam cho-

[32] Luc. XII, 42. [33] Eccle. III, 1 seqq. [34] Psal. CXLIV, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(9) Vide in hanc sententiam multa apud Senecam *De beneficiis*. Convenit quoque vet. senarius:
Εὔνοια ἄκαιρος οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.
Odii instar importuna benevolentia est. RITT.

'uum agitantibus, ac per temporis longinquitatem agricolam recreantibus. Nam si cuncta confertim ad vigorem suum pervenirent, profecto agricolæ industria ob temporis brevitatem in angustias adduceretur, atque omnia corrumperentur et interirent, quod ille uno eodemque tempore colligendis et comportandis omnibus rebus minime par esset.

A διεφθάρη, οὐκ ἀρκοῦντος αὐτοῦ ὑφ' ἓν ἅπαντα συγκομίσαι.

CLXXI. — ARSENUPHIO LECTORI.

325 Psallere quidem cum prudentia, et attento ac vigilanti animo precari oportet : at non ea petere, quæ nobis bona esse videantur : sed quæ ille ipse, qui dat, commoda et utilia esse perspectum habeat. Multi autem cum divitiarum causa vitalem vitam habuissent, ad extremum insidiis appetiti, tum præsenti, tum futura vita exciderunt : cum magistratum ac præfecturam furtorum (non enim quæstuum dicam) occasiones parturientem ambiissent, iis quoque, quæ habebant, spoliati sunt : cum egregia forma mulierem in matrimonium accipere studuissent, tanquam hinc videlicet voluptatem percepturi, ob hoc ipsum præsertim et in pericula, et in bella inciderunt : cum ad summum usque roboris firmæque valetudinis pervenire laborassent, præter quam quod ferinam vitam duxerunt, atque animæ nobilitatem ignorarunt (quod scilicet optimas quasque actiones hac ratione obscurassent), tandem feris quoque prædæ fuerunt, atque inglorium et exsecrandum finem subierunt. Quocirca his omnibus omissis, ea a Deo postulemus, quæ ipse in rem nostram fore perspectum et exploratum habeat.

ΡΟΑ'. — ΑΡΣΕΝΟΥΦΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Χρὴ μὲν καὶ ψάλλειν μετὰ συνέσεως, καὶ εὔχεσθαι μετὰ νήψεως· μὴ ἐκεῖνα δὲ αἰτεῖν ἃ ἡμῖν καλὰ δοκεῖ εἶναι, ἀλλ' ἅπερ ἂν αὐτὸς ὁ διδοὺς εἰδείη χρήσιμα εἶναι καὶ συμφέροντα (10). Πολλοὶ γὰρ πλούτου μὲν ἕνεκα βιωτὸν ἐσχήκασι τὸν βίον, καὶ τέλος ἐπιβουλευθέντες, καὶ τῆς παρούσης, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς ἐξέπεσον· ἀρχὴν δὲ μνηστευσάμενοι τὴν ὠδίνουB σαν κλοπῶν (οὐ γὰρ ἂν φαίην κερδῶν) ἀφορμὰς, καὶ ὧν εἶχον ἀπεστερήθησαν· εὐπρόσωπον δὲ γυναῖκα σπουδάσαντες ἀγαγέσθαι, ὡς διὰ τοῦτ' εὐφρανθησόμενοι, διὰ τοῦτο μάλιστα καὶ κινδύνοις καὶ πολέμοις περιέπεσον· ῥώμης δὲ καὶ εὐεξίας εἰς ἄκρον ἐλθεῖν σπουδάσαντες, μετὰ [τοῦ] θηριώδη βίον βιῶσαι, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγνοῆσαι εὐγένειαν (τῷ ἐπισκοτῶσαι αὐτοῖς τὰς ἀρίστας ἐνεργείας), τέλος καὶ θηρῶν βρῶμα γεγόνασιν, ἀκλεὲς καὶ ἐπάρατον ὑπομείναντες πέρας. Πάντ' οὖν ταῦτα ἀφέντες, ἐκεῖνα αἰτῶμεν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἅπερ ἂν αὐτὸς εἰδείη χρήσιμα εἶναι.

CLXXII. — EIDEM.

C

Bonæ sunt opes ei, qui probe his uti, easque administrare potest. Bona ita paupertas ei, qui forti ac strenuo animo eam perferre novit. Bona gloria ei qui ad laborantium et oppressorum subsidium atque defensionem ea utitur. Bona item ignominia ei, qui philosophari in animum induxit. Bonum imperium ei qui, ut æquum est, imperat, nec quidquam ex imperio ad inferiores injuria afficiendos assumit. Bonum denique robur ei qui ad imbecilliorum opem atque auxilium illud impendit. Quamobrem ne res ipsas, quæ et virtutis et vitii instrumenta esse queunt, sed animi nostri institutum, quod ob incredibilem quamdam segnitiem etiam armorum pulchritudinem et elegantiam contumelia afficit, incusemus.

ΡΟΒ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Καλὸς ὁ πλοῦτος τῷ εὖ χρῆσθαι καὶ διοικεῖν δυναμένῳ. Καλὴ ἡ πενία τῷ γενναίως φέρειν ἐπισταμένῳ. Καλὴ καὶ ἡ δόξα τῷ εἰς προστασίαν τῶν καταπονουμένων αὐτῇ χρωμένῳ. Καλὴ καὶ ἡ ἀδοξία τῷ φιλοσοφεῖν ᾑρημένῳ. Καλὴ καὶ ἡ ἀρχὴ τῷ κατὰ τὸ δίκαιον ἄρχοντι, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς εἰς τὸ τοὺς ὑποδεεστέρους ἀδικεῖν προσλαμβάνοντι. Καλὴ καὶ ἡ ῥώμη τῷ εἰς ἀντίληψιν τῶν ἀσθενεστέρων αὐτὴν δαπανῶντι. Μὴ τὰ πράγματα τοιγαροῦν αἰτιώμεθα, ὄργανα ἀρετῆς καὶ κακίας δυνάμενα εἶναι, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν, τὴν δι' ὑπερβάλλουσαν ῥᾳθυμίαν, καὶ τῶν ὅπλων τὸ κάλλος ἐξυβρίζουσαν.

CLXXIII. — EIDEM.

D

Tempus partim jam avolavit; partim, cum adesse videatur, latet; partim, cum adhuc exspectatur,

ΡΟΓ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Τοῦ χρόνου τὸ μὲν ἀπέπτη, τὸ δὲ παρεῖναι δοκοῦν λανθάνει, τὸ δὲ μέλλον ἔτι προσδοκώμενον παρέρχε-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(10) Mirari liceat, hoc etiam ethnicos vidisse et admovisse. Noti sunt versus a Socrate in hanc sententiam commendati apud Platonem *Alcibiade* :

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.
Da bona, sive rogere, Deus, seu nulla rogere :
At mala pelle procul, nobisque petentibus aufer.

Sic Jacobi Cujacii quotidianum votum fuisse accepimus (quod cum Papirium Massonum Vitæ ejus scriptorem fugerit, relatum est mihi a D. Remo, sæpius quidem, sed nunquam satis a me laudato viro) : « Domine Deus, da nosse me, da nosse te. Da bona : pelle mala omnia, per Filium tuum Jesum Christum. » Sic avunculus et velut alter parens meus precari solebat hoc suo tetrasticho :

Si tibi, summe Pater, tibi si res ista probatur
Quam peto, propositi sit rata summa mei.
Sin minus, eventu careant mea vota; sed illud
Fiat, quod fieri mens tua sancta jubet.

Vide quoque ad hanc rem insignem epistolam Ant. Guevaræ Hispani lib. I *Aurearum*, qua gratulatur cuidam, veteri quartana casu liberato. RITT.

A ται. Καθάπερ γὰρ ὕδατος σφοδρὰ ῥύμη τὴν ἀκριβῆ αἴσθησιν ἑαυτῆς οὐ συγχωρεῖ διαγνωσθῆναι (προαιρεῖται γὰρ τῇ ὀξύτητι τὴν κατανόησιν), οὕτω, τάχα δὲ πλέον, ἡ τοῦ χρόνου ὁρμὴ (11) εἰς τέλος ἐπειγομένη, ῥᾳδίως μὲν διεξέρχεται, τοῖς δ' ἀνθρώποις τρανὸν οὐδὲν οὐδὲ πάγιον δείξασα, ὥσπερ ὀνείρων σκιὰς καταλιμπάνει.

præterit. Quemadmodum enim vehemens aquæ impetus certum sui sensum internosci minime sinit (sua quippe celeritate animadversionem eripit), ad eumdem modum, ac fortasse etiam magis, temporis impetus ad finem properans, facile quidem fluit, hominibus autem nihil perspicuum ac fixum ostendens, tanquam insomniorum umbras relinquit.

ΡΟΔ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ. ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ἔχε, ὦ σοφὲ, τὴν γνώμην εὐγνώμονα, καὶ τὴν ψυχὴν ἐῤῥωμένην· καὶ πάντα τὰ συμπίπτοντα, εἰς τὴν σὴν εὐδοκίμησιν, καὶ τὴν τῶν ἐχθρῶν αἰσχύνην περιτραπήσεται. Εἰ δ' ὀλιγωρήσειας, διαφθερεῖς μὲν τὸ σαυτοῦ κλέος, πανήγυριν δὲ τοῖς ἐναντίοις, καὶ λύπην τοῖς ἐπιτηδείοις προξενήσεις (12).

CLXXIV. — EUTONIO DIACONO.

Fac, vir sapiens, probam gratamque mentem, **326** ac firmum animum habeas, atque omnia ea quæ accidunt, ad gloriam tuam, hostiumque ignominiam redigentur. Id si facere contempseris, cum tuam ipse gloriam delebis, tum lætitiam adversariis, ac mœrorem necessariis tuis accerses.

ΡΟΕ'. — ΔΩΡΟΘΕΩ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ. B

Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν διὰ βραδυτῆτα νοῦ οὐκ ἐφικνοῦνται τοῦ δικαίου· οἱ δὲ δι' ὀξύτητα μὲν ἐφικνοῦνται, διὰ δὲ φιλοχρηματίαν καπηλεύουσι, χρυσῷ προπίνοντες τὴν ψῆφον, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ζυγὸν λήμματι παρασαλεύοντες. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ αἰδοῖ καὶ κολακείᾳ καὶ φόβῳ διαφθείροντες τοῦτον. Χρὴ τοιγαροῦν τὸν κριτὴν καὶ συνετὸν εἶναι καὶ ἀδέκαστον, καὶ χρημάτων καὶ αἰδοῦς καὶ κολακείας καὶ φόβου κρείττονα. Εἰ γὰρ ὁποτέρῳ τῶν παθῶν τούτων χειρωθείη, τὸ πᾶν διαφθερεῖ. Εἰ τοίνυν τὸ μὲν εὑρεῖν τὸ δίκαιον (13), ἔργον, τὸ δὲ μὴ διαφθεῖραι εὑρόντα, ἐργωδέστερον, οὐ χρὴ ἐπιῤῥίπτειν τινὰ ἑαυτὸν τῷ κρίνειν. Εἰ δὲ Ζώσιμος, ὡς γέγραφας, καὶ βραδὺς ὢν, καὶ χρημάτων, εἰ καί τις ἕτερος, ἐραστὴς, ἑαυτὸν ἐπιῤῥίπτει εἰς τὸ τοῖς ἀμφισβητοῦσι δικάζειν (καίτοι ἐπὶ τῷ πεπραχέναι τὸ δίκαιον φωραθεὶς, καὶ παρ' αὐτῶν τῶν ἀμφισβητούντων καταγνωσθεὶς, καὶ παρὰ πάντων πολλάκις καταβοηθεὶς), μὴ θαυμάσῃς. Εἰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων παθῶν κεκρατηκὼς, τούτῳ ἥττητο, τάχα ἄν τις εἰκότως ἐθαύμασεν. Εἰ δὲ, ὡς φῄς, πᾶσιν τοῖς αἰσχίστοις πάθεσι κατακράτος ἡττηθεὶς, καὶ τούτῳ ἑάλω, οὐ χρὴ θαυμάζειν.

CLXXV. — DOROTHEO CLARISSIMO.

Sunt homines, qui ob ingenii tarditatem causarum jura consequi nequeunt. Sunt rursus, qui pro ingenii quidem celeritate consequuntur, verum ob pecuniæ studium cauponariam exercent, auro calculum suum prodentes, ac justitiæ lancem muneribus labefactantes. Sunt denique, qui eum pudore, blanditiisque ac terrore corrumpunt. Quocirca judicem opus est et sagacem, et integrum esse, pudoreque ac blanditiis et metu superiorem. Nam si cuivis horum affectuum succumbat, totam judicii religionem obteret. Cum igitur et jus invenire difficile sit, et cum inveneris, minime labefactare difficilius, non est cuiquam committendum, ut judicis C munus arripiat. Quod si Zosimus, ut ad me scripsisti, cum et tardi ingenii sit, et pecuniarum, si quisquam alius, cupiditate flagret, id sibi temere assumit ut disceptantibus jus dicat (tametsi jus pretio addictum habuisse deprehensus, et ab iis ipsis, inter quos controversia erat, improbatus, et ab omnibus persæpe clamoribus exagitatus), ne tibi mirum istud videatur. Nam si aliis vitiis victis et profligatis huic uni cessisset, esset fortasse quamobrem quisquam miraretur. Cum autem, ut abs te dictum est, a turpissimis quibusque vitiis facile superatus, hoc quoque teneatur, minime mirum id videri debet.

ΡΟϚ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν; »

Ἕκαστος μὲν τῶν ἀποστόλων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μίαν ἀπολαβὼν χώραν, ταύτην ἐῤῥύθμισεν. Ὁ δὲ Παῦλος ὥσπερ ὑπόπτερος γεωργὸς, πᾶσαν σχεδὸν ἐπέδραμε τὴν οἰκουμένην, καὶ εἰς αὐτὰς ἐφοίτησε τῆς γῆς τὰς ἐσχατιὰς, καὶ τοὺς ἀκηκοότας ῥυθμίζων, καὶ τοῖς ἀνηκόοις ἐνσπείρων τὸ θεῖον κήρυγμα. Διὸ ἐκείνοις μὲν καὶ γυναῖκες ἠκολούθουν, οὐ παιδοποιίας, οὐδὲ συμβιώσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων χορηγοῦσαι καὶ τρέφουσαι τοὺς τῆς ἀκτημοσύνης

CLXXVI. — ISIDORO DIACONO.

In illud : « Nunquid habemus potestatem sororem mulierem circumducendi[28]? »

D Apostolorum unusquisque, ut ita dicam, regionem unam nactus, eam optimis moribus informavit. At Paulus, tanquam pennatus agricola, universum pene orbem peragravit, atque ad extremos usque terræ angulos grassatus est, tum auditores suos optimis legibus instituens, tum iis etiam, quibus eum audire minime contigit, divinam doctrinam inserens. Quocirca illos quidem mulieres etiam comitabantur, non ut liberos procrearent, aut una

[28] I Cor. ix, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Codd. Vat. 649 et Alt. legunt ῥύμη. Possin.
(12) Codd. Vat. 649 et Alt., προξενήσειας. Possin.
(13) Vide *Cohortationem ad judices* apud Constantinum Harmenop. et Stobæi serm. 153, cap. 1, *De sentent. et re judic.* in 6. l. ult. C. *De pœn. judic. qui mal. jud.* Ritt.

cum ipsis vitæ consuetudinem haberent, verum ut ex suis facultatibus subministrarent, ac paupertatis præcones alerent : hunc autem, qui ad ipsos usque terræ fines currebat, sequi nec permissæ sunt, nec potuerunt. Quid vero mirum feminas relictas fuisse, cum etiam Barnabas, individuus alioqui comes, ad infinitum illum cursum ac laborem claudicans, primas ipsi concesserit? Siquidem quo tempore cum eo versabatur, hæc verba habebat Paulus : **327** « Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut et reliqui apostoli et fratres Domini, et Cephas? An solus ego et Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi? » Non quod ii, qui virginitatem suadebant, et castitatem prædicabant, ac virginum choros moderabantur, cum mulieribus consuetudinem haberent: quis enim eos virginitatem suadentes tulisset, si quidem ipsimet in voluptatum cœno sese volutantes deprehensi fuissent? Non igitur hoc ait, nam alioqui mulierem uxorem dixisset (quemadmodum notarii in iis contractibus, qui ad dotes pertinent, scribere consueverunt, alere ac vestire, quemadmodum muliere uxore dignum est, pro facultatum captu : mulierem videlicet ob naturam collocantes, uxorem autem ob vitæ consuetudinem), sed quia ipsos sequebantur, ex bonis suis paupertatis magistros alentes : idcirco sororem quidem dixit, ut castitatem indicaret, mulierem autem, ut naturam declararet. Mulier quippe virgo quoque appellatur, etiamsi intacta sit : mulier ob formam, etiamsi integra sit; mulier ob naturam, etiamsi masculi congressus expers sit. Quod autem hoc a scopo minime aberret, hinc liquet, quod idem hic Paulus, cujus dictum nonnulli subdola interpretatione depravare minime dubitant, de eo loquens, quod Salvator secundum carnem ex sancta Virgine Maria natus sit, his verbis usus est, « factum ex muliere [26]. » Quid ais, Paule? Virginem mulierem appellas? Ita, inquit : mulierem ob naturam appello, virginem autem mente teneo. Mulier enim est virgo, etiamsi alioqui a virili contactu aliena sit. Mulier ob speciem et effictionem : virgo propter integritatem et puritatem.

A κήρυκας. Τούτῳ δὲ ἀκολουθῆσαι, οὔτ' ἐπετράπησαν, οὔτε ἠδυνήθησαν, εἰς αὐτὰ, ὡς ἔφην, τρέχοντι τῆς γῆς τὰ πέρατα. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τὸ γυναικεῖον ἀπελείφθη γένος, ὁπότε καὶ Βαρνάβας, ὁ τῆς ξυνωρίδος κοινωνὸς, ὀκλάσας πρὸς τὸν ἀπέραντον ἐκεῖνον δρόμον τε καὶ πόνον, παρεχώρησε τῷ Παύλῳ τὰ πρωτεῖα; Ὅτε γοῦν αὐτῷ συνετέτακτο, ταῦτ' ἔγραφεν ὁ Παῦλος, « Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Κηφᾶς; Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν μὴ ἐργάζεσθαι; » Οὐχ ὅτι γυναιξὶ συνῴκουν οἱ τῆς παρθενίας σύμβουλοι, καὶ τῆς σωφροσύνης κήρυκες, καὶ τῶν παρθένων ῥυθμίζοντες τοὺς χορούς. Τίς γὰρ ἂν αὐτῶν ἠνέσχετο περὶ παρθενίας συμβουλευόντων, B εἴγε αὐτοὶ ἡδοναῖς ἐγκαλινδούμενοι ἡλίσκοντο; Οὐ τοίνυν τοῦτό φησιν (ἢ γὰρ ἂν εἶπε γαμετὴν γυναῖκα, ὡς οἱ συμβολαιογράφοι ἐν τοῖς προικῴοις γράφουσι, τρέφειν τε καὶ ἀμφιάζειν, ὡς προσήκει γυναικὶ γαμετῇ κατὰ δύναμιν· τὴν μὲν γυναῖκα τάττοντες διὰ τὴν φύσιν, τὴν δὲ γαμετὴν διὰ τὴν συμβίωσιν)· ἀλλ' ἐπειδὴ ἠκολούθουν αὐτοῖς, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς τρέφουσαι τοὺς τῆς ἀκτημοσύνης ὑφηγητὰς, ἀδελφὴν μὲν εἶπεν, ἵνα τὴν ἁγνείαν ἐμφανίσῃ, γυναῖκα δὲ, ἵνα τὴν φύσιν δηλώσῃ. Γυνὴ γὰρ καὶ ἡ παρθένος καλεῖται, κἂν ἀνέπαφος ᾖ· γυνὴ διὰ τὸ εἶδος, κἂν ἀκέραιος ᾖ· γυνὴ διὰ τὴν φύσιν, κἂν ἀῤῥενικῆς ὁμιλίας ἀμύητος τυγχάνῃ. Ὅτι δὲ τοῦτο οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τυγχάνει, περὶ τοῦ κατὰ C σάρκα τετέχθαι τὸν Σωτῆρα ὑπὸ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας λέγων αὐτὸς οὗτος ὁ Παῦλος, οὗ τὴν λέξιν παρερμηνεύειν τινὲς κακούργως τολμῶσιν, ἔφη, « Γενόμενον ἐκ γυναικός. » Τί ποιεῖς, ὦ Παῦλε; τὴν Παρθένον γυναῖκα καλεῖς; Ναὶ, φησὶ, γυναῖκα καλῶ διὰ τὴν φύσιν, παρθένον δὲ ἔχω τῇ γνώμῃ. Γυνὴ γὰρ ἡ παρθένος, κἂν ἀνέπαφος ᾖ. Γυνὴ διὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν πλάσιν· παρθένος διὰ τὸ ἀκέραιον καὶ τὸ καθαρόν.

CLXXVII. — PETRO LECTORI.

Etsi medicinæ officina communis est, vir optime, communiaque omnibus adjumenta proposita sunt : non tamen propterea curatio ipsa communis est : quandoquidem pro utentium voluntate atque animi instituto efficitur. Etenim qui auxilium adhibuit, ac vulneri imposuit, ex medicamento fructum capit. Qui autem id facere neglexit, majorem gravioremque morbum reddit, ac miserrimo fine vitam claudit. Quocirca ne ad curationem animis discruciemur : verum amarulentas hujusmodi medicinæ artes feramus. Jucundissimum enim fructum postea res hæc paritura est. Necesse quippe est, peccata ea, quæ per socordiam contracta sunt, laborum ope delere atque exstinguere, cladesque acceptas periculis multis sarcire.

ΡΟΖ'. — ΠΕΤΡΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

D Εἰ καὶ τὸ ἰατρεῖον, ὦ βέλτιστε, κοινὸν, καὶ τὰ βοηθήματα πᾶσι πρόκειται, διὰ τοῦθ' ἡ θεραπεία οὐκ ἔστι κοινὴ, ἐπειδὴ παρὰ τὴν τῶν χρωμένων προαίρεσιν γίνεται. Ὁ μὲν γὰρ μεταχειρισάμενος τὸ βοήθημα, καὶ ἐπιθεὶς τῷ τραύματι, ἀπώνατο τῆς ἰατρείας. Ὁ δ' ἀμελήσας, μεῖζον καὶ ἀργαλεώτερον εἰργάσατο τὸ νόσημα, καὶ εἰς τὴν ἐλεεινοτάτην κατέστρεψε τελευτήν. Μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν θεραπευόμενοι, ἀλλὰ φέρωμεν τὰς πικρὰς τῆς τοιαύτης ἰατρείας μεθόδους. Ἥδιστον μὲν γὰρ ὕστερον ἀποτίκτει τὸν καρπόν. Ἀνάγκη γὰρ τὰ διὰ ῥαθυμίαν πταισθέντα πόνοις ἀφανίσαι, καὶ τὰς ἥττας κινδύνοις πολλοῖς ἀναμαχέσασθαι.

[26] Galat. IV, 4.

ΡΟΗ'. — ΘΩΜΑ͂Ι ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Ἐχρῆν μὲν τὴν σὴν ὁσιότητα, ὦ μισοπονηρίας ἱερὸν τέμενος, σιωπῇ παραδοῦναι τὰ λήθης ἄξια καὶ βαθείας σιγῆς. Ἐπειδὴ δὲ τὴν τοῦ κατὰ ἀντίφρασιν Εὐσεβίου καλουμένου ἀσέβειαν δεινῶς ἐξετραγῴδησας, ὅτι δὴ Χαιρήμονα, τὸν παρὰ τοῦ ἀοιδίμου Ἀμμωνίου τοῦ ὄντως ἐπισκόπου ἐπὶ τέτρασι μεγίστοις ἐγκλήμασι καθαιρεθέντα, καὶ ὡς ἀναγνώστην ἐδέξατο, καὶ διάκονον, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐχειροτόνησε, τὸν καὶ κατὰ τοὺς ἔξωθεν νόμους δοῦναι δίκην δίκαιον ὄντα, τοῦτον εἰς τὴν τῶν ἱερῶν μυστηρίων ὑπηρεσίαν ἀδεῶς χωρῆσαι παρασκευάσας· διὸ τοῦτο οὐδὲ μέμψασθαι, καίτοι βουλόμενος, δίκαιον ᾠήθην. Εἰ γὰρ καὶ, ὡς ἔφης, ἕκαστον τῶν ἐγκλημάτων οὕτω μέγιστον ἦν, ὡς μὴ μόνον καθαιρέσεως ἄξιον εἶναι τὸν δράσαντα, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ ξίφους ὑπομεῖναι τιμωρίαν· ἀλλ' οὖν γε ἄῤῥητον ὂν ἄμεινον ἂν ἦν. Ῥηθῆναι γὰρ ὀφείλει, ὅσα ἀξιάκουστα, καὶ εἰς δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην τοὺς ἀκροωμένους ἀλείφει.

CLXXVIII. — THOMÆ MONACHO.

A Sanctitatem quidem tuam, improborum odii sacrosanctum delubrum, ea, quæ oblivione, atque alto silentio digna sunt, silentio mandare oportebat. Quoniam autem **328** Eusebii (sic enim per antiphrasim appellatur) impietatem gravem in modum exaggerasti, quod Chæremonem, a claro viro ac vere episcopo Ammonio ob quatuor maxima crimina de gradu dejectum, et ut lectorem exceperit, et nescio qua de causa ductus diaconum creaverit : id scilicet molitus, ut qui etiam juxta externarum legum decreta, supplicio dignus erat, ad sacrosanctorum mysteriorum ministerium intrepide se conferret : ob eam causam, ne cupiens quidem, conquerendum esse duxi. Quamvis enim, ut abs te
Ἡ ὑπερκόσμιος λῆξις ἡ τῶν ἀγαθῶν πάντων κατάῤῥυτος, καὶ τοῖς λυπηροῖς ἅπασιν ἄβατος, ἡ ἀθυμίας ἄγονος, καὶ θυμηδίας ἁπάσης μήτηρ, ἡ γλῶτταν, καὶ ἀκοὴν, καὶ νοῦν ὑπερβαίνουσα, τοῖς νομίμως τὸν παρόντα βίον διαθλήσασι δηλονότι εὐτρεπισθεῖσα (38), οὐδ' αἴσθησιν συγχωρεῖ τῶν τῇδε λυπηρῶν ἔχειν· ὅθεν ὁ κορυφαῖος αὐτῶν ἐβόα, « Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. » Εἰ γὰρ νικᾷ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τοὺς πόνους τῇ τῶν ἀμοιβῶν ἀντιδόσει ὁ ἀγωνοθέτης, καὶ τοσαύτην ἐνίησιν C εὐφροσύνην, ὅσην τοὺς τὸν οὐράνιον κλῆρον νεμομένους ἔχειν εἰκὸς, οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐν οὐδενὶ αὐτοὶ τίθενται τὰ ἐν κόσμῳ ἀνιαρά.

CCVII. — ASCLEPIO EPISCOPO.

Cœlestis illa sedes, illa, inquam, bonis omnibus perfusa, molestiisque omnibus invia, illa mœroris expers, et lætitiæ omnis parens, illa linguam et aures, ac mentem excedens, iis videlicet, qui præsens vitæ certamen legitime confecerint, præparata, acerbitatum hujusce vitæ ne sensum quidem habere patitur. Eaque de causa ipsorum antesignanus clamabat: « Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis [69]. » Nam cum certaminis arbiter præmiorum, quæ rependit, magnitudine labores longo intervallo superet, tantamque voluptatem immittat, quantam eos, qui hæreditate cœlesti fruuntur, habere par est, minime mirum videri debet, si mundi molestias ipsi nullo loco ac numero ponant.

ΣΗʹ. — ΠΕΤΡῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Λίαν θαυμάζω πῶς, τὰ μὲν θηρία (39) κατὰ φύσιν ὄντα ἄγρια, ἀνθρωπείας ἀπολαύοντα τέχνης, ἡμερώτερα πολλάκις γίνονται· ἄνθρωπος δὲ, ὁ τὴν κατὰ φύσιν ἐκείνων θηριωδίαν εἰς τὴν παρὰ φύσιν ἡμερότητα μεταῤῥυθμίζων, τὴν οἰκείαν πραότητα τὴν κατὰ φύσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν θηριωδίαν ἐκφέρει, τὸ μὲν ἄγριον ποιῶν ἥμερον, ἑαυτὸν δὲ τὸν ἥμερον ἄγριον καθιστάς. Λέοντα μὲν γὰρ τιθασσεύει, καὶ χειροήθη ποιεῖ· τὸν δὲ οἰκεῖον θυμὸν, λέοντος D ἀγριώτερον κατασκευάζει. Καὶ τὰ ἐκεῖ δύο κωλύματα (40) μέγιστα, καὶ τὸ λογισμοῦ ἐστερῆσθαι, καὶ τὸ πάντων εἶναι θυμικώτερον· ἀλλ' ὅμως τῇ περιουσίᾳ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθείσης τἀνδρὶ σοφίας,

CCVIII. — PETRO MONACHO.

Magnopere miror, qui fiat ut belluæ quidem, quæ suapte natura truces et agrestes sunt, adhibita humana industria, meliores persæpe fiant: homo autem, qui naturalem earum feritatem in naturæ repugnantem lenitatem immutat, a naturali sua mansuetudine ac facilitate, in feritatem, quæ ab ipsius natura remota est, degeneret; id videlicet, quod ferum et agreste est, mite ac placidum reddens: seipsum autem, hoc est mitem ac mansuetum, ferum atque immanem reddens. Leonem enim cicurat, ac lenem et placidum efficit: iracundiam autem suam leone truculentiorem et immaniorem reddit. Atqui duo maxima impedimenta

[69] Rom. VIII, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(37) Pro ἡ γὰρ ... ἀδοξία ... ὠδίνει cod. Vat. scribit, αἱ γὰρ ... ἀδοξίαι ... ὠδίνουσι. Denique vers. ult. pro τελευτήσει habet τελευτῇ. Id.

(38) Εὐτρεπισθεῖσα in εὐπρεπισθεῖσα mutat idem cod. Vers. autem ep. penult. pro οὐ θαυμαστὸν scribit οὐκ ἄρα θαυμ., etc. Finem epistolæ sic idem exhibet, post ἐν οὐδενὶ τίθεταί τις αὐτῶν τὰ ὧδε ἀνιαρά, quæ prætulerim editis, ἐν οὐδενὶ τίθενται τὰ ἐν κόσμῳ ἀνιαρά. Id.

(39) Post θηρία cod. Vat. 650 addit καίτοι. Vers. 3 γίνονται mutat in γίνεται. Vers. 7 et 8 post ἑαυτὸν δὲ, non ut edita τὸν ἥμερον ἄγριον καθιστάς, sed solum ἀνήμερον καθιστὰς scribit. Id.

(40) Pro illis editis, καὶ τὰ ἐκεῖ δύο κωλύματα, cod. Vat. habet, καίτοι δύο ἐστὶ κωλύμ., etc. Id.

sese illic objiciunt, alterum quod ratione caret, alterum quod feras omnes iracundiæ ardore superat. Et tamen sapientiæ divinitus homini concessæ facultate ipsam quoque naturam vincit. Qui igitur in belluis naturæ vim frangit, quid tandem est, quamobrem ipse in seipso una cum natura voluntatis quoque ac liberi arbitrii bonum prodit? Nam qui leoni id quod ipsius naturam superat, largitur, idem tamen sibiipsi ne ea quidem, quæ ipsius naturæ consentanea sunt, servat: verum indomitas bestias in humanam nobilitatem inducere studens, seipsum ab imperii solio deturbat, atque in illorum furorem ac rabiem præcipitem agit. Hæc ei, de quo ad me scripsisti, perpetuo accine. Sic enim fortasse, agresti iracundia devicta et cicurata, post hac cum mitissimo proborum virorum grege in gratiam rediturus est.

A καὶ τῆς φύσεως κρατεῖ. Ὁ τοίνυν ἐπὶ τῶν θηρίων τὴν φύσιν νικῶν, δι' ἣν αἰτίαν ἐφ' ἑαυτοῦ μετὰ τῆς φύσεως, καὶ τὸ τῆς προαιρέσεως προδίδωσι καλόν; Ὁ γὰρ τῷ λέοντι τὰ ὑπὲρ φύσιν χαριζόμενος, ἑαυτῷ οὐδὲ τὰ κατὰ φύσιν διατηρεῖ, ἀλλὰ ὁ τοὺς ἀτιθάσσους θῆρας εἰς τὴν ἀνθρωπείαν εὐγένειαν φιλονεικῶν εἰσαγαγεῖν (41), ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς ἀρχῆς καταβιβάζει, καὶ εἰς τὴν μανίαν ἐξωθεῖ τὴν ἐκείνων. Ταῦτα ἐκείνῳ, περὶ οὗ γέγραφας, ἐπᾴδων μὴ διαλείπῃς. Τάχα πως τὸν ἀτίθασσον τιθασσεύσας θυμὸν, σπείσεται λοιπὸν πρὸς τὴν ἡμεοωτάτην τῶν φιλαρέτων ἀγέλην.

339 CCIX. — CHÆREMONI DIACONO. B

Ob eam causam Christi amor in nobis imbecillior est, quia auri amor valentior exsistit, atque omnis potentia in crudeli hoc atque tyrannico et inexplebili amore consumitur. Nam si hunc ex nobis exturbaverimus, nimirum ille nos vehementius inflammabit, ac velut furore quodam excitabit, atque a rebus omnibus ad vitam pertinentibus abductos in cœlesti regione collocabit.

ΣΘ — ΧΑΙΡΗΜΟΝΙ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Διὰ τοῦτο ὁ περὶ τὸν Χριστὸν πόθος ἀσθενέστερός ἐστιν ἐν ἡμῖν, ἐπειδὴ (42) ὁ περὶ τὸν χρυσὸν δυνατώτερος καθέστηκε, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις εἰς τοῦτον δαπανᾶται τὸν ὠμὸν, καὶ τυραννικὸν, καὶ ἀκόρεστον ἔρωτα. Ὡς εἴ γε τοῦτον ἐξοικίσομεν ἐξ ἑαυτῶν, ἐκεῖνος ἐκκαύσει ἡμᾶς σφοδρότερον, καὶ ἐκβακχεύσει, καὶ ἔξω μὲν τῶν βιωτικῶν ἁπάντων ἐλάσει, εἰς δὲ τὸν οὐράνιον χῶρον ἱδρύσει.

CCX. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Quandoquidem perinde quodammodo facis, ut qui ob deploratam valetudinem hanc potestatem acceperit, ut nulli rei, cujus cupiditate teneatur, parcat, verum et medicos valere jubeat, et iis epulis utatur, quæ pestem atque exitium excitant, propterea tibi reditus ad pudicitiam arduus esse videtur. At si tu luxui, qui ad venereos stimulos animum tanquam furore quodam adigit (nam hic libidinis radix ac mater est) finem imposueris, impudicitiæ quoque flamma exstinguetur. Detracta enim materia, ignis quoque profecto, qui ex ea augetur et excrescit, opprimetur. Quod si tu materiam igni subministras, quonam tandem pacto desinet ac requiescet? Si quiescentem feram excitas, qui eam sese agitantem ac furentem cicurabit? Hæc igitur atque his affinia cum animo tuo considerans, luxui ac deliciis sine ulla intermissione operam dare desine.

ΣΙ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἐπειδὴ παραπλήσιόν τι ποιεῖς νοσήματι ἀνηκέστῳ ἐξουσίαν λαβόντι μηδενὸς ὧν ἐπιθυμεῖ φείδεσθαι, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἰατροῖς ἐῤῥῶσθαι φράσαντι, ἐκ δὲ τῶν ὄλεθρον ἐγειρόντων ἑαυτὸν εὐωχοῦντι· τούτου ἕνεκα C δύσκολός σοι ἡ ἐπάνοδος ἡ ἐπὶ τὴν σωφροσύνην (43) δοκεῖ. Εἰ δὲ παύσαιο τῆς εἰς ἐρωτικοὺς οἴστρους ἐκμαινούσης τρυφῆς (ῥίζα γὰρ ἀσελγείας αὕτη, καὶ μήτηρ καθέστηκε), σβεσθήσεται, καὶ ἡ τῆς ἀκολασίας φλόξ. Τῶν γὰρ ὑλῶν ὑπεξαιρεθεισῶν, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν αὐξόμενον, καὶ κορυφούμενον πῦρ δηλονότι ἀποσβεσθήσεται (44). Εἰ δ' αὐτὸς τὰς ὕλας τῷ πυρὶ χορηγεῖς, πῶς λήξει καὶ παύσεται; Εἰ αὐτὸς ἠρεμοῦν διεγείρεις τὸ θηρίον, τίς αὐτὸ κυκῶν καὶ μαινόμενον τιθασσεύει; Ταυτα οὖν καὶ τὰ τούτων ἀδελφὰ ἐννοῶν, παῦσαι τοῦ διὰ παντὸς τρυφᾷν.

CCXI. — EUSTATHIO PRESBYTERO. D

Inimicitiam in aqua scribere oportet, ut quamprimum oblitteretur: amicitiam autem in æs incidere, ut perpetuo firma et immota conservetur. Quod si is, quem tu a te dissidere ais, contra facit, hoc animum tuum minime conturbet, tanquam

ΣΙΑ'. — ΕΥΣΤΑΘΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Χρὴ τὴν μὲν ἔχθραν εἰς ὕδωρ γράφειν (45), ἵνα ταχέως ἀφανίζηται· τὴν δὲ φιλίαν, εἰς χαλκὸν, ἵνα διὰ παντὸς βεβαία καὶ ἀκίνητος διατηρῆται. Εἰ δὲ ὃν φῂς πρὸς σὲ διαφέρεσθαι τοὐναντίον ποιεῖ, τοῦτό σε μὴ ταραττέτω, ὡς εἰς τοὺς στεφάνους παραβλα-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(41) Idem Cod. addit φύσιν.
(42) Cod. Vat. 650, διότι. Id.
(43) Post σωφροσύνην cod. Vat. 650 addit εἶναι. Id.
(44) Idem cod., συναποσβ. Vers. inde secundo pro κυκῶν habet κυκλοῦν, et mox pro τιθασσεύει, τιθασσεύσει. Id.

(45) *Εἰς ὕδωρ γράφειν*. Proverbium in utraque lingua usitatum de re quæ oblivioni traditur et cito aboletur. Ἀνδρὸς πονηροῦ ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε. Id est, *Vir improbus quod jurat, undæ inscribito*. Catullus:
..... *mulier cupido quod jurat amanti,*
In vino et rapida scribere oportet aqua. Ritt.

δησόμενον. Οὐ γὰρ μὴ μισεῖσθαι (τοῦτο γὰρ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἴσως δὲ καὶ ἀμήχανον. Παντὶ γὰρ τρόπῳ οἱ ἄριστοι παρὰ τῶν φαύλων μισοῦνται. Διὸ καὶ οἱ ἅγιοι αὐτὸ ὑπέστησαν), ἀλλὰ μὴ μισεῖν ἀνθρώπους, ἀλλὰ τὴν ἐν αὐτοῖς κακίαν προσετάχθημεν.

proinde in corona detrimentum accepturum. Neque enim ne odio simus (hoc quippe nostri arbitrii haud est, ac fortasse ne fieri quidem potest: omni enim modo præstantissimi quique viri improbis invisi sunt: ac propterea sancti viri hujusmodi odium subierunt), sed, ne homines, verum improbitatem, qua laborant, odio habeamus, nobis imperatum est.

ΣΙΒ'. — ΠΑΥΛΩ.

Συγγνώμης καὶ τιμωρίας μείζονα πολλάκις τολμῶσιν ἄνθρωποι χρημάτων ἕνεκεν καὶ ἀρχῆς, καὶ τοῦ μηδενὶ τούτων παραχωρῆσαι. Κτήσασθαι μὲν γὰρ αὐτὰ βουλόμενοι, διὰ μυρίων κακῶν κτῶνται, καὶ φοβούμενοι ἀποβαλεῖν, πολλῷ ἀργαλεωτέροις (46) ἐγχειροῦσι. Νομίζοντες γὰρ τὸ ἀποβαλεῖν τοῦ μηδὲ κτήσασθαι δεινότερον εἶναι, χαλεπώτερα μηχανῶνται· χρὴ οὖν ἐν προοιμίοις περιγίνεσθαι τῶν παθῶν (47), ἵνα μὴ τελευτῶντες ἀνήκεστα νοσοῦντες φωραθῶμεν.

CCXII. — PAULO.

Homines plerumque opum atque imperii causa, et quia his rebus nemini cedere sustinent, venia omni ac supplicio graviora perpetrant. Nam et cum ea quærere et adipisci student, per innumera mala ea acquirunt: et amittendi metu multo graviora aggrediuntur. Quoniam enim gravius esse censent ea amittere, **340** quam nunqnam quæsiisse, idcirco graviora quoque moliuntur. Quapropter vitiosæ affectiones in ipsis præludiis frangendæ sunt, ne, alioqui tandem insanabili morbo laborare deprehendamur.

ΣΙΓ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Κινδυνεύει ἡ ἀνθρωπότης, ὡς τὰ πολλὰ, ἐν μὲν δυσημερίᾳ σωφρονεῖν, ἐν δὲ εὐημερίᾳ παροινεῖν. Καὶ τοῦτο ἐξ ὧν Ἑβραῖοι πεπόνθασιν ἀριδηλότατα δείκνυται. Παρῆλθον μὲν γὰρ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ οὐδὲν κινδυνῶδες ὑπέμειναν· ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν γῆν, ἐναυάγησαν.

CCXIII. — PALLADIO DIACONO.

Videtur, ut plurimum, humana natura in adversis quidem rebus modestiam colere, in secundis autem petulantem se præbere. Atque hoc ex iis, quæ Hebræis acciderunt, apertissime liquet. Transierunt enim mare Rubrum, nec periculi quidquam subierunt. Cum autem in terram venerunt, naufragium fecerunt.

ΣΙΔ'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Θεοπρεπῶς καὶ μεγαλοφυῶς, μᾶλλον δὲ ὑπερφυῶς χρὴ τὸν νοῦν περὶ τῆς θείας οὐσίας τε καὶ αὐθεντίας λογιζόμενον, εὐσεβῶς καὶ χρησίμως, καὶ ὡς ἐνδέχεται τὰ δυσθήρατα καὶ δύσφραστα, μᾶλλον δὲ ἄφραστα τοῖς ἀκούουσι διὰ τῆς γλώττης, εἰ χρεία καλέσει, φράζειν, διισχυριζόμενον ἐκ τῶν τῆς Προνοίας ἔργων, ὅτι ἔστιν, οὐ τί ἐστι πολυπραγμονοῦντα. Τὸ μὲν γὰρ ἐφικτὸν καὶ ἁλώσιμον, τὸ δὲ ἀνέφικτον καὶ ἀθήρατον.

CCXIV. — LAMPETIO EPISCOPO.

Modo Divinitati consentaneo, et excellenti, atque adeo natura præstantiori mentem de divina essentia et auctoritate considerationem ineuntem, pie ac fructuose, et quatenus facultas fert, ea, quæ ægre investigari atque exponi, vel, ut rectius loquar, nullo modo exponi queunt, apud auditores per linguam, si ita opus sit, eloqui oportet: quod Deus sit, ex operibus asserentem, quid autem sit, minime perscrutantem. Illud enim consequi atque comprehendere possumus: hoc autem captum omnem et comprehensionem excedit.

ΣΙΕ'. — ΗΡΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Οἱ τέχνῃ λόγων τἀληθὲς συσκιάζοντες, πολλῷ μοι δοκοῦσι τῶν τοῦτο μὴ κατειληφότων ἀθλιώτεροι εἶναι. Οἱ μὲν γὰρ διὰ βραδυτῆτα γνώμης ἀπολειφθέντες τῆς θήρας, ἴσως συγγνωστοί. Οἱ δὲ δι' ὀξύτητα μὲν γνώμης τοῦτο θηρεύσαντες, κακούργως δὲ τοῦτ' ἀφανίζοντες, συγγνώμης ἁμαρτάνουσι μείζονα.

CCXV. — HERONI SCHOLASTICO.

Qui sermonum artificio veritatem obnubunt, multo mihi miseriores iis esse videntur, qui eam minime perceperunt. Nam qui ob ingenii tarditatem eam haudquaquam assecuti sunt, iis fortasse venia tribui possit. Qui autem ob mentis acumen eam indagarunt, malitioso autem ac veteratorio animo ex hominum oculis subduxerunt, gravius peccant quam ut ipsis ignosci debeat.

ΣΙϚ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Πρὸς Τιμόθεον, α'. Εἰς τὸ, « Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται. »

Οἱ μὴ συνέντες τὴν γνώμην τὴν ἀποστολικὴν,

CCXVI. — PALLADIO DIACONO.

In illud, « Si quis episcopatum desiderat. »

Qui apostolicam mentem minime intellexerunt,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Pro ἀργαλεωτέροις cod. Vat. 650 habet ἀργαλεώτερος. Possin.

(47) Confer. not. ad ep. 28 lib. II.

nec sapientiæ penetralia conspicati sunt, dum apostolica oracula sinistra interpretatione depravare minime periculosum esse censent, in vecordiam decidisse videntur. Quidnam enim est, quod dominandi cupiditate temulenti dicunt? Scriptum est, « Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat [50]. » Ego vero, quin hoc scriptum sit, haud quidem inficias ierim : quod autem ita, ut ipsis placet, intelligendum sit, plane repudiem. Maxime enim, prius etiam quam ad explanationem accedam, ea, quæ post hæc verba sequuntur, ad multos ab hac cupiditate reprimendos satis magnam vim habent. Neque enim cujuslibet hominis est imperium hujusmodi arripere, quod regnum quoque antecellit (illud quippe divina, hoc humana moderatur) : verum paucorum admodum, quos non minus iis, quibus
341 præsunt, quam pastores ovibus, ne quid amplius dicam, præstare æquum fuerit. Quid igitur ait? « Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, pudicum, modestum, hospitalem, doctorem, patientem, non vinolentum, non percussorem, sed mansuetum, non litigiosum, non avarum, domui suæ bene præpositum, filios habentem subditos cum omni gravitate (Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit?), Non neophytum : ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli [51]. » Ecquid autem horum a plerisque (quorum numerum ipse quoque auges) præstitum est, ut rem, quæ ipsorum captum superat, expetant? An ea ipsorum vita est, in quam nulla reprehensio cadat? An ea vigilantia sunt, ut animi oculum insomnem habeant? An pudicitiæ laude ita exsplenduerunt, ut non modo integram atque incolumem mentem habeant, verum etiam eos, qui in impuros concubitus tanquam œstro quodam ac furore perciti feruntur, vel tacentes ad meliorem mentem revocent? An tanta ipsis modestia inest, ut et ex ipso incessu et aspectu, et ex ipsa voce, spectatoribus terrorem injicere queant? (Siquidem ii, qui episcopatum nacti sunt, non secus atque universæ philosophiæ simulacrum spectandos sese præbere debent.) An usque adeo hospitales sunt, ut ignotos etiam pauperes domum ad epulas invitent? An doctrinæ sermonem studio ac meditatione ita consecuti sunt, ut etiam cœlestis gratia arcanorum ac spiritualium sermonum fontes in ipsorum lingua collocarit? An ea in ipsis mansuetudo ac morum facilitas emicuit, ut nunquam adversus quemquam debacchati sint? An a pecuniarum amore ita abhorrent, ut honestis etiam ac justis rationibus partas facultates egentibus distri-

A μηδὲ τὸ βάθος τῆς σοφίας κατοπτεύσαντες, τὸ παρερμηνεύειν τὰ ἀποστολικὰ θεσπίσματα ἀκίνδυνον ἡγούμενοι, κινδυνεύουσιν εἰς ἀλογίαν ἐκπεπτωκέναι. Τί γὰρ ὑπὸ φιλαρχίας μεθύοντες φράζουσι; Γέγραπται· « Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. » Τὸ μὲν οὖν γεγράφθαι τοῦτο, οὐκ ἂν ἀρνησαίμην, τὸ δ' οὕτω νοεῖσθαι, ὡς οὗτοι βούλονται, παραγραψαίμην. Μάλιστα γὰρ καὶ πρὸ τῆς ἑρμηνείας, δεινὰ τὰ ἑπόμενα τοῖς εἰρημένοις, ἀναστεῖλαι τοὺς πολλοὺς τῆς τοιαύτης ἐπιθυμίας. Οὐ γὰρ πάντων τὸ δύνασθαι τοιαύτης ἀρχῆς ἀντιλαβέσθαι, ἥτις καὶ βασιλείας ἐστὶν ὑψηλοτέρα· ἡ μὲν γὰρ τὰ θεῖα, ἡ δὲ τὰ ἐπίγεια διέπει πράγματα· ἀλλ' ὀλίγων κομιδῇ, οἳ τοσοῦτον τῶν ἀρχομένων δίκαιοι ἂν εἶεν διαφέρειν, ὅσον οἱ ποιμένες τῶν
B προβάτων, ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον. Τί οὖν φησι; « Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος (εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς Ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται;), μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου (48). » Τί τούτων κατορθώσαντες οἱ πολλοὶ, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς τυγχάνεις, ἐρῶσι πράγματος αὐτοῖς ἀνεφίκτου; Ἀνεπίληπτον ἔχουσι βίον; Ἀλλὰ τοσαύτη πρόσεστιν αὐτοῖς νῆψις, ὡς ἀκοίμητον ἔχειν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα; Ἀλλὰ σωφροσύνη τοσοῦτον δι-
C έλαμψαν, ὡς μὴ μόνον σῶας ἔχειν τὰς φρένας, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰστρῶντας καὶ μαινομένους περὶ τὰς ἀκαθάρτους (49) μίξεις, καὶ σιγῶντας σωφρονίζειν; Κοσμιότης δὲ αὐτοῖς τοσαύτη πρόσεστιν, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ βαδίσματος, καὶ ἀπὸ τοῦ βλέμματος, καὶ ἀπὸ τῆς φωνῆς καταπλήττειν δύνασθαι τοὺς ὁρῶντας; Ὡς γὰρ ἄγαλμα φιλοσοφίας ἁπάσης, τοὺς τὴν ἐπισκοπὴν λαχόντας (50) πανταχοῦ φαίνεσθαι χρή. Ἀλλὰ φιλόξενοι τοσοῦτόν εἰσιν, ὡς καὶ τοὺς ἀγνῶτας πένητας οἴκαδε καλεῖν ἑστιασομένους; Ἀλλὰ τὸν διδασκαλικὸν οὕτως ἐκ μελέτης κατώρθωσαν λόγον, ὡς καὶ τὴν ἄνωθεν αὐτοῖς ἐπιφοιτῆσαι χάριν, καὶ πηγὰς λόγων πνευματικῶν ἐν τῇ γλώττῃ κατοικῆσαι; Ἀλλ' ἐπιεικείᾳ τοσαύτῃ διαλάμπουσιν, ὡς κατὰ μηδενὸς μηδεπώποτε πεπαρῳνηκέναι; Ἀφιλάρ-
D γυροι δὲ τοσοῦτόν εἰσιν, ὡς καὶ τὰ δικαίως προσόντα τοῖς δεομένοις διανεῖμαι; Ἀλλ' ἀνεξίκακοι τοσοῦτόν εἰσιν, ὡς καὶ τοὺς εἰκῇ ὑβρίζοντας, καὶ αἰτιωμένους φέρειν; τἄλλα δὲ αὐτοῖς πρόσεστι πλεονεκτήματα, ἃ τὸν ἄριστον ποιμένα ὑπογράφων ὁ Παῦλος ἐξέφρασε; Τί ἐστι τὸ ἐπᾶραν αὐτοὺς εἰς τοσαύτην ἐκβακχευθῆναι μανίαν; Δέον γὰρ ἀγαπᾷν, ὅτι εἰς τὴν τῶν ὑπηκόων τάξιν τελοῦσι (σιωπῶ γὰρ ὅτι ἐξ

[50] I Tim. III, 1. [51] ibid. 2-6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(48) Post διαβόλου addit cod. Vat. 650 hæc omnia : Δεῖ δὲ καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. Τί τούτ., etc. POSSIN.

(49) Cod. idem pro ἀκαθάρτους legit ἀκράτους. ID.

(50) Τοὺς... λαχόντας idem cod. in singulari ponit, τὸν... λαχόντα. ID.

ὧν δρῶσι (51), ταυτης, εἴ τι τῶν δεόντων ἐγίνετο, δίκαιοι ἂν ἦσαν ἐξοστρακισθῆναι [52]), τῶν ἀνεφίκτων ἐφίενται, καὶ ἐπισκοπῆς ἔρωτα ἑαυτοῖς τρέφουσι, καὶ τὸν Ἀπόστολον τὸν τὸ ὀλέθριον αὐτῶν πάθος ἰάσασθαι σπουδάσαντα, ὡς συνηγοροῦντα τῷ νοσήματι αὐτῶν εἰς μαρτυρίαν προβάλλονται. Ἐγὼ μὲν βουλόμενον τὸν λόγον κατ' αὐτῶν ὁρμῆσαι, καὶ τὰς ἡνίας ἀφεῖναι (53) ὠδίνοντα, κεφαλαιωδεστέρων τε ἅψασθαι πραγμάτων, καὶ δεῖξαι ὡς οὐδὲ εἰς Χριστιανοὺς τελεῖν δίκαιοι ἂν εἶεν οἱ οὕτως εἰς τὰς ἱερὰς ἐνυβρίζοντες Γραφὰς, καὶ παίζοντες ἐν οὐ παικτοῖς, ἐπέσχον μὲν ἀνάγκῃ πολλῇ, ὥσπερ ἵππον εἰς πεδίον ὁρμῶντα (54) τῷ χαλινῷ ἀνακρούσας (55), εἰς δὲ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ῥητοῦ βαδίσαι προὐτρεψάμην. Τί οὖν ἔφη ὁ θεσπέσιος ἀνὴρ, ὁ πολυόμματος νοῦς, ὁ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἀμέμπτως διοικήσας; « Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται. » Οὐκ εἶπε, Πᾶς τις ἐπισκοπῆς ὀρεγέσθω. Οὐ προσέταξεν, οὐκ ἐκέλευσεν, οὐκ ἐνομοθέτησεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ᾔδει τοὺς πολλοὺς τῇ φιλαρχίᾳ μεθύοντας, καὶ ἀρετῆς μὲν μὴ ἐφιεμένους, ἀρχῆς δὲ ἀντιποιουμένους, καὶ τοὺς μὲν τῆς ἐπισκοπῆς μὴ συνορῶντας ἱδρῶτάς τε καὶ πόνους καὶ κινδύνους, φροντίδας τε καὶ ἀγρυπνίας. Εἰς αὐτὸν (56) γὰρ πᾶσαι ἐπαιώρηνται τῶν ὑπηκόων αἱ χρεῖαι. Τίνες δὲ αὗται; Τῶν ἱερωμένων αἱ δοκιμασίαι, τῶν πεινώντων αἱ τροφαὶ, τῶν διψώντων τὰ πόματα, τῶν γυμνῶν τὰ ἄμφια, τῶν ἀδικουμένων αἱ προστασίαι, τῶν ὀρφανίαν ὀδυρομένων αἱ κηδεμονίαι, τῶν χηρῶν ἡ ἀντίληψις, τῶν ἀδικούντων αἱ ἐπεξελεύσεις, τῶν παρανόμως ἄρχειν πειρωμένων ἔλεγχοι, τῶν ἀῤῥωστούντων αἱ θεραπεῖαι, τῶν σκανδαλιζομένων ἐκ πυρώσεως αἱ ἐπανορθώσεις, τῶν ἐν δεσμωτηρίοις αἱ λύσεις, τῶν ἐν συμφοραῖς αἱ παραμυθίαι, τῶν πταιόντων οἱ σωφρονισμοί. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα πάντα, καὶ πολλῷ τούτων πλείονα, ἅπερ, ἵνα μὴ πάντα καταλέγων μηκύνω τὸν λόγον, παρέλιπον, τῆς ἐπισκοπῆς ἐχούσης τὰ ἆθλα, τινὲς ἀρχὴν καὶ ἄνεσιν καὶ τρυφὴν αὐτὴν εἶναι ᾤοντο, καὶ μήτε τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐξετάσαντες, μήτε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἐννοήσαντες, ἐπεπήδων τῷ πράγματι (57). ἀναστέλλων αὐτῶν τὴν κινδυνώδη ὁρμὴν,

A buerint? An ea patientia prædili sunt, ut eos etiam, a quibus sine ulla causa contumeliis afficiuntur, et accusantur, perferant? An denique alia ea ipsis ornamenta præsto sunt, quæ Paulus, optimum pastorem pingens, exposuit? Quidnam, quæso, est, quod eos in tantum furorem præcipites egit? Nam pro eo atque præclare secum actum putare debebant, quod in subditorum classe censentur (taceo enim quod ea quoque si quid eorum, quæ oporteret, facerent, ob sua flagitia exturbati mererentur), ipsi contra ea appetunt, quæ consequi nequeunt, atque episcopatus amorem in seipsis alunt, Apostolumque qui exitialem eorum morbum profligare studuit, tanquam morbo suo patrocinantem testem citant. Equidem ipse orationem, adversus eos impetum fa-
B cere gestientem, habenasque omnes remittere properantem, resque magis summarias attingere, atque illud demonstrare, ne dignos quidem qui inter Christianos censeantur, eos esse, qui in sacras Scripturas ita contumeliosi sunt, sicque in minime ludicris rebus ludunt, **342** summa vi retinui, ac tanquam equum in campum ruentem freno retraxi: eamque ut ad hujusce dicti explorationem sese conferret, impuli. Quid igitur divinus ille vir dixit? illa, inquam, oculatissima mens, ille, inquam, qui hujusmodi imperium sine ulla reprehensionis nota administravit? « Si quis episcopatum desiderat. » Non dixit, Unusquisque episcopatum desideret. Non præcepit, non imperavit, non lege sanxit. Verum quoniam multos esse norat, qui dominandi cupidi-
C tate, velut ebrietate quadam correpti tenerentur, ac virtutem quidem minime expeterent, imperium autem affectarent, atque episcopatus labores et sudores ac pericula, curasque et vigilias minime perspicerent. Ad eum enim omnia ea quibus subditi opus habent, suspensa sunt. Quæ tandem ista? Eorum, qui divino cultui consecrati sunt, explorationes, esurientium alimoniæ, sitientium pocula, nudorum indumenta, eorum quibus injuriæ inferuntur, præsidium; eorum qui orbitatem lugent, procurationes; viduarum defensio; eorum qui in-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(51) Post δρῶσι cod. Vat. 650 inserit καί. Versu sequenti pro ἦσαν scribit εἴησαν, et mox inter ἔρωτα et ἑαυτοῖς ponit ἐν. Id.

(52) *Δίκαιοι ἂν ἦσαν ἐξοστρακισθῆναι.* Ait Isid. multos esse in sacerdotali ordine constitutos, qui, si recte viveretur, et disciplina vigeret ecclesiastica, ne quidem in classe vulgarium Christianorum et laicorum haberent locum. Non igitur heri primum aut nudius tertius primo hoc malum in Ecclesiam Christi invasit. Ritt.

(53) Pro ἀφεῖναι cod. Vat. legit σαφηνίσαι· quæ lectio si recipitur mutandum erit vocabulum præcedens ἡνίας in ἀνίας, ut significet auctor sibi impetum fuisse manifestandi ægritudinem animi ac molestiam qua afficeretur videndo perniciosum in Ecclesia episcopatuum ambitum. Possin.

(54) *Ὥσπερ ἵππον εἰς πεδίον ὁρμῶντα.* Alludit ad proverb., Τὸν ἵππον εἰς πεδίον, de excitatissima ad rem aliquam alacritate. Τὸ δύσκολον καὶ δυσκατόρθωτον πρᾶγμα ἔργον καλοῦσιν, οὐ μόνον οἱ ἐξ ἐθνῶν σοφοὶ, ἀλλὰ καὶ αἱ ἱεραὶ Γραφαί. Suidas quo-
D que hoc adnotavit: Ἔργον ἐπὶ τοῦ δυσχεροῦς. Πολύβιος· Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς Συρακουσίους ἔργον εἴχοντο, οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν. Et mox: Ἐργῶδες μετὰ πόνου γινόμενον δυσχερές. Sic ipse Isid. sup. ep. 175 h. l. III: Τὸ μὲν εὑρεῖν τὸ δίκαιον, ἔργον· τὸ δὲ μὴ διαφθεῖραι εὑρόντα ἐργωδέστερον. Et inf. ep. 274 geminum in modum: Σαυτὸν μὴ ἐπίῤῥιπτε τοιούτῳ πράγματι, ὃ ἔργον μὲν ἐστι καταλαβεῖν· τὸ δὲ εὑρόντα μὴ διαφθεῖραι, ἐργωδέστερον τυγχάνει. Apud Aristotelem quoque creber est hic nominis usus in ista significatione. Ritt.

(55) Pro ἀνακρούσας cod. idem scribit ἀνακράσας, et vers. seq. pro βαδίσαι habet ἀνακάμψαι. Possin.

(56) Pro εἰς αὐτὸν cod. Vatic. εἰς αὐτὴν scribit, referens ad ἐπισκοπήν. Versu autem sequenti post τινὲς δὲ addit εἰσίν. Id.

(57) Pro τῷ πράγματι idem habet τοσούτῳ πράγματι. Vers. pro ἁπλῶς ἐγχειρεῖν idem legit αὐτοῦ; ἐγχ. Id.

juriam inferunt, ultiones; eorum qui flagitiose ac scelerate imperium gerere conantur, reprehensiones; ægrotorum curationes; eorum qui ob tentationes offenduntur, correctiones; eorum qui in vinculis sunt, solutiones; eorum qui in calamitatibus versantur, consolationes; eorum qui in peccatum labuntur, castigationes. Quoniam, inquam, cum hæc omnia, ac multo etiam his plura, quæ ne singulis commemorandis sermonem in longum producam, a me prætermissa sunt, certamina episcopatus habeat, quidam tamen animi oblectationem ac delicias eum esse arbitrabantur, atque nec viribus suis perpensis, nec imperii magnitudine considerata, ad hujusmodi negotium prosiliebant : ut periculosum eorum impetum reprimeret, eosque ne munus, quod plerumque captum ac facultatem excederet, temere aggrederentur, moneret, his verbis usus est : « Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. » Non dixit, Quilibet desideret : probe enim facit (sic enim locutus fuisset, si non opus ipsum, sed ejus amore flagrantem laudare voluisset), sed, « bonum opus desiderat. » Ut enim omittam quod arduum negotium, quodque ægre confici possit opus appellant non modo ii qui apud gentiles eruditi habiti sunt, sed etiam Scripturæ sacræ, cum aiunt, « Virum fidelem operosa res est invenire [33], » id quod ab omnibus intelligitur, eloquar. Opus est hæc res, vir optime, non ludus atque animi oblectatio : cura, non luxus ; munus referendis rationibus obnoxium, non imperium ab omni censura liberum atque immune ; paterna procuratio, non tyrannica licentia ; dispensatoria præfectura, non ejusmodi potestas quæ sub reddendarum rationum necessitatem minime cadat. Ego episcopatus opus mirifice laudo ; divinum enim est : ipsius autem amorem minime laudo ; periculosus enim est. Non dico : bene facit ; neque enim, ne probatissimos quidem viros hunc amorem in animo alere, verum pro viribus expellere oportet. Vide quemadmodum Apostolus (qui hujusmodi certaminis periculum fecerat, innumerisque sudoribus diffluebat, ac ne quis eorum, qui ipsius fidei commissi fuerant, quantum quidem in ipso erat, interiret, in vulneribus et **343** plagis, atque insidiis et mortibus versabatur) eos qui imperia ambiunt, ut harum palæstrarum expertes et imperitos, atque honorem solum ob oculos sibi proponentes, metu terroreque afficiat, ac modo non agitato capite clamet : Si quis episcopatum desiderat, labores intueatur, atque illud spectet, an ferendis illis par esse queat. Pericula conspiciat (adversus eum enim armis instruuntur invisibiles, ac plerumque etiam visibiles inimici), ac non honorem solum animo perpendat. Mortes contempletur, non delicias. Insidias et curas conspiciat : non autem in

A καὶ διδάσκων μὴ πράγματι ἁπλῶς ἐγχειρεῖν τοῖς πολλοῖς ἀνεφίκτῳ, ἔφη· « Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. » Οὐκ εἶπε, Πᾶς τις ὀρεγέσθω· καλῶς γὰρ ποιεῖ (τοῦτο γὰρ ἂν εἶπεν, εἴγε μὴ τὸ ἔργον, ἀλλὰ τὸν ἐρῶντα ἐπαινέσαι ἠβουλήθη)· ἀλλὰ, «Καλοῦ ἔργου.» Ἵνα γὰρ παρῶ, ὅτι τὸ δύσκολον καὶ δυσκατόρθωτον πρᾶγμα ἔργον καλοῦσιν, οὐ μόνον οἱ ἐξ ἐθνῶν σοφοὶ, ἀλλὰ καὶ αἱ ἱεραὶ Γραφαὶ λέγουσαι· «Ἄνδρα δὲ πιστὸν ἔργον εὑρεῖν·» τὸ παρὰ πάντων νοούμενον φράσω. Ἔργον ἐστὶν, ὦ βέλτιστε, τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἄνεσις· φροντὶς, οὐ τρυφή· λειτουργία ὑπεύθυνος, οὐκ ἀρχὴ ἀνεξέταστος· πατρικὴ κηδεμονία, οὐ τυραννικὴ αὐτονομία, οἰκονομικὴ προστασία, οὐκ ἀλογοθέτητος ἐξουσία. Ἐγὼ τὸ ἔργον τῆς ἐπισκοπῆς ὑπερφυῶς ἐπαινῶ· θεῖον γάρ· τὸν δ' B ἔρωτα τὸν ἐπ' αὐτῇ οὐκ ἐπαινῶ (58)· σφαλερὸς γάρ. Οὐ λέγω, Καλῶς ποιεῖ· οὐ γὰρ χρὴ τὸν ἔρωτα τοῦτον, οὐδὲ τοὺς λίαν εὐδοκίμους ἐν τῇ ψυχῇ τρέφειν, ἀλλὰ παντὶ σθένει ἐξωθεῖν. Θέα τὸν Ἀπόστολον, ἔμπειρον ὄντα τοῦ ἀγῶνος τούτου, καὶ μυρίοις ἱδρῶσι καταῤῥεόμενον, καὶ τραύμασι καὶ πληγαῖς, καὶ ἐπιβουλαῖς, καὶ θανάτοις ὁμιλοῦντα, ἵνα μηδεὶς τῶν ἐμπιστευθέντων αὐτῷ, τό γε αὐτοῦ μέρος, ἀπόληται, πῶς ἐκφοβεῖ καὶ δεδίττεται τοὺς ἀρχοντιῶντας, ἅτε ἀπείρους τούτων τῶν ἀγωνισμάτων, καὶ πρὸς μόνην τὴν τιμὴν ὁρῶντας, καὶ μονονουχὶ κινῶν τὴν κεφαλὴν βοᾷ· Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, βλεπέτω τοὺς πόνους, καὶ σκοπείτω εἰ πρὸς τούτους ἀρκέσαι δύναται. Ὁράτω τοὺς κινδύνους (ἐπ' αὐτὸν γὰρ φράττονται ἀόρατοι καὶ ὁρατοὶ πολλάκις ἐχθροὶ), καὶ μὴ ἐννοείτω μόνον τὴν τι- C μήν. Θεάσθω τοὺς θανάτους, καὶ μὴ τὴν τρυφήν. Συνοράτω τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τὰς φροντίδας, καὶ μὴ πρὸς τὴν ἄνεσιν νευέτω. Ἴστω, ὅτι εἴ τις εἰς ἐκεῖνον ἀχθείη τὸν θρόνον, χειροτονεῖται νομίμως ἀθλήσων, ἀλλ' οὐκ ἀκινδύνως τρυφήσων. Ὁ γὰρ τῆς τιμῆς μόνης ἐγκρατὴς γενόμενος, καὶ τἄλλα πάντα τὰ τῇ ἐπισκοπῇ προσήκοντα δίκαια παρεωρακὼς, ἐνταῦθα μὲν μυρίαις βληθήσεται κατηγορίαις, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ καθαιρεθήσεται τῆς τοιαύτης ἀξίας, ἐκεῖσε δὲ καταβοηθήσεται παρὰ τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου βήματος· τῶν μὲν πεινώντων βοώντων, ὅτι Ἡμεῖς μὲν οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ἀπελαύσαμεν (59) τροφῆς· οὗτος δὲ τρυφήσας καὶ χρηματισάμενος τὰ λοιπὰ εἰς οἰκείας ἀνήλωσε φιλοτιμίας· τῶν δὲ D γυμνῶν λεγόντων, ὅτι Ἀργαλεώτερος ἡμῖν οὗτος τοῦ χειμῶνος ἐγένετο· τῶν δὲ ἀῤῥωστούντων, ὅτι Τοῦ νοσήματος ἡμῖν βαρύτερος ὤφθη· καὶ τῶν μὲν ὀρφανῶν, Οὐκ ἀπελαύσαμεν οὐδεμιᾶς προστασίας· τῶν δὲ χηρῶν, Οὐκ ἐδάνεισεν ἡμῖν οὗτος παραμυθίας λόγον· τῶν δὲ δεσμωτῶν, Οὐκ ἐπέσταξεν ἡμῖν οὗτος συμπαθείας δάκρυον· τῶν δ' ἐν συμφοραῖς, Οὐκ ὤρεξεν ἡμῖν οὗτος θεραπείας χεῖρα· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πάντων, ὧν ἐπίσκοπος κεχειροτόνηται, καταβοώντων. Τί οἴει τὸν ἀδέκαστον ποιῆσαι (60) κριτήν;

[33] Prov. xx, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(58) Pro his, τὸν δ' ἔρωτα τὸν ἐπ' αὐτῇ οὐκ ἐπαινῶ, cod. Vat. solum habet, τὸν ἔρωτα οὐκ ἐπαινῶ. Id.

(59) Cod. Vat. scribit ἀπηλαύσαμεν, idque idem iterat versu post quinto. Id.

(60) Cod. Vat. ποιήσεις et vers. post sexto pro παίζωμεν, παίξοιμεν scribit. Id.

A Οὐ κολάσειν σφοδρότερον, τὸν μηδὲ τῇ τιμῇ βελτίω γενόμενον; Παντὶ μὲν δήπου δῆλόν ἐστιν. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, καὶ τὴν ἀπόφασιν αὐτῷ ἀναγνώσομαι. « Διχοτομήσει γάρ, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει. » Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες μὴ παίζωμεν εἰς τὰ θεῖα. Οἱ γὰρ εἰς τὸ ἴδιον λογοθέσιον μόλις ἐπαρκέσαντες, ὅταν καὶ τοσούτων δήμων καταῤῥήσεις κατασκευάσωμεν ἑαυτοῖς, ποῦ φανούμεθα;

voluptatem animique remissionem oculos conjiciat. Illud sciat, quod si quis ad hunc thronum evehatur, idcirco instituitur, ut legitime certet, non autem ut citra periculum in luxu ac deliciis versetur. Nam qui honoris solius compos effectus est, aliaque omnia jura, quæ ad episcopatus administrationem attinent, contempsit ac pro nihilo duxit, tum hic sexcentis probris incessetur, atque etiam interdum de hujusmodi honoris gradu dejicietur; tum illic apud incorruptum judicem in tremendo illo tribunali clamoribus exagitabitur, nimirum fame oppressis clamantibus : Nobis ne necessario quidem cibo frui contigit, hic autem in luxu ac congerendis pecuniis versatus, reliqua in ambitionibus suis consumpsit. Nudis autem dicentibus : Hic nobis vi frigoris acerbiorem se præbuit; ægrotis item : Graviorem se nobis hic, quam morbus, exhibuit; pupillis : Nihil ab hoc opis ac præsidii consecuti sumus; viduis : Hic consolatoriam orationem minime nobis commodavit; in vincula conjectis : Hic nullas commiserationis lacrymas nobis fudit; calamitosis : Hic medicam manum nobis minime porrexit : ac denique ut summatim dicam, omnibus iis, quorum episcopus creatus est, cum clamore insectantibus. Quid porro incorruptum illum judicem facturum putas? Annon in eum acrius animadversurus qui ne ex ipso quidem honore melior effectus est? Nemini profecto id obscurum est. Quod si quis meis verbis diffidit, sententiam quoque recitabo : « Dividet enim eum, partemque ejus cum infidelibus ponet [32]. » Hæc igitur cum animis nostris reputantes, divinas res ludibrio ne habeamus. Nam qui privatis etiam rationibus reddendis vix pares fuerimus, postea quam tot populorum clamores et insectationes nobis ipsis comparaverimus, ubi tandem os nostrum ostendemus?

ΣΙΖ'. — ΣΕΡΗΝῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

B Οἱ μὲν τὴν ψυχὴν πρὸς ἀρετὴν ἀκονῶντες, ἅτε θείας φιλοσοφίας ὄντες αὐτοφυῆ ἀγάλματα, δι' ἀνάγκην προσομιλοῦσι τῷ σώματι, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἀρκούμενοι, τὸν τῆς φιλοχρηματίας ὄχλον, ἅτε πάσης κακίας πηγήν, μισοῦντες, μυρίων ἀπαλλάττονται κακῶν. Οἱ δὲ μόνον εἶναι σῶμα τὸν ἄνθρωπον ἀλογίστως ἡγούμενοι (ὧν ἕνα σε εἶναί τινες ἰσχυρίζονται, ἐγὼ δὲ ἀπιστῶ), τὸν ἀκόρεστον ἔρωτα τῶν χρημάτων νοσοῦντες τῷ μηδέποτε κόρον λαμβάνειν βασανίζονται, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἀνηνύτῳ οἰστρούμενοι (61), ἀεί τε ἐν πενίᾳ εἶναι νομίζοντες, δρῶσιν ἃ δρᾷν οὐ θέμις. Χρὴ οὖν αὐτοὺς λογιζομένους ὅτι καὶ πλοῦτος μέγιστος, ὡς πρὸς τὰς ἀμέτρους ὀρέξεις, εὑρίσκεται πενία, καὶ ὡς πρὸς τὸ τῆς φύσεως αὔταρκες, ἡ πενία πλοῦτός ἐστι, παύσασθαι τῆς C τοιαύτης μανίας.

CCXVII. — SERENO DIACONO.

Qui animum ad virtutem acuunt, ut qui divinæ philosophiæ nativa simulacra sint, necessitate compulsi commercium cum corpore habent, rebusque necessariis contenti, avaritiæ tumultum ac molestiam, ut vitii omnis fontem, odio insectantes, innumeris malis eximuntur. Qui autem solum corpus
344 hominem esse inconsiderate arbitrantur (quorum in numero te esse nonnulli affirmant, ego vero minime adducor ut credam), inexplebili opum amore laborantes, hoc ipso quod nunquam eos satietas capit, excruciantur, atque irritæ cupiditatis œstro perciti, seque perpetua inopia premi existimantes, perpetrant quæ perpetrare nefas est. Quocirca ipsos oportet, cum animo suo illud volventes, quod et amplissimus census, si cum immoderatis appetitionibus conferatur, paupertas invenitur, contraque si, quantum naturæ sat sit, spectetur, paupertas divitiarum rationem habet, hujusmodi insaniæ finem constituere.

ΣΙΗ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Πολλοί μέν σε δεινῶς σφόδρα καὶ καταφορικῶς ἐκκωμῳδοῦσι, καὶ παρὰ πάντων πιστεύονται. Ἐμοὶ δὲ τάχιστα καὶ εὐπρεπέστατα λελέξεται, ὅτι δίκαιος ἂν εἴης, κἂν ὀψὲ τῆς ἡλικίας, γνῶναι ὅτι μυρίων τιμωριῶν πρόξενοί εἰσιν αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί.

CCXVIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Permulti te graviter sane et acriter traducunt : ac fidem apud omnes nanciscuntur. Ego vero celerrime congruentissimeque hoc dixerim, æquum esse te, simili saltem ætate, illud scire, corporis voluptates innumeros cruciatus accersere.

ΣΙΘ'. — ΟΥΡΣΕΝΟΥΦΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

β' Βασιλειῶν. Περὶ Ἀβεσαλὼμ, καὶ τοῦ τελευτήσαντος πλήθους ἐν τῇ ὀργῇ τοῦ λοιμοῦ (62), ὁπηνίκα Δαβὶδ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐξηρίθμησεν. D

Ὁ μὲν Ἀβεσαλὼμ δίκην παρὰ τῆς θείας ἀπῃτήθη

CCXIX. — URSENUPHIO LECTORI.

De Absalon, et de multitudine quæ in ira pestis periit, quando David populum suum numeravit [33].

Absalon quidem a divina justitia supplicio affe-

[32] Luc. XII, 46. [33] II Reg. XXIV, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(61) Cod. Vat. 650 οἰστρούμενοι mutat in ὑστερούμενοι. ID.

(62) Confer Isidor. ep. 39 lib. I. Eamdem causam puniti populi Judaici etiam S. Eulogius reddit apud

tus est, quod exauctorandi patris causa probi judicis speciem præ se tulisset, subditosque per hujusmodi lenocinium sibi devinxisset. Imperium enim ambiebat ac stipatorum manum cogebat, atque ad sublimem tyrannidem velut exstructis turribus aditum sibi muniebat. Qui autem ad ejus partes sese adjunxerant, ac tyrannidem tantum non exstruxerant (siquidem in hujus principium, in illius autem finem oculos conjiciebant), pœnam, etsi non statim (mœrorem enim concepisset David, subditis, imo, ut rectius loquar, regia dignitate orbatus), at certe non ita multo post persolverunt. Pestis quippe eos depasta est, non serpens, nec pedetentim progrediens, verum confertim ac funditus universam gentem populans. Quamvis enim hujusmodi cædi causam aliam imposuit : at supplicii tamen radix ex illa culpa orta est, quæ aliquanto postea fructum tulit, hoc est, in opus processit, tum scilicet, cum de rege quoque, ob censum præter divinam voluntatem populum, supplicium sumi oportebat. Nam cum illi, re quidem ipsa ob suum, verbo autem ob regis peccatum morte afficerentur, ipse quoque in maxima calamitate versabatur. Cupiebat enim cum gloria potius mori quam amissis subditis turpiter vivere. Quod si quis minorem mihi fidem adhibet, audiat ipsum dicentem, « Sit super me manus tua, et super domum patris mei [34]. » Neque enim alii pro alio, ut existimas, pœnas pependerunt, verum cuique quod aptum erat tributum est. **345** Ab illis quippe ob admissum non ita pridem peccatum, ab hoc autem ob præsentem culpam pœna expetita est : divina videlicet sententia tempus idoneum nacta, in quo, et ab illis, et ab ipso pœnas exigeret.

δίκης, ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ οἰκείου πατρὸς προσποιησάμενος ἀγαθὸς εἶναι δικαστὴς καὶ τοὺς ὑπηκόους διὰ ταύτης τῆς κολακείας οἰκειωσάμενος. Ἐμνᾶτο γὰρ ἀρχὴν, καὶ δορυφόρους συνεκρότει, καὶ ὑψηλὴν τυραννίδα ἐπύργου. Οἱ δὲ συνδραμόντες καὶ μονονουχὶ κατασκευάσαντες τὴν τυραννίδα (ἀπέβλεπον γὰρ τοῦ μὲν εἰς τὴν ἀρχὴν (63), τοῦ δὲ εἰς τὴν τελευτὴν), δίκην, εἰ καὶ μὴ παραχρῆμα (ἐλυπήθη γὰρ ἂν ὁ Δαβὶδ, τῶν ὑπηκόων, μᾶλλον δὲ τῆς βασιλικῆς ἀξίας ἀποστερούμενος), ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον ἀπῃτήθησαν. Ὁ γὰρ λοιμὸς αὐτοὺς ἐπενείματο, οὐχ ἕρπων, οὐδὲ κατὰ βραχὺ προϊὼν, ἀλλ' ἀθρόως καὶ ἡβηδὸν ἅπαν τὸ ἔθνος καταβοσκόμενος. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλην αἰτίαν ἐπέθηκε τῇ τοιαύτῃ σφαγῇ, ἀλλ' ἡ ῥίζα τῆς τιμωρίας ἐξ ἐκείνου μὲν τοῦ πταίσματος ἔφυ, μετ' οὐ πολὺ δὲ καρπὸν ἤνεγκε, τουτέστιν εἰς ἔργον ἐχώρησεν, ὅτε καὶ τὸν βασιλέα ἐπὶ τῷ παρὰ τὴν θείαν γνώμην ἀριθμῆσαι τὸν λαὸν ἐχρῆν δοῦναι δίκην. Ἐκείνων γὰρ ἀναιρουμένων, ἔργῳ μὲν ὑπὲρ οἰκείας, λόγῳ δὲ ὑπὲρ τῆς τοῦ βασιλέως ἁμαρτίας, καὶ αὐτὸς ἐν μεγίστῃ (64) καθειστήκει συμφορᾷ. Ἐβούλετο γὰρ εὐκλεῶς τεθνάναι, ἢ ἀκλεῶς ζῇν, τῶν ὑπηκόων στερηθείς. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ἀκουέτω αὐτοῦ λέγοντος, « Γενέσθω ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. » Οὐ γὰρ ἄλλοι ὑπὲρ ἄλλου ἐκολάσθησαν, ὡς ἐνόμισας· ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον ἀπενεμήθη. Οἱ μὲν γὰρ τῆς πρὸ βραχέος γεγενημένης ἁμαρτίας, ὁ δὲ τῇ (65) παραχρῆμα ἀπῃτήθη δίκην· τῆς ἀδεκάστου ψήφου καιρὸν εὑρούσης ἐπιτήδειον, ἐν ᾧ κἀκείνους καὶ τοῦτον δίκην εἰσπράξεται.

CCXX. — AUSONIO CORRECTORI.

Vel solus, vel certe præsertim illud curare debes, ut, quantum in te est, subleventur ii qui in calamitates inciderunt.

ΣΚ'. — ΑΥΣΟΝΙῼ ΚΟΡΡΗΚΤΩΡΙ (66).

Ἢ μόνος, ἢ μάλιστα φροντίσαι δίκαιος ἂν εἴης, ὅπως, τόγε σὸν μέρος, ἐπικουφισθῶσιν οἱ συμφοραῖς περιπεπτωκότες.

CCXXI. — MARONI ET EUSTATHIO.

Audio vos, cum ea vitia, ad quorum magnitudinem nihil accedere possit, palam designetis, flagitia tamen vestra voluntate minora existimare : et cum non audenda facinora audaci animo perpetretis, timidos tamen vos ipsos atque ignavos esse censere, propterea quod id omne, quod voluntas vestra fert, operibus conspicuum facere nequeatis. Quapropter si verus hic rumor est, ab hujusmodi animi instituto absistite, ne alioqui furiæ quædam, aut dæmones, humanam formam gerentes, esse existimemini.

ΣΚΑ'. — ΜΑΡΩΝΙ ΚΑΙ ΕΥΣΤΑΘΙῼ (67).

Πυνθάνομαι ὡς πᾶσαν ὑπερβολὴν κακῶν ἐπιδεικνύμενοι, μικροτέραν τῆς βουλήσεως ἡγεῖσθε τὴν πρᾶξιν, καὶ τὰ ἀτόλμητα τολμῶντες, ἀτόλμους ἑαυτοὺς καὶ ἀνάνδρους ἡγεῖσθε, ὅτι μὴ δύνασθε πᾶσαν τὴν βούλησιν διὰ τῶν πράξεων δηλῶσαι. Εἰ τοίνυν ἀληθὴς ἡ φήμη, παύσασθε τῆς τοιαύτης προαιρέσεως, ἵνα μὴ ἀλάστορες, ἢ δαίμονες ἀνθρωπόμορφοι νομισθείητε.

[34] II Reg. xxv, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Photium in *Bibliotheca*, pag. 462. Quæ ideo notanda sunt, ne insons et innoxia plebs punita videatur, quod a justitia Dei alienum videri posset. RITT.

(63) Pro τὴν ἀρχὴν cod. Vat. 650 habet τὴν ἀκμήν. POSSIN.

(64) Idem cod. legit, καὶ αὐτόθεν ἐν μ. ID.

(65) Cod. Vat. 650, τήν. ID.

(66) Inscribitur hæc ep. in cod. Vat. 650 non Αὐξονίῳ, sed Αὐσονίῳ. Initium hujus ep. satis diversum idem cod. exhibet hoc modo : Ἡμῶν μάλιστα φροντίς σοι δικαίως ἂν εἴη, ὅπως, etc., quæ valde suspicor esse puram scriptionem archetypam. POSSIN.

(67) In cod. Vat. 650 hæc ep. viris quatuor inscribitur quorum duos tantum posteriores editio exprimit ; sed ante hos in illo cod. legitur : Μαρτινιανῷ, Ζωσίμῳ, *Martiniano*, *Zosimo*. ID.

ΣΚΒ'. — ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ.

Μέτριον ἀσκεῖν χρὴ, ὦ βέλτιστοι, τὸ φρόνημα. Μέτριον δέ φημι, οὐ τὸ πρὸς τοὺς μείζους κολακευτικὸν, ἀλλὰ τὸ πρὸς τοὺς ἐλάττους συγκαταβατικόν· οὐ τὸ δουλοπρεπὲς, ἀλλὰ τὸ ἥμερον· οὐ τὸ ὑποκρίσεως μεστὸν, ἀλλὰ τὸ ἄδολον καὶ ἐλευθέριον, καὶ καπηλείαν μὴ ἐπιστάμενον.

A CCXXII. — IISDEM.

Animi moderationi, optimi viri, studendum est. Per moderationem autem, non assentationes et blanditias majoribus adhibitas, sed demissionem ad inferiores; non servilem affectum, sed lenitatem ac morum facilitatem, non hypocrisi plenam, sed simplicem et ingenuam, cauponariæque artis ignaram intelligo.

ΣΚΓ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Οὐ μετρίως ᾄδῃ κατὰ τὴν πόλιν, ὦ πάντα μικρὰ πρός σε φθέγξασθαι. Τῆς γὰρ περιμαχήτου καὶ ποθεινοτάτης ἅπασιν ἀρχῆς, νῦν, εἴπερ ποτὲ, σφοδρὸν ἑαυτῆς ἔρωτα τοῖς ἀνθρώποις ἐμβαλούσης, καὶ ῥᾳδίως ἑαυτὴν τοῖς ἐρῶσι παρεχούσης, οὐ μόνον οὐκ ὠνειροπόλησας (68), ἀλλ' οὐδὲ καλούμενος ὑπήκουσας, οὐδὲ προτεινομένην ἥρπασας, ἡγούμενος ἀρχὴν εἶναι μεγίστην, καὶ πρέπουσαν ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ, τὸ ἄρχειν ἑαυτοῦ δύνασθαι, τὸ τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐπιστῆσαι. Μετὰ δὲ τοῦτο, εὖ καὶ καλῶς ἑώρακας, τὴν ἀκριβῆ ἐλευθερίαν ἐν ταῖς ἡσυχίαις, ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς περιβλέπτοις ταύταις ταῖς ἀρχαῖς χορεύουσαν. Πολλῆς γὰρ ἀνάγκης εἶναι εἰκότως νενόμικας τῶν μὲν ἄρχειν, ἑτέροις δὲ δουλεύειν· καὶ τοῖς μὲν ἐπιτάττειν, τοῖς δὲ ὑπακούειν· καὶ τοὺς μὲν ἀδικεῖν, τοῖς δὲ χαρίζεσθαι· καὶ τοῖς μὲν ὑποκεῖσθαι, τοῖς δὲ ἐπικεῖσθαι· καὶ τοὺς μὲν φοβεῖσθαι, ὑπὸ δὲ τῶν μισεῖσθαι. Ἡγούμενος οὖν δίκην διδόντων, οὐ τιμὴν λαμβανόντων ταῦτ' εἶναι, ἐκείνην μὲν εἰκότως παρῃτήσω, περὶ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν, τὴν σπουδὴν ἔτρεψας. Εἰ δέ τινες τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων οὐκ ἔχοντες ὀρθὴν, μᾶλλον δὲ τὸν λογισμὸν ἀπολωλεκότες, αἰτιῶνταί σε, μάλιστα μὲν οὐδὲ λόγου ἀξιωθῆναι ὀφείλουσιν, ἄνθρωπον αἰτιώμενοι, τὸν στεφάνων ἄξιον. Εἰ δὲ χρὴ ἀκροβολίσασθαι (69) πρὸς αὐτοὺς, ἐκεῖνο εἰπέ. Ἴσως ἐοίκατε ἀγνοεῖν, ὅτι εἰς τυραννίδα τὸ τῆς πρᾳότητος μετακεχώρηκεν ἀξίωμα. Εἰ μὲν γὰρ ἔχετε δεῖξαι τὴν ἀρχαίαν ποιμαντικὴν καὶ νῦν κρατοῦσαν, μάλιστα μὲν τὸν ἥττονα ἡγησάμενον εἶναι τοῦ πράγματος, καὶ ἀποφυγόντα, δίκαιοι ἂν εἴητε ἐπαινεῖν (70). Εἰ δὲ δυνάμενος παρῃτήσατο, μὴ μόνον ἀπολυέσθω τῆς κατηγορίας, ἀλλὰ καὶ δίκας ἀπαιτείσθω. Εἰ δὲ εἰς τοὐναντίον μετακεχώρηκε, μὴ ἀπαιτείσθω. Τότε μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν προβάτων ἀπέθνησκον· νῦν δὲ τὰ πρόβατα ἀναιροῦσιν οἱ ποιμένες, οὐ τὰ σώματα σφάζοντες· ἧττον γὰρ ἦν κακόν (71)· ἀλλὰ τὰς ψυχὰς σκανδαλίζοντες. Καὶ τότε μὲν νηστείαις τὸ σῶμα ἐσωφρόνιζον, νῦν δὲ τρυφαῖς σκιρτᾷν παρασκευάζουσι. Καὶ τότε μὲν τὰ ἑαυτῶν τοῖς δεομένοις διένεμον· νῦν δὲ τὰ τῶν πενήτων σφετερίζονται. Καὶ τότε

CCXXIII. — HIERACI PRESBYTERO.

Non mediocriter in urbe celebraris, o quonam pacto te appellem! Quidquid enim dicatur, si tui ratio habeatur, exiguum est. Nam cum vehementer ab omnibus expetitum, et de quo tanta contentione certatur, imperium, nunc, si unquam alias, acrem
B sui amorem mortalium animis injiciat, facileque sese amantibus fruendum præbeat, tu tamen non illud tantum per somnium minime tibi effinxisti, sed ne vocatus quidem paruisti, nec porrectum imperium arripuisti: quod scilicet existimares maximum, ac probo et honesto viro congruens imperium esse, sibiipsi imperare posse, ac rationem iracundiæ ac voluptatibus præficere. Postea autem istud quoque probe ac præclare perspexisti, veram libertatem in quiete, ac non in conspicuis hujusmodi imperiis, velut choros agitare. Ingentis enim molestiæ merito judicasti, aliis præesse, aliis servire; aliis imperare, aliis parere; alios lædere, aliis gratificari; aliis subjici, aliis superjectum esse; alios pertimescere, aliis odio esse. Quamobrem hæc
C eorum esse, qui pœnas darent, non qui honorem acciperent, existimans, imperium optimo jure repudiasti, atque ad animi curam, studium et operam convertisti. **346** Quod si quidam recto rerum judicio carentes, vel, ut rectius loquar, mente ac ratione orbati, te accusant, maxime quidem nec digni sunt, ad quos sermo habeatur, ut qui eum, qui corona dignus est, accusandum putent. Quod si adversus eos velitandum est, hanc orationem habe: Illud fortasse ignorare videmini, lenitatis ac mansuetudinis dignitatem in tyrannidem transiisse. Nam si hoc ostendere potestis, veterem pascendi gregis rationem nunc quoque vigere, maxime quidem cum, qui se huic negotio imparem esse arbitratus est, ac propterea in fugam se dedit, a vobis laudari æquum
D fuerit. Si autem cum id exsequi posset, munus istud defugit, non modo crimine non solvatur, sed etiam in eum animadvertatur. Sin vero res in contrarium cessit, ab eo pœnæ minime expetuntor. Tum enim salutis ovium causa mortem oppetebant: nunc autem pastores ovibus mortem inferunt, non

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(68) Ὠνειροπόλησας cod. Vatic. 650 in participio ponit, scribens ὀνειροπολήσας. Versu post hunc 4, pro his, τὸ ἄρχειν ἑαυτοῦ δύνασθαι, τὸ, cod. idem habet, ἄρχειν ἑαυτῷ δυναμένῳ καὶ τὸν λογισ., etc. Possin.

(69) Cod. Vat. 650 melius legit, εἰ δὲ χρὴ ἀκριβολογεῖσθαι, et versu mox sequenti pro εἰπὲ scribit εἰπεῖν. Id.

(70) Pro his, δίκαιοι ἂν εἴητε ἐπαινεῖν, cod. Vat. 650 commodius habet, δίκαιος ἂν εἴη τὸ ἐπαινεῖν. Vers. seq. μόνος ἀπολυέσθω, pro his cod. Vat. scribit, μόνος μὴ ἀπολύεσθε. Id.

(71) In cod. Vat. sic legitur, ἧττος γὰρ ἂν ἦν κ., etc. Id.

corpora jugulantes (levius enim hoc malum esset), verum animis offensionem afferentes. Tum jejuniis corpus castigabant : nunc autem, ut luxu ac deliciis exsultent, efficiunt. Tum bona sua egentibus distribuebant : nunc autem pauperum bona in rem suam vertunt. Tum virtutem colebant : nunc virtutis cultores proscribunt et eliminant. Tum castitatem mirificis laudibus efferebant : nunc autem, sed nihil molesti dicere volo. Nam hæc quoque eo duntaxat dicere cupio, ut eos, qui in culpa sunt, insectarer. Non enim omnes accusabo. Verum, cum ostendam quantum inter vetus ministerium ac præsentem tyrannidem intersit, quæ tandem causa est, quamobrem æqualitatis amantes coronis non redimitis ac prædicatis?

A μὲν ἀρετὴν ἤσκουν, νῦν δὲ τοὺς ἀρετὴν ἀσκοῦντας ἐξοστρακίζουσι. Καὶ τότε μὲν τὴν ἁγνείαν ἐξεθείαζον, νῦν δὲ, ἀλλ' οὐδὲν βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν. Καὶ γὰρ ταῦτ' εἶπον (72) ἐκκωμῳδῶν τοὺς ἐνόχους. Οὐδὲ γὰρ πάντας αἰτιάσομαι, ἀλλὰ δεικνὺς τὸ μέσον τῆς ἀρχαίας λειτουργίας, καὶ τῆς νυνὶ τυραννίδος, δι' ἣν αἰτίαν οὐ στεφανοῦτε, καὶ ἀνακηρύττετε τοὺς τῆς ἰσότητος ἐραστάς;

CCXXIV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Vir quidam philosophiæ nomine clarus mecum congressus, te quidem graviter accusabat, mirum illud sibi videri dicens, quod tu, qui ne ingenuo quidem sanguine ortus es, supercilium efferas, cervicemque attollas, atque extremis unguibus incedas, ac per aerem ambulare tibi videaris : denique per omnia corporis membra imperitiam tuam et ineptiam conspicuam reddas : contra autem priscam quamdam feminam Archedicen nomine mirificis laudibus in cœlum vehebat, cujus etiam epitaphium hujusmodi referebat :

Non mihi mens unquam tumuit, licet ipsa parentem

Regem habui, et fratres, pignoraque, atque virum.

Ego autem hos versus tibi indicandos existimavi. Hinc enim fortasse fiet, ut nunc saltem teipsum noscas.

ΣΚΔ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἀνήρ τις τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ σεμνυνομένων ἐντυχὼν B ἡμῖν, σοῦ μὲν δεινὴν ποιεῖτο (73) τὴν καταβοὴν, φάσκων θαυμάζειν, πῶς μηδ' ἐξ αἵματος ἐλευθερίου φὺς τὴν ὀφρὺν ἐπαίρεις, καὶ τὸν αὐχένα ὑψοῖς, καὶ ἐπ' ὀνύχων βαδίζεις, καὶ ἀεροβατεῖν νομίζεις, καὶ διὰ πάντων τῶν μελῶν τὴν ἀπαιδευσίαν ἐμφαίνεις· γυναῖκα δ' ἀρχαίαν ἐξεθείαζεν, ἧς καὶ τὸ ἐπιτάφιον ἐπίγραμμα ἀπήγγελλε λέγον,

Ἀρχεδίκη πατρὸς ἀνδρὸς, ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων

Παίδων τ'. Οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην (74).

Ἐγὼ δὲ ἐδικαίωσα αὐτὰ ταῦτα μηνῦσαι, τάχα πως κἂν νῦν γνοίης σαυτόν.

C

CCXXV. — STRATEGIO MONACHO.

Permulti homines invito animo injuria affici, timiditatis et ignaviæ, ultro autem ac voluntario animo lædi, maximum suavitatis ac patientiæ

347 argumentum esse ducunt. Qui autem recte de rebus judicare norunt, vel, ut rectius loquar, qui divinis Scripturis fidem habent, ne eos quidem, qui quamvis injuriam inviti accipiant, moderate vero ferunt, vel mercedibus privant, vel laudibus, suffragante maxime Paulo, atque his verbis utente : « Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, scientes vos habere meliorem substantiam in cœlis, ac manentem [88]. » Quod si dicas : Quid enim facere poterat, cum a potentiore læderetur? respondeam : Clamoribus ac maledictis insectari, diris devovere, traducere, molestiam forensem exhibere. Qui igitur cum hæc omnia facere posset, non tamen fecit, ei, qui ultro lædi appetiit, si non par,

ΣΚΕ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ἄκοντα πάσχειν κακῶς, ἀνανδρίας· τὸ δὲ ἑκουσίως ἑλέσθαι ἀδικηθῆναι, ἐπιεικείας καὶ φιλοσοφίας τεκμήριον τίθενται εἶναι μέγιστον. Οἱ δὲ ἐπιστάμενοι περὶ πραγμάτων κρίνειν ὀρθῶς, μᾶλλον δὲ οἱ ταῖς ἱεραῖς πιστεύοντες Γραφαῖς, καὶ τὸν ἀκουσίως μὲν ἀδικούμενον, φιλοσόφως δὲ φέροντα, οὔτε μισθῶν, οὔτε ἐπαίνων ἀποστεροῦσιν, ἐπιψηφίζοντος μάλιστα τοῦ Παύλου καὶ λέγοντος· « Καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν. » Εἰ δὲ φαίης, Τί γὰρ ποιῆσαι ἠδύνατο, ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου D ἀδικούμενος (75); φαίην, καταβοῆσαι, κακηγορῆσαι, ἐπαράσασθαι, διασῦραι, ἐνοχλῆσαι δικαστηρίοις. Ὁ οὖν ταῦτα πάντα δυνάμενος, πρᾶξαι μὲν, μὴ πράττων δὲ, τῷ ἑκουσίως ἑλομένῳ ἀδικηθῆναι εἰκότως ἂν εἰ καὶ μὴ συναριθμηθείη, ἀλλά γε ὑπαριθμη-

[88] Hebr. x, 34.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(72) Post εἶπον cod. idem addit οὐκ. Possin.

(73) Pro ποιεῖτο recte scribit cod. Vat. 650, ἐποιεῖτο. Vers. penult. et ult. pro ἐξεθείαζεν idem legit, ἐξεθείαζες. Vers. inde quinto, ἐδικαίωσα αὐτὰ ταῦτα μηνῦσαι, melius idem cod. ἐδικαίωσα αὐτὸν ταῦτα. etc. Id.

(74) Habetur integrum epigramma apud Thucydidem lib. vi. Fuit Archedica nobile scortum, de qua Herodotus et Athenæus. Illud autem epigramma esse a Simonide compositum didici ex Aristotelis *Rhetoric.* I, 9. Casaubon. *in epist. ad Rittershusium.*

(75) *Ὑπὸ δυνατωτέρου ἀδικούμενος.* Melius codex Vat. 650, ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου ἁρπαγεὶς ὁ ἀδύνατος. Possin.

A θείη (76). Εἰ δὲ χρὴ καὶ δεινότητι χρήσασθαι, καὶ τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, τάχα καὶ ὑπερακοντίσειεν ἐκεῖνον. Τῷ μὲν γὰρ τὸ βούλεσθαι ἀδικεῖσθαι, μεγίστην φέρει παραμυθίαν. Οὐ γὰρ ἂν ἠδικήθη, εἴ γε μὴ ἠβουλήθη. Τῷ δὲ μὴ βουληθέντι μὲν, ὑπομείναντι δὲ, καὶ μηδὲν πεποιηκότι δι' ὧν ἠδύνατο ἀμύνασθαι τὸν ἀδικήσαντα, ἅτε ἐσχάτης φιλοσοφίας βάσανον ἐπιδειξαμένῳ, λαμπρότερος πλακείη στέφανος.

suppar certe haud immerito existimari queat. Atque etiam, si dicendi vi ac facultate uti, ac sincere loqui oportet, illum quoque fortasse superarit. Huic enim, quod lædi voluerit, maximum affert solatium: Neque enim ille, nisi voluisset, injuria affectus fuisset. Qui autem, cum injuria affici nollet, illatam tamen tulit, nec quidquam eorum, per quæ eum, a quo læsus fuerat, ulcisci poterat, fecit: huic utique, ut qui extremæ cujusdam patientiæ documentum dederit, luculentior corona haud immerito texi queat.

ΣΚϚ'. — ΠΑΜΠΡΕΤΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Σύμβολόν ἐστιν, ὦ θαυμάσιε, μέγιστον τοῦ πεπεῖσθαι τὸν ἀκούσαντα, ὁ τῶν λεχθέντων ἔπαινος. Οὐ γάρ ἐστιν ἅτις οἴεται καλῶς ἔχειν, τούτοις φάσκειν μὴ πεπεῖσθαι. Ὥσπερ γὰρ ὅσα κακίζομεν, ἀποφεύ- B γειν σπουδάζομεν (77), εἰ σωφρονοῦμεν· οὕτως ἃ θαυμάζομεν, πάντως αἱρούμεθα. Τοῦ χάριν δὴ ταῦτα λέγω, ἴσως οὐκ ἀγνοεῖς, ὀφείλων ἣν ἐπῄνεσας συμβουλὴν εἰς πέρας ἀγαγεῖν.

CCXXVI. — PAMPRETIO DIACONO.

Maximo argumento est, vir admirande, fidem auditori factam esse, cum ea, quæ dicta sunt, laudat. Neque enim fieri potest, ut quæ aliquis probe atque commode dicta esse arbitratur, hæc sibi persuasa esse neget. Ut enim, quæ vituperamus, ea quoque, si sana mente sumus, fugimus: eodem modo, quæ laudamus ac suspicimus, ea quoque omnino amplexamur. Quorsum autem hæc dicam, fortasse non es nescius, qui consilium, quod laudasti, exsequi atque ad exitum perducere debes.

ΣΚΖ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Μὴ ἀγνόει, ὦ φίλος, ὅτι ὑπόθεσίς ἐστι τῆς μακαρίας ζωῆς, ἡ τῶν παθῶν νέκρωσις, ἧς οὐδὲν εὐκταιότερον, οὐδ' εὐκλεέστερον γένοιτ' ἄν.

CCXXVII. — STRATEGIO MONACHO.

Ne sis nescius, o amice, beatæ vitæ materiam turbulentorum animi motuum oppressionem esse: qua nec optabilius, nec præclarius quidquam esse queat.

ΣΚΗ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰ καὶ ἐπέθετό σοι ὁ κοινὸς ἁπάντων ἐχθρὸς, ὡς αὐτοβοεὶ περιεσόμενος, καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς ἅπασάν C σου τὴν πολιτείαν ληψόμενος, ἀλλ' αὐτὸς, ὡς ἐπυθόμην, ἀκοιμήτῳ σπουδῇ τὴν θείαν προβαλλόμενος συμμαχίαν, πολλοὺς μὲν αὐτῷ πόνους εἰς τὴν πολιορκίαν προὐξένησας, ἄπρακτα δὲ αὐτοῦ τὰ μηχανήματα, καὶ τὰς ἑλεπόλεις ἀπέδειξας, καὶ τὸ τρόπαιον κατ' αὐτοῦ λαμπρότερον ἔστησας. Συγχαίροντες οὖν σοι ἐπὶ τῇ νίκῃ (78), καὶ τὰ ἐπινίκια ᾄδοντες παραινοῦμεν γρηγορεῖν καὶ προσέχειν σαυτῷ. Ὁ γὰρ πολέμιος οὔτε αἰδεῖσθαι εἶδεν, οὔτε ἐρυθριᾷν ἐπίσταται, οὔτ' ἀπογινώσκει ἕως θανάτου, ἀλλ' ἀντὶ ὅπλων (79) καὶ μηχανημάτων ἀρκούμενος τῇ οἰκείᾳ φύσει, παντὶ καιρῷ ἐπιτίθεται οὐ τὸ ἡττῆσθαι ἐννοῶν, ἀλλὰ τὸ νικῆσαι ὀνειροπολῶν. Πάσῃ οὖν φυλακῇ τήρει τὴν σαυτοῦ καρδίαν. Οὐ γὰρ μονοειδὴς, ῥᾳδίως γὰρ ἂν ἑάλω, ποικίλη δέ τίς ἐστι καὶ πολύ- D τροπος, ἡ πρὸς αὐτὸν μάχη. Ὅταν μὲν γὰρ διὰ σωφροσύνης ἡττηθῇ (80), διὰ φιλοχρηματίας πολεμεῖ. Εἰ δὲ κἀνταῦθα τρωθείη, διὰ βασκανίας (81) ἐπι-

CCXXVIII. — EIDEM.

Quanquam te communis ille omnium hostis aggressus est, velut ad primum clamorem devicturus, atque omnem tuam vitæ rationem primo impetu arrepturus: tu tamen, ut accepi, pervigili studio divinam opem obtendens, multos quidem ipsi ad obsidionem labores conciliavisti, irritas autem ipsius machinas atque tormenta reddidisti, ac luculentum adversus eum triumphum erexisti. De victoria itaque tibi gratulantes, **348** ac triumphum canentes, te monemus, ut excubes, tibique animum et mentem adhibeas. Hostis enim nec pudore commoveri, nec rubore affici novit, nec ad extremum usque vitæ spiritum desperatione frangitur: verum armorum ac tormentorum loco natura sua contentus, omni tempore insidias struit, non se victum fuisse cogitans, sed superiorem abscessisse somnians. Quocirca omni custodia serva cor tuum. Neque enim simplex (nam facile deprehendi posset), verum varia et multiplex adversus eum pugna est. Nam cum per pudicitiam ac temperantiam victus

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(76) Hæc quæ leguntur in editis, εἰκότως ἂν, εἰ καὶ μὴ συναριθμηθείη, ἀλλά γε ὑπαριθμηθείη, non comparent in cod. Vat. 650; sed loco eorum hæc habentur, ὅμοιος ἂν εἴη, εἰκότως καὶ συναριθμηθῆναι. Vers. inde 3 pro ἐκεῖνος cod. idem scribit ἐκεῖνο. Id.

(77) Verba illa, ἀποφεύγειν σπουδάζωμεν non leguntur in cod. Vat. 650, sed pro his solum habetur, φεύγομεν. Id.

(78) Pro ἐπὶ τῇ νίκῃ cod. Vat. 650 habet μετὰ τὴν νίκην. Id.

(79) Pro ἀντὶ ὅπλων idem cod. legit ἀντὶ πολλῶν βελῶν. Versu sequenti pro τῇ οἰκείᾳ φύσει, παντὶ καιρῷ, cod. Vat. habet, τῇ οἰκείᾳ ἀφοβίᾳ, ἐν παντὶ καιρῷ. Id.

(80) Multa omittuntur in edito post verbum ἡττηθῇ, nempe hæc quæ ex eodem cod. hic pono: φιλοδοξίαν ἐπὶ ταύτης ὑποσύρει τὸ τρόπαιον· ὅταν δὲ μηδὲ ἐν αὐτῇ μηδὲν δυνηθῇ, διὰ φιλ., etc. Id.

(81) Pro διὰ βασκανίας cod. idem legit, δι' ἐχθρῶν.

est, per avaritiam pugnat. Cum autem hic quoque vulnus accepit, per invidiam insidias parat. Quod si hæc etiam aliquem superasse conspiciat, amicos armat. Quod si horum quoque impetus sustinuerit, famulos ad bellum instruit. Quod si ne ab his quidem superatus sit, contemptionem ac segnitiem immittit. Quod si hanc quoque fregerit, hoc ipsi in animum inducit, ut acceptarum injuriarum memoriam retineat. Quid autem omnia improbi illius tela recensere aggredior? Quare hæc missa faciam, illudque fortitudinem tuam admonebo, ut omni ex parte oculatam se præbeat: quandoquidem omni quoque ex parte hostis eam impetit, atque in ipsa vitalia jaculatur.

A βουλεύει. Εἰ δὲ καὶ τούτων τινὰ ἴδῃ περιγινόμενον, τοὺς φίλους ἐξοπλίζει. Εἰ δὲ καὶ τὰς τούτων προσβολὰς ὑπομείνειε, τοὺς οἰκέτας ἐκπολεμεῖ. Ὅταν δὲ μηδὲ ὑπὸ τούτων ἁλῷ, ὀλιγωρίαν ἐντίκτει. Εἰ δὲ ταύτης περιείη, μνησικακίαν ἐνίησι. Καὶ τί πειρῶμαι πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ φράσαι (82); Διὸ ταῦτα μὲν παρήσω, ἐκεῖνο δὲ παραινέσαιμι τῇ σῇ ἀνδρείᾳ πάντοθεν ὀμματοῦν ἑαυτὴν, ὡς πάντοθεν τοῦ πολεμίου βάλλοντος, καὶ εἰς τὰ καίρια μάλιστα ἀκοντίζοντος.

CCXXIX. — LEONTIO MAGISTRIANO.

Illud in te minime probo, quod Zosimum specie tenus presbyterum, urbis piaculum, Ecclesiæ labem, libertatis probrum, eorumque, qui cum ipso consuetudinem habent, pestem et perniciem, ac denique nullo non fœdissimo nomine appelles. Et si enim ipse talis est, at linguam tamen tuam, quæ veritatis organum est, hujusmodi sermonibus contaminari minime convenit. Quamobrem tibi ipsi contumeliam inferre desine. Quamvis enim vera sint, quæ abs te dicuntur, nec quisquam est qui te mendacii insimulare queat: tamen, cum vir probus ac moderatus sis, multisque virtutibus floreas, patientiæ quoque ornamento gestire te atque gloriari æquum fuerit.

ΚΘ'. — ΛΕΟΝΤΙῼ ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝῼ (83).

Οὐκ ἀποδέχομαί σε, ἄγος πόλεως, καὶ κηλῖδα B Ἐκκλησίας, καὶ ὕβριν ἐλευθερίας, καὶ τῶν συνόντων ὀλετῆρα, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν αἰσχίστων, Ζώσιμον τὸν δοκοῦντα πρεσβύτερον, ἀποκαλοῦντα. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ σὴν γλῶτταν, καὶ ὄργανον ἀληθείας τυγχάνουσαν, οὐ χρὴ τούτοις καταῤῥυπαίνεσθαι τοῖς λόγοις. Παῦσαι τοίνυν σαυτὸν ὑβρίζων. Εἰ γὰρ καὶ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, καὶ οὐδεὶς ὡς ψευδομένῳ ἐπισκήψειεν, ἀλλά σε κόσμιον ὄντα ἄνδρα, καὶ πολλαῖς ἀρεταῖς κομῶντα, καὶ τὸ τῆς ἀνεξικακίας δίκαιον ἂν εἴη ἐναβρύνειν ἐγκαλλώπισμα.

CCXXX. — APHRODISIO PRESBYTERO.

Commode quidem atque opportune ea, quæ scripsisti, abs te adversus eos dicerentur, qui tibi contumeliam intulerunt, nisi ipsi sese peccasse confiterentur. Confitentibus autem ipsis, intempestiva jam harum rerum memoria est: quippe quæ jam temporis ope atque auxilio destituta sit.

ΣΛ'. — ΑΦΡΟΔΙΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

C Καιρίως ἂν τὰ γράφεντα παρὰ σοῦ ἐλέγετο τοῖς εἰς σὲ πεπαρῳνηκόσιν, εἴ γε μὴ ὡμολόγουν ἐσφάλθαι. Ὁμολογούντων δὲ, ἄωρος τούτων ἡ μνήμη, τῆς ἀπὸ τοῦ καιροῦ συμμαχίας ἀμοιροῦσα (84).

CCXXXI. — ANTIOCHO.

In illud: « Non parcet oculus meus. »

Quidnam causæ est, inquis, quamobrem suavitatis ac lenitatis fons de Judæis per Ezechielem dixerit, « Non parcet oculus meus, non miserebor[16]? » Audi igitur. Quoniam in multis temporibus ea scelera designarant, quæ nullam veniam merebantur, ac nec prophetarum sermonibus obtemperantes, nec divina beneficia cum animis suis considerantes, **349** in deploratam quamdam improbitatem proruerant, ac perfecta adversus ipsos sententia lata erat, ut Babyloniis dederentur, atque hostili manu interirent (norat enim Deus eos nulla omnino pœnitentia duci): propterea, inquit, nulla ob eorum cala-

ΣΛΑ'. — ΑΝΤΙΟΧῼ.

Εἰς τὸ, « Οὐ φείσεται ὀφθαλμός μου. »

Τίνος ἕνεκεν, ἔφης, εἶπεν ἡ τῆς ἡμερότητος πηγὴ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ περὶ τῶν Ἰουδαίων, « Οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου, οὐδὲ μὴ ἐλεήσω; » Ἄκουε τοίνυν. Ἐπειδὴ ἐν πολλοῖς χρόνοις ἦσαν συγγνώμης ἁμαρτάνοντες μείζονα, καὶ μήτε τοὺς τῶν προφητῶν προσιέμενοι λόγους, μήτε τὰς θείας εὐεργεσίας ἐννοοῦντες εἰς ἀνήκεστον ἐκπεπτώκασι κακίαν· αὐτοD τελὴς δὲ κατ' αὐτῶν ἐξενήνεκτο ἀπόφασις, ὥστε παραδοθῆναι τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ ἔργον τῆς τῶν πολεμίων γενέσθαι δεξιᾶς, ᾔδει γὰρ αὐτῶν τὸ ἀμετανόητον· οὐδένα οἶκτον λήψομαι, φησὶν, ἐπὶ τοῖς πάσχουσιν (85), ὃ δὴ ἐπὶ τῶν Νινευϊτῶν πεποίηκα

[16] Ezech. v, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Vers. inde 3 pro τοὺς οἰκέτας ἐκπολεμεῖ, cod. Vat. 650 scribit τοῖς οἰκέταις πολεμεῖ. Vers. seq. pro ὑπὸ τούτων ἁλῷ, idem legit ὑπὸ τούτοις ἁλῷ. Quæ mox subjunguntur in edito, ὀλιγωρίαν ἐκτίκτει, etc., sic satis diverse leguntur in illo cod., ὀλιγωριῶν ἐμπίμπλησιν· εἰ δὲ τούτων περιείη, μνῆσις etc. ID. POSSIN.

(82) Pro φράσαι cod. Vat. scribit φῆσαι. vers. denique ult. epist. pro μάλιστα legit μᾶλλον.

(83) Inscripta Leontio abest a cod. Vatic. 650. ID.

(84) Verbum ultimum hujus ep. in edito ἀμοιροῦσα in cod. Vat. 650 scribitur, ἀμοιράσαι. ID.

(85) Pro his verbis, οὐδένα οἶκτον λήψομαι, φησὶν, ἐπὶ τοῖς πάσχουσιν, cod. Vat. habet, οὐδένα οἷ καταλήψομαι, φησὶν, ἐφ' οἷς πάσχουσιν. Ultimam hujus lectionis partem recipiendam puto, non primam · rectius enim illa sunt edita, οὐδένα οἶκτον λήψομαι, etc. ID.

Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον αὐτῶν ῥοπή τε καὶ τροπὴ καιρὸν παρέσχεν, ἀνακληθῆναι τοὺς κατακρίτους καὶ ἀνατραπῆναι τὴν ἀπόφασιν. Ἐνταῦθα δὲ οὐδενὸς ἐπὶ τὸ βέλτιον βλέποντος, ἀλλὰ πάντων ἐπὶ τὰ χείρω ῥεπόντων, ἀναγκαίως ἡ κατὰ πάντων ἐκφέρεται ψῆφος.

mitates misericordia commovebor, quemadmodum in Ninivitis feci. Nam illic eorum in melius inclinatio et commutatio spatium præbuit damnatos revocandi, latamque sententiam rescindendi. Hic autem nemine ad meliorem vitam tendente, verum omnibus in deterius vergentibus, necessario adversus omnes feretur sententia.

ΣΛΒ'. — ΠΑΥΛῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Ὅτι πάσης ἐπέκεινα τόλμης, τὸ δογματίζειν τοὺς βιοῦντας αἰσχρῶς. Καὶ εἰς τὸ γεγραμμένον, « Γνῶναι τὰς ὁδούς μου ἐπιθυμοῦσιν, ὡς λαὸς δικαιοσύνην πεποιηκώς. »

Χρὴ τὸν μέλλοντα περὶ Θεοῦ λόγον κινεῖν ταῖς ἀπὸ τῆς πολιτείας διαλάμπειν ἀρεταῖς. Τῷ γὰρ κακίας ἐραστῇ, οὐδὲ περὶ τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, μήτιγε (86) αὐτοῦ κινεῖν γλῶτταν, ἐπιτρέπει, ὡς ὑβριζομένων τῶν θείων νόμων, ὅταν διὰ μιαρᾶς προφέρωνται γλώττης. « Τῷ γὰρ ἁμαρτωλῷ, φησὶν, εἶπεν ὁ Θεὸς, Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου· καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; » Καὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου μεμφόμενος τοὺς βίου μὲν ἀρίστου μὴ ἐπιμελομένους, τὰς δὲ οἰκονομίας αὐτοῦ αἰτιωμένους, φησί· « Γνῶναί μου τὰς ὁδοὺς ἐπιθυμοῦσιν, ὡς λαὸς δικαιοσύνας πεποιηκὼς, καὶ κρίσιν Θεοῦ αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλελοιπώς. » Εἰ δὲ οἱ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, τουτέστι τὰς οἰκονομίας (87), πολυπραγμονοῦντες, πάντολμοι ἂν εἶεν, πῶς οὐκ ἂν ἐπέκεινα πάσης τόλμης χωροῦσιν, οἱ περὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μιαρᾷ γλώττῃ λόγον κινοῦντες, καὶ μάλιστα ὅταν τί ἐστι πολυπραγμονῶσι; Χρὴ δὲ μὴ τί ἐστι περιεργάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι ἐστὶν ἰσχυρίζεσθαι. Καὶ σιωπῶ, ὅτι παρὰ Λακεδαιμονίοις, τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι (88) εἰκότως ὁρισαμένοις, τὸν αἰσχρῶς βεβιωκότα, οὐδὲ γνώμην ἀγαθὴν ἀποφήνασθαι ἐξῆν. Εἰ τοίνυν ὀρθῶς σοι πιστεύοντι, καὶ εὖ πράττοντι ἐπιφύονταί τινες πράγματά σοι παρέχοντες, μὴ ταράττου. Τοιοῦτον γὰρ τῶν φαύλων τὸ ἔθος. Ἡττώμενοι γὰρ περιφανῶς τῷ βίῳ, ἐπὶ τὴν ἔρευναν τοῦ θείου καταφεύγουσιν, ὡς ἐκ τούτου πράγματα παρέξοντες τοῖς εὖ βιοῦσι, καὶ τὴν παῤῥησίαν αὐτῶν ἀποκλείσοντες. Ἐχρῆν δὲ αὐτοὺς, ἐννοοῦντας ὅτι οἱ περὶ τὸ δῆλον πταίοντες, περὶ τοῦ δοκοῦντος ἀδήλου οὐκ ἂν εἶεν ἀξιόπιστοι λέγοντες, πρῶτον ἑαυτῶν τὸν βίον ῥυθμίσαι (89), καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν ζήτησιν παρελθεῖν τῶν ἀνεφίκτων.

CCXXXII. — PAULO MONACHO.

Omnem audaciam superare, viventes turpiter dogmata invehere. Et in illud, « Cognoscere cupiunt vias meas, tanquam populus qui justitiam fecit. »

Qui de Deo sermonem excitaturus est, hunc vitæ ac morum virtutibus elucere oportet. Nam qui vitio delectatur, huic ne de ipsius quidem justitiis, nedum de ipso linguam movere permittitur : quod videlicet divinis legibus contumelia inferatur, cum per impuram et scelestam linguam proferuntur. « Peccatori enim, inquit ille, dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum [87]? » Ac per Isaiam iis succensens, qui cum optimæ vitæ nulla cura tangantur, ipsius tamen consilia reprehendunt, his verbis utitur : « Scire vias meas volunt, tanquam gens quæ justitiam fecerit, et legem Dei sui non dereliquerit [88]. » Quod si, qui ipsius vias, hoc est consilia, curiosius exquirunt, summæ audaciæ notam non effugiunt, an non illi ultra omnem audaciam progrediuntur, qui impuræ linguæ opera de ipsomet Deo sermonem movent, ac præsertim cum quid sit anxie inquirunt? Oportet autem, non quid sit exquirere, sed quod sit affirmare. Atque illud taceo, quod apud Lacedæmonios, qui sermones actionum umbras esse non immerito definierunt, ei qui turpiter vixisset ne probam quidem sententiam pronuntiare licebat. Quocirca si te, et recta fide præditum, et probe viventem adoriuntur nonnulli, tibique negotia facessunt, ne propterea conturberis. Hujusmodi namque improborum hominum mos est. Nam cum vitæ laude perspicue abs te superentur, ad divini Numinis indagationem confugiunt, tanquam scilicet hinc iis qui recte vivunt molestiam exhibituri, eorumque fiduciam exclusuri. Atqui eos conveniebat (cum animis suis illud reputantes, quod qui in re perspicua et dilucida peccant, haudquaquam digni sunt quibus de ea re, quæ obscuritatem præ se ferat, verba facientibus, fides adhibeatur,) primum vitam suam componere ac recte moderari, **350** atque ita deinceps ad earum rerum, quæ comprehendi nequeunt, investigationem transire.

[87] Psal. XLIX, 16. [88] Isa. LVIII, 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Μήτι γε abest a cod. Vat. POSSIN.

(87) Τὰς οἰκονομίας ponit idem in num. sing. scribens, τὴν οἰκονομίαν. Vicissim vers. post tertio μιαρᾷ γλώττῃ pluraliter inflectit, μιαραῖς γλώτταις. ID.

(88) *Σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι.* Quod hic Lacedæmoniis tribuit Isidorus, Diogenes Laertius lib. IX *De vitis philosophorum* ad Democritum Abderiten auctorem refert. Τοῦτο ἐστὶ καὶ τὸ, Λόγος ἔργου σκιά. Non est absimile illud Chrysostomi homil. 17 ad Ephes., οἱ λόγοι πραγμάτων εἰσὶν ὁδοί. RITT.

— Hæc verba, τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι εἰκότως ὁρισαμένοις, cuncta prætermittuntur in cod. Vatic. 650. POSSIN.

(89) Ῥυθμίσαι mutat codex idem in ἐρευνᾷν. POSSIN.

CCXXXIII. — EIDEM.

A

Sermonum principia vera et indubitata esse oportet. Nam cum falsum est argumentum, fieri non potest quin conclusio quoque vacillet.

CCXXXIV. — ALYPIO EPISCOPO.

Ne moleste feras, optime vir, me adversus avaros linguæ mucronem stringere. Rem enim apertam et simplicem dicam, nec testimonium ullum requirentem. Usque adeo enim hoc morbo devincti tenentur, ut ne morbum quidem esse existiment. Quemadmodum enim cœlestes cives, hoc est monachi qui in montibus degunt, ne hoc quidem sciunt, quid avaritia sit : sic nec isti, non tamen eodem modo, sed plane contrario atque illi. Nam illi, quia procul a morbo absunt, morbum ignorant : isti autem ne morbum quidem hoc esse arbitrantur. Sic enim virtutem improbitas propulit, ac tyrannidem exercet, omniaque sursum ac deorsum miscet, ut nec improbitas quidem esse existimetur.

ΣΛΓ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Χρὴ τὰς ἀρχὰς τῶν λόγων ἀληθεῖς εἶναι καὶ πιστάς. Ψευδοῦς γὰρ οὔσης τῆς ὑποθέσεως, ἀναγκαίως καὶ τὸ συμπέρασμα ἀσύστατον εὑρεθήσεται.

ΣΛΔ'. — ΑΛΥΠΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Μὴ δυσχεράνῃς, ὦ βέλτιστε, ἐὰν ἐπαφῶ τὴν γλῶτταν τοῖς φιλαργύροις. Πρᾶγμα γὰρ λέξω σαφὲς, καὶ ἁπλοῦν, καὶ μαρτυρίας μὴ δεόμενον. Τοσοῦτον γὰρ κεχείρωνται τῷ νοσήματι, ὡς μηδὲ νόσημα αὐτὸ ἡγεῖσθαι. Καθάπερ γὰρ οἱ οὐρανοπολῖται, οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι, φημὶ, μοναχοὶ, οὐδὲ ἴσασι τί ἐστι πλεονεξία· οὕτως οὐδὲ οὗτοι, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἀπεναντίας ἐκείνοις. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ διὰ τὸ πόῤῥω εἶναι τοῦ πάθους ἀγνοοῦσι τὸ νόσημα· οὗτοι δὲ οὐδὲ νόσημα B αὐτὸ ἡγοῦνται εἶναι. Οὕτω γὰρ παρώσατο τὴν ἀρετὴν ἡ κακία, καὶ τυραννεῖ (90), καὶ πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιεῖ, ὡς μηδὲ κακίαν εἶναι νομίζεσθαι.

CCXXXV. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Quod immortalis anima.

Quod animam una cum corpore interire arbitraris, perquam ridiculum ac stolidum est, hominisque vere carnalis, atque et post hanc vitam nihil esse cupientis, et ea, quæ de te ab hominibus cujusvis ætatis commemorantur, confirmantis. Pudorem igitur tibi incutere debent, cum philosophi, et poetæ, et oratores, et scriptores omnes, qui animæ immortalitatem docuerunt (quorum si ignarus et expers es, ut qui rerum omnium inscitia labores, certe a doctis et eruditis discere debeas), tum etiam te pudore quodam permovebit ea ratio, quæ nullo modo refutari queat. Nam quæ corpus quod semper fluit et corrumpitur, arripit, ac quod in eo labile ac mortale est astringit, et quod cadit excitat, atque et iis, quæ diffluunt, alimentum, et iis, quæ marcescunt, fruticationem præbet, non est profecto consentaneum, eam, a corpore separatam, vim suam deserere, per quam et corpus continebat et conservabat. Quod si nec externorum sapientium auctoritate commovearis, nec firmissimæ huic et necessariæ rationi fidem accommodes, utpote ingenti atque omni venia graviori improbitate oppressus ac demersus, divinum tibi oraculum recitabimus, per quod animæ immortalitas dilucidis verbis prædicatur. Quid igitur ait? « Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [89]. » Quamobrem ne ob singularem atque incredibilem quamdam admissorum a te scelerum magnitudinem (nullum enim, ut aiunt, sceleris genus intactum reliquisti) impia dogmata tibiipsi cude : **351** verum illud persuasum habens, immortalem animam esse, et quod sæpe hic omnino

ΣΛΕ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή.

Τὸ νομίζειν σε φθείρεσθαι μετὰ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, κομιδῇ γελοῖον καὶ ἠλίθιον, καὶ τῷ ὄντι σαρκικοῦ ἀνθρώπου, καὶ βουλομένου μὲν μετὰ τὸν ἐνταῦθα βίον μηδὲν εἶναι, βεβαιοῦντος δὲ τὰ παρὰ πάσης ἡλικίας περὶ σοῦ τραγῳδούμενα. Δυσωπῆσαι μὲν οὖν σε ὀφείλουσι, καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ, καὶ C ῥήτορες, καὶ συγγραφεῖς, ὅσοι τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν ἐδογμάτισαν, ὧν εἰ καὶ ἄπειρος εἶ, ὡς ἀπαίδευτος ὢν ἐν πᾶσιν, ἀλλά γε παρὰ τῶν πεπαιδευμένων μαθεῖν δίκαιος ἂν εἴης. Δυσωπήσει δὲ καὶ λογισμὸς ἀναντίῤῥητος. Ἡ γὰρ τοῦ σώματος ἀεὶ ῥέοντος καὶ φθειρομένου ἐπιλαμβανομένη, καὶ τὸ θνητὸν αὐτοῦ καὶ ῥευστὸν ἐπισφίγγουσα, καὶ τὸ πίπτον ἐγείρουσα, καὶ παρέχουσα τοῖς μὲν ἀποῤῥέουσι (91) τροφὴν, τοῖς δὲ μαραινομένοις ἀναβλάστησιν, οὐκ ἂν δήπου καθ' ἑαυτὴν γενομένη ἀπολείπῃ τὴν οἰκείαν δύναμιν, δι' ἧς καὶ τὸ σῶμα συνεῖχε, καὶ διέσωζεν. Εἰ δὲ μήτε τοὺς ἔξωθεν σοφοὺς δυσωπηθείης, μήτε τούτῳ τῷ ἀναγκαίῳ λογισμῷ πεισθείης, ἅτε πολλῇ καὶ συγγνώμης μείζονι κακίᾳ βεβαπτισμένος· χρη- D σμόν σοι θεῖον ἀναγνωσόμεθα, δι' οὗ διαῤῥήδην ἡ τῆς ψυχῆς ἀθανασία κηρύττεται. Τί [οὖν] οὗτός φησι; « Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. » Μὴ τοίνυν ἐκ τῆς ὑπερβολῆς ὧν ἔδρασας κακῶν. (Οὐδὲν γὰρ ἄπρακτον, ὥς φασι, κατέλειψας) ἀσεβῆ δόγματα σαυτῷ δογμάτιζε· ἀλλὰ πιστεύων ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν· καὶ ὅτι πολλάκις μὲν κἀνταῦθα, πάντως δ' ἐκεῖσε δώσεις δίκην, ὡς οὐ λησόμενος τὴν δίκην, ἀπαλλάγηθι κἂν ὀψέ ποτε, τῆς πονηρίας.

[89] Matth. x, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) Cod. Vat. 650, τυραννίς. Possin.

(91) Pro ἀποῤῥέουσι cod. Vat. 650 legit ἀπαγορευθεῖσι. Id.

autem illic pœnas dabis, tanquam qui vindicem illum oculum minime falsurus sis, aliquando tandem vel sero ab improba vivendi ratione teipsum exime.

A

ΣΛϚ'. — ΕΥΛΟΓΙῼ (92).

Ὀλίγα εἰπὼν, ὃ βούλομαι φράσω. Βοιωτούς τις εἰς ἀπαιδευσίαν σκώπτων ἔφη· « Ὦ Βοιωτοὶ, ὡς σφόδρα ἐστὲ Βοιωτοί. » Δίκαιος δέ τις ἀνὴρ ἀδίκῳ πράγματι παρακαλούμενος ὑπὸ Μιλησίων συμπρᾶξαι ἔφη, « Ὦ Μιλήσιοι, ὡς σφόδρα ἐστὲ Μιλήσιοι. » Ἀλέξανδρος δὲ ἐρωτηθεὶς, διὰ τί λίαν τιμᾷ Ἀντίπατρον, ἔφη, « Ὅτι ἀντὶ πατρός (95) μοί ἐστιν. » Ἐγὼ δὲ φράσω, ὦ Εὐλόγιε, ὡς σφόδρα εἶ Εὐλόγιος, ἐπαινεῖν ἐμὲ καὶ τοὺς κατ' ἐμὲ προῃρημένος.

CCXXXVI. — EULOGIO.

Paucis prius verbis habitis, quod volo eloquar. Quidam in Bœotorum stoliditatem jocans, his verbis usus est : « O Bœoti, quam vehementer estis Bœoti (93). » Quidam rursus justitia præditus, a Milesiis rogatus, ut ad iniquum quoddam negotium operam ipsis navaret, dixit, « O Milesii, quam valde Milesii estis (94). » Alexander denique sciscitanto quodam cur tanto honore Antipatrum complecteretur, respondit, « Quia patris loco mihi est. » Ego autem dicam : O Eulogie, quam valde es Eulogius (*hoc est, ad laudandum propensus*), qui me meique similes laudibus ornare in animum induxeris.

ΣΛΖ'. — ΗΡΩΝΙ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Εἰς τὸ, « Πᾶς ἀνὴρ φαίνεται δίκαιος. »

B

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων (ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν πάντες, καίτοι τῆς Γραφῆς τοῦτο δοκούσης λέγειν), οὐ τῷ δικαιοσύνην ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τῷ τοῖς ἀδικωτέροις ἑαυτοὺς παραβάλλειν τῇ συγκρίσει τῶν χειρόνων τὴν τῆς δικαιοσύνης φαντασίαν καρποῦνται (96) οὐχ αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς τὰς θείας ἐντολὰς δοκιμάζοντες, καὶ πρὸς τὸν τούτων κανόνα ῥυθμίζοντες τὸν οἰκεῖον βίον, ἀλλὰ τοῖς ῥᾳθυμοῦσι τῶν πέλας παραμετροῦντες τὴν ἑαυτῶν πολιτείαν. Διὸ καὶ τοῦτ' ἐῤῥέθη, ὅπερ μαθεῖν ἠθέλησας. « Πᾶς ἀνὴρ φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος. » Πρὸς μὲν γὰρ τὰ κατορθώματα τῶν πέλας τυφλώττει, τὰ δὲ ἐλαττώματα ὀξέως ὁρᾷ· καὶ καθάπερ οἱ γύπες λειμῶνας πολλάκις καὶ παραδείσους παρατρέχοντες, τοῖς νεκροῖς ἐφίπτανται σώμασιν. Ἐπήγαγε γοῦν· « Κατευθύνει δὲ καρδίας ὁ Κύριος, » ἢ τῶν τὴν τοιαύτην φαντασίαν δηλονότι ἐξορισάντων, ἢ τῶν πρὸς τὰς θείας ἐντολὰς τὸν ἑαυτῶν ῥυθμισάντων βίον, ἢ τῶν ὑπερβεβηκότων τὸ ἄνθρωποι εἶναι, καὶ εἰς κρείττονα τάξιν τε καὶ ἀξίαν, διὰ τῆς ἀρίστης πολιτείας ἀναβιβασθέντων, κατὰ τὸ εἰρημένον, « Ἐγὼ εἶπα· θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου (97) πάντες. »

CCXXXVII. — HERONI MONACHO.

In illud : « Omnis vir apparet justus. »

Plerique mortalium (vereor enim dicere omnes, etiamsi hoc Scriptura dicere videatur) non quod virtutem amplectantur, sed quod iniquioribus seipsos comparent, per deteriorum collationem, opinionis errore justos se esse fingunt : non ipsa per se Dei mandata expendentes, ac suam vitam ad eorum normam componentes, verum cum aliorum languore atque socordia suam vivendi rationem conferentes. Eaque de causa dictum est illud, quod a me tibi explicari cupis, « Omnis vir justus sibi esse videtur [60]. » Etenim ad ea quidem quæ alii recte atque virtute gerunt cæcutit; eorum autem vitia liquido perspicit : non secus videlicet ac vultures, prata persæpe atque hortos prætereuntes, cadavera volatu

C

petunt. Subjunxit itaque : « Dirigit autem corda Dominus [61], » hoc est, eorum, qui inanem hujusmodi opinionem ex animis suis ejecerunt : aut eorum, qui ad divina mandata vitam suam exegerunt : aut denique eorum, qui supra hominum conditionem sese extulerunt, ac per optimam vitæ rationem ad præstantiorem dignitatis gradum evecti sunt, juxta illud Scripturæ : « Ego dixi : dii estis, et filii Excelsi omnes [62]. »

ΣΛΗ'. — ΠΑΜΠΡΕΠΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τί ἐστι τὸ, « Ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. »

Ἐπειδὴ τὸ μὲν λόγοις φιλοσοφεῖν ῥᾴδιον, τὸ δὲ

CCXXXVIII. — PAMPREPIO DIACONO.

Quid sit : « Sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem [63]. »

D

Quandoquidem sermonibus philosophari facile

[60] Prov. XVI, 9. Sec. LXX. [61] ibid. [62] Psal. LXXXI, 6. [63] Isa. XL, 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(92) Non Εὐλογίῳ sed Ἀλογίῳ, *Alogio*, inscribitur hæc epistola in cod. Vat. 650 ; unde in vers. penult. id nomen reponendum, absque quo hebetatur acumen dicti. POSSIN.

(93) *Bœoti*. Notum proverb. ὗς βοιωτία. Et Horatii carmen :

Bœotum in crasso jurares aere natum. RITT.

(94) *Milesii, valde estis Milesii*. Notus est de his vetus senarius :

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Fuere quondam strenui Milesii.

Ejusdem generis sunt ista : *Verres est Verres*. Item in Antholog. Epigr. Πᾶσα θάλαττα θάλαττα. Et mox apud ipsum Isidorum : *Eulogi, quam valde es Eulogius;* et : *Abramius est Abramius*, etc. RITT.

(95) Ἀντὶ πατρός. Admonet me hoc Alexandri Magni apophthegma somnii ejusdem, quod habuit cum Tyrum obsideret, de Satyro. Id conjectores ita interpretati sunt pro bono omine τῆς ἁλώσεως, quasi Alexandro dictum esset, σὰ Τύρος hoc est, Tyrus in tuam potestatem veniet. RITT.

(96) De eadem perversitate et Greg. Nazianz. conqueritur, atque ad veram normam et examen homines revocat, quod præceptis Dei continetur. ID.

(97) Cod. Vat. 650 Ὑψίστοι pro Ὑψίστου. POSSIN.

est, operibus autem arduum, atque illud quidem aures oblectat, hoc autem animos erudit : ob eam causam Deus ad eos qui sacerdotii munere redimiti sunt, id, quod tibi explanari cupis, clamat : « Sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem. » Quoniam enim qui verbis duntaxat docent, non modo molestiam auditoribus exhibent, sed etiam irridendos ac sugillandos se propinant, idcirco actionum virtutem, **352** quæ ad auditorum animos penetret, ab ipsis requirit. Quamobrem sacrosanctum esse oportet eum qui consecratus est. Neque enim profanum sacris operari fas est.

CCXXXIX. — PALLADIO DIACONO.

Malam opinionem rem molestam esse, nec non inutiles esse eorum qui hac correpti sunt labores.

Existimationem tuam, vir optime, cura ut recuperes, non illam quidem morbo affectam et corruptam, atque in nihilum redactam (levius enim id malum fortassis esset); verum in errorem et hæresim conversam.

CCXL. — LAMPETIO EPISCOPO.

Non quidem me fugit, o castitatis delubrum, merito te hoc nomine discruciari, quod Zosimus et Martinianus, Maroque item et Eustathius, qui sacerdotum speciem præferunt, seipsos omni virtuti inaccessos et invios, omni autem vitio planam ac facilem viam sedemque reddiderint. Verum illud tibi exploratum esse debet, quod quo majores honores consecuti sunt, eo quoque gravioribus suppliciis afficientur, ut qui ne beneficio quidem meliores effecti sint.

CCXLI. — EIDEM.

Tu quidem fortasse me multorum sermonum ac sensorum apparatum habere arbitraris. At ego illud probe scio, me nihil scire. Quod si quid laude dignum a me afferatur, Deo id ascribendum est, qui ut auditorum utilitate consulat, rudes atque ineruditos homines persæpe sapientia et eruditione instruit.

CCXLII. — NILAMMONI SCHOLASTICO.

Etsi tu pro ea eloquentia, qua polles, antevertens, apologiam meam lacerasti, cum ad hunc modum scripsisti : Dic rursum quod Christianum dogma non labefactet singularis illa Martiniani, Zozimi, Maronis et Eustathii improbitas, quorum vita jam ad scenam prodit, atque ignominiam et irrisionem sacrosanctæ religioni inurit : at non ipse tamen proinde a veritate abscedam, verum eam ad defensionem adhibebo. Nam quoniam nihil habens quo divinissimam religionem incuses, adversus sacerdotes quosdam accusationem convertisti, ver-

A ἔργοις δύσκολον, καὶ τὸ μὲν τὰς ἀκοὰς τέρπει, τὸ δὲ τὰς ψυχὰς παιδεύει. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς, τοῖς τῆς ἱερωσύνης λειτουργίαν ἐστεμμένοις βοᾷ τοῦθ' ὅπερ μαθεῖν ἠθέλησας. « Ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. » Ἐπειδὴ γὰρ οἱ διὰ λόγων φιλοσοφοῦντες οὐ μόνον ἐνοχλοῦσι τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν τὰ ἐναντία οἷς λέγουσι πράττουσι, κωμῳδεῖσθαι ἑαυτοὺς παρασκευάζουσι· διὰ τοῦτο τὴν τῶν ἔργων ἀρετὴν (98) τούτους ἀπαιτεῖ, τὴν τῆς ψυχῆς τῶν ἀκροατῶν ἀπτομένην. Ὥστε ἱερὸν εἶναι χρὴ τὸν ἱερωμένον. Ἱερᾶσθαι γὰρ τὸν ἀνίερον οὐ θέμις.

ΣΛΘ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Ὅτι χαλεπῶς (f. χαλεπὸν) ἡ κακοδοξία· καὶ ἀκόνητοι (f. ἀνόνητοι) τῶν ταύτῃ κεκρατημένων οἱ πόνοι.

B

Ἀνάκτησαι σαυτοῦ, ὦ βέλτιστε, τὴν ὑπόληψιν, οὐ νοσήσασαν καὶ διαφθαρεῖσαν, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσασαν· ἧττον γὰρ ἂν ἦν ἴσως κακόν· ἀλλ' εἰς κακοδοξίαν τραπεῖσαν.

ΣΜ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Οἶδα μὲν, ὦ ἁγνείας ἀνάκτορον, ὅτι εἰκότως δυσχεραίνεις, Ζωσίμου τε καὶ Μαρτινιανοῦ, Μάρωνός τε καὶ Εὐσταθίου ἱερᾶσθαι δοκούντων, ἀνθρώπων πάσῃ μὲν ἀρετῇ ἀπροσίτων τε καὶ ἀβάτων, πάσῃ δὲ κακίᾳ ἱππήλατον ἑαυτοὺς κατασκευασάντων ὁδόν τε καὶ χῶρον. Ἀλλ' εὖ εἰδέναι ὀφείλεις, ὅτι ὅσῳ μείζονος ἠξιώθησαν τιμῆς, τοσούτῳ καὶ μείζονα C δώσουσι δίκην, ὅτι μηδὲ τῇ εὐεργεσίᾳ βελτίους ἐγένοντο.

ΣΜΑ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Αὐτὸς μὲν ἴσως πολλῶν τε λόγων καὶ νοημάτων ἔχειν με νομίζεις παρασκευὴν, ἐγὼ δὲ οἶδα σαφῶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα (99). Εἰ δέ τι λεχθείη εὐδόκιμον, τῷ Θεῷ τὴν αἰτίαν λογιστέον (1), τῷ καὶ ἰδιώτας, διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ὠφέλειαν, πολλάκις σοφίζοντι.

ΣΜΒ'. — ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Εἰ καὶ τῷ δεινὸς εἶναι προλαβὼν τὴν ἀπολογίαν διέσυρας γεγραφὼς, εἰπὲ πάλιν ὅτι τῷ δόγματι οὐ D λυμαίνεται ἡ ὑπερφυὴς Μαρτινιανοῦ καὶ Ζωσίμου, Μάρωνός τε καὶ Εὐσταθίου κακία, ὧν ὁ βίος λοιπὸν σκηνοβατεῖται, ἀδοξίαν καὶ κωμῳδίαν τῇ ἱερωτάτῃ θρησκείᾳ προστριβόμενος. Ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀληθείας, ἀλλ' αὐτῇ πρὸς ἀπολογίαν χρησαίμην. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ μέμφοιο τὴν θειοτάτην θρησκείαν, εἴς τινας τῶν ἱερωμένων ἔτρεψας τὴν κατηγορίαν, εὐφώρατός σοι ἡ σκαιωρία γέγονεν ὑπὸ πάντων (2) τῶν συνέσεως οὐκ ἀμοιρούν-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(98) Cod. Vatic. 650 pro τὴν τῶν ἔργων ἀρετὴν recte scribit, τὴν διὰ τῶν ἔργ., Possin.

(99) A Socrate hoc mutuatus est, cujus verba vide apud Platonem. Ritt.

(1) Similiter inf. h. l. ep. 253 et 312, nec non lib. iv. Id.

(2) Pro his editi verbis, σοι ἡ σκαιωρία γέγονεν ὑπὸ πάντων, cod. Vat. 650 legit, σου ἡ κακηγορία

των, τῶν τὴν μὲν θείαν ὑπερεπαινεσάντων πολιτείαν, τὴν δὲ κατηγορίαν εἰς ἐκείνους τρεψάντων. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς τῆς φιλονεικίας ἀποσταίης, ἀποδείξῃ τὰ εἰρημένα. Τί γὰρ ἄτοπόν φαμεν, λέγοντες, ὅτι αὐτὸ τὸ πρᾶγμα βασανίζεσθαι χρή· καὶ εἰ μὲν καλὸν φωραθείη, ἀσπαστέον, κἂν τινες τῶν δοκούντων αὐτὸ μετιέναι, εἰς αὐτὸν τῆς κακίας τὸν πυθμένα κατέπεσον· εἰ δ' αἰσχρὸν, φευκτέον, κἂν τινες τῶν δοκούντων αὐτῷ προσκεκλίσθαι (3), εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς δοκοῖεν ἐληλακέναι τὴν κορυφήν; χρὴ γὰρ τὴν μὲν ἀρετὴν ἀσπαστὴν εἶναι, κἂν πάντες ψέγωσιν οἱ τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων οὐκ ἔχοντες ὀρθήν· τὴν δὲ κακίαν φευκτὴν, κἂν πάντες οἱ τῶν κακῶν ἐρασταὶ αὐτὴν ἀνακηρύττωσιν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν νοσούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων χρὴ λαμβάνειν τὰς περὶ τῶν πραγμάτων ψήφους (4). Εἰ γὰρ B τοῖς νοσοῦσιν ἑψόμεθα, καὶ φιλοσοφίας καταγνωσόμεθα.

A studia tua ab omnibus, qui quidem prudentia minime careant, facile deprehensa est, qui divinam quidem vitæ rationem summis laudibus extulerunt, accusationem autem in eos converterunt. Quod si tu quoque a contentionis studio teipsum removeas, ea quæ dixi comprobabis. Quid enim absurdi dicimus, cum rem ipsam explorari ac perpendi oportere dicimus: ac, si bona esse comperiatur, amplectendam esse, **353** etiamsi quidam eorum, qui eam consectari videantur, ad ipsum quoque vitii fundum prolapsi sint; si autem turpis atque inhonesta, fugiendam esse, quantumvis nonnulli ex iis, qui ipsi addicti sint, ad ipsum virtutis verticem pervenisse videantur? Amplectenda enim virtus est, etiamsi omnes, quibus minime rectum de rebus judicium est, eam vituperent: fugiendum autem vitium, etiamsi omnes, quos vitia delectant, illud laudibus prædicatione efferant. Neque enim ab iis, qui adversa valetudine laborant, sed a sanis, rerum judicia capienda sunt. Nam si ægrorum judicia sequamur, philosophiam quoque ipsam condemnabimus.

ΣΜΓ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ.

Εἰς τὸ, « Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. »

Σὺ μὲν οὐ κατὰ λόγον ἔφης εἰρῆσθαι τὸ, Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ἐγὼ δὲ οὐ μόνον κατὰ λόγον, ἀλλὰ καὶ θαυμασίως αὐτὸ γεγράφθαι φημὶ, καὶ ὅπως, ἄκουε. Ἡ γυνὴ παρὰ τὴν γονὴν εἴρηται. Αὕτη γοῦν κληθήσεται γυνὴ, τουτέστι γονίμη, ὅτι ἐκ τοῦ [ἀνδρὸς] αὐτῆς (5) C τοῦ μέλλοντος γόνιμον ποιεῖν, ἐλήφθη. Τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος, γυναῖκα, τουτέστι γόνιμον ποιεῖ. Διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον, ἐπ' ἀρότρῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι, καὶ γονεῖς οἱ τεκόντες καλοῦνται. Τοὺς γὰρ λέγοντας παρὰ τὰ γυῖα, τουτέστι τὰ μέλη, εἰρῆσθαι, οὐδὲ λόγου ἀξιωτέον. Τῷ μὲν γὰρ μέλει καὶ μέρει τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ἀντιδιαστέλλεται. Τῇ δὲ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ, τουτέστι τῷ σπείροντι γεωργῷ καὶ ἀνορύττοντι τὴν γυναικείαν χώραν (6)· παρ' ὃ καὶ ἀνὴρ, ὡς οἶμαι, λέγεται. Τὸ γὰρ ἄνθρωπος κοινὸν αὐτοῖς ἐστιν ὄνομα· ἡ σπειρομένη γῆ (7), καὶ διὰ τοῦτο γόνιμος γινομένη. Τῶν πρός τι γὰρ ἡγοῦμαι καὶ τοῦτ' εἶναι. Ἅμα γὰρ εἴποις ἄνδρα, καὶ γυνὴ τῇ ἐννοίᾳ συνεισέρχεται· ὡς καὶ πατρὸς ῥηθέντος, ὁ παῖς συνυπακούεται, καὶ δεσπότου λεχθέντος, ὁ δοῦλος συνεπινοεῖται.

CCXLIII. — EUDÆMONI.

In illud: « Ipsa vocabitur mulier, quia de viro suo sumpta est [64]. »

Tu quidem haud recte illud dictum esse contendis: Ipsa vocabitur γυνὴ, quia de viro sumpta est: ego vero non modo recte, sed etiam eximio atque admirando modo hoc scriptum fuisse aio, et, qua ratione ductus, audi. Ἡ γυνὴ παρὰ τὴν γονὴν, hoc est, a genitura dicta est. Ipsa igitur γυνὴ vocabitur, hoc est, ad gignendum idonea: quia ex viro suo, qui eam fecundam redditurus est, sumpta est. Vir quippe virginem sibi matrimonio copulans, γόνιμον, hoc est fecundam, γυναῖκα reddit. Ob idque etiam apud Athenienses legitimus congressus arandorum filiorum causa fieri dicebatur: ac γονεῖς, parentes appellantur. Nam ne audiendi quidem hi sunt, qui παρὰ τὰ γυῖα, hoc est ob membra, ab hoc nomine appellatos esse dicunt. Membro enim et parti totum et omne opponitur: mulieri vero vir, hoc est serenti agricolæ, ac feminam regionem effodienti (unde etiam ἀνὴρ, ut opinor, nomen traxit, nam alioqui hominis vocabulum utrique commune est) terra sata, proptereaque fecunda exsistens. Hanc quippe vocem D ex earum numero esse arbitror, quæ ad aliquid referuntur. Nam simul atque virum dixeris, uxor quoque animo statim occurrit, quemadmodum scilicet, et cum patrem dixisti, filius una intelligitur, et cum dominum dixisti servus etiam una cogitatur.

[64] Gen. II, 23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

γέγονεν ἀπὸ πάντ., etc. Vers. deinde quarto pro ἀποδείξῃ cod. idem habet ἀποδέξῃ, et secundo post, φανείη pro φωραθείη. POSSIN.

(3) Pro προσκεκλίσθαι idem cod. scribit προσκεχρῆσθαι, et vers. inde secundo ψεύσωσιν pro ψέγωσιν. Vers. ep. penult. et ult. pro φιλοσοφίας idem legit ἰατρικῆς. ID.

(4) Eamdem sententiam habet Isidorus lib. III, ep. 242. Nec immerito. Ægroti enim insincerum habent judicium. Unde Varro *Eumenidib*: « Ut arquatis et veternosis, quæ lutea non sunt, æque ut lutea videntur, sic insanis sani et furiosis videntur esse insani. » RITT.

(5) Vox αὐτῆς recte abest a cod. Vat. 650. POSSIN.

(6) Mirabiles sane etymologiæ, quarum posteriorem etiam Just. Lipsius inculcavit in quadam epistola, nominato auctore nostro. Quod autem ait, τὴν γυναικείαν χώραν ἀνορύττειν τὸν ἄνδρα, eo pertinet, quod supra ep. 312 scripsit, feminam terræ loco esse, marem agricolæ rationem habere. RITT.

(7) Pro ἡ σπειρομένη γῆ cod. Vat. 650 legit ἡ δὲ γῆ σπειρ., POSSIN.

A

CCXLIV. — DIOSCORO.

Non modo pro acceptis beneficiis, sed etiam pro eo quod injuriam inferre prohibitus es, gratiam te Deo habere convenit. Nam hoc quoque, etiamsi tibi mirum atque ab hominum opinione alienum videtur, maximum beneficii genus est.

ΣΜΔ'. — ΔΙΟΣΚΟΡΩ.

Χρὴ μὴ μόνον ὑπὲρ ὧν εὐηργετήθης χάριν εἰδέναι (8), ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν κωλύῃ ἀδικεῖν. Καὶ τοῦτο γὰρ εἰ καὶ παράδοξόν σοι φαίνεται, εὐεργεσίας εἶδος μέγιστον τυγχάνει.

CCXLV. — THEODOSIO EPISCOPO.

Haud abs re, vir admirande, Pelusiensem urbem, quam prius beatam prædicabas, nunc luctu ac lacrymis prosequeris. Nam cum, ut mater ob felicem filii partum, clari viri Ammonii, veri episcopi, præfectura condecorabatur, **354** merito quoque felicitatis nomine prædicabatur, ut quæ et divinis et humanis bonis referta et cumulata esset. Posteaquam autem scelestæ ac peregrinæ, atque humanam formam præferenti belluæ ipsius administratio commissa est, atque ipsa in extremam solitudinem corruit, optimo jure vicem ipsius lugere convenit. Etenim illius tempestate, quemadmodum τοῦ σμήνους reginam in roscidis pratis apes circumsedent: sic omnes eum fovebant, ac circum eum choros agitabant. Nam revera mellifluo colloquio et voce præditus erat, easque illecebras habebat, quibus omnium animos sibi devinciret. At hujus tempore, ne quid gravius dicam, qui reliqui facti sunt, læto ac festivo habitu commutato calamitates suas deplorant. Hujus autem rei hanc causam esse aiunt, quod cum ille Ecclesiæ clavum teneret, divino altari sanctitas sua constabat, piis nimirum sacerdotibus illud cingentibus atque complectentibus: hoc autem antistitem agente, impuri ac scelerati in sacrum ordinem cooptantur, probi contra expelluntur. Quocirca quia necessaria neglecta sunt, cætera quoque omnia labefactata et corrupta sunt. Nam cum adyta ipsa ab impuris et nefariis hominibus obterantur, merito quoque urbs ipsa plerisque invia effecta est. Quamobrem, o sacrum caput, non eam duntaxat defle, verum etiam, ut ad veterem virtutem ac felicitatem ascendat, a Deo precibus contende.

ΣΜΕ'. — ΘΕΟΔΟΣΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Εἰκότως, ὦ θαυμάσιε, τὴν Πηλουσιωτῶν νῦν καταθρηνεῖς πόλιν, καί τοι πρότερον μακαρίσας. Ὅτε μὲν γὰρ, οἷα δὴ μήτηρ ἐπ' ἀριστοτόκοις παιδὸς ὠδῖσι, τῇ τοῦ ἀοιδίμου Ἀμμωνίου τοῦ ὄντως ἐπισκόπου προστασίᾳ ἐνηβρύνετο, εἰκότως ἐμακαρίζετο, ἅτε δὴ καὶ τῶν θείων, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἀνάπλεως οὖσα. Ὅτε δὲ μιαρὸν καὶ ξένον καὶ ἀνθρω- B πόμορφον θηρίον τὴν οἰκονομίαν αὐτῆς ἐνεχειρίσθη, καὶ εἰς ἐσχάτην ἐρημίαν κατηνέχθη, εἰκότως ὀλοφυρμῶν ἐστιν ἀξία. Ἐπ' ἐκείνου μὲν γὰρ, ὥσπερ αἱ τὴν βασιλίδα τοῦ σμήνους ἐν εὐδρόσοις λειμώνων ἄνθεσι περιιζάνουσι μέλιτται· οὕτω πάντες αὐτὸν περιεῖπον, καὶ περὶ αὐτὸν ἐχόρευον. Ὄντως γὰρ ἦν καὶ τὴν ὁμιλίαν, καὶ τὴν φωνὴν μελισταγὴς, καὶ χειρωτικὸν ἐκέκτητο θέλγητρον. Ἐπὶ δὲ τούτου· ἀλλ' οὐδὲν βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν· οἱ ὑπολειφθέντες τὸ πανηγυρικὸν ἀμείψαντες σχῆμα καταθρηνοῦσι τὰς σφῶν συμφοράς. Τὸ δὲ αἴτιον, ὥς φασι, τουτέστι, τὸ ἐπ' ἐκείνου μὲν τὸ θεῖον θυσιαστήριον τῆς προσηκούσης τυγχάνειν ἁγιστείας, ἱερέων αὐτὸ περιεπόντων εὐαγῶν, ἐπὶ δὲ τούτου τοὺς μὲν ἐναγεῖς ἐγκρίνεσθαι (9)· τοὺς σπουδαίους δ' ἀπελαύνε- C σθαι. Ὡς τῶν ἀναγκαίων τοιγαροῦν ἐῤῥᾳθυμημένων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα διέφθαρται. Τῶν γὰρ ἀδύτων ὑπὸ μιαρῶν ἀνθρώπων πατουμένων, ἄβατος καὶ ἡ πόλις εἰκότως τοῖς πολλοῖς γεγένηται. Μὴ τοίνυν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, καταθρήνει μόνον αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ εὔχου, ὅπως εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀρετήν τε καὶ εὐημερίαν ἀναδράμοι.

CCXLVI. — PETRO.

Pax, si adnexam justitiam habeat, divina quædam res est: si autem altera sine altera sit, virtutis pulchritudinem labefactat. Nam et prædonibus inter se, et lupis pax est, illis nimirum in hominum perniciem, his autem in ovium exitium: at pacem hanc minime appellarim quæ justitia minime ornata est. At si hæc accesserit, tum demum pax vere vocabitur. Unde etiam Christus dixit: «Non veni mittere pacem super terram, sed gladium[65].» Nam quod non omnem pacem, sed eam duntaxat, quæ cum vitio conjuncta est, abjiciat ac proscribat, hinc

ΣΜϚ'. — ΠΕΤΡΩ.

Ἡ εἰρήνη τῇ δικαιοσύνῃ συγκεχραμένη θεῖόν ἐστι χρῆμα· εἰ δὲ θατέρα ἄνευ τῆς ἑτέρας εἴη, λυμαίνεται τῷ τῆς ἀρετῆς κάλλει. Ἔστι μὲν γὰρ D εἰρήνη καὶ λῃσταῖς πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λύκοις· τοῖς μὲν ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀνθρώπων, τοῖς δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν προβάτων. Ἀλλ' οὐκ ἂν καλέσαιμι ταύτην εἰρήνην (10) τὴν τῇ δικαιοσύνῃ μὴ κοσμουμένην. Εἰ δ' αὐτῇ συνέλθοι, ὄντως εἰρήνη κεκλήσεται. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔφη· «Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν.» Ὅτι γὰρ οὐ πᾶσαν εἰρήνην, ἀλλὰ τὴν τῇ κακίᾳ συνεζευγμένην ἀποκηρύττει,

[65] Matth. x, 34.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(8) Post εἰδέναι merito supplet cod. Vat. 650, τῷ εὐεργέτῃ, et vers. seq. pro τοῦτο γὰρ εἰ καὶ παραδ., etc., scribit, τοῦτο γὰρ ὅπερ παρ. POSSIN.

(9) Locus mutilus in edito, τοὺς μὲν ἐναγεῖς ἐγκρίνεσθαι, supple ex cod. Vatic. 650, τοὺς μὲν εὐαγεῖς ἐλαύνεσθαι, τοὺς δ' ἐναγεῖς ἐγκρ., etc. Quæ deinde sequuntur in edito, τοὺς σπουδαίους δ' ἀπελαύνεσθαι, absunt ab illo codice. ID.

(10) Pro ταύτην εἰρήνην recte legit cod. Vat. 650 ταῦτ' εἰρήνην. ID.

ἀλλαχοῦ φησιν, « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Εἰρήνη γὰρ ὄντως ἐκείνη ἐστὶν, ἡ τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ σεμνυνομένη.

A patet, quod alio loco ait: «Pacem meam do vobis[66].» Pax enim vere ea est, quæ justitia et pietate cohonestatur.

ΣΜΖ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Μὴ φοβοῦ, ὦ μισοπονηρίας ἱερὸν τέμενος, τοὺς ἐλέγχειν μὲν ἀδυνατοῦντας, ἐλέγχεσθαι δὲ παραιτουμένους, ἀλλὰ τὴν παῤῥησίαν θρασύτητος μὲν ἀπηλλαγμένην, προσηνείᾳ δὲ κεχραμένην ἐπιδεικνύμενος, προσδόκα ἀνύειν (11) τὰ πρέποντα. Εἰ δὲ καὶ μὴ ἀνύσειας, ὡς γέγραφας, καὶ Εὐσέβιος, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ οὐ δεόντως χειροτονηθέντες ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι κακηγοροῦσι, μὴ ὀλιγώρει. Ὁ γὰρ ἀκοίμητος καὶ πανεπόπτης ὀφθαλμὸς ὁ μισοπόνηρος καὶ φιλάγαθος, σὲ μὲν ἀμείψεται, ἐκείνους δὲ ἀμυνεῖται.

CCXLVII. — EUTONIO DIACONO.

Ne timeas eos, o improbitatis odii sacrum delubrum, qui cum reprehendere nequeant, reprehendi recusant: verum dicendi libertatem, a temeritate liberam, ac cum suavitate conjunctam præ te ferens, ea quæ decent perfecturum te spera. Quod si etiam minime perficias, ut scripsisti, atque Eusebius, et ii, qui ab eo, contra quam fas erat, ordinati sunt, pro eo atque tibi gratiam referre debebant, **355** maledictis te incessant, ne propterea elanguescas. Insomnis enim ac rerum omnium conspector oculus, qui et improbos exosos, et probos charos habet, tibi quidem vicem rependet, de ipsis autem supplicium sumet.

ΣΜΗ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

B

Λόγος ἡμῖν ἔναγχος περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἐκεκίνητο (12), καὶ πολλῶν πολλὰ λεγόντων, ἔφην ἐγὼ, ὅτι ἡγοῦμαι πάντας ἀνθρώπους καὶ ἐλαττώματα ἔχειν, καὶ πλεονεκτήματα· ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐδοκίμους καὶ ἀρίστους, μικρὰ μὲν ἔχειν καὶ εὐτελῆ τὰ ἐλαττώματα, μέγιστα δὲ καὶ ὑπερφυῆ τὰ κατορθώματα· τοὺς δὲ ἄλλους ἢ ἀναλογοῦντα τοῖς ἐλαττώμασι τὰ πλεονεκτήματα, ἢ καὶ πλεονεκτοῦντα, ἢ καὶ πλεονεκτούμενα. Εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι, ἀπάνθρωποι μὲν, σώφρονες δέ· ἢ ἀσελγεῖς μὲν, ἐλεήμονες δέ· ἢ θρασύτατοι μὲν, ῥᾳδίως δὲ μεταβαλλόμενοι· ἢ ἄδικοι μὲν, μετριόφρονες δέ· ἢ ἅρπαγες μὲν, ἐγκρατεῖς δέ· ἢ ἀκρατεῖς μὲν γλώττης, ἐγκρατεῖς δὲ ἡδονῶν· ἢ ἀκρατεῖς μὲν ἡδονῶν, ἐγκρατεῖς δὲ C γλώττης (13)· ἢ γαστρὸς μὲν ἥττονες, ὀργῆς δὲ κρείττονες· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, οὐκ ἂν ῥᾳδίως πιστεύσαιμι εἶναι ἄνθρωπον, οὔτ' ἐλαττωμάτων ἄμοιρον, οὔτε κατορθωμάτων ἔρημον. Καὶ προὔφερον πρὸς ἀπόδειξιν, τῶν μὲν τὸν κριτὴν τῆς ἀδικίας, τὸν μήτε τὸν Θεὸν φοβούμενον, μήτε ἄνθρωπον ἐντρεπόμενον, ὅστις ἐποίησε καλὸν, τὴν συνεχῶς ἱκετεύουσαν αὐτὸν ἐλεήσας χήραν, καὶ ἐπεξελθὼν τοῖς ἀδικοῦσι. Τῶν δὲ τὸ « Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἢ τίς παῤῥησιάσεται, καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτιῶν. » Ὡς δὲ πάντες οἱ παρόντες ἐπῄνουν, καὶ κρότος ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα ἀνεῤῥήγνυτο, ἐγὼ μὲν ἠρυθρίασα· πρὸς γὰρ τοὺς ἐπαίνους ἐρυθριᾷν μᾶλλον πέφυκα, ἢ θρασύνεσθαι. Εἷς δὲ τῶν παρόντων, καὶ λόγῳ καὶ βίῳ εὐδόκιμος (οὐ γὰρ (14) ἀποκρυψαίμην τὴν ἀλή- D θειαν, εἰ καὶ ἀνατρέπειν τὰ παρ' ἐμοῦ λελεγμένα ἐπειρᾶτο) ὀλίγα ἐφησυχάσας, ὦ βέλτιστε Ζώσιμε, καὶ τὸν σὸν προφέρων βίον, ἐλέγχειν τὸν λόγον ἐπειρᾶτο· πάντα μὲν τὰ ἐλαττώματα ἐν σοὶ χορεύειν

CCXLVIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Cum nuper nobis de virtute ac vitio sermo excitatus esset, ac multi multa dicebant, ad hunc modum ipse locutus sum: Neminem mortalium esse arbitror, qui non et vitia et virtutes habeat: verum optimi quique ac probatissimi parva quidem et tenuia vitia, maximas autem et excellentes virtutes habent: alii vero aut pares vitiis virtutes, aut superiores, aut etiam inferiores. Sunt enim homines qui licet crudeles sint, pudici tamen sunt: aut si impudici ac libidinosi sint, tamen ad misericordiam propensi sunt: aut si audacissimi sint, facile tamen commutantur: aut si injustitia laborent, modestia tamen præditi sunt: aut si rapaces sint, continentes tamen sunt: aut si intemperanti lingua sint, a voluptatibus tamen abstinent, aut si ab iis non abstineant, abstinentis tamen linguæ sunt: aut si ventris cupiditatibus succumbant, iracundia tamen superiores sunt. Atque, ut summatim loquar, non facile adduci queam, ut ullum hominem esse credam, qui vel vitiis careat, vel virtutibus omnibus destitutus sit. Quod ut demonstrarem, pro his quidem iniquum illum judicem proferebam, qui cum nec Deum timeret, nec hominem vereretur, tamen probum opus perpetravit, ut qui viduam sine ulla intermissione ipsius opem implorantem misericordia prosecutus sit, in eosque, qui ipsi injuriam inferebant, animadverterit; pro illis autem illud Scripturæ: «Quis gloriabitur se castum habere cor? aut quis libere hoc prædicabit: Purus sum a peccato[67]?» Cum autem ab omnibus, qui aderant, hæc oratio laudibus efferretur, ac supra spem omnem plausus excitaretur, ego quidem erubui (siquidem ita natura comparatus sum, ut ad laudes meas rubore potius suffundar, quam insolen-

[66] Joan. xiv, 27. [67] Prov. xx, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Cod. Vat. 650, ἀνύσειν, in futuro. Possin.

(12) Cod. Vat. 650, ἐκινεῖτο. Id.

(13) Pro γλώττης cod. Vat. habet γαστρός. vers. post quinto pro ἔρημος idem reponit ἄμοιρος, etsi paulo ante positum; vers. post ἐποίησε addit τι, et vers. seq. pro ἐλεήσας, scribit ἠλέησε. Id.

(14) Post γὰρ cod. Vat. addit ἂν et mox pro ὀλίγα legit ὀλίγον. Id.

ter efferar); unus autem ex iis, qui aderant, vir et vitæ laude, et doctrina clarus (neque enim veritatem reticebo, quamvis ille ea, quæ a me dicta fuerant, evertere conaretur), exiguo silentio usus, tuam, optime Zosime, vitam proferens, orationem meam refutare nitebatur: illud videlicet ostendens, vitia quidem omnia in te velut choros agere, virtutis autem nec vestigium ullum inesse. Cum autem ego fidem his verbis minime haberem, omnes, qui aderant, eum vera loqui testabantur, tuisque vitiis exponendis omnem linguam imparem esse dictitabant. Cum autem ego his auditis tacerem (contendere enim absurdum esse judicabam), hujusmodi verbis illi ad me usi sunt: Non ut orationem tuam evertamus, **356** vir sapientissime, hæc dicimus (nam ea vera est, atque omni laude præstantior), sed quia eum ab humani generis cœtu proscribimus, atque belluam humanam formam gerentem, aut pestiferum dæmonem, naturæque hostem esse statuimus. Atque hæc omnes fere, velut ex uno ore, loquebantur. Quidam autem ex ipsis majorem in modum a me contendebant, ut hæc ipsa tibi significarem: sic enim fortasse te ad meliorem mentem rediturum esse. Ego vero primum quidem id facere detractabam: post autem eorum precibus cedens, scripturum me ad te recepi. Tuum autem jam fuerit, teipsum considerare, atque operam dare, ut e dicteriis, et ludibrio, et pœna teipsum liberes. Quod si, quia mortem ad interitum omnia perducere existimas, idcirco absque metu peccas, imprudens te decipis. Mors quippe, quæ nobilem plantam arefacere videtur, nihil aliud est, quam animæ et corporis disjunctio. Id si non credis, audi quid dicat Plato: Morte hominem invadente, mortalis, ut videtur, ipsius pars mori videtur: quod autem immortale est, salvum et incolume abit, posteaquam morti velut fasces submisit.

A δεικνὺς, κατορθώματος δὲ οὐδὲ ἴχνος (15). Ὡς δὲ ἠπίστουν ἐγὼ, πάντες οἱ ὄντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ ὡς ἀληθεύοντι, καὶ ὡς ἡττωμένης πάσης γλώττης, εἰς τὸ τὰ σὰ ἀκριβῶς ἐκφράσαι κακά. Ὡς δὲ ἀκούων ἡσυχίαν ἦγον· ζυγομαχεῖν γὰρ ἄτοπον ἡγούμην· ἔφασαν ἐκεῖνοι· « Οὐ τὸν σὸν ἀνατρέποντες, ὦ σοφώτατε, λόγον, ταῦτά φαμεν (16)· ἀληθὴς γάρ ἐστι καὶ πάσης εὐφημίας κρείττων· ἀλλ' ἐκεῖνον τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποδοκιμάζοντες εἶναι γένους, καὶ ἀνθρωπόμορφον θηρίον, ἢ δαίμονα ἀλάστορα, καὶ τῆς φύσεως ἐχθρὸν ὁριζόμενοι. » Καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν πάντες ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ἐφθέγγοντο. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν λιπαρῶς παρεκάλουν, αὐτὰ ταῦτα μηνυθῆναί σοι· τάχα πως γνωσιμαχήσειας. Ἐγὼ δὲ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀνεβαλλόμην· ὕστερον δὲ ἐνδοὺς πρὸς B τὰς ἱκεσίας, γράφειν ἐπηγγειλάμην. Σὸν δ' ἂν εἴη λοιπὸν τὰ κατὰ σαυτὸν σκοπῆσαι, ἵνα κωμῳδίας καὶ γέλωτος, καὶ τιμωρίας ἀπαλλαγείης (17). Εἰ δὲ νομίζων τὸν θάνατον εἰς ἀνυπαρξίαν παραπέμπειν, ἀδεῶς πλημμελεῖς, σεαυτὸν ἀπατῶν λανθάνεις. Ὁ θάνατος γὰρ ὁ δοκῶν τὸ εὐγενὲς φυτὸν μαραίνειν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ χωρισμὸς ψυχῆς τε καὶ σώματος (18). Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἄκουε Πλάτωνος λέγοντος, Ἐπιόντος θανάτου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, τὸ μὲν θνητὸν, ὡς ἔοικεν, αὐτοῦ ἀποθνήσκει· τὸ δὲ ἀθάνατον, σῶον καὶ ἀδιάφθορον οἴχεται, ὑποχωρῆσαν τῷ θανάτῳ (19).

CCXLIX. — ISIDORO DIACONO.

In illud: « Exterminabitur unctio[68]*, » etc.*

Ex sacerdotio et regno, vir mihi cognominis, rerum administratio conflata est. Quamvis enim permagna utriusque differentia sit (illud enim velut anima est, hoc velut corpus), ad unum tamen et eumdem finem tendunt, hoc est ad hominum salutem. Quapropter cum Judaicæ res initium sumebant, sacerdotium, ut magis necessarium, institutum est, ac perdiu duravit. Posteaquam autem, cum carni addictiores atque crassiores essent, regnum poposcerunt: illud ipsis concessum fuit, quippe quod

C

ΣΜΘ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰς τὸ, « Ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα » καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐξ ἱερωσύνης καὶ βασιλείας (20), [ὦ] ὁμώνυμε, τὰ πράγματα συνέστηκεν (21). Εἰ γὰρ καὶ πολλῷ ἀλλήλων διαφέρουσιν· ἡ μὲν γὰρ ὡς ψυχή ἐστιν, ἡ δὲ σῶμα· ἀλλ' εἰς ἓν ὁρῶσι τέλος, τὴν τῶν ὑπηκόων σωτηρίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡνίκα τὰ Ἰουδαϊκὰ πράγματα ἀρχὴν ἐλάμβανεν, ἡ ἱερωσύνη ἀναγκαιοτέρα ἐθεσμοθετήθη, καὶ ἐπὶ πολὺ διήρκεσεν· ἐπειδὴ δὲ σαρκικώτεροι ὄντες καὶ παχύτεροι, καὶ βασιλείαν ἐξεζήτησαν, καὶ αὕτη ἐδόθη, χρησιμωτάτη οὖσα, καὶ ἀναστέλλουσα τὰ πταίσματα τῶν τῇ

[68] Dan. IX, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(15) Ante ἴχνος cod. idem adjungit ἕν. Vers. seq. pro ὄντες scribit συνόντες, et vers. inde 4 pro ἀκούων habet ἀκούσας. POSSIN.

(16) Idem cod., λέγομεν. vers. seq. ἀληθὴς in ἀληθῶς et κρείττων in κρείττω mutat. ID.

(17) Pro ἀπαλλαγείης, cod. Vat. scribit ἀπαλλαγήσῃ. Vers. inde 2 ante θάνατος omittit art. ὁ et post illa verba ὁ δοκῶν εὐγενὲς φυτὸν μαραίνειν prætermittit. ID.

(18) *Θάνατος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ χωρισμὸς ψυχῆς τε καὶ σώματος*. Sic Arnobius mortem vocat divagationem animæ a corpore. Vid. et Cicer. I, *Tuscul*. RITT.

(19) *Ὑποχωρῆσαν τῷ θανάτῳ*. Bill., *posteaquam morti velut fasces submisit*. Malim, *morti se subducens*, vel *mortem effugiens*. Si enim fasces morti submisisset, non esset immortalis anima, nec posset salva atque incolumis abire. ID.

(20) *Ἐξ ἱερωσύνης καὶ βασιλείας*. Similiter Justinianus in *Novell*. et Ignatius in epist. ID.

(21) Pro συνέστηκεν cod. Vatic. 650 legit συνεστήκασι. Vers. 6 vocem πράγματα idem omittit. Vers. 7 ante ἀναγκαιοτέρα ponit ὡς. POSSIN.

ἱερωσύνῃ μὴ πειθομένων. Ἐπεὶ τοίνυν πῇ μὲν, τὴν ἱερωσύνην ἔχοντες διέλαμπον, πῇ δὲ, τὴν βασιλείαν κτησάμενοι διεσώζοντο, ἀμφοτέρων δ' ἀναιρουμένων, οὐδεμία αὐτοῖς ὑπελείπετο σωτηρίας ὑπόθεσις· βουλόμενος δεῖξαι ὁ προφήτης Δανιὴλ τὴν παντελῆ τῶν Ἰουδαϊκῶν πραγμάτων μετὰ τὸν σταυρὸν καθαίρεσιν, καὶ ὡς οὐδὲ λείψανον αὐτοῖς χρηστῆς ἐλπίδος περιλειφθήσεται, οὐδέ τις προσδοκία αὐτοῖς ἀμείνων φανεῖται, ἔφη, « Ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ. » Διὰ μὲν τοῦ χρίσματος τὴν ἱερωσύνην μηνύων· διὰ δὲ τοῦ κρίματος, τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν πολιτικὴν κατάστασιν. Μάλιστα μὲν γὰρ διὰ τῆς ἀναιρέσεως τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὴν τῆς βασιλείας, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων συνανέφηνε (22). Τοῦ γὰρ κεφαλαιωδεστέρου καὶ κυριωδεστέρου παντάπασι καταλυομένου, οὐδ' ἄλλο τι συστῆναι ἠδύνατο· ἐπεὶ καὶ τῆς βασιλείας ἡ κρηπὶς, ἡ πρὸς τὸ Θεῖον ἐτύγχανεν εὐσέβεια, ἥτις ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἐκρίνετο λατρείᾳ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἔφη τελευτήσειν, παντελῆ προαναφαίνων τῆς Ἰουδαϊκῆς πολιτείας τὴν ἀναίρεσιν. Καὶ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα, ἐπὶ βελτίονα πολλῷ καὶ θειοτέραν θρησκείαν ἐπαναχθέντα.

A utilissimum esset, atque eorum, qui sacerdotio minime parebant, peccata coerceret ac restringeret. Quoniam igitur, partim quidem sacerdotium habentes elucebant, partim autem regnum obtinentes conservabantur, utroque autem sublato, nullum ipsis salutis subsidium reliquum erat: idcirco Daniel propheta, ut illud ostenderet, fore, ut Judæorum res post Christum in crucem sublatum funditus delerentur, nec ullum lætioris spei vestigium ipsis restaret, nec melior ulla exspectatio eluceret, his verbis usus est: « Exterminabitur unctio, et judicium non erit in ea: » per unctionem videlicet, sacerdotium indicans; per judicium autem, regnum, ac civilem statum. Ac maxime quidem per sacerdotii exstinctionem, regni quoque, et aliarum omnium B rerum eversionem simul demonstrabat: **357** sublato enim ac prorsus deleto eo, quod caput erat, majorisque momenti, ne aliud quidem quidquam consistere poterat. Nam regni quoque basis pietas erga Deum erat, quæ in Dei cultu posita censebatur. Sed tamen regnum etiam finem habiturum dixit: hinc nimirum perfectam Judaicæ reipublicæ subversionem prædicens. Quod etiam res ipsæ testantur, ad multo præstantiorem et diviniorem cultum ac religionem traductæ.

ΣΝ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ· « Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. »

Ἐπειδὴ ὁ μὲν δεόμενος δεῖται τοῦ δώσοντος· ὁ δὲ ἀμφισβητῶν τοῦ δικάσοντος· οὐ τὴν πενίαν φιλοπραγμονεῖν βούλεται, ἀλλὰ παρακαλεῖν. Εἰ δὲ τὴν παράκλησιν ἀφεῖσα, εἰς συκοφαντίαν (23) τραπείη, ἐλεεῖσθαι ἐν κρίσει οὐκ ἂν εἴη δικαία. Διὰ τοῦτο ἔφη, οὐκ ἐλεήσεις πτωχὸν ἐν κρίσει. Ἐλεητέον μὲν γὰρ, οὐ κρινόμενον δὲ, ἀλλ' ἀντιβολοῦντα. Εἰ δὲ τὸ παρακαλεῖν εἰς τὸ ἐγκαλεῖν τρέψειεν, τὸ δίκαιον ἔμπροσθεν τοῦ ἐλέου θετέον· οὐ γὰρ δίκαιον τὸ δίκαιον διαφθείρεσθαι.

CCL. — EIDEM.

In illud: « Pauperis non misereberis in judicio [68]. »

C Quandoquidem is, qui inopia constrictus est, donatore indiget, qui autem ambigit, judicis ope atque auxilio, idcirco [Deus] paupertatem, non molestiam cuiquam exhibere, sed obsecrare vult. Quod si, omissa obsecratione, ad struendas calumnias sese convertat, eam profecto in judicio miserationi esse minime æquum fuerit. Ac propterea his verbis usus est: « In judicio non misereberis pauperis. » Etenim ipsius quidem misericordia affici convenit, at non cum litigat, sed cum obsecrat. Si autem preces in accusationem vertat, justitia misericordiæ anteponenda est. Neque enim jus corrumpi justum est.

ΣΝΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οὐ πλοῦτος (24), οὐ ῥώμη, οὐκ εὐγλωττία, οὐ λαμπρὸν ἢ ὑπέρλαμπρον ἀξίωμα, οὐχ ὁ τῶν ὑπάρχων θρόνος, οὐχ ἁλουργὶς, καὶ διάδημα σεμνύνειν τοὺς ἔχοντας πέφυκεν, ὡς ἀρετὴ καὶ φιλοσοφία. Τίνος οὖν ἕνεκεν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων περὶ μὲν ἐκεῖνα ἐπτόηνται, τούτων δὲ ἧττον φροντίζουσιν; Ἐπειδὴ οἱ μὲν τὰ δοκοῦντα πρὸ τῶν ὄντων θηρεύουσιν, οἱ δὲ τὸ αὐτίκα μάλα τοῦ μικρὸν ὕστερον συνοίσοντος προ-

CCLI. — EIDEM.

Non opes, non pulchritudo, non robur, non facundia, non splendida aut splendorem omnem exce-D dens dignitas, non Hyparchorum thronus, non purpura, non diadema, eos, qui hæc habent, perinde honestare solent, ut virtus ac philosophia. Quid igitur causæ est, quamobrem mortalium plerique acerrima quidem illarum rerum cupiditate incitantur, has autem minus curant? Nimirum quia partim

[68] Exod. xxiii, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) Pro συνανέφηνε idem cod. scribit, συνέφηνε. Vers. seq. pro κυριωδεστέρου habet κυριωτέρου et vers. altero pro καταλυομένου scribit καὶ καταχυλισμένου. Denique vers. inde 3 pro ἐκρίνετο ponit ἐκ:ρνᾶτο. Possin.

(23) Συκοφαντίαν pluraliter inflectit συκοφαντίας idem cod. Id.

(24) Post οὐ πλοῦτος addit cod. Vatic. 650, οὐ κάλλος, et mox pro εὐγλωττία scribit εὐλογία. Vers. ult. scribit μετιᾶσιν, non μετίασιν. Id.

ea, quæ specie tenus sunt, magis quam ea, quæ aucupantur : partim id, quod statim utile est, eo, quod aliquanto postea utilitatem allaturum est, prius atque antiquius habent : partim rerum judicium corruptum habent : partim denique nequidquam quidem post hanc vitam esse arbitrantur. Nam probi ac virtute præditi tum ipsam per se virtutem colunt : tum futuras coronas animo et cogitatione complectentes, eam consectantur.

τιμῶσιν (25) · οἱ δὲ τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων διεφθαρμένην ἔχουσιν, οἱ δὲ οὐδ' εἶναι τι μετὰ τόνδε τὸν βίον νομίζουσιν. Ὡς οἵ γε φιλάρετοι, καὶ αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν τὴν ἀρετὴν τιμῶσι, καὶ τοὺς μέλλοντας στεφάνους ὀνειροπολοῦντες μετίασιν αὐτήν.

CCLII. — DOROTHEO CLARISSIMO.

In illud a Deo dictum : « Quacunque die comederitis ab eo [69]. »

Vehementer miror ac stupore defigor, qui fiat, ut ii, quos peccata delectant, cum semper moriantur, nunquam tamen mortuos se esse existiment. Unde etiam, quemadmodum scripsisti, in quæstionem illud venire potest, quod ad primo fictos homines dictum est : « In quacunque die de ligno comederitis, morte moriemini. » Facinorosus enim ac sicarius tum demum proprie moritur, cum leges violat ac scelus admittit : **358** quantumlibet alioqui vitæ usura frui videatur. Nam et si nondum reipsa, at, si sententiam ac jus spectes, mortuus est : etiamsi nondum in legum laqueos incidisse videatur. Quod si quis etiam immortalis animæ mortem Spiritus sancti abscessionem esse definit (neque enim in corpore peccatis obnoxio domicilium habebit); sic quoque hunc locum intelligere licet. Ut enim corpus præsente anima vivit : sic etiam anima divino Spiritu præsente. Et quemadmodum recedente anima corpus mortuum manet : sic etiam recedente Spiritu sancto, anima beatam vitam amittet : non quidem illa in nihilum dilabens, verum morte quavis acerbiorem vitam ducens. « Sine enim, inquit Christus, mortuos sepelire mortuos suos [70]. » Ac rursum : « Filius meus hic mortuus erat, et resurrexit [71]. » Nam quod nonnulli dicunt, quod ante mille annorum complementum mortui erant (scriptum enim esse, « Unus dies Domini tanquam mille anni [72] »), si non ignoretur, probabile mihi esse videtur, atque ejusmodi, quod a simplicioribus potius excipiatur.

ΣΝΒ'. — ΔΩΡΟΘΕῼ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ · « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. »

Λίαν θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι, πῶς οἱ φιλαμαρτήμονες ἀεὶ ἀποθνήσκοντες, οὐδέποτε τεθνηκέναι (26) νομίζουσι. Διὸ καὶ ζήτημα, ὡς γέγραφας, οἷόν τε εἶναι ἐκεῖνο τὸ πρὸς τοὺς πρωτοπλάστους εἰρημένον. « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. » Ὁ γὰρ κακουργὸς καὶ ὁ ἀνδροφόνος, τότε κυρίως ἀποθνήσκει (27), ὅταν τοὺς νόμους παραβαίη, καὶ τὸ ἁμάρτημα ἐργάσοιτο, κἂν δοκοίη ζῆν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ, ἀλλά γε τῇ ἀποφάσει, καὶ τῷ δικαίῳ τέθνηκεν · εἰ καὶ δοκοίη μηδέπω εἰς τὰς τῶν νόμων σαγήνας ἐμπεπτωκέναι. Εἰ δὲ καὶ θάνατον τῆς ἀθανάτου ψυχῆς ὁρίζεται (28) τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποφοίτησιν · οὐ γὰρ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας · καὶ οὕτω νοείσθω. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα ζῇ παρούσης ψυχῆς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ παρόντος τοῦ θείου Πνεύματος · καὶ ὥσπερ ἀναχωρησάσης τῆς ψυχῆς νεκρὸν μένει τὸ σῶμα, οὕτω καὶ ἀποφοιτήσαντος (29) τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπολέσει ἡ ψυχὴ τὴν μακαρίαν ζωὴν, οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυομένη, ἀλλὰ θανάτου παντὸς χαλεπωτέραν βιοῦσα ζωήν. « Ἄφες γὰρ, φησὶ ὁ Χριστὸς, τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. » Καί · « Ὁ υἱός μου οὗτος νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε. » Τὸ γὰρ λεγόμενον παρά τινων ὅτι πρὸ τῆς τῶν χιλίων ἐτῶν συμπληρώσεως ἐτεθνήκεσαν · γέγραπται γάρ · « Μία ἡμέρα Κυρίου ὡς χίλια ἔτη » οὐκ ἀγνοούμενον πιθανὸν εἶναι (30) μοι δοκεῖ, καὶ τοῖς ἁπλουστέροις μᾶλλον εὐπαράδεκτον.

CCLIII. — HERMINO COMITI.

Quoniam scribis me orationem (vel, si vere loquendum est, oratiunculam potius) de eo, quod fatum non sit, elucubrasse, quæ a nonnullis quidem mirificis laudibus extollatur, a nonnullis autem, aliis libris, qui de hoc argumento a quibusdam elaborati sunt, præstantior habita sit, atque, ut eam ad te

ΣΝΓ'. — ΕΡΜΙΝῼ ΚΟΜΗΤΙ.

Ἐπειδὴ γέγραφας λόγον, μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ εἰπεῖν τἀληθές, λογίδιόν μοι πρώην γεγράφθαι περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην, παρά τινων μὲν ἐνθειασθὲν, παρά τινων δὲ καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων τῶν εἰς τοῦτο παρά τινων πεπονημένων προκριθὲν, καὶ παρεκάλεσας τοῦτό σοι πεμφθῆναι, πέπομφα αὐτό (31)

[69] Gen. II, 17. [70] Matth. VIII, 22. [71] Luc. XV, 24. [72] Psal. LXXXIX, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(25) *Τὸ αὐτίκα μάλα τοῦ μικρὸν ὕστερον συνοίσοντος προτιμῶσιν.* Demosthenis imitationem hic quoque observo, ut supra ep. 174 lib. II, RITT.

(26) Pro τεθνηκέναι cod. Vatic. 650 habet ἀποθνήσκειν, et vers. 4 pro οἷόν τε, scribit οἴονται. POSSIN.

(27) Ἀποθνήσκει cod. Vat. mutat in ἐκθνήσκει. Vers. inde 3 ἀποφάσει idem mutat in ἐκφράσει. ID.

(28) Post ὁρίζεται hæc inserit cod. Vat., διὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκφοίτησιν, τὴν, etc. ID.

(29) Pro ἀποφοιτήσαντος ἐκφοιτήσαντες idem cod. scribit ἐκφοιτήσαντος. Vers. inde 2 loco asterisci ponit εἶναι. ID.

(30) Cod. Vat., οὐκ ἀγνοῶ μὲν, πιθανὸν δὲ εἶναι, etc. ID.

(31) Pro αὐτὸ cod. Vat. 650 legit αὐτός. Vers. post tertio, post τῷ Θεῷ recte addit χάριν et vers. seq. ἐλλιπῶς scribit pro ἐλλιπεῖ. ID.

τοιγαροῦν μὴ ἀπὸ τῆς φήμης ψηφίζου· ἀλλὰ ἀκριβῶς βασανίσας δοκίμασον. Καὶ εἰ μὲν εὖ ἔχει, τῷ Θεῷ ἴσθι· εἰ δὲ δόξει σοι ἐλλιπεῖ γεγράφθαι, τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ συγγίνωσκε τῇ μὴ δυναμένῃ ὡς βούλεται φράσαι.

A mittam, precibus a me contendis, idcirco eam mitto. Tu vero ne famæ judicium in sententia ferenda sequere: verum eam accurate perpende atque explora. Ac si ea commode a me scripta sit, Deo gratiam habe: sin autem in ea quidpiam desiderari videatur, humanæ imbecillitati, quæ minime, ut cupit, loqui potest, ignosce.

ΣΝΔ'. — ΠΑΥΛΩ.

Εἰς τὸ ῥητόν· « Ὁ βλέπων γυναῖκα. »

Ἐπειδὴ ἐκ τοῦ ὁρᾷν τὸ ἐρᾷν τίκτεται, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τὸν ἀκολάστως ἑστιῶντα (32) τὰς ὄψεις μοιχὸν εἶναι ἀπεφήνατο, οὐ τὴν πρᾶξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔννοιαν προαναστέλλων, καὶ ἐπὶ τοῦ φόνου δὲ, ὁ μὲν νόμος τὸν ἀνδροφόνον, ὁ δὲ Χριστὸς καὶ τὸν ὀργιζόμενον τιμωρεῖται. Ὁ μὲν γὰρ τῇ ψυχῇ, ὁ δὲ τῇ χειρὶ νομοθετεῖ· καὶ διὰ τὸ μὴ συγχωρῆσαι φύναι τὴν ῥίζαν, καὶ τοὺς κλάδους προαναστέλλει. Χαλίνου τοίνυν καὶ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν θυμὸν, ἵνα μὴ ὁ μὲν εἰς μοιχείαν, ὁ δὲ εἰς φόνον σε χειραγωγήσῃ.

CCLIV. — PAULO.

In illud: « Omnis qui videt mulierem [73]. »

Quandoquidem amor ex aspectu oritur, idcirco Christus quoque eum, qui petulanter atque impudice oculos pascit, adulterum esse pronuntiavit: quo videlicet non facinus duntaxat, sed etiam cogitationem prohiberet. Atque ad eumdem modum, lex B quidem de homicida, Christus autem de eo quoque, qui irascitur, supplicium sumit. Illa enim manui, hic animæ leges sancit, ac dum radicem oriri non patitur, ramos etiam ante cohibet. Quæ cum ita sint, oculum et iracundiam velut injecto freno coerce: ne ille ad adulterium, hæc ad cædem te velut porrecta manu ducat.

ΣΝΕ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Μὴ μεταβαλλέτω σε, ὦ ἄριστε, ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, εὐημερίας αὔρα· ἀλλὰ φυλαττέτω βέβαιον τοῖς φίλοις ἡ σύντροφος φιλοσοφία. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τοῖς ἀπειροκάλοις καὶ ἀγελαίοις εἴωθε συμβαίνειν· τοῦτο δὲ τοῖς κομιδῇ σοφοῖς, ὧν εἰς τὸν σύλλογον ἐνεγράφης. (33).

359 CCLV. — HERMINO COMITI.

Da operam, vir optime, ne te tanquam unum e vulgo, immutet rerum secundarum aura, verum firmum atque constantem amicis servet philosophia, cum qua es educatus. Illud enim imperitis ac gregariis contingere solet: hoc autem iis, qui ingenti sapientia præditi sunt, quorum in cœtum nomen tuum ascriptum est.

C

ΣΝϚ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ.

Ἐτόλμησα ἂν εἰς τὸν ἀγῶνα τῶν ἐγκωμίων τοῦ θεοφιλοῦς Θεοδοσίου τοῦ ἐπισκόπου κατελθεῖν, εἰ μὴ ἐδεδοίκειν μήποτε ἐνδεῶς εἰπὼν, τῶν προσόντων αὐτῷ ἀγαθῶν ἐλαττώσω τὴν δόξαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶσα λόγου δύναμις παραχωρεῖ τῷ μεγέθει τῆς ὑποθέσεως, εἰκότως καὶ αὐτὸς σιγὴν ἐμαυτοῦ (34) κατεψηφισάμην. Καί τοι γινώσκω, ὅτι ἐὰν ὁ ἐγκωμιαζόμενος ἐκ τῆς ἀληθείας τὴν μαρτυρίαν ἔχῃ, οὐδὲν ἡ τῆς ἀρετῆς κτῆσις καταβλάπτεται ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τοῦ λέγοντος. Ἐν γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς οὐχ ὁ ἡττηθεὶς τῆς ἀξίας κατῄσχυνεν, ἀλλὰ πλέον ἐλάμπρυνε, δείξας ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ τῶν πραγμάτων μεγέθους καλυφθέντα.

CCLVI. — EUDÆMONI.

In laudum pii episcopi Theodosii certamen descendere minime fortasse dubitassem, nisi illud veritus fuissem, ne si ipsius virtutibus inferiorem orationem haberem, ipsius gloriam imminuerem. Quoniam autem omnis dicendi facultas argumenti magnitudini cedit, idcirco ipse quoque silentio me haud immerito condemnavi. Quanquam illud scio, quod si is, cujus laudes prædicantur, a veritate testimonium habeat, veritatis possessio ex dicentis imbecillitate nihil detrimenti capit. Etenim in singulari virtutum magnitudine, non is, qui infra rerum dignitatem substitit, eum, quem laudandum suscepit, dedecore affecit, sed ipsius potius splendorem auxit: quod scilicet seipsum rerum magnitudine obrutum D demonstrarit.

ΣΝΖ'. — ΠΑΥΛΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον· « Ὅτι καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἐρχομένῳ ἡγουμένῳ. »

Τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ ἀγγέλου τῷ Δανιὴλ, « Ὅτι καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ

CCLVII. — PAULO.

In illud: « Quia urbem et sanctum destruet cum duce venturo. »

Id quod Danieli ab angelo dictum est [74]: « Et civitatem, et sanctum delebit cum duce venturo, » si

[73] Matth. v, 28. [74] Dan. ix, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(32) Pro ἑστιῶντα cod. Vat. 650 legit ἐπιόντα. Vers. 5 post φόνου δὲ addit ὁμοίως. Vers. 6 inter τὸν et ὀργιζόμενος recte inserit εἰκῇ. Possin.

(33) Pro ἐνεγράφης cod. Vat. 650 scribit ἀνεγράφης. Id.

(34) Cod. Vat. 650, ἐμαυτῷ. Id.

de alio quodam dictum esse putant, exponant sane arbitratu suo, modo veritati nihil incommodi inferatur. Cum autem Christus sit, qui venturus esse dicitur, juxta Scripturas : « Benedictus enim qui venit in nomine Domini [75] ! » et : « Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus [76] ? » horum verborum hæc sententia est : Non modo Pater omnia Judæorum ornamenta, resque visendas, evertet, sed etiam Christus, qui ab ipsis, ut ipsorum redemptor, exspectatur. Quandoquidem enim in ipsum quoque Regis Filium impotenti furore debacchati sunt, ea quæ merentur, supplicia pendent. Non enim civitas duntaxat, sed etiam sanctum evertetur, hoc est, templum delebitur. Ac vide quam accurate loquatur. Non enim dixit : Delebitur cum duce, ut quidam arbitrantur : sed, Pater templum ac civitatem delebit, opitulante ipsi duce, qui scilicet in priore suo adventu ab ipsis indignissimis contumeliis affectus est. Quod si hoc obscurum est, apertius a me explanabitur. Deus et dux, id est Christus : « Ex te enim, inquit ad Bethleem, exiet dux qui civitatem ac templum diruet [76*]. » Quamobrem etiamsi Romanis hoc facinus ascriptum est : tamen divinitus immissa hujusmodi ira erat. Ac testimonio est Josephus, his verbis utens : **360** « Romanis illud minime assignandum est, quod nobis omnibus bellum illud, quod adversus eos gessimus, exitium attulit. Non enim eorum viribus hæc contigerunt : verum præstantior quædam causa hoc illis præbuit, ut sincere viderentur. » Quænam autem hæc causa erat? Nimirum ea, quæ Hierosolymitanam urbem ad vexandum Salvatorem impulit, ac propterea Judæorum res in genu flexit, vel prorsus omnino delevit. Quod si mihi diffidunt Judæi, dicant velim quamnam ob causam nunc ejusmodi captivitatem sustineant, quæ revocationis omnis expers sit.

A ἡγουμένῳ [τῷ ἐρχομένῳ,] » εἰ μὲν περὶ ἄλλου τινὸς οἴονται εἰρῆσθαι, ἑρμηνευέτωσαν ὡς βούλονται, τῆς ἀληθείας μηδὲν παραβλαπτομένης. Εἰ δὲ ὁ Χριστός ἐστιν ὁ λεγόμενος ἔρχεσθαι κατὰ τὰς Γραφάς· « Εὐλογημένος γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » καί· « Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; » τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ μόνον ὁ Πατὴρ πάντα τῶν Ἰουδαίων τὰ σεμνὰ καὶ περίβλεπτα ἀνατρέψει, ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ παρ' αὐτῶν ὡς λυτρωτὴς αὐτῶν προσδοκώμενος. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς αὐτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ βασιλέως ἐπαρῴνησαν, ἄξια τὰ ἐπίχειρα πείσονται (35). Οὐ μόνον γὰρ ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον διαφθαρήσεται, τουτέστιν ὁ ναὸς καθαιρεθήσεται. Καὶ θέα τὴν ἀκρίβειαν. Οὐχ εἶπε· Διαφθαρήσεται σὺν τῷ ἡγουμένῳ, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλά, « Διαφθερεῖ ὁ
B Πατὴρ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν, » συμπράττοντος τοῦ ἡγουμένου τοῦ παροινηθέντος δηλονότι παρ' αὐτῶν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιφανείᾳ. Εἰ δὲ ἀσαφές ἐστι, λελέξεται πάλιν σαφέστερον. Ὁ Θεὸς καὶ ὁ ἡγούμενος, τουτέστιν ὁ Χριστός· « Ἐκ σοῦ, γάρ, φησὶ πρὸς τὴν Βήθλεεμ, ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις (36) διαφθερεῖ τὴν πόλιν καὶ τὸν νεών. » Ὥστε εἰ καὶ Ῥωμαίοις ἀνήφθη τοὔργον, ἀλλά γε θεήλατος ἦν ἡ ὀργή, καὶ μάρτυς Ἰώσηφος, λέγων, « Μὴ προσχαρίζεσθαι Ῥωμαίοις, ὅτι πάντας ἡμᾶς ὁ πρὸς αὐτοὺς πόλεμος διέφθειρεν. Οὐ γὰρ ἐκείνων ἰσχύϊ ταῦτα συμβέβηκεν, ἀλλὰ ἡ κρείττων γενομένη αἰτία, τὸ δοκεῖν ἐκείνοις νικᾷν παρέσχε. » Ποία δὲ ἦν ἡ αἰτία; Ἢ δηλονότι τὸ ἁμάρτημα τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ εἰς τὸν Σωτῆρα,
C ὅπερ τὰ Ἰουδαίων πράγματα εἰς γόνυ ἔκλινε, μᾶλλον δὲ ἠφάνισε (37). Εἰ δὲ ἀπιστοῦσιν Ἰουδαῖοι, εἰπάτωσαν δι' ἣν αἰτίαν αἰχμαλωσίαν νῦν ὑπομένουσιν ἀνακλήσεως ἄμοιρον.

CCLVIII. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Etsi Chæremon, qui diaconi speciem gerit, perinde facit ut si morbus insanabilis potestatem acceperit, nulli rei, quam expetat, parcendi, verum iis, qui sanitatem allaturos sese profitentur, valere jussis, iis cibis, qui mortem accersunt, se pascat : tamen non tam eum quam Eusebium, qui divina mysteria ipsius fidei committere minime veritus

ΣΝΗ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰ καὶ Χαιρήμων ὁ δοκῶν εἶναι διάκονος, παραπλήσιόν ποι, ὥσπερανεὶ καὶ νόσος ἀνίατος (38) ἐξουσίαν λάβοι μηδενὸς ὧν ὀρέγεται φείδεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐπαγγελλομένοις ἰᾶσθαι, ἐῤῥῶσθαι φράσασα, ἐκ τῶν τὸν θάνατον ὠδινόντων ἑαυτὸν ἑστιάσει. Ἀλλ' ἐγὼ οὐχ αὐτὸν τοσοῦτον ὡς Εὐσέβιον τὸν τὰ θεῖα αὐτῷ μυστήρια ἐμπιστεῦσαι τολμήσαντα, αἴτιον

[75] Matth. xxiii, 39. [76] Matth. xi, 3. [76*] Mich. v, 2 ; Matth. ii, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Pro πείσονται cod. Vatic. 650 scribit ἀποίσονται. Vers. seq. ante ἡ πόλις addit αὐτῶν. Possin.

(36) *Τουτέστιν ὁ Χριστός........ ἡγούμενος, ὅστις.* Hæc deerant in edit. Paris. et in interpretatione Billii ; supplentur ex codice Bavarico. Hoc emblema omnino necessarium puto. Exponit enim eo Isidorus, quis sit apud Danielem ille ἡγούμενος, nempe Christus, quem et Michæas ἡγούμενον, vocat in suo illo nobilissimo vaticinio, quod Matthæus quoque ad Christum accommodavit (cap. ii). Puto autem post ὅστις etiam in ms. B. quædam deesse, et sequi debere, ποιμανεῖ τὸν λαόν μου eaque omnia ponenda in parenthesi, incipiendo a τουτέστι, ad ποιμανεῖ, usque. Ex his jam ita integratis etiam Billiana interpretatio ab unoquoque facile suppleri poterit. Ritt.

(37) Locum hunc, in editione Parisiensi omnino mancum, restituimus ex codice Vaticano 650 apud Possinum. Edit. Patr.

(38) Pro his, ὡσπερανεὶ καὶ νόσος ἀνίατος, cod. Vatic. 650 habet, ὥσπερ ἂν ἡνίκα νοσῶν τις ἀνίαται. Vers. post secundo ἰᾶσθαι cod. idem mutat in ἰάσασθαι et mox φράσασα in φράσας. Vers. seq. pro ἑστιάσει legit ἑστιάσῃ. Mox pro οὐχ αὐτὸν τοσοῦτον ὡς, scribit idem, οὐ τοσοῦτον αὐτὸν ὅσον. Vers. penult. ep. pro τοσούτων habet τοιούτων, et vers. ult. φύντων pro φυτῶν. Possin.

ἡγοῦμαι τῶν τοσούτων κακῶν. Ὁ γὰρ τὰ σπέρματα A παρασχὼν, τῶν φυτῶν δηλονότι αἴτιος.

ΣΝΘ'. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἐγὼ τῷ διδασκάλῳ δύο ταῦτα προσεῖναι παντὶ σθένει (39) νομίζω, τήν τε τοῦ βίου καθαρότητα, τήν τε τοῦ λόγου ἱκανότητα, ἣν σκιάν τις τῶν ἔργων ὁριζόμενος, οὐκ ἄν μοι δοκῇ διαμαρτάνειν τῆς ἀληθείας, ἵνα πῇ μὲν ῥυθμίζῃ τὸν φοιτητὴν, πῇ δὲ σωφρονίζῃ τὸν ἀπειθῆ. Ὥσπερ γὰρ οἱ γραμματισταὶ τὴν γραφίδα λαβόντες μετὰ πολλοῦ τοῦ κάλλους τὰ στοιχεῖα χαράττουσι, καὶ τοῖς ἀρτιμαθέσι παρέχουσιν, ἵν' ὡς οἷόν τε μιμήσασθαι δυνηθεῖεν· οὕτω καὶ τοὺς ὑφηγητὰς χρὴ τὴν πολιτείαν τὴν ἑαυτῶν (40) εἰκόνα τινὰ σοφῶς γεγραμμένην τοῖς B μαθηταῖς προτιθέναι, ἵν' ὡς οἷόν τε μιμήσωνται. Εἰ δ' ἐκεῖνοι μὴ μόνον βίον ἄληπτον, ἀλλὰ καὶ θαυμάσιον ὁρῶντες, οὐκ ἐνάγονται εἰς ἀρετὴν, τοῦτο οὐκ ἔτι τοῦ διδασκάλου τις ὁριεῖται ἔγκλημα, τοῦ μηδὲν παραλείψαντος τῶν ὀφειλόντων πραχθῆναι, ἀλλὰ τῆς τῶν μαθητῶν ῥᾳθυμίας. Ἐπειδὴ δέ φασί τινες· Δι' ἣν γὰρ αἰτίαν τῷ φόβῳ οὐκ ἀπείργουσι τοὺς φοιτητὰς τῶν ἐγκλημάτων (41); φαμέν· Καὶ τίς ὁ τοῦ παραπαιδεύτου φόβος ἐπιτιμῆσαι; Τοῦτο πολλάκις γεγενημένον οὐκ ἴσχυσε. Πεῖσαι τῇ βακτηρίᾳ; ἀλλ' οὐκ ἔξεστιν. Ἀποκηρύξαι; καὶ τοῦτο ἐξελήλεγκται; Τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν; ἀλλ' οὐ τοσούτου γε κύριος. Ἐπαγγείλασθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; ἀλλὰ μῦθος εἶναι δοκεῖ τοῖς ῥαθυμοτέροις. Ἀπειλῆσαι τὴν κρίσιν (42); ἀλλὰ γελῶσιν ἀκούοντες. Ἐξελάσαι τῆς Ἐκκλη- C σίας; Πρόχειρον μὲν, ἐπανόρθωμα δὲ οὐκ ἔχον. Εἰ μὲν γὰρ (43) παρὰ τοῦ δεῖνος δικαίως κατεψηφισμένῳ πᾶσα ἐφεξῆς ἦν ἡ Ἐκκλησία ἄβατος, καὶ συνηγανάκτουν ἅπαντες τῷ ταύτην θεμένῳ τὴν ψῆφον, ἴσως ἂν ἐκεῖνος σωφρονισθεὶς ἐγνωσιμάχει. Νῦν δὲ ἅμα κατέγνωσταί τις ὑπὸ τούτου, καὶ παρ' ἄλλου πολλάκις θεραπεύεται, καὶ Ἐκκλησία ἑτέρα ἀναπεπταμένη, καὶ δορυφορία (44), καὶ δῶρα, καὶ γίνεται τῷ ἐκβεβλημένῳ χρηματισμὸς, ἡ μετάστασις. Εἶθ' ὅτι μὲν καταγνωσθεὶς ἐξεβλήθη, οὐ λέγει· ὡς δ' ἑκὼν ἀπεπήδησε, τοῦτο δὲ πλάττεται (45). Κἂν ἔρηταί τις, διὰ τί, λογοποιεῖ καὶ δεινὰ καὶ τὰ τῆς ὑποδεξαμένης δοκοῦντα. Λαβόντες δὲ ταῦτα οὐκ ὀρθῶς βιοῦντές τινες, καὶ ὥσπερ ἀπολογίαν τῶν οἰκείων

est, tot ac tantorum malorum auctorem esse arbitror. Nam qui semina præbuit, is videlicet plantarum etiam causa est.

CCLIX. — HERMOGENI EPISCOPO.

Ego duo ista, quoad ejus fieri potest, magistro inesse debere censeo, nempe vitæ puritatem, ac dicendi facultatem (quam si quis operum umbram esse definiat, haudquaquam mihi a vero aberraturus esse videatur) ut per illam discipuli mores ac vitam componat, per hanc autem contumacem ac refractarium ad meliorem mentem revocet. Ut enim scribæ, accepto stylo quam elegantissime litteras pingentes, eum tyronibus quoque suis præbent, ut, quantum facultas ferat, eas imitari possint : eodem modo magistris etiam et præceptoribus faciendum est, ut vitam suam, tanquam imaginem quamdam scite depictam, discipulis proponant, quo eam, quantum vires tulerint, imitentur. Quod si isti non modo ab omni reprehensione alienam, sed etiam admirabilem vitam intuentes, hinc tamen ad virtutem minime inducuntur, hoc vero non jam magistro, qui nihil eorum, quæ facta oportuit, prætermisit, quispiam ascribendum putabit, sed discipulorum socordiæ. Quoniam autem aiunt nonnulli, Quin discipulos suos metu a vitiis arcent? hoc respondemus : Et quis tandem magistri metu commovetur? Objurgare oportet? At hoc sæpe factum nullam vim habuit. Baculo persuadere? At non licet. Proscribere atque abdicare? At hoc quoque remedium frustra adhibitum est. Civitate pellere? At non tantum potest. Regnum cœlorum promittere? At istud ignavioribus fabulæ loco est. Judicium minari? At cum id audiunt, risum edunt. Ex Ecclesia ejicere? 361 Id quidem promptum ac facile est, sed emendationem non habet. Nam si ei, qui optimo jure ab aliquo condemnatus est, ad omnes etiam alias Ecclesias aditus clauderetur, cunctique una cum eo qui sententiam tulisset, indignationem conciperent, fortassis ille castigatus, meliorem mentem indueret. Nunc autem, simulatque quispiam ab aliquo condemnatus est, ab alio persæpe colitur et observatur, aliaque ei Ecclesia patet, et satellitium, et munera : eique, qui ejectus est, in quæstum cedit loci commutatio. Ac deinde, quod criminis convi-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Παντὶ σθένει abest a cod. Vat. 650, uti et ἣν D quod in edito legitur vers. 3. Vers. 5 et 6 pro πῇ μὲν et πῇ δὲ scribit idem, τῇ μὲν et τῇ δέ. POSSIN.

(40) Post ἑαυτῶν idem cod. addit καθάπερ. Vers. post tertio pro οὐκ ἔτι legit οὐκ ἔστι. ID.

(41) Pro ἐγκλημάτων cod. Vat. 650 habet πλημμελημάτων. Vers. eodem et seq. pro ὁ τοῦ παραπαιδεύτου cod. idem legit, ὁ παρὰ τοῦ παιδευτοῦ. Mox pro ἐπιτιμῆσαι, scribit idem, ἐπιτίμησις. Vers. seq. pro ἴσχυσε πεῖσαι legit idem cod. ἴσχυσε παῖσαι. Paulo post pro ἐξελήλεγκται ibi legitur, ἐξελήλεκται. Vers. seq. pro τοσούτου habet τούτου. ID.

(42) Illa omnia editi verba, ἀλλὰ μῦθος εἶναι δοκεῖ τοῖς ῥαθυμοτέροις; ἀπειλῆσαι τὴν κρίσιν, exsulant a cod. Vat. 650. ID.

(43) Post γὰρ cod. idem addit τῷ. Vers. post secundo pro συνηγανάκτουν ἅπαντες cod. Vat. legit, συνεπήμυνον πάντες. Vers. post tertio pro ἐγνωσιμάχει ibi scribitur ἐγνωσιμάχησε, et mox pro νῦν δὲ ἅμα, illic est, νῦν δ' ὅτε. ID.

(44) Post δορυφορία, usque ad καταγνωσθείς, quæ media exstant in edito, sic diverse leguntur in cod. Vat. 650, καὶ δῶρον, καὶ χρηματισμὸς γίνεται τῷ ἐμβεβλημένῳ ἡ μετάστασις· εἶθ' ὁ μὲν ὅτι καταγν., etc. ID.

(45) Pro πλάττεται idem cod. legit πλάττηται. Vers. seq. post λογοποιεῖ addit πολλά. Vers. seq. pro βιοῦντες legit βιούντων. Mox pro ἔχειν scribit εἶναι. ID.

ctus, ejectus sit, non commemorat: quod autem sponte sua discesserit, hoc effingit. Ac si quis causam percunctetur, multa et gravia narrat, quæque Ecclesiæ a qua exceptus sit allubescant. Hæc porro quidam improbæ vitæ homines arripientes, ac velut culparum suarum patrocinium hinc se habere existimantes, amplificant, omniaque verbis ejusmodi complent, quæ iis congruant a quibus fabricata sunt. Ex quibus rebus efficitur, ut qui deliquit, nihilo melior reddatur: qui autem in eum animadvertit, impuri ac scelerati hominis opinionem referat. Ob eam causam, vir sapientissime, probi etiam atque excellentes magistri (quorum exiguus est numerus) a flagitiosis castigandis velut torpore quodam prohibentur: quod videlicet ii qui, non ut convenit, ad hujusmodi imperium irruperunt (multi autem hi sunt) aliorum gloriam nominisque claritatem suam calamitatem esse ducentes, eorum, qui justa iracundia inflammantur, sententias evertere connituntur: quo non modo improbitas non exstinguatur, sed etiam ingravescat. De quibus et si minime me fugit, quin molesta et gravia futura sint, quæ dicturus sum, dicam tamen. Fortassis enim correctio quædam hinc consequetur. Quid enim perditos deflere juvat, cum, quantum in nobis situm est, salutem ipsis afferre liceat, quando facultas datur? Nam qui nec in subditorum classe censeri debent, hi ad doctrinæ thronum prosilire minime verentur, et sacrario dominari putant, qui ne seipsos quidem in potestate tenent: et aliis præesse se arbitrantur, qui ne sibiipsis quidem præesse potuerunt. Per quos factum est, ut res omnes Ecclesiæ sursum ac deorsum volvantur.

A πταισμάτων ταύτην ἔχειν οἰόμενοι, μεγαλύνουσιν, ἐμπιπλῶσι τὰ πάντα ῥημάτων, τοῖς κατεσκευακόσι πρεπόντων. Ἐκ δὲ τούτων ὁ μὲν πταίσας οὐδὲν ἀμείνων καθίσταται· τῷ σωφρονιστῇ δὲ, τὸ δοκεῖν εἶναι μιαρῷ (46) περιγίνεται. Διὰ ταῦτα, ὦ σοφώτατε, καὶ οἱ εὐδόκιμοι τῶν διδασκάλων (ὀλίγοι δέ εἰσιν οὗτοι) ἀπενάρκησαν σωφρονίζειν τοὺς πλημμελοῦντας· ἐπειδὴ οἱ μὴ προσηκόντως εἰς ταύτην εἰσκωμάσαντες τὴν ἀρχὴν (πολλοὶ δέ εἰσιν οὗτοι) τὰς τῶν ἄλλων εὐδοκιμήσεις οἰκείας ἡγούμενοι συμφορὰς, τῶν εἰκότως ἀγανακτούντων τὰς ψήφους ἀνατρέπειν ἐπιχειροῦσιν, ἵνα μὴ σβεσθῇ ἡ κακία, ἀλλὰ καὶ ἐπιτρίβοιτο. Περὶ ὧν φορτικώτερα μὲν οἶδα λέξων, ὅμως δ' ἐρῶ. Τάχα πως διόρθωσίς τις παρακολουθήσει. (47) Τί γὰρ ὄφελος ἀπολωλότας θρη- B νεῖν, παρὸν, τόγε ἐφ' ἡμῖν, σώζειν, ἡνίκα ἔξεστιν. Οἱ γὰρ μηδ' ἐν τοῖς ὑπηκόοις ὀφείλοντες τετάχθαι, οὗτοι ἐπιπηδᾷν τῷ διδασκαλικῷ θρόνῳ τολμῶσι, καὶ τοῦ βήματος κρατεῖν οἴονται, οἱ μηδ' ἑαυτῶν κεκρατηκότες, καὶ ἄλλων ἐξηγεῖσθαι νομίζουσιν, οἱ μηδ' ἑαυτῶν ἄρξαι δυνηθέντες, δι' οὓς ἄνω καὶ κάτω γέγονε τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα.

CCLX.—ZOSIMO PRESBYTERO.

Vir quidam, non modo a turpibus et sordidis lucris alienus, sed etiam facultates suas egentibus distribuens, cum ad eum allatum fuisset, te paucis piscibus a quodam, qui falsum juraverat, acceptis, eum, quantum quidem in te erat, crimine solvere minime dubitasse, magnopere ingemiscens, illud Demosthenis pronuntiavit, itaque mihi quidem videtur (quanquam enim, quod dicturus sum, grave ac molestum videbitur, dicam tamen, **362** nec reticebo) hoc ipso nomine morte cum multandum esse, ut apud inferos hanc legem impiis constituat. Verum hæc quidem ille dolore incensus dixit, mihi vero, itemque omnibus qui aderant, nihil a ratione alienum dixisse videtur. Neque enim hoc illum crimine liberat, quod muneribus placatus sis: verum si sua recuperet, qui ob perjurium læsus est. Quamobrem sordidi quæstus causa divina oracula ne depraves, aut sinistra interpretatione pervertas. Neque enim ea injuriam quidem inferre, sacerdotibus autem munera offerre præcipiunt; sed læsis se defendere rebus ipsis præscribunt. Etenim illud, « Si ligaveritis [77], » de iis, qui peccant, dictum est:

ΣΞ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

C Ἀνήρ τις οὐ μόνον αἰσχρῶν λημμάτων κρείττων, ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκεῖα τοῖς δεομένοις διανέμων, πυθόμενος ὅτι ἰχθῦς ὀλίγους εἰληφὼς παρά τινος ἐπιορκήσαντος, ἀπολῦσαι αὐτὸν, τόγε ἐπὶ σοὶ, τοῦ ἁμαρτήματος ἐτόλμησας, στενάξας μέγα, τὸ Δημοσθενικὸν ἐκεῖνο ἀπεφθέγξατο, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ· καὶ γὰρ εἰ φορτικώτερον εἶναι τὸ ῥηθησόμενον δόξει, λέξω, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι· κατὰ τοῦτό γε αὐτὸ ἄξιον αὐτὸν εἶναι θανάτῳ ζημιῶσαι, ἵνα ἐν ᾅδου θῇ τοῖς ἀσεβέσι τοῦτον τὸν νόμον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκεῖνος περιαλγὴς γενόμενος ἔφη· ἐμοὶ δ' ἔδοξε καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσι μηδὲν ἀπεικὸς εἰρηκέναι. Οὐ γὰρ τὸ σὲ δώροις ἐξευμενισθῆναι, ἀπολύει ἐκεῖνον τοῦ ἐγκλήματος, ἀλλὰ τὸ ἀπολαβεῖν τὰ οἰκεῖα τὸν ἐκ τῆς ἐπιορκίας ἀδικηθέντα. Μὴ τοίνυν κέρδους ἕνεκεν D αἰσχροῦ ἢ παραποίει ἢ παρερμήνευε τοὺς θείους χρησμούς. Οὐ γὰρ ἀδικεῖν μὲν, προσφέρειν δὲ τοῖς ἱερωμένοις προστάττουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀπολογεῖσθαι (48) διὰ τῶν πραγμάτων θεσπίζουσι. Τὸ γὰρ, « Ἐὰν δήσητε, » περὶ τῶν ἁμαρτανόντων εἴρηται· καὶ τὸ, « Ἐὰν λύσητε, » περὶ τῶν γνωσιμαχούντων. Ἀπολύεται δὲ τοῦ ἐγκλήματος, οὐχ ὁ

[77] Matth. XVI, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Cod. Vat., μιαρός. Possin.

(47) Cod. Vat. παρακολουθήσει mutat in παρακολουθήσεις. Ab hoc verbo quæ sequuntur usque ad οἱ γὰρ cuncta omittuntur in eodem codice. Id.

(48) Pro ἀπολογεῖσθαι cod. Vat. legit ἐκλογήσασθαι. Sequenti versu haud dubie admittenda est ejusdem codicis melior lectio ἁμαρτανόντων in ἀμετανοήτων mutantis. Id.

τὸν ἱερέα ἐκμειλισσόμενος, ἀλλ' ὁ τὸν ἀδικηθέντα ἐξευμενιζόμενος. Εἰ γὰρ τοῖς ἱερωμένοις νομίζεις δεδόσθαι τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν, τῶν πλημμελούντων μὴ σπουδαζόντων ἀποτρίψασθαι τὰ πταίσματα, τυραννικὸς μὲν εἶναι δόξει ὁ χρησμὸς, καὶ πρὸς τὸ ἱερατικὸν κέρδος μόνον ὁρᾷν (49)· τῶν δὲ ἀδικηθέντων οὐδένα ποιούμενος λόγον· ὠμότατοι δὲ ἀπανθρωπότατα οἱ τὴν τῆς ἱερωσύνης ἐστεμμένοι λειτουργίαν, μὴ πάντας ἀπολύοντες τῶν ἐγκλημάτων. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. Μὴ σαυτὸν παραλογίσῃ, μᾶλλον δὲ μὴ σαυτὸν καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου (50), εἰς βάραθρον ὤσῃς, μηδὲ τὰ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων κακὰ ἀνανεώσῃς, τῶν παραμυθίας τινὰς τοῖς ἐπιορκοῦσι δι' αἰσχρὸν κέρδος ἐπινοησάντων, καὶ τοὺς παῖδας κατὰ τῶν γονέων ὁπλισάντων, καὶ τὰς θείας παρερμηνευσάντων, καὶ ἀνατρεψάντων ἐντολάς· ἀλλ' εὐαγῶς καὶ εἰλικρινῶς τοῖς διὰ τῶν χρησμῶν θεσμοθετηθεῖσιν ἕπου· οἷς καὶ ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος ἀκολούθως (51) ἔλεγεν· « Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. » Ἢ ἂν μὲν πλούσιος ᾖ ὁ ἐπιορκήσας, καὶ προσενέγκῃ τῷ ἱερεῖ, ἀπολύεται· ἐὰν δὲ πένης καὶ μὴ προσενέγκῃ, εὐθύνεται. Ἀλλὰ ταῦτα οὔ φημι πράττειν, ἀλλ' οὐδ' ἐννοεῖν θέμις. Ἐρεῖ γάρ σοι ὁ κριτής· « Ὑπέλαβες ἄν με (52), ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος; » Καὶ πῶς οἷόν τε; Ὁ γὰρ προστάξας τοῖς ὑπηκόοις δῶρα ἐπ' ἀθῴοις μὴ δέχεσθαι, οὐκ ἂν δή που τοὺς ἱερωμένους τούτοις καταῤῥυπαίνεσθαι τοῖς αἰσχροῖς κέρδεσι προσέταττεν. Ἀλλὰ τοῦτο ἔφη, ἵνα μετὰ τὴν ἀπολογίαν τῶν ἀποστερηθέντων (53) συνευχόμενοι, καὶ συννηστεύοντες τοῖς πταίσασι, λύσιν αὐτοῖς οὐρανόθεν πορίσοιντο· ἐκεῖνο μηδ' εἰς νοῦν λαμβάνοντες τό· « Δεῦτε, κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. » Λειτουργοὶ γάρ εἰσιν, οὐ κοινωνοί· πρέσβεις, οὐ κριταί· μεσῖται, οὐ βασιλεῖς. Οἱ γὰρ καὶ περὶ οἰκείων ἁμαρτημάτων, ὡς ἔφη ὁ Ἀπόστολος, θυσίας προσφέροντες, οὐκ ἂν δήπου ἐξ αὐθεντίας καὶ τοῖς ἀμετανοήτοις, εἰ καὶ πλούσιοι εἶεν, δύναιντ' ἀφεῖναι ἁμαρτίας. Ὅτι γὰρ οὐ τοῖς ἱερωμένοις καπηλεύειν τὰ πράγματα (54) ἐπέτρεψεν, οὐδὲ πρὸς τὸ οἰκεῖον κέρδος ὁρᾷν ἐθέσπισεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων συμφέρον πάντα ἐνομοθέτησεν ὁ πάσης ἁγνείας καὶ καθαρότητος, ἀνάκτορον (55) αὐτοὺς εἶναι βουλόμενος, μεμήνυκε μὲν καὶ διὰ τοῦ ἱεροφάντου Μωσέως, μεμήνυκε δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ· διὰ μὲν τοῦ νομοθέτου φήσας, ὅτι « Εἴ τις παρακαταθήκην νοθεύσειε, πρῶτον μὲν ἀποδιδότω τὰ ἀφαιρεθέντα, εἶτα ἡκέτω εἰς τὸν νεὼν,

atque illud item, « Si solveritis [78], » de iis, qui pœnitentia ducuntur. Crimine autem solvitur, non qui sacerdotem delinit, sed qui eum, cui injuria illata est, placat. Nam si sacerdotibus hujusmodi potestatem concessam esse arbitraris, iis, qui peccant, delicta sua propellere atque abstergere minime studentibus, tum tyrannicum hoc oraculum esse videbitur, atque sacerdotum duntaxat commodum spectans : eorum autem, quibus injuria facta est, nullam rationem habens : crudelissimi item et inhumanissimi, qui sacerdotii munere funguntur, quod non omnes criminibus 'solvant. At non ita est, non est inquam ita : ne teipsum circumscribas, vel, ut rectius loquar, ne simul et teipsum, et eos, qui te audiunt, in voraginem impellas, nec Scribarum et Pharisæorum (qui solatia quædam pejerantibus ob turpem quæstum excogitarunt, et filios adversus parentes armarunt, et divina mandata sinistra interpretatione detorserunt, ac everterunt) vitia renoves : verum ea, quæ divinis oraculis sancita sunt, pie ac sincere sequere, quibus consentanee sacrosanctus etiam Apostolus dicebat : « Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate [79]. » An vero si is, qui perjurio sese obstrinxit, dives et copiosus sit, ac sacerdoti munus aliquod obtulerit, liberatur : si autem inops et tenuis, nec quidpiam offerat, supplicio afficitur? At hæc, non dico facere, sed ne cogitare quidem fas est. Dicet enim judex : « Existimasti quod ero tui similis [80]? » Qui autem id fieri queat? Nam qui subditos munera super innocentes accipere prohibuit, sacerdotibus, ut turpibus his lucris sese commacularent, haud profecto imperaret. Verum his verbis idcirco usus est, ut post ereptarum rerum restitutionem cum his, qui deliquerant, simul orantes ac jejunantes, veniam ipsis ac solutionem divinitus compararent. Illud ne in animum quidem et cogitationem immittentes. « Age, hæreditate possideamus sanctuarium Dei [81]. » Ministri enim sunt, non participes : deprecatores, **363** non judices ; mediatores, non reges. Nam qui pro suis quoque peccatis, ut ab Apostolo dictum est [82], sacrificia offerunt, haud sane velut pro suo jure, iis quos scelerum minime pœniteat, etiamsi locupletibus et opulentis, peccata condonare queant. Nam quod sacerdotibus cauponum instar quæstui res habere minime permiserit, nec privata commoda spectare præceperit, verum ad subditorum utilitatem omnia

[78] Matth. XVI, 19. [79] II Cor. XIII, 8. [80] Isa. XLVI, 5. [81] Psal. LXXXII, 13. [82] Hebr. V, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(49) Idem non male ὁρῶν pro ὁρᾷν. POSSIN.

(50) Pro his, μᾶλλον δὲ μὴ σαυτὸν καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου, emendatius sic scribit cod. Vat. 650, μᾶλλον δὲ σαυτὸν καὶ τοὺς ἀκούοντας σύν σοι εἰς, etc. ID.

(51) Ἀκολούθως recte in ἀκολουθῶν idem cod. vertit. ID.

(52) Rectissime cod. Vat. ἄν με plane vitiose positum restituit in ἄνομε. ID.

(53) Cod. Vat. ἐκστερηθέντων ponit pro ἀποστερ., etc.; vers. post 2 pro πορίσοιντο, πορίσωνται, et vers. seq. ἁγιαστήριον pro θυσιαστήριον. ID.

(54) Cod. Vat., γράμματα. ID.

(55) Pro ἀνάκτορον idem cod. Vat. optime rescribit ἀνάκτορας. ID.

præscripserit is, qui sanctitatis omnis et puritatis A templum eos esse vult, tum per sacrarum rerum interpretem Mosen, tum per seipsum indicavit. Per Mosen, inquam, ad hunc modum loquens : Si quis depositum adulterarit, primum res ereptas reddat : deinde in templum veniat, non sacerdotem, sed Deum placaturus [83]. Per seipsum autem, cum ait, « Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt [84]. » Cum igitur ob divinum Spiritum hujusmodi gratiam acceperint, non est id quidem dubium, quin ii, qui per peccata sua hunc abigunt, hanc potestatem non habeant : verum ii demum, quibus per Spiritum sanctum exploratum est, quinam venia, quinam condemnatione digni sunt. Quoniam enim hoc humanam mentem excedebat, idcirco Paracletus, qui divinæ essentiæ atque gloriæ socius est, earum rerum, quas mens humana consequi non poterat, doctorem se iis præbuit, qui sui susceptione digni erant.

οὐ τὸν ἱερέα, ἀλλὰ τὸν κριτὴν ἐξιλασόμενος·» διὰ δὲ ἑαυτοῦ· «Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται· καὶ ὧν ἂν κρατῆτε, κεκράτηνται.» Εἰ τοίνυν διὰ τὸ θεῖον Πνεῦμα ταύτην εἰλήφασι τὴν ἐξουσίαν, οἱ δι' ὧν ἁμαρτάνουσι, τοῦτο ἀπελαύνοντες, ταύτην δηλονότι τὴν ἐξουσίαν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰδότες, τίνες μέν εἰσιν ἀφέσεως, τίνες δὲ κατακρίσεως ἄξιοι. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν ἀνθρώπινον τοῦτο ὑπερβαίνει νοῦν, ὁ Παράκλητος ὁ τῆς θείας οὐσίας καὶ δόξης κοινωνὸς, διδάσκαλος τοῖς ἀξίοις τῆς ὑποδοχῆς αὐτοῦ ἐγίνετο, ὧν ὁ ἀνθρώπινος νοῦς οὐκ ἀφικνεῖτο.

B

CCLXI. — EIDEM.

Quemadmodum viperæ parentis morte, sic etiam peccata parentum suorum interitui obstetricantur.

ΣΞΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ὥσπερ αἱ ἔχεις τῷ τῆς μητρὸς θανάτῳ, οὕτω καὶ ἁμαρτίαι τῷ τῶν τικτόντων μαιοῦνται ὀλέθρῳ.

CCLXII. — HERACLIO EPISCOPO.

Amicus quidam meus ad te se contulit, ut obsidem se pro patre præbeat, eumque carcere liberet. Quamobrem ei fave, ut qui non pecuniarum, sed pietatis atque gloriæ causa ad hoc certamen se accinxerit.

ΣΞΒ'. — ΗΡΑΚΛΕΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἧκεν εἰς σὲ ὁ φίλος, ὁμηρεύσων ὑπὲρ τοῦ πατρὸς, κἀκεῖνον ἀπολύσων τοῦ δεσμωτηρίου· σύμπραττε τοίνυν αὐτῷ, οὐ χρημάτων ἕνεκεν, ἀλλ' εὐσεβείας καὶ εὐκλείας πρὸς τοῦτον ἀποδυσαμένῳ (56) τὸν ἀγῶνα.

CCLXIII. — AUSONIO CORRECTORI.

Commode, vir summa doctrina et eloquentia prædite, imperium administraris, si æquitatis quidem firmus custos fueris, ac peræque et ab iniquo odio, et a gratia et favore teipsum removeas : et in mo- C ribus quidem justitiam, in oculis autem pudorem, in labiis vero persuasionem emicantem habeas ; ac denique immaculatum, quo ad ejus fieri queat, gladium conservaris, minis videlicet flagitia coercens et reprimens.

ΣΞΓ'. — ΑΥΣΟΝΙΩ ΚΟΡΡΗΚΤΩΡΙ.

Καλῶς ἂν, ὦ ἐλλογιμώτατε, διοικήσειας τὴν ἀρχὴν, εἰ τοῦ μὲν δικαίου φύλαξ ἀκλινὴς γένοιο, ἴσον δ' ἀπόσχοιο ἀπεχθείας ἀδίκου καὶ χάριτος· καὶ ἐν μὲν τοῖς ἤθεσι τὴν δίκην, ἐν δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς αἰδῶ, ἐν δὲ τοῖς χείλεσι τὴν πειθὼ χορεύουσαν ἔχοις (57)· τὸ δὲ ξίφος ἄχραντον, ὡς ἐνδέχεται, τηρήσειας, ταῖς ἀπειλαῖς τὰ πταίσματα προαναστέλλων.

CCLXIV. — EIDEM.

In illud : « Recumbens dormiisti ut leo [85]. »

Ego, et si mirum esse videatur id quod dicturus sum, tamen μεγαλοφροσύνην (hoc est animi magnitudinem) τὴν μετὰ λόγου φρόνησιν (id est animi affectum cum ratione conjunctum) esse statuo. Neque enim si quis ab assentatione abhorreat, hunc inter arrogantes numerare oportet : nec rursum si quis adulator et sordidus atque ignavus sit, **364** modestum hunc existimare convenit : verum eum D demum, qui cum ea quæ consentanea sunt, facit, tamen adversus alios minime inflatur, nec se omnibus anteponit, verum eo gradu atque ordine, qui ingenuos viros decet, seipsum continet. Magnanimum enim esse oportet, non superbum et arro-

ΣΞΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τό· « Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων. »

Ἐγὼ, εἰ καὶ παράδοξον εἶναι δόξει τὸ ῥηθησόμενον μεγαλοφροσύνην τὴν μετὰ λόγου φρόνησιν εἶναι, ὁρίζομαι. Οὐ γὰρ εἴ τις μὴ εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα γραπτέον· οὐδ' εἴ τις κόλαξ εἴη καὶ ἀγεννὴς, τοῦτον μετριόφρονα νομιστέον· ἀλλὰ τὸν τὰ πρέποντα μὲν πράττοντα, μὴ φυσώμενον δὲ κατὰ τῶν πέλας, μηδ' αὐτὸν ὑπερτιθέντα ἁπάντων, ἀλλ' ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει τῇ ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα. Μεγαλόψυχον μὲν γὰρ εἶναι χρὴ, οὐχ ὑπερήφανον· ἀνδρεῖον, οὐ θρασύν· ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρεπῆ· μετριόφρονα, οὐ ταπεινοφροσύνην ὑποκρινόμενον· ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη. Οἷος ἦν καὶ ὁ θεοφιλὴς Ἀβραὰμ (58), ὃς λαφύρων μὲν

[83] Levit. VI, 1-7. [84] Joan. XX, 22, 23. [85] Gen. XLIX, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56) Ἐκδυσαμένῳ pro ἀποδυσ. ponit cod. Vat. 650. POSSIN.

(57) Optimam hujus epistolæ partem editor Parisiensis omiserat. Quæ sequuntur post vocem χάριτος, καὶ ἐν μὲν usque ad χορεύουσαν ἔχοις, adduntur ex codice Vaticano 650. EDIT.

(58) Cod. Vat. 650 legit ὁ ὑπερφιλής. Absurda sine dubio lectio, sed quæ forte ad veram manudu-

ὑπερεφρόνει Περσικῶν καὶ σκύλων βαρβαρικῶν· A ξενοδοχῶν δὲ, ἁπάντων ταπεινότερος ἦν; τὰ οἰκετῶν διαπραττόμενος, καὶ θείας ὁμιλίας ἀξιούμενος, ἔλεγεν· « Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός· » τοῦτό ἐστιν, ὡς ἀληθῶς συναγαγεῖν εἰς ταυτὸ μετριοφροσύνην καὶ ταπεινότητα καὶ ὕψος, καὶ τοῦτό ἐστιν ἐλευθεριότητα δεῖξαι ὑπερηφανίας ἀπηλλαγμένην. Οἱ δὲ ταῖς κακίαις τὰ τῶν ἀρετῶν ὀνόματα περιτιθέντες, καὶ ταῖς ἀρεταῖς τὰ τῶν κακιῶν, καὶ πάντα χρήματα μιγνύντες (59), ἵνα ἡ ἀρετὴ δυσδιάγνωστος γένηται, αὐτὴν τὴν ἀρετὴν ἐξοστρακίζειν μοι δοκοῦσιν.

gantem; fortem, non temerarium; suavem ac facilem, non abjectum et servilem: modestum, non humilitatis simulatorem: ingenuum et liberalem, non servilem. Cujusmodi videlicet Abraham erat, qui Persicas quidem manubias et barbarica spolia contemnebat, in excipiendis autem hospitibus quibusvis hominibus humiliorem se præbebat, servilia nimirum munera exsequens: atque cum ad divinum colloquium admitteretur, dicebat, « Ego sum terra et cinis[86]. » Hoc autem vere modestiam et humilitatem ac sublimitatem in unum colligere est. Hoc, inquam, est ingenuitatem a superbia puram ac liberam demonstrare. Contra qui vitiis virtutum, et virtutibus vitiorum nomina imponunt, omniaque permiscent, ut virtus ægre internosci queat, virtutem ipsam meo quidem judicio velut in exsilium mittunt.

ΣΞΕ'. — ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

B Ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν (60) ἀγώνων ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀγωνιστὴς, καὶ ἄλλος ὁ κῆρυξ, ὁ τοὺς νικῶντας ἀνακηρύττων. Ἐπὶ δὲ τῶν θείων τὸν στεφανίτην, καὶ κήρυκα εἶναι νενομοθέτηται. Μὴ τοίνυν τινὲς τῶν εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθέντων θρόνον, ὡς ἀγῶνα ἄλλοις διατιθέντες, τῶν ἀγώνων ἔξω εἶναι νομιζέτωσαν (61), μήτ' ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγείσθωσαν τὸ ἀνακηρύττειν τοὺς νενικηκότας, ἀλλ' αὐτοὶ σεμνότητός τε καὶ πάσης ἀρετῆς ἀγωνισταὶ καὶ στεφανῖται τυγχάνοντες, καὶ ἀλειφέτωσαν τοὺς ἀγωνιουμένους, καὶ ἀνακηρυττέτωσαν τοὺς νενικηκότας. Εἰ δὲ θάτερον χρῆναι μόνον προσεῖναι αὐτοῖς νομίζοντες ἑαυτοὺς παραλογίζονται, κωμῳδηθήσονται μὲν παρὰ πάντων, καὶ ἐξευτελισθήσονται ὡς ἄνανδροι (62)· ἐλεγχθήσονται δὲ καὶ παρὰ τοῦ Παύλου C φράζοντος· « Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐκ εἰς ἀγωνοθέτας μόνον ἐμαυτὸν ἐνέκρινα, οὐδ' ἐς κήρυκας, οὐδὲ τούτοις σεμνύνομαι τοῖς ὀνόμασιν· ἀλλ' ἀξιόνικος (63) ἐν τῇ πολιτείᾳ ὀφθεὶς καὶ ὀφθῆναι γλιχόμενος τὴν παροῦσαν ἀρχὴν ἐνεχειρίσθην, καὶ ἵνα μὴ καθυβρίσω τὰ τοῖς ἀγωνισταῖς πρέποντα διαπονῶ· οὐ τῷ δόξαι τετιμῆσθαι εἰς ῥᾳθυμίαν ἀποκλίνων, ἀλλὰ τοῖς πόνοις τὸ εἰκότως τετιμῆσθαι δηλῶν, καὶ τὴν δωρεὰν διατηρῶ ἀκέραιον, καὶ τὸ μὴ ἀνέσεσιν, ἀλλ' ἱδρῶσιν ἐμαυτὸν ἐκδιδόναι.

CCLXV. — APOLLONIO EPISCOPO.

In externis certaminibus alius est pugil, alius præco, qui laude ac prædicatione victores effert. At in divinis ita lege comparatum est, ut qui victoriam adeptus est, præconis quoque munere fungatur. Quamobrem ne quidam ex iis qui in doctorum throno collocati sunt illud existiment, se, ut qui certamen aliis instituant, idcirco extra certamina esse, nec aliud nihil a se requiri arbitrentur, quam ut eos, qui vicerint, laudibus afficiant: verum sic se comparent, ut cum ipsi gravitatis atque omnis virtutis athletæ, atque etiam victores exsistant, simul etiam eorum, qui victoriam assecuti sunt, laudes prædicent. Quod si alterum duntaxat ex his sibi inesse oportere existimantes, sibi ipsis imposturam faciunt, cum ab omnibus ut ignavi et imbelles cavillis incessentur, ac nihili pendentur: tum etiam a Paulo coarguentur, his verbis utente: « Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar[87]. » Quod autem ait, hunc sensum habet. Non inter certaminis arbitros duntaxat, aut inter præcones meipsum accensui, nec hujusmodi nominibus glorior: verum cum me in vitæ meæ ratione atque instituto victoria dignum præbuerim, ac præbere cupiam, hoc imperio fungor, illudque laboro ut ne ea, quæ a pugilibus postulantur, dedecorem: **365** non ob eum honorem quo auctus esse videor, in segnitiem et languorem vergens, sed per labores hoc planum faciens, me haud abs re honore affectum fuisse. Atque acceptum beneficium integrum et incolume conservo, dum me ipsum non voluptatibus animique remissionibus, sed laboribus trado.

ΣΞϚ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

D Σωφροσύνη κυρίως εἴρηται, ἡ ἀντιδιαστελλομένη τῇ μανίᾳ παρὰ τὸ σῶας ἔχειν τὰς φρένας (63'). Καὶ

CCLXVI. — EUTONIO DIACONO.

Σοφροσύνη proprie dicitur, quæ furori atque amentiæ opponitur, παρὰ τὸ σῶας ἔχειν τὰς φρένας,

[86] Gen. XVIII, 27. [87] I Cor. IX, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

cat: quid si enim suspicemur scriptum ab Isidoro, ὁ ὑπερφυὴς Ἀβραάμ, *sublimis Abraham*, cujus nomen *patrem excelsum* sonat; et hujus hic demissio prædicatur? POSSIN.

(59) Pro πάντα χρήματα μιγνύντες quod est in edito, rescribe ex eodem cod. πάντα τὰ χρώματα μιγν. ID.

(60) Pro ἔξωθεν cod. Vat. 650 habet, Ὀλυμπικῶν. ID.

(61) Pro νομιζέτωσαν legit idem νομίζωσι. ID.

(62) Hæc verba, καὶ ἐξευτελισθήσονται ὡς ἄνανδροι, non comparent in cod. Vat. 650. ID.

(63) Pro Ἀξιόνικος, idem cod. habet ἀξιόπιστος. Vers. post quarto ἀποκλίνων idem mutat in ἐκκλίνω et versu inde tertio δηλῶν in δηλῶ, atque a fine ejusdem versus tollit καί. ID.

(63') *Σωφροσύνη παρὰ τὸ σῶας ἔχειν τὰς φρένας*. Eodem recidit aliorum etymologia, qui dictum volunt παρὰ τὸ σώζειν τὴν φρόνησιν. RITT.

hoc est, quod salvam et incolumem mentem habeat. Idque non ii duntaxat, qui apud exteros doctrina præditi sunt, norunt, sed etiam divinus Paulus cognitum et exploratum habebat. Nam cum præfectus ad eum hæc verba habuisset: « Insanis, Paule, multæ te litteræ ad insaniam convertunt. — Non insanio, inquit, optime vir, sed σωφροσύνης (hoc est prudentiæ) et veritatis verba loquor [88]. » Quo quidem loco σωφροσύνην insaniæ opposuit. Ac rursum ad alios hunc in modum scribebat. « Sive mente excedimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis [89]. » Quo item in loco mentis excessum et alienationem ejus incolumitati opposuit. Ergo σωφροσύνη quidem id omne est, quod peccato caret: verum quidam, nec sane immerito, hanc appellationem castitati per excellentiam tribuunt, quod virtutibus omnibus præstet. Quocirca hoc vocabulum, si amentiæ opponatur, sanæ mentis statum indicat: si autem libidini, continentiam et castitatem designat.

A τοῦτο ου μόνοι οἱ ἔξωθεν ἴσασι σοφοὶ, ἀλλὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἠπίστατο Παῦλος. Τοῦ γὰρ ἡγεμόνος εἰρηκότος αὐτῷ· « Μαίνῃ, Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει (64). — Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε, ἀλλὰ σωφροσύνης καὶ ἀληθείας ῥήματα ἀποφθέγγομαι, τῇ μανίᾳ τὴν σωφροσύνην ἀντιδιαστείλας, » Καὶ ἄλλοις δὲ πάλιν ἔγραφεν. « Εἴτε ἐξέστημεν, Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν· » τῇ ἐκστάσει τῶν φρενῶν, τὸ σῶας αὐτὰς ἔχειν κἀνταῦθα ἀντιδιαστείλας. Σωφροσύνη μὲν οὖν πᾶν τὸ ἀναμάρτητον. Νέμουσι δὲ αὐτῷ (65) τὴν προσηγορίαν κατ' ἐξοχὴν εὖ ποιοῦντές τινες, τῷ τῆς ἁγνείας πράγματι ἐξοχωτάτῳ τῶν ἄλλων ὑπάρχοντι. Εἰ μὲν οὖν τῇ μανίᾳ ἀντιδιασταλείη (66), τὸ καθεστάναι μηνύει· εἰ δὲ τῇ λαγνείᾳ, τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὴν ἁγνείαν
B δηλοῖ.

CCLXVII. — EIDEM.

Illud scito, sacrosanctum caput, exempla non omni ex parte assumi, atque ad institutam orationem accommodari (non alioqui exempla, sed eadem res esset) verum oportere nos, selecto eo, quod conducit, et ad quod adhibita sunt, quidquid reliquum est, valere jubere. Atque ut unum aut alterum proferens, cæteris quoque explanationis viam aperiam, audi quid de Salvatore patriarcha dicat: « Recumbens dormivit ut leo [90]. » Num igitur et omnia, quæ leoni insunt, ad Christum accommodabimus? Minime sane. Verum invictum robur, ac terrorem, regiamque auctoritatem assumentes, feritatem atque immanitatem, et si quid aliud leoni inest, si recte facere volumus, transiliemus. Eodem modo cum ait Deus: « Occurram eis ut ursa anxia [91], » ultricem duntaxat vim accipiemus, non aliud quidquam ex his quæ ursæ insunt. Atque ita in reliquis etiam exemplis faciendum est. Da enim sapienti occasionem, et sapientior erit.

ΣΞΖ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἴσθι, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, ὅτι τὰ παραδείγματα οὐ κατὰ πάντα λαμβάνεται, καὶ τοῖς προκειμένοις ἁρμόζεται (ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη παραδείγματα, ἀλλὰ ταυτότης), ἀλλὰ χρὴ τὸ χρήσιμον ἡμᾶς, καὶ εἰς ὃ παρείληπται ἐκλεξαμένους, τὸ λοιπὸν ἅπαν χαίρειν ἐᾷν. Καὶ ἵνα ἓν ἢ δύο προβαλλόμενος καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνατέμω ἑρμηνείας ὁδὸν, ἄκουσον τί φησιν ὁ πατριάρχης περὶ τοῦ Σωτῆρος· « Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων. » Ἆρ' οὖν πάντα τὰ τῷ θηρίῳ προσόντα
C προσαρμόσωμεν τῷ Χριστῷ; Ἄπαγε· ἀλλὰ τὸ ἄμαχον (67) καὶ φοβερὸν, καὶ βασιλικὸν ἐκλαμβάνοντες, τὸ θηριῶδες, καὶ εἴ τι ἄλλο πρόσεστι τῷ λέοντι, εὖ ποιοῦντες παριππεύσομεν. Καὶ ὅταν λέγῃ· « Ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκτος ἀπορουμένη, » τὸ τιμωρητικὸν μόνον ἐκληψόμεθα. Οὐκ ἄλλο τι τῶν τῇ ἄρκτῳ προσόντων. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν παραδειγμάτων ποιεῖν χρή. Δίδου γὰρ σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται.

CCLXVIII. — ISIDORO DIACONO.

Virtutum fastigium esse pietatem.

Virtutum congruentia justitiæ pulchritudinem efficit, quæ quidem cogitationem omnem, ac solertiam tum manus, tum colorum excedit. Verum quemadmodum in corpore valentior pulchritudinis pars est oculorum pulchritudo, **366** ita etiam in animo præcipua pulchritudinis pars est pietas. Quod si etiam virtutum congruentia insuper accesserit, eximia quædam pulchritudo futura est.

ΣΞΗ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ὅτι κορυφὴ ἀρετῶν ἡ εὐσέβεια.

Ἡ συμμετρία τῶν ἀρετῶν τὸ τῆς δικαιοσύνης κάλλος δημιουργεῖ, ὅπερ ἔννοιάν τε ὑπερβάλλει πᾶσαν καὶ σοφίαν, ὁπόση χειρός τε καὶ χρωμάτων. Ἀλλ'
D ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σώματος τὸ τυραννικώτερον μέρος τῆς εὐμορφίας τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστι κάλλος, οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸ κορυφαιότατον μέρος τῆς εὐμορφίας ἐστὶν ἡ εὐσέβεια. Εἰ δὲ καὶ ἡ συμμετρία τῶν ἀρετῶν συνδράμοι, ὑπέρκαλον γενήσεται τὸ κάλλος.

[88] Act. XXVI, 24. [89] II Cor. V, 13. [90] Gen. XLIX, 9. [91] Osee XIII, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(64) Περιτρέπει mutat in περιάγει cod. Vatic. 650. Vers. seq. post κράτιστε recte supplet Φῆστε V. 5 ἐκφθέγ scribit pro ἀποφθ, etc. POSSIN.

(65) Quod habet editio, σωφροσύνη μὲν οὖν πᾶν τὸ ἀναμάρτητον· νέμουσι δὲ αὐτῷ, sic longe melius exhibet cod. Vat. 650, σωφροσύνη μὲν οὖν πάντες τὸ ἀναμάρτητον νέμουσιν· αὐτῆς δὲ τὴν, etc. ID.

(66) Ἀντιδιασταλείη in ἀντιδιαστέλλει cod. idem mutat. ID.

(67) Pro τὸ ἄμαχος cod. Vat. 650 legit τὸ εὔεχον. ID.

A

ΣΞΘ'. — ΠΑΥΛῼ.

Ὅτι χαλεπῶς (f. *χαλεπὸν* vel *χαλεπωτάτη*) *ἡ κακοδοξία, καὶ ἀνόνητοι τῶν ταύτῃ κεκρατημένων οἱ πόνοι.*

Ἐπειδὴ οἱ κακῶς δογματίσαντες θανάτου μείζονα τιμωρίαν τοῖς ἀπερισκέπτως πιστεύσασιν ἔτεκον, ἔστω τοῖς βεβλημένοις ἄριστον φάρμακον ἡ μετάγνωσις.

CCLXIX. — PAULO.

Malam opinionem rem molestam esse, eorumque qui ipsa correpti sunt labores esse inutiles.

Quandoquidem ii, qui mala dogmata severunt, morte graviorem cruciatum, his, qui fidem ipsis adhibuerunt, pepererunt, saluberrimi medicamenti loco sit iis, qui sauciati sunt, pœnitentia et resipiscentia.

ΣΟ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἀποδέχομαι μέν σε τῆς περὶ τὴν πόλιν εὐνοίας, ἐκεῖνο δὲ παραινέσαι δίκαιον ᾠήθην, μὴ θρήνοις, ἀλλ' εὐχαῖς αὐτὴν ἀνακτήσασθαι (68). Εἰ γὰρ καὶ, ὡς γέγραφας, Ἀμμωνίῳ θανόντι συντέθνηκεν ἡ πόλις, ἀλλ' ἐλπίς ἐστι, τῆς θείας προηγουμένως βοηθούσης ῥοπῆς, πάλιν αὐτὴν ἀναστῆναι. Ὄντως γὰρ, B ἔφης, εὔανδρίξ πρώην καὶ χρήμασι κομῶσα καὶ ἀρετῇ κεκοσμημένη, διὰ τὰς ἐκείνου τοῦ ἀοιδίμου εὐχὰς, νῦν εἰς τοσαύτην κατηνέχθη πενίαν, καὶ σωμάτων, καὶ χρημάτων, καὶ οἰκοδομημάτων, ὡς τῶν ὑπολειφθέντων τοὺς μὲν ἀποπτῆναι (69) τῆς πατρίδος, τοὺς δὲ τυπτομένους ἐν δεσμωτηρίοις ἀποθανεῖν· τοῦ δοκοῦντος ἡγεῖσθαι, μηδεμίαν ποιουμένου πρόνοιαν, ἀλλ' ἐντρυφῶντος μὲν ἀφ' ὧν οὐ θέμις, τὰς ἀναγκαίας τῶν πενήτων τροφὰς εἰς ἰδίας φιλοτιμίας ἀναλίσκοντος· πραγματευομένου δὲ τὰς ἀλλοτρίας συμφορὰς, καὶ μήτε δάκρυον αἰδουμένου ἐν τοσαύτῃ κακῶν ἀνάγκῃ, μήτε χεῖρα ὀρέγοντος. Ἐπεὶ τοίνυν τοιαῦτα καταθρηνῶν γέγραφας (70), καὶ παρακέκληκας ὥστε ἡμᾶς αὐτῷ γράψαι, ἴσθι ὅτι πᾶσα C ἰατρικὴ τέχνη ἥττηται τῷ νοσήματι τἀνδρός. Πολλὰ γὰρ καὶ προσηνῆ καὶ δραστήρια γράμματα δεξάμενος, ἀπώνατο οὐδέν. Διὸ καὶ τὴν σιγὴν λοιπὸν τὴν πρὸς αὐτοὺς τετιμήκαμεν. Εἰ τοίνυν δύναιο δι' εὐχῶν κατορθῶσαί τι σαυτῷ τε καὶ τῇ πόλει, ἀφέμενος τὸν θρῆνον, ἔχου (71) τάχα πως ὁ καὶ τὰ ἀνήκεστα ἰώμενος πάθη, ποιήσει καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς τοσαύτης μανίας ἀνενεγκεῖν, καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ γόνυ κειμένην, μᾶλλον δὲ, ὡς ἔφης, τεθνηκυῖαν ἀναστῆναι.

CCLXX. — LAMPETIO EPISCOPO.

Et si tuam erga urbem benevolentiam probo: tamen illud te admonitum velim, ut eam non luctu ac lacrymis, sed votis ac precibus recuperes. Quamvis enim ea, ut scripsisti, una cum Ammonio morte occubuerit, spes tamen est, præsertim accedente divini numinis auxilio, fore, ut ipsa rursum erigatur. Vere enim, ut a te dictum est, hominum multitudine ac divitiis ob clarissimi illius viri preces nuper florens, ac virtutibus ornata et exculta, nunc ad eam, et corporum, et divitiarum, et ædificiorum paupertatem dejecta est, ut qui reliqui facti sunt, partim e patria evolarint, partim plagis affecti in carcere diem vitæ extremum clauserint: dum interim is, qui antistitis speciem gerit, nihil horum curat, verum ex his quidem rebus, ex quibus nefas est, delicias sibi parat, necessariaque pauperum alimenta in munificentias suas insumit, messemque ex alienis calamitatibus facit, atque in tanta malorum angustia nec lacrymis ullis commovetur, nec manum porrigit. Quoniam igitur hæc lamentans scripsisti, meque hortatus es, ut ad eum litteras mitterem, illud velim ne ignores, omnem medendi artem morbi ipsius gravitati succubuisse. Nam cum multas, tum blandas et suaves, tum acres et vehementes litteras acceperit, nullum tamen ex ipsis fructum cepit. Ac propterea silentium jam ad eum colendum duximus. Quamobrem si quid, quod tibiipsi, et civitati utile sit, precibus tuis efficere potes, omisso luctu in eam rem incumbe. Sic enim fortasse is, qui deploratos etiam morbos sanat, ut et ipse ex ingenti insania emergat, et civitas in genua jacens, vel potius, ut verbo tuo utar, mortua et exstincta excitetur, efficiet.

ΣΟΑ'. — ΑΦΡΟΔΙΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ πολιτείας, ὅτι ἀπροσωπόληπτα τὰ θεῖα χαρίσματα.

D Ἐπειδὴ γέγραφας· Δι' ἣν αἰτίαν οὐ πᾶσιν ἡ θεία ἐφίπταται χάρις, ἴσθι, ὦ θαυμάσιε, [ὅτι] ἐπειδὴ τὴν προαίρεσιν ἐξετάζουσα (72) πρῶτον οὕτως ἐπιφοιτᾷ. Εἰ γὰρ καὶ χάρις ἐστὶν, οὐχ ἁπλῶς ἐκχεῖται, ἀλλὰ τὰ μέτρα παρὰ τῶν δεχομένων λαμβάνουσα το-

CCLXXI. — APHRODISIO PRESBYTERO.

Divina dona nulla personarum acceptione habita conferri.

Quoniam per litteras ex me sciscitaris, ecquid sit, quamobrem Dei gratia non ad omnes advolet, illud scito, vir admirande, hoc idcirco fieri, quod ea primum animi institutum expendat, atque ita deinde accedat. **367** Etsi enim gratia sit, non ta-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(68) Pro ἀνακτήσασθαι cod. Vatic. 650 scribit ἀναστήσεσθαι et vers. 5 ac 6 pro προηγουμένως, προηγουμένης. Vers. seq. pro ἔφης idem cod. habet ὡς φῄς. POSSIN.

(69) In ἀποπτῆναι et ἀποθανεῖν idem cod. ἀπὸ mutat in ἐκ. ID.

(70) *Τοιαῦτα καταθρηνῶν γέγραφας.* Pro καταθρηνῶν cod. Vat. 650 scribit καταθηνεῖν· male utique; tamen balbutie illa indigitans primigeniam scripturam quam suspicor fuisse κατευθύνειν. Quod si recipitur isthuc interpretatio adaptanda erit in hunc modum, *quoniam igitur hæc per me corrigi orans scripsisti.* ID.

(71) Pro ἔχου longe argutius idem cod. scribit εὔχου, et congruentius ad illa præcedentia, εἰ τοίνυν δύναιο δι' εὐχῶν κατορθῶσαί τι, etc. ID.

(72) Pro ἐξετάζουσα cod. Vat. 650 legit ἐξισάζουσα. ID.

A σοῦτον ἐπιῤῥεῖ, ὅσον ἂν εὕρῃ σκεῦος πίστεως αὐτῇ προσενεχθέν. Εἰ γὰρ μὴ τὰ παρ' ἡμῶν πρῶτον ἐζήτει (73), πᾶσιν ἂν ἐπέπτη. Ἐπειδὴ δὲ τὴν προαίρεσιν ἐξετάζει, καὶ οὕτω παραγίνεται, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριστέως Παύλου· « Σκεῦος γάρ μοι, φησὶν, ἐστὶν ἐκλογῆς οὗτος· » τοῖς μὲν ἐπιφοιτᾷ, καὶ παραμένει, τῶν δὲ ἀποφοιτᾷ· εἰς δὲ τοὺς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν καθίεται.

men temere ac citra discrimen ullum effunditur, sed mensuras ab iis, qui eam accipiunt, sumens, tantum influit, quantum fidei vas sibi oblatum invenerit. Nam nisi ea, quæ nostrarum partium sunt, primum requireret, ad omnes profecto advolasset. Quoniam vero voluntatem animique inductionem explorat, atque ita demum accedit, quemadmodum in fortissimo etiam Paulo contigisse videmus: « Vas enim electionis, inquit, mihi est hic [91], » ob eam proinde causam ad quosdam se confert, atque apud eos permanet: a quibusdam autem recedit: ac denique ad quosdam ne omnino quidem descendit.

CCLXXII. — CYRO MONACHO.

Si Eusebius episcopus, ut scribis, non cum eo insanire, insaniam esse censet, atque appellat, ne propterea conturberis. Præstat enim, cum sobrius sis, temulentum videri, quam cum temulentia labores, sobrium. Quandoquidem enim præ improbitate in furorem raptus, omnino subactus est, idcirco omnes desipere atque a mente deduci cupit: quo nimirum eorum, quæ flagitiose et scelerate agit, reprehensiones effugiat.

ΣΟΒ'. — ΚΥΡΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Εἰ τὸ μὴ συμμαίνεσθαι αὐτῷ μανίαν ἡγεῖται καὶ καλεῖ Εὐσέβιος, ὡς γέγραφας, ὁ ἐπίσκοπος, μὴ B θορυβηθῇς. Ἄμεινον γὰρ νήφοντα δοκεῖν μεθύειν, ἢ μεθύοντα δοκεῖν νήφειν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὸ τῆς κακίας ἐκβακχευθεὶς κατὰ κράτος ἐχειρώθη, πάντας παραφρονεῖν βούλεται, ἵνα τοὺς ἐλέγχους ὧν παρανόμως δρᾷ διαφύγοι.

CCLXXIII. — APOLLONIO EPISCOPO.

Utinam ad nos venisses, ut et certaminis, et coronæ, ac laudis et prædicationis particeps esses. Amicum enim cœlestis philosophiæ amore flagrantem, sed qui postea nonnihil dormitasset, consilio atque cohortatione, ac præsertim divini favoris auxilio in viam reduximus. Ac nunc festum diem agitantes carmen triumphale canimus, atque sermonum poculo temperato, spiritualibusque epulis instructis, amicos convivio accipimus. Veni igitur, ut et nobis gratuleris, et cum illis lætitia exsultes, et cum amicis oblecteris, et cum virtute saltites, ac denique improbitati succenseas, cujus tanta impudentia est, ut iis etiam, qui eam fugiunt, insultet.

ΣΟΓ'. — ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Εἴθε ἦλθες συμμεθέξων τοῦ ἄθλου, καὶ τοῦ στεφάνου ἀπολαύσων, καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως κοινωνήσων. Φίλον γὰρ ἐρῶντα τῆς οὐρανίου φιλοσοφίας, εἶτ' ὀλίγον ἀπονυστάξαντα παραινέσει καὶ προτροπῇ, τῆς θείας ῥοπῆς προηγουμένως βοηθησάσης, ἐπανηγάγομεν (74). Καὶ νῦν πανηγυρίζοντες ᾄδομεν τὸ ἐπινίκιον μέλος, καὶ λόγων κρατῆρα κεράσαντες, λο- C γικά τε ἐδέσματα παρασκευάσαντες, ἑστιῶμεν τοὺς φίλους. Ἧκε τοιγαροῦν καὶ ἡμῖν συνησθησόμενος, κἀκείνοις συναγαλλιασόμενος, καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις συνευφρανθησόμενος, καὶ τῇ ἀρετῇ συσκιρτήσων, τῇ τε κακίᾳ ἐπιτιμήσων, ᾗ τοσαύτη ἀναισχυντία πρόσεστιν, ὡς καὶ τοῖς φεύγουσιν αὐτὴν ἐπιπηδᾷν.

CCLXXIV. — APHRODISIO PRESBYTERO.

In illud, « Ne quæras fieri judex [92]. »

Magnopere miror, qui fiat, ut quæ perquam aperta et dilucida sunt, plerisque obscura esse videantur. Illud enim: « Noli fieri judex, » nihil multiplex nec scitum habet, verum perspicue clamat: « Quoniam non facile dijudicari potest quid æquum sit » (multi enim ob ingenii tarditatem id minime assequuntur: multi rursum, quamvis ob mentis acumen id assequantur, tamen pecuniarum, vel metus, vel pudoris, vel amicitiæ, vel odii causa id pervertunt atque corrumpunt); idcirco ne committe, ut in hujusmodi negotium te projicias, quod et percipi vix potest, et cum illud inveneris, minime labefactare atque corrumpere, difficilius adhuc est

ΣΟΔ'. — ΑΦΡΟΔΙΣΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Τῆς σοφίας Ἰησοῦ, εἰς τὸ γεγραμμένον· « Μὴ ζήτει γενέσθαι κριτής. »

Μάλα θαυμάζω πῶς καὶ τὰ λίαν σαφῆ, ἀσαφῆ εἶναι πολλοῖς δοκεῖ (75). Τὸ γάρ· « Μὴ ζήτει γενέσθαι κριτής, » οὐδὲν ποικίλον ἔχει, οὐδὲ σοφὸν, ἀλλὰ διαῤῥήδην βοᾷ. « Ἐπειδὴ δυσδιάγνωστόν ἐστι τὸ δίκαιον. » Πολλοὶ γὰρ διὰ βραδυτῆτα διανοίας, οὐκ D ἐφικνοῦνται τούτου· πολλοὶ δὲ δι' ὀξύτητα μὲν διανοίας ἐφικνοῦνται, διὰ δὲ χρήματα, ἢ φόβον, ἢ αἰδῶ, ἢ φιλίαν, ἢ ἔχθραν, παραφθείρουσι τοῦτο. Σὺ σαυτὸν μὴ ἐπίῤῥιπτε τοιούτῳ πράγματι, ὃ ἔργον μέν ἐστι καταλαβεῖν· τὸ δὲ εὑρόντα μὴ διαφθεῖραι, ἐργωδέστερον τυγχάνει.

[91] Act. IX, 15. [92] Eccli, VII, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(73) Idem cod., ἐπεζήτει. POSSIN.

(74) Illa quæ in edito leguntur, καὶ προτροπῇ, τῆς θείας ῥοπῆς προηγουμένως βοηθησάσης ἐπανηγ., etc., sic exhibentur a cod. Vat. 650, καὶ προτροπαῖς προηγουμέναις, βοηθησάσης τῆς θείας ῥοπῆς, ἐπανηγ., etc. ID.

(75) Pro illis, σαφῆ, ἀσαφῆ εἶναι πολλοῖς δοκεῖ, cod. Vat. 650 hæc diversa ponit, σαφῆ εἶναι δοκοῦντα πολλοῖς ἀγνοῶν. Vers. inde tertio pro δυσδιάγνωστον idem habet, δύσγνωστον et vers. mox seq. βραδύτητα editi mutat in βραχύτητα. ID.

ΣΟΕ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΩ, ΖΩΣΙΜΩ, ΜΑΡΩΝΙ, ΕΥΣΤΑΘΙΩ.

Τὰ παρὰ πάντων σχεδὸν ἀνθρώπων συμφώνως περὶ ὑμῶν ἀπαγγελλόμενα, ὢ τί ὑμᾶς καλέσας ἀξίως ὀνομάσω; οὐ συγχωρεῖ με ἠρεμεῖν, καίτοι βουλόμενον· ἀλλὰ καθάπερ κέντρα νύττει μου τὴν ψυχὴν, καὶ ἐπὶ τὸ γράφειν διεγείρει. Φείσασθε τοίνυν ἑαυτῶν, καὶ μετανοήσατε. Ἱερωσύνης γὰρ ἀξίωμα τοῖς ἀναξίως τῆς τιμῆς ζῆν προῃρημένοις (76), προσθήκη κολάσεως γίνεται.

A 368 ## CCLXXV. — MARTINIANO, ZOSIMO, MARONI, ET EUSTATHIO.

Quæ ab omnibus pene mortalibus uno consensu de vobis commemorantur (o quonam nomine vos digne appellem?) me, quanquam cupientem, quiescere minime patiuntur : verum, tanquam stimuli quidam, animam meam lancinant, atque ad scribendum excitant. Vobis ipsis itaque parcite, ac meliorem mentem induite. Sacerdotii enim dignitas, iis, qui non, ut eo honore dignum est, vivere instituerunt, supplicii et cruciatus accessio exsistit.

ΣΟϚ'. — ΑΦΘΟΝΙΩ.

Εἰ μὲν ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασιν εὐδόκιμος φανεῖσθαι ποθεῖς, ἄλλους ζήτει τοὺς συμβουλεύσοντας· ἐγὼ γὰρ καὶ ἀποτρεψαίμην· κινδύνους γὰρ οὐ μόνον ἀνωφελεῖς, ἀλλὰ καὶ σφαλεροὺς καὶ (77) εἰς θάνατον τελευτῶντας ὠδίνουσιν. Εἰ δ' ἐν τοῖς κατὰ Θεὸν, αὐτὸς, καὶ μὴ κληθεὶς, ἧκον ἂν ἐπὶ τὴν παραίνεσιν, οὐ φημι κεκλημένος. Εἰ βούλοιο τοίνυν λάμψαι, καὶ πείθοιο τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ, ἐκεῖνα φαίνοιο πράττων, ἃ τοῖς ἁγίοις σε ἁμιλλᾶσθαι παρασκευάσει. Τῶν γὰρ τῇδε βραχὺς ἦν αὐτοῖς ὁ λόγος, τῶν δὲ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν, πολύς· καὶ πρὸς ἐκεῖνον βλέποντες τὸν σκοπὸν, ἅπαντα ἔπραττον.

CCLXXVI — APHTHONIO.

Si in iis rebus, quæ ad hanc vitam pertinent, clarus atque illustris videri cupis, consultores alios B quære. Ego enim id quoque dissuaserim. Pericula quippe non modo inutilia et infructuosa, verum etiam periculosa atque in mortem desinentia parturiunt. Si autem in iis, quæ ad Dei cultum spectant, ultro quoque ipse ac non accersitus, ad consilium dandum venissem, ne dicam vocatus. Quare si tibi splendorem assequi cordi sit, nostræque sententiæ pareas, da operam ut homines te hæc facientem cernant, per quæ ad sanctorum virtutem aspires. Rerum enim hujus vitæ parvam ipsi curam gerebant : earum autem, quæ discessum ex hac vita sequuntur, permagnam. Atque hunc scopum ob oculos sibi proponentes, ad eum actiones omnes suas dirigebant.

ΣΟΖ'. — ΠΑΥΛΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ (78).

Εἰς τὸ γεγραμμένον περὶ τοῦ ἄρχοντος, « Ὅτι δικαίως τὸ δίκαιον διώξῃ. »

Τοὺς ἀπὸ μὲν ἀρετῆς ἀρχομένους, εἰς δὲ κακίαν τελευτῶντας, ἀζήλους καὶ ταλαιπώρους ἡγητέον. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ μὲν τῆς τῶν πενήτων προστασίας προοιμιαζόμενοι, εἰς δὲ τὸν ἴδιον χρηματισμὸν καταλήγοντες. Οὓς ἀναστέλλων ὁ θεῖος χρησμός φησι· « Δικαίως διώξῃ τὸ δίκαιον. » Οὐ γὰρ χρὴ τῇ δικαίᾳ τῶν πενήτων φροντίδι ὁπλιζομένους, αὐτοὺς μὲν ἀποστερεῖν ἐκείνους, τοὺς δι' οὓς ὡπλίσθησαν, σφετερίζεσθαι δὲ τὰ ἐκείνων.

C ## CCLXXVII. — PAULO PRESBYTERO.

In illud de principe dictum, « Quod juste jus persequeris [94]. »

Eos, qui, cum a virtute incipiant, tandem in vitium desinunt, omni zelo vacuos ac miseros existimare oportet. Hujusmodi autem sunt, qui a pauperum præsidio ac patrocinio inchoantes, in privatum quæstum postremo recidunt. Quos quidem divinum oraculum reprimens, « Juste, inquit, quod justum est, persequeris. » Neque enim convenit, ut qui pauperum justa cura instructi sint, eamque præ se ferant, eos, quorum causa muniti sunt, fraudent ac spolient, atque ea, quæ ad ipsos attinent, ad se avertant.

ΣΟΗ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Διὰ τί, ὁ μὲν Φαρισαῖος μεγαληγορήσας κατεκρίθη, ὁ δὲ Ἰὼβ πλείονα καὶ μείζονα μεγαφωνήσας ἐπῃνέθη.

Θαυμάζειν ἔφης καὶ ἐκπλήττεσθαι, πῶς ὁ μὲν Φαρισαῖος μεγαληγορήσας (79) προσέκρουσεν, ὁ δὲ Ἰὼβ πλείονα καὶ μείζονα εἰρηκὼς ηὐδοκίμησεν.

D ## CCLXXVIII. — HIERACI PRESBYTERO.

Cur Pharisæus magnifice locutus condemnatus est [95]*; Job vero, cum plura et sublimiora dixerit, laudatus est* [96].

Vehementer tibi mirum videri dixisti, quidnam sit causæ, quamobrem Pharisæus ob verborum arrogantiam apud Deum offenderit, Job vero qui

[94] Deut. XVI, 20. [95] Luc. XVIII, 10 seqq. [96] Job. XLII, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(76) Codex Vat. 650 sic, τοῖς ἀξίως τῆς τιμῆς ζῆν μὴ προῃρημ., etc. POSSIN.

(77) Verba σφαλεροὺς καὶ supplentur ex cod. Vatic. EDIT.

(78) Titulus hujus epist. sic exstat in cod. Vat. 650 : Παύλῳ περὶ Εὐσεβίου, etc. Vers. pen. ep. quæ prima vox scribitur τοὺς, abest a cod. Vat. 650 POSSIN.

(79) Pro μεγαληγορήσας cod. Vat. 650 habet μεγαλοῤῥημονήσας. ID.

plura et sublimiora dixit, gloriam assecutus sit. Audi itaque breviter, neque enim aliter possem. Pharisæus ille, quia nemine concitante ac stimulante magnifica de se prædicabat, altiusque quam universus terrarum orbis, de se sentiebat, merito in Dei offensionem incidit, **369** siquidem superbiæ morbo laborabat. At qui in gloria et splendore est, virtutes suas occultat, cum autem maledictis incessitur, eas, ut illatas criminationes propulset, commemorat (quemadmodum clarus ille atque omni laude præstantior Jobus fecit), ab omni culpa remotus est, ea nimirum in eos rejecta, qui eum accusarunt inique. Frigidum enim atque insulsum ut est, ita etiam videtur, laudes suas prædicare, cum nulla urget necessitas. At si quis, quæ minime convenit, audiens in hujusmodi sermones invitus incidat, in eos, qui hanc necessitatem attulerint, culpa quoque conferri debet. Ac propterea divina sententia eum, qui nullius contumeliis incitatus, justum sese pronuntiarat, aliosque omnes condemnarat, ac ne præsentem quidem publicanum veritus fuerat, repudiavit : eum autem, quem necessitas ad hoc impulerat (quid enim, quod ad stimulandum ipsius animum facere posset, amici prætermiserant?), amplissimis laudibus coronavit.

A Ἄκουε τοίνυν συντόμως· οὐδὲ γὰρ ἄλλως δυναίμην. Ὁ μὲν μηδενὸς παραχινοῦντος, μηδὲ ἐρεθίζοντος, μεγαληγορῶν, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης φρονῶν μεῖζον ὁ Φαρισαῖος, εἰκότως προσκρούει, ὑπερηφανίαν γὰρ ἐνόσει. Ὁ δὲ ἐν μὲν τῷ εὐδοκιμεῖν κρύπτων τὰ οἰκεῖα πλεονεκτήματα, ἐν δὲ τῷ κακηγορεῖσθαι [φράζοντος (80)] φράζων πρὸς τὸ ἀπολύσασθαι τὰ ἐπιφερόμενα ἐγκλήματα, ὥσπερ ὁ ἀοίδιμος, καὶ πάσης εὐφημίας κρείττων πεποίηκεν Ἰὼβ, πάσης αἰτίας ἔξω καθέστηκεν, εἰς τοὺς οὐ δεόντως κακηγορήσαντας, τῆς αἰτίας παλινδρομούσης· ψυχρὸν μὲν γὰρ καὶ ἔστι καὶ δοκεῖ (81) τὸ σεμνύνειν ἑαυτόν· καὶ εἰκότως δοκεῖ, μηδεμιᾶς ἀνάγκης ἐκβιαζομένης· εἰ δέ τις ἀκούων ἃ μὴ προσῆκεν, εἰς τοιούτους ἄκων ἐμπέσοι λόγους, τοῖς τὴν ἀνάγκην κατεσκευακόσι B καὶ ἡ αἰτία προστρίπτεται. Διόπερ καὶ ἡ θεία ψῆφος τὸν μὲν ἑαυτὸν μηδενὸς παροινοῦντος (82) δικαιώσαντα, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καταψηφισάμενον, καὶ μηδὲ τὸν παρόντα τελώνην αἰδεσθέντα, οὐκ ἀπεδέξατο· τὸν δὲ ἐξ ἀνάγκης εἰς τοῦτο ἀχθέντα (τί γὰρ τῶν ἐρεθίσαι δυναμένων οἱ φίλοι παραλελοίπασι;) μεγίστοις ἐγκωμίοις ἐστεφάνωσεν.

CCLXXIX. — PETRO.

Quemadmodum periti medici in morborum initiis remedia haud temere adhibent (propterea quod defluxionis impetus oblata medicamenta debilitat, ac velut in aquam convertit) verum aliquantisper exspectant, dum morbus de acrimonia nonnihil remittat, ac tum denique ad medendum se conferunt : eodem modo nec vigente mœrore, eum, qui præ ipsius magnitudine velut temulentia quadam laborat, objurgare convenit (nam alioqui sermonem, non secus ac collyrium, inutilem imprudentes reddemus) : verum, posteaquam ad breve tempus mœroris socios nos præbuerimus, atque hujusmodi affectum nonnihil sedari siverimus, ita demum ad curationem proficisci. Quæ quidem etiam nobis causa fuit, cur ad te curandum serius accesserimus. Quamobrem erige te, quæso, amice, ex immodica hac mœstitia, illud cum animo tuo reputans, te nec solum, nec primum in hanc calamitatem incidisse : verum communem hunc casum esse, nosque jamjamque eamdem viam ingressuros, ut rerum in hac vita gestarum rationes reddamus.

ΣΟΘ'. — ΠΕΤΡΩ.

Ὥσπερ οἱ ἐπιστήμονες τῶν ἰατρῶν ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν παθῶν οὐ ῥᾳδίως προσφέρουσι βοηθήματα, διὰ τὸ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ ῥεύματος (83) ἐξυδαροῦν τὰ C προσφερόμενα φάρμακα· ἀλλ' ἐνδόντες ὀλίγον λωφῆσαι τὰ πάθη, οὕτως ἐπὶ τὴν ἰατρικὴν βαδίζουσιν· οὕτως οὐδ' ἀκμαζούσης τῆς λύπης δεῖ τῷ ὑπὸ ταύτης μεθύοντι ἐπιπλήττειν· εἰ δὲ μὴ λήσομεν τὸν λόγον, ὥσπερ κολλούριον ἄχρηστον καθιστῶντες, ἀλλὰ συλλυπηθέντες βραχὺ καὶ ἐνδόντες ὀλίγον ῥαῖσαι τὸ πάθος· οὕτως ἐπὶ τὴν θεραπείαν ὁδεῦσαι. Οὗ δὴ καὶ ἡμεῖς χάριν βραδύτερον ἐπὶ τὴν θεραπείαν τὴν σὴν ἐληλύθαμεν. Ἀνάνευσον τοιγαροῦν, ὦ φίλος, ἐκ τῆς ἀκράτου λύπης, ἐννοῶν ὅτι οὔτε μόνος, οὔτε πρῶτος τοῦτο πέπονθας· ἀλλὰ κοινόν ἐστι πάθος, καὶ ὅσον οὐδέπω καὶ ἡμεῖς τὴν αὐτὴν βαδιούμεθα ὁδὸν, λόγον τῶν πεπραγμένων ὑφέξοντες.

CCLXXX. — EUTONIO DIACONO.

D Illud quidem minime fieri posse arbitror, ut inimicos probi viri non habeant : ut autem inimicitiam recte atque commode tractent, fieri potest. Nam si in philosophicæ vitæ curriculo non offendunt, sibiipsis quidem prosunt, illos autem ulciscuntur :

ΣΠ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ἐχθροὺς μὲν μὴ ἔχειν τοὺς φιλαρέτους, οἶμαι ἀδύνατον· δυνατὸν δὲ τὴν ἔχθραν καλῶς μεταχειρίσασθαι. Εἰ μὲν γὰρ οὐ πταίουσι φιλοσοφοῦντες, ἑαυτοὺς μὲν ὠφελοῦσιν, ἐκείνους δὲ ἀμύνονται· εἰ δὲ πταίουσιν, ὠφελοῦνται παρὰ τῶν ἐχθρῶν. Πολλάκις

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(80) Quod legitur φράζοντος omittitur a cod. Vatic. 650. Idemque quod vers. seq. est, ἀπολύσασθαι, mutat in ἐνδύσασθαι. Possin.

(81) Quod in edito scribitur δοκεῖ, non comparet in cod. Vat. 650. Id.

(82) Cod. Vat. παρακινοῦντος. Id.

(83) *Διὰ τὸ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ ῥεύμ.* Pro his cod. Vat. 650 scribit, διὰ τὸ μὴ ἐπιφορᾷ τοῦ ῥεύ., etc. vers. 6 ep. idem pro ἰατρικὴν legit ἰατρείαν. Id.

γὰρ προσπεσοῦσα λοιδορία, νόσον ψυχῆς ἢ ἀγνοουμένην, ἢ ἀμελουμένην ἐθεράπευσε. Δεῖ γὰρ τοῖς εὐδοκίμοις, ἢ γνησίων φίλων, ἢ διαπύρων ἐχθρῶν. Οἱ μὲν γὰρ νουθετοῦντες, οἱ δὲ λοιδοροῦντες ἀποτρέπουσι τῶν πταισμάτων. Ἐπειδὴ δὲ νῦν ἡ φιλία ἰσχνόφωνος, μᾶλλον δ' ἄφωνός ἐστι τοῦ παῤῥησιάζεσθαι (84), καὶ τὸ μὲν στωμύλον αὐτῆς καὶ θωπευτικὸν, λάλον ἐστὶ καὶ γεγωνόφωνον· τὸ δὲ νουθετοῦν καὶ ἐπιπλῆττον ἄφωνον· καὶ ἀκουστέον παρὰ τῶν ἐχθρῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ διορθωτέον.

A si autem offendunt, ab inimicis utilitatem capiunt. Persæpe enim obortum maledictum, animi morbum, aut ignoratum, aut neglectum curavit. **370** Siquidem probi et clari viri, aut veris amicis, aut acribus et inflammatis inimicis opus habent. Illi siquidem admonendo, isti vero conviciando a peccatis avertunt. Quoniam vero nunc amicitia tenuem vocem habet, imo potius muta est ad libere loquendum : atque ad garriendum quidem et assentandum loquax et clamosa est : ad admonendum vero ac reprehendendum muta : ab inimicis audienda est veritas, vitaque emendanda.

ΣΠΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Οὐδὲν κολάκων οἶμαι ἀργαλεώτερον (85), οἳ τῆς τῶν πλουσίων (86) γλώττης ἀπηρτημένοι, ὀμνύουσι μὲν ὅτι πάντων ἄριστον, εἰ προέλοιντό τι ἐκεῖνοι καὶ τῶν ἀτοπωτάτων θαυμάσαι, κακίζουσι δὲ ᾗ τάχος, εἰ καὶ αὐτὴν ἐπιχειρήσουσι κακῦναι τὴν ἀρετήν. Χρὴ τοιγαροῦν τοὺς ἐχέφρονας φεύγειν καὶ τὸ κολακεύειν καὶ τὸ κολακεύεσθαι. Ἄμφω γὰρ, ἵνα παρῶ τὸν τῶν ἀνθρώπων γέλωτα, καὶ κακίαν ἀνήκεστον, καὶ τιμωρίαν ἀνύποιστον ὠδίνει.

CCLXXXI. — EIDEM.

Nihil meo quidem judicio adulatoribus molestius B est, qui de divitum lingua suspensi, adhibito jurejurando confirmant, si quid illi, etiam quod turpissimum et absurdissimum sit, mirificis laudibus efferre instituant, id omnium optimum ac præstantissimum esse : ac contra, si illi etiam virtutem ipsam vituperare aggrediantur, eam quam celerrime insectantur. Quamobrem cordatis viris utrumque fugiendum est, nempe et adulari, et adulationibus deliniri. Ambo enim ista, ut hominum risum missum faciam, et incurabile vitium, et intolerandum cruciatum parturiunt.

ΣΠΒ'. — ΑΡΧΟΝΤΙΩ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΩ.

Μάλα ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι εἴ σε ἐροίμην, πότερον ἐγὼ τὴν σύνεσιν ἀμείνων, ἢ Παῦλος· αὐτὴν τὴν ἐρώτησιν εἰς ἀλαζονείαν θήσεις. Πῶς οὖν ὃ μὴ ἴσχυσεν ἐκεῖνος (87) παρ' ἐμοῦ ζητεῖς κατορθωθῆναι; Εἰ γὰρ ἐκείνῳ τῷ ὑποπτέρῳ γεωργῷ (ἵνα τοὺς καθ' ἕνα παραλείψω, ἐφ' οἷς ἐπυροῦτο) καὶ τὸ Γαλατῶν γένος ἐξεπολεμήθη εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἀποκλῖναι· καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας οὐ προσέσχον, καὶ οἱ ψευδαπόστολοι διαπρύσιον ἐπολέμουν μάχην, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν αἰτιᾶται· ἀλλ' ἀπὸ τῆς γνώμης στεφανοῖ, δι' ἣν αἰτίαν ἐμὲ αἰτιᾷ, τὸν, ὡς φῄς, πολλοὺς μὲν εἰς ἀρετὴν παρακαλέσαντα καὶ πεπεικότα· πολλοὺς δ' ἐκ τῆς κακίας ἐξαρπάσαντα· ὅτι δὲ Εὐσέβιος, καὶ Μαρτινιανὸς, Ζώσιμός τε, καὶ Μάρων οὐκ ἐπείσθησαν ταῖς παραινέσεσιν; Ἀλλ' ὅρα, μὴ δοκῶν ἐμὲ αἰτιᾶσθαι, αὐτὸς ἀνοίας ὀφλήσῃς γέλωτα, ἅτε τὸν τῆς αὐτεξουσιότητος ὅρον ἀγνοῶν, καὶ τὴν αἰτίαν τῶν οὐ πεισθέντων ἐπὶ τὸν οὐ πείσαντα μεταφέρων.

CCLXXXII. — ARCHONTIO REMPUBLICAM GERENTI.

Illud quidem perquam exploratum habeo fore, ut si abs te quæram prudentiane atque ingenii acu- C mine Paulum antecellam, hujusmodi percunctationem arrogantiæ ducas. Qui igitur id a me effici poscis, quod ille minime potuit? Nam cum alato illi agricolæ (ut singulos prætercam, quorum causa urebatur) et Galatarum natio usque adeo subacta et oppressa fuerit, ut in Judaismum propenderet, et Asiatici ipsius verbis animum haud attenderint, et pseudoapostoli infestum adversus eum bellum gesserint, nec tamen propterea quisquam eum accuset, verum contra ob institutum ac voluntatem corona donet, ecquid tandem me accusas : quod cum permultos, ut abs te dictum est, ad virtutem cohortatus sim, atque etiam induxerim, permultos item a vitio extraxerim, Eusebius et Martinianus, et Zosimus ac Maro consiliis meis haudquaquam obtemperarint? At vide, ne dum me criminari videris amentiam ipse tuam deridendam propines, ut qui liberi arbitrii regulam ignores, culpamque eorum, qui non paruerunt, in eum qui minime persuasit, transferas.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(84) Pro τοῦ παῤῥ. cod. Vat. 650 legit τῷ μὴ παῤῥ. Vers. seq. pro λάλος ἐστὶ καὶ γεγωνόφωνον idem cod. scribit, μᾶλλόν ἐστι καὶ γενναιόφωνον. Possin.

(85) *Οὐδὲν κολάκων ἀργαλεώτερον.* Usque adeo, ut præstet incidere εἰς κόρακας ἢ εἰς κόλακας, ut ille olim aiebat. Corvi enim a viventibus abstinent, et cadavera tantum laniant; at assentatores nec vivis parcunt. Confer ep. 359. Ritt.

(86) Post ἀργαλεώτερον sic habet cod. Vat. 650, οἱ τῇ τῶν πλουσίων ἀπηρτημένοι γνώμῃ ὀμνύουσι μὲν ὅτι πάντων ἄριστον εἴη ὃ προέλοιτο τίς ἐκείνων· κἂν τῶν ἀτοπωτάτων εἴη· καὶ θαυμάζουσι· κακίζουσι δὲ ὅτι τάχος. Hæc compara cum iis quæ paulum diverse leguntur in edito a versu 1 ad 5, et quod magis probas elige. Possin.

(87) Pro illis, ὁ μὴ ἴσχυσεν ἐκεῖνος, melius cod. Vatic. 650, ἃ μηδ' ἐκεῖνος ἴσχυσεν ἀνῦσαι, παρ', etc. Vers. 8 ἀποκλῖναι mutat idem in ἀποκλῖναν participium aoristi ut quadret cum γένος Γαλατῶν. Vers. pen. et ult. ep. codex idem bis οὐ mutat in μή. Id.

CCLXXXIII. — THEODOSIO SCHOLASTICO. A

Quo tempore Ezechias Hebræorum rex tropæum adversus Persas, tum omni admiratione majus, tum humano robore atque humana spe sublimius excitatum vidit, tum nimirum morbo percussus est : quo animæ saltus freno compressi, non eum, ut extra decorum prosiliret, adigerent, victoriæque materiam arrogantiæ bellum exciperet. **371** Quamobrem cum tuæ quoque animi præstantiæ felicitas omni spe præstantior contigerit, da operam, ne quid, quod absurdum atque inconcinnum sit, aut loquaris, aut facias. Quin potius immoderatam lætitiam coerce. Hac enim ipsa natura est, ut plus incommodi persæpe, quam mœror, afferat.

ΣΠΓ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ (88) ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ἡνίκα Ἐζεχίας ὁ τῶν Ἑβραίων βασιλεὺς εἶδε τρόπαιον (89) κατὰ Περσῶν (90) ἐγηγερμένον, καὶ θαύματος κρεῖττον, καὶ πάσης ἀνθρωπίνης ῥώμης τε καὶ ἐλπίδος ὑψηλότερον, τότε δὴ, τότε νόσῳ βάλλεται, ἵνα τὰ σκιρτήματα τῆς ψυχῆς χαλινοῦ ἀξιωθέντα (91), μὴ ἔξω τοῦ πρέποντος αὐτὸν παριππεῦσαι ἀναγκάσωσι, καὶ τὴν τῆς νίκης ὑπόθεσιν ἀλαζονείας διαδέξηται πόλεμος. Εἰ τοίνυν καὶ τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ, εὐημερία ἐλπίδος κρείττων ἐπέστη, μηδὲν ἀπηχὲς, μηδὲ λέγε μηδὲ πρᾶττε· ἀλλὰ καὶ κόλαζε τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς· λύπης γὰρ αὕτη πλέον καταβλάπτειν πολλάκις πέφυκε.

B

CCLXXXIV. — THEOPEMPTO EPISCOPO.

In illud, « Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus pacem habentes [97]. »

Et si humanorum omnium bonorum seges ac velut fundamentum concordia est, neque committere quisquam debet, ut belli ac pugnæ ansam alicui porrigat : tamen si quid incommodi pietati importari, aut imbecillibus injuriam inferri conspexeris, cave ne pacem veritati anteponas : verum forti ac strenuo animo consiste, adversus peccatum ad extremum usque spiritum dimicans. Propterea enim ab Apostolo illud dictum est, quod tibi a me exponi postulasti. « Si fieri potest, quantum ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. » Interdum enim id fieri nequit : verbi gratia, cum de pietate, ut superius dixi, sermo institutus est, aut cum pro iis, quibus injuria fit, certamen suscipitur. Quid autem miraris hoc in aliis hominibus non ubique fieri posse, cum in viro etiam et uxore, qui una et eadem caro esse censentur, hanc necessitatem perfregerit, ad hunc modum loquens : « Si autem infidelis discedit, discedat [98]. »

ΣΠΔ'. — ΘΕΟΠΕΜΠΤῼ (92) ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Τό (f. εἰς τό)· « Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων, εἰρηνεύοντες. »

Πάντων μὲν τῶν κατ' ἀνθρώπους ἀγαθῶν ὑπόθεσίς ἐστι καὶ κρηπὶς ἡ ὁμόνοια, καὶ χρὴ μηδενὶ διδόναι πολέμου καὶ μάχης ἀφορμήν. Εἰ δέ που τὴν εὐσέβειαν παραβλαπτομένην, ἢ τοὺς ἀσθενεῖς (93) ἀδικουμένους θεάσαιο, μὴ προτίμα τὴν εἰρήνην τῆς ἀληθείας· ἀλλ' ἵστατο γενναίως, ἕως αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενος. Διὰ τοῦτο γὰρ εἴρηται τῷ Ἀποστόλῳ τοῦθ' ὅπερ ἠθέλησας μαθεῖν· « Εἰ δυνατὸν τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. » Ἔστι γὰρ ὅπου οὐ δυνατὸν, οἷον, ὅταν περὶ εὐσεβείας, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ὁ λόγος· ἢ ὅταν C περὶ ἀδικουμένων ὁ ἀγών. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τοῦτο οὐ πανταχοῦ δυνατὸν, ὅπου γε καὶ ἐπ' ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς τῶν εἰς μίαν σάρκα τελούντων, ταύτην ἔλυσε τὴν ἀνάγκην, εἰπών· « Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω. »

CCLXXXV. — EIDEM.

Simile.

Ego nec peccati expers sum, nec peccati expertes amicos quæro (non enim inveniam), verum eos quidem qui maximis virtutibus, ac paucis mini-

ΣΠΕ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Ὅμοιον (94).

Ἐγὼ οὔτ' ἀναμάρτητός εἰμι, οὔτ' ἀναμαρτήτους ζητῶ φίλους (95)· οὐ γὰρ εὑρήσω· ἀλλὰ τοὺς πολλὰ μὲν καὶ μέγιστα ἔχοντας κατορθώματα, ὀλίγα δὲ καὶ

[97] Rom, XII, 18. [98] I Cor. VII, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Non Θεοδοσίῳ sed Θεοδώρῳ hæc epistola inscribitur in cod. Vat. 750. POSSIN.

(89) Post τρόπαιον idem addit τό. ID.

(90) *Κατὰ Περσῶν*. Voluit, certe debuit dicere κατὰ Ἀσσυρίων. Simile σφάλμα μνημονικὸν notare licet infra epist. 334, ubi Περσικὴν δύναμιν nominat pro Assyriorum potentia. Necdum enim Ezechia rerum in Judæa potiente Persica monarchia erat, sed postea demum cœpit. RITT.

(91) Pro ἀξιωθέντα idem cod. habet ἀμοιροῦντα. Vers. post 2, pro διαδέξηται πόλεμος hæc habet cod. Vat. 650 πρόφασιν ὑποδέξηται. Vers. post 2 idem legit ἐπέπτη pro ἐπέστη et vers. seq. bis idem μήτε ponit pro μηδέ. Eodem versu καί ante κόλαζε abest a cod. Vat. ID.

(92) Non Θεοπέμπτῳ sed Θεοκόμπῳ inscribitur hæc ep. in cod. Vat. 650. POSSIN.

(93) Pro ἀσθενεῖς idem cod. legit θεσμούς. Vers. post tertio pro his, τῷ Ἀποστόλῳ τοῦ θ' ὅπερ, hæc habet cod. Vat. 650, παρὰ τοῦ Ἀποστόλου ὅπερ μαθεῖν ἠθέλ., etc. Vers. inde secundo sublato asterisco et ὅτε idem reponit ὅπου. Vers. seq. pro his, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ὁ λόγος· ἢ ὅταν, etc., cod. Vat. 650 sic habet, εἴη ὁ λόγος ὡς ἔφην, ἢ ὅταν, etc. vers. antepen. ep. τῶν et τελούντων in duali ponit cod. Vat. 650, τοῖν et τελούντοιν. ID.

(94) A titulo hujus ep. abest vox ὅμοιος in cod. Vat. 650. ID.

(95) Nam, ut ait Horatius,

Vitiis nemo sine nascitur, optimus ille est,
Qui minimis urgetur. RITT.

ἐλάχιστα ἐλαττώματα ἐγκρίνω τῷ (96) χορῷ· τοὺς δ' ἐναντίως τοῖς εἰρημένοις διακειμένους οὔτε καταριθμῶ, οὔτε ἀποκηρύττω. Οὐ καταριθμῶ μὲν, ἵνα μὴ διαβολὴν ἐργάσωνται τῷ συλλόγῳ· εἰώθασι γὰρ πάντες ἀπὸ τῶν συνόντων τοὺς ἄνδρας κρίνειν (97)· οὐκ ἀποκηρύττω δὲ, ἐλπίδα αὐτοῖς ἀγαθὴν ἐγκαταλείπων. Τοῖς μὲν γὰρ καὶ συμβούλοις καὶ φίλοις χρῶμαι· τοῖς δὲ οὐ πολεμῶ μὲν, ἀλλὰ τὴν ἐνδεχομένην εἰρήνην νέμω (98) (τὸ ἀποστολικὸν φυλάττειν σπουδάζων θέσπισμα· « Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.» Παραινῶ δὲ ἀπέχεσθαι μὲν κακίας, ἀντέχεσθαι δὲ ἀρετῆς. Εἰ δ' αὐτοὶ τὴν παραίνεσιν ἔχθρας ὑπόθεσιν κατασκευάσουσι, λύπην μοι οὐ μικρὰν τῷ μὴ ὠφελεῖσθαι, οὐ τῷ ἐκπολεμεῖσθαι προξενήσουσιν.

A misque vitiis præditi sunt, in amicorum classem ascribo : eos autem, qui contra affecti sunt, nec numero, nec rursus abdico. Non, inquam, numero, ne cœtui nostro calumniam efficiant (apud omnes enim hoc in consuetudine positum est, ut quemque ex iis, qui cum eo consuetudinem habent, judicent : non autem abdico, spem ipsis bonam relinquens. Illis enim et consiliariis, et amicis utor : his autem non bellum infero, sed quam possum, pacem tribuo, apostolicam scilicet legem servare studens. « Si fieri potest, quantum in vobis est, pacem cum omnibus hominibus habentes; » eos autem moneo, ut a vitio absistant ac virtutem complectantur. Quod si ipsi consilium meum in odii atque inimicitiæ occasionem traxerint, haud parvum mœrorem B (non quod inimicitiam mihi indixerint, sed quod nullam utilitatem acceperint) mihi accersent.

ΣΠϚ'. — ΗΛΙᾼ (99).

Ὅτε ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος οὐρανόθεν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων δεῦρ' ἐπεφάνη, τότε δὴ τότε καθάπερ ἔν τινι παλιῤῥοίᾳ πραγμάτων εἰς ὁσιότητα τὰ ὅλα μετέστη. Πανηγυρικῆς γὰρ εὐκοσμίας τυγχάνοντα ἄμοιρα, καὶ ἑορτῶν μὲν ὀνόμασιν ἀναβρυνόμενα, κακίας δὲ δράμασι καθυβριζόμενα, εἰς θείαν καὶ ὑπερκόσμιον μετεῤῥυθμίσθη πανήγυριν, διδαχθέντα ὁμηγύριον (1) ὄντως ἡγεῖσθαι τὴν εὐσέβειαν, ὅταν μάλιστα ὑπὸ τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ εὐαγοῦς ἱερείας, θεραπεύηται.

CCLXXXVI. — HELIÆ.

Quo tempore justitiæ sol ad homines beneficils afficiendos e cœlo huc accessit, tum denique, velut in quadam rerum reciprocatione ad sanctitatem omnia migrarunt. **372** Nam cum prius festivo ornatu carerent, ac festorum quidem nominibus exsultarent, cæterum vitii tragicis actionibus infamarentur, ad divinam ac cœlestem solemnitatem conversa sunt, illud edocta, verum festum existimare pietatem, ac præsertim cum a virtute tanquam a pia quadam sacrifica colitur.

ΣΠΖ'. — ΤΟΙΣ ΒΟΝΘΟΥ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΦΟΙΤΗΤΑΙΣ (2).

Ὥσπερ σώφρων γυνὴ ἐπὶ τοῦ προσώπου τῆς ἁγνείας τὰ σύμβολα φέρουσα, τὰς τῶν ἀκολάστως ὁρώντων κολάζει προσδοκίας· οὕτω καὶ σώφρων ψυχὴ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων φέρουσα τῆς ἀρετῆς τὰ συνθήματα τὰς των διαφθείρειν αὐτῆς, τὴν ὥραν βουλομένων διεκκόπτει (3) ἐλπίδας. Τίς γὰρ τὸν τοιοῦτον ὁρῶν ὀφθαλμὸν, ἡμερότητι καὶ ἐλευθεριότητι κεκραμένον, προσελθεῖν τολμήσειε; Τίς δὲ γλῶτταν σεμνότητος οὖσαν τέμενος, οὐκ ἄβατον αὐτῷ τὴν ὁμιλίαν νομιεῖ; Τίς δὲ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις θεώμενος, ἀρετων οὔσας ὄργανα, οὐ φοβηθήσεται παρασυμβουλευσαι; Οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς, ὦ φίλου λέοντος εὐγενῆ βλαστήματα, ἀβάτους ἑαυτοὺς (4)

C CCLXXXVII. — BONTHI PRESBYTERI DISCIPULIS.

Quemadmodum pudica mulier, castitatis notas in facie gestans, eorum qui impudicos in eam oculos conjiciunt, exspectationes reprimit : eodem modo pudica anima virtutis tesseras in sensibus ferens, eorum, qui ipsius pulchritudinem corrumpere cupiunt, spes exscindit. Quisnam enim hujusmodi oculum suavitate et ingenuitate temperatum conspiciens, propius accedere audeat? Quisnam autem linguam, quæ honestatis et gravitatis delubrum sit, intuens, non sibi aditum omnem ad congressum venereum interclusum arbitretur? Quisnam denique reliquos sensus virtutum instrumenta esse animadvertens, præposterum consilium dare mini-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Inter τῷ et χορῷ inserit idem, τῶν φίλων. Possin.

(97) Talis esse quisque præsumitur, quales sunt illi quorum consuetudine utitur. Hinc recte pronuntiavit Euripides :

Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ,
Οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται ξυνών.

Si quis malorum gaudeat consortio,
Non quæro, quanam is præditus sit indole :
Sum certus, iisdem prorsus esse moribus.

Confer ep. 35 lib. Ritt.

(98) Pro νέμω scribit idem cod. νέμων. E contra vero pro σπουδάζων ponit in præsenti indicativi σπουδάζω. Vers. post quarto κατασκευάζουσι scribit in subjunctivo κατασκευάσωσι, et vers. ult. ep. pro ἐκπολεμεῖσθαι habet ἐκπολεμῶσθαι. Possin.

(99) Hanc ep. non Ἠλίᾳ, sed τῷ αὐτῷ inscribit cod. Vat. 650. V. 3 ep. pro παλιῤῥοίᾳ habet προνοίᾳ. Vers. 4 ante ὅλα dele τά ex cod. Vat. Id.

(1) Pro ὁμηγύριον idem cod. habet πανήγυριν. Vers. seq. pro ἱερείας idem legit ἱερᾶς. Id.

(2) Ed. Paris. legebat, τοῖς βοηθοῖς τοῦ πρεσβ. φοιτηταῖς, *Presbyteri adjutoribus discipulis.* Lectionem cod. Vatic. sequimur. Edit.

(3) Pro διεκκόπτει cod. Vat. habet διακόπτει. Vers. seq. pro ὀφθαλμόν legit ὀφθαλμῶν. Vers. post quarto pro αὐτῷ legit ἑαυτῷ. Possin.

(4) Post ἑαυτούς idem cod. addit ταῖς, et vers. seq pro ἑαυτῶν, ἑαυτὸν legit. Id.

me pertimescat? Quocirca vos quoque, o leonis mihi chari nobiles fetus, ita vos conservetis, ut iis familiaritatibus nullus omnino ad vos aditus pateat: quo et vestram, et paternam gloriam augeatis.

A βλαπτούσαις συνουσίαις διατηρήσατε, ἵνα καὶ τὸ ἑαυτῶν καὶ τὸ πατρῷον αὐξήσητε κλέος.

CCLXXXVIII. — NILAMMONI ET NILAMMONI.

Homonymiam quidem vobis parentes, synonymiam autem mores imposuerunt. Illam enim a parentibus obtinuistis: hanc autem ab iis, quæ gessistis, consecuti estis. Quam quidem si in optimis quibusque actionibus homines viderent, voluptate sane afficeret. Quoniam autem in contrariis rebus eam exhibere vident, vehementer hoc nomine angor. Impudens enim oculus, et elata cervix, et perpetua superciliorum agitatio, et turbulentus incessus, et de nulla re turpi erubescere, fœdissimi animi argumentum est, obscuras perturbationum suarum notas corpori imprimentis.

ΣΠΗ'. — ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ ΚΑΙ ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ.

Τὴν μὲν ὁμωνυμίαν ὑμῖν (5) οἱ γονεῖς, τὴν δὲ συνωνυμίαν οἱ τρόποι ἐπέθηκαν. Τὴν μὲν γὰρ παρὰ τῶν τεκόντων ἐσχήκατε, τὴν δὲ παρὰ τῶν πραχθέντων ἐκτήσασθε. Ἣν εἰ μὲν ἐπὶ τοῖς καλλίστοις εἶδον οἱ ἄνθρωποι, ἥσθην ἄν· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις, λίαν ἄχθομαι. Ὄμμα γὰρ ἀναιδὲς καὶ αὐχὴν μετέωρος, καὶ ὀφρύων συνεχὴς κίνησις (6), καὶ βάδισμα σεσοβημένον, καὶ τὸ ἐπὶ μηδενὶ τῶν αἰσχρῶν ἐρυθριᾷν τεκμήριον ψυχῆς ἐστιν αἰσχίστης, τοὺς B ἀφανεῖς τῶν οἰκείων παθῶν χαρακτῆρας ἐντυπούσης τῷ σώματι.

CCLXXXIX. — THEODORO CLARISSIMO.

De Moysis animi magnitudine, quod nullum filiorum virtuti Josue prætulerit: et quod non oportet filiis regnum aut aliud imperium committere, nisi mores principatui congruant.

Cum multis aliis nominibus virum Deo charum Mosen admiror ac suspicio, tum hoc præsertim nomine, quod cum omni vitiosa affectione superior esset, naturalem quoque charitatem vicit. **373** Nam cum duos filios haberet, qui quamvis ab eo procreati essent, tamen paternæ virtutis æmulos minime se præberent, neutrum horum militaris sui imperii successorem instituit, verum eum, qui virtute potius, quam genere ipsi conjunctus erat: virtutem nimirum naturæ, ad honesti dijudicationem persæpe cæcutienti, anteponens. Nam qui æquum esse censent, ut a patribus ad filios imperia delabantur, ad veritatem hallucinantur. Honor quippe, non generi, sed virtuti debetur. Neque enim regis filium, si hujusmodi munere indignus sit, in hujusmodi dignitatem ascribere oportet: verum eum, qui regio animo præditus est, administrandique imperii scientiam concipere potest. Illud sane mitissimum illum virum luculenter ostendit, quod ne fratris quidem gratia et favore ductus, ad sacerdotii dignitatem obtulerit (nam qui eos, qui ex ipsius lumbis exorti fuerant, hujusmodi honore afficiendos non duxerat, verum naturæ vim, ac velut tyrannidem superaverat, haudquaquam profecto favore adactus fuisset, ut fratrem sacerdotii corona

ΣΠΘ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ (7) ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Περὶ Ἰησοῦ. Περὶ τῆς Μωσέως μεγαλονοίας, ὅτι οὐδένα τῶν υἱῶν τῆς Ἰησοῦ ἀρετῆς προετίμησεν· καὶ ὅτι οὐ δεῖ παισὶ βασιλείαν ἢ ἑτέραν ἀρχὴν ἐγχειρίζειν, εἰ μὴ ὁ τρόπος ᾖ τῆς ἡγεμονίας ἁρμόδιος.

Ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἄγαμαι τὸν θεοφιλῆ Μωσέα· ἐν τούτῳ δὲ διαφερόντως, ὅτι παντὸς πάθους κρείττων ὤν, καὶ τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας ἐκράτησε· δύο γὰρ ἔχων υἱοὺς τεχθέντας μὲν παρ' αὐτοῦ, τῆς δὲ πατρῴας ἀρετῆς μὴ γεγονότας ζηλωτὰς (8) ἀρετὰς οὐδένα αὐτῶν διάδοχον τῆς στρατη- C γίας ἐχειροτόνησεν, ἀλλὰ τὸν ἀρετῇ μᾶλλον ἢ γένει προσήκοντα· τὴν ἀρετὴν προκρίνας τῆς πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάκρισιν πολλάκις τυφλωττούσης φύσεως. Οἱ γὰρ ἐκ πατρῶν (9) νομίζοντες δίκαιον εἶναι τὰς ἀρχὰς ἐπὶ τοὺς παῖδας καταβαίνειν, τυφλώττουσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Χρεωστεῖται τὸ γέρας, οὐ γένει, ἀλλ' ἀρετῇ. Οὐδὲ γὰρ τὸν βασιλέως υἱὸν ἂν ἀνάξιος εἴη τοῦ πράγματος, εἰς τὴν ἀξίαν ἐγγραπτέον, ἀλλὰ τὸν βασιλικὴν ἔχοντα ψυχήν, καὶ τὴν τῆς ἀρχῆς ἐπιστήμην χωρῆσαι δυνάμενον. Τοῦτο γοῦν ἐκεῖνον τὸν πραότατον (10) λαμπρῶς ἔδειξε, μηδὲ τὸν ἀδελφὸν χάριτι εἰς τὴν ἱερωσύνην προενηνοχέναι· ὁ γὰρ τοὺς ἐκ τῶν λαγόνων αὐτοῦ φύντας μὴ ἀξιώσας τοιαύτης τιμῆς, ἀλλὰ περιγενόμενος τῆς φύσεως τυραννίδος, οὐκ ἂν τὸν ἀδελφὸν χάριτι τῇ ἱερωσύνῃ ἐστε- D φάνωσεν· ἀλλὰ κατὰ θείους χρησμούς. Διὸ καὶ οἱ κατ' αὐτοῦ ἐπιλυττήσαντες, καὶ νομίσαντες οὐ θείᾳ ψήφῳ, ἀλλὰ κρίσει λογισμῶν οἰκείᾳ κεχειροτονηκέναι τὸν ὁμαίμονα δίκας ἀήθεις ἔδοσαν. Τοὺς μὲν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Pro ὑμῖν cod. Vat. 650 legit ὑμῶν. Vers. seq. verbum ἐπέθηκαν abest ab illo cod. et vers. post pro 3 εἶδον habet ἐκωμῴδουν. Possin.

(6) Συνεχὴς κίνησις melius a cod. Vat. pluraliter effertur συνεχεῖς κινήσεις. Vers. ult. ep. ante σώματι cod. idem ponit φανερῷ. Id.

(7) Non Θεοδώρῳ sed Δωροθέῳ hæc ep. inscribitur in cod. Vat. 650. Id.

(8) Cod. Vat., υἱεῖς. Vers. post 2 omittit ἀρετάς. Id.

(9) Pro πατρῶν scribit πατέρων. Vers. inde 3 ante τὸ γέρας ponit γάρ. Vers. seq. post υἱόν, sublato asterisco, addit, εἰ νόθος εἴη. Id.

(10) Pro πραότατον idem cod. legit λαμπρότερον et addit καί ante λαμπρῶς. Vers. seq. προενηνοχέναι scribit cum σ, προσεν. Vers. seq. pro αὐτοῦ legit αὐτῷ. Mox pro his, περιγενόμενος τῆς φύσεως τυραννίδος, cod. Vat. habet, περιγενομένης τῆς ἀπὸ τῆς φύσεως τυραννίδος. Id.

γὰρ ἡ γῆ χανδὸν κατέπιεν· οἱ δὲ πυρὸς αἰθερίου ἔργον ἐγένοντο.

A redimeret) sed divinis oraculis obsequens. Ob eamque causam, qui adversus eum rabido animo impetum fecerant, ac non divino suffragio, sed privato animi judicio fratrem ab eo sacerdotem designatum fuisse arbitrabantur, novas et inusitatas pœnas pependerunt. Hi enim partim dehiscente terra absorpti sunt, partim cœlestis ignis ardore conflagrarunt.

Σϟ'. — ΧΑΙΡΗΜΟΝΙ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰ καὶ Εὐσέβιος, ὡς γέγραφας, τῇ κακίᾳ σπενδόμενος, τῇ ἀρετῇ πολεμεῖ, ὀξὺς μὲν ὢν ἐκ διαβολῆς εἰς ἐπιβουλὰς ἐπαχθῆναι (11), πρόχειρος δὲ ὑπονοίαις μὴ προσηκούσαις ἑαυτὸν πιστώσασθαι· καὶ ἐν μὲν τοῖς ἐπιτιμίοις τῶν ἡμαρτηκότων ἀπαραίτητος, ἐν δὲ ταῖς ἀμοιβαῖς τῶν κατορθούντων ὀκνηρότατος· ἀλλ' οὖν γε αὐτὸς οὐκ ἂν εἴης δίκαιος ἐκεῖνον κωμῳδεῖν, ὁ τὰ αὐτὰ αὐτῷ, ὥς φασιν, ἵνα B μὴ λέγω ἀργαλεώτερα, πλημμελῶν. Ἢ γὰρ μὴ πρᾶττε τοιαῦτα, ἢ μὴ κωμῴδει τοὺς δρῶντας. Τάχα δὲ τοῦτ' αὐτῷ κατ' ἀξίαν συνέβη, ὅτι σε τοιοῦτον ὄντα χειροτονήσας, οὐκ ἔλαθε τὴν δίκην. Ὁ γὰρ ἀποκεκλεισμένον ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν στόμα οὐ δεόντως ἀνοίξας, καθ' ἑαυτοῦ, ὡς ἔοικεν, ἤνοιξε· καὶ κατὰ τῶν εὐδοκίμων νομίσας ἀθύρωτον ὁπλίζειν γλῶτταν, καθ' ἑαυτοῦ ὥπλισεν.

CCXC. — CHÆREMONI DIACONO.

Etsi Eusebius quemadmodum ad me scripsisti, fœdus cum vitio feriens, virtuti bellum infert, atque celeriter ex calumnia ad struendas insidias adducitur, prompteque suspicionibus parum consentaneis fidem adhibet: ac præterea in his quidem, qui deliquerunt, supplicio afficiendis acerbum et inexorabilem, in iis autem, qui aliquid ex virtute gerunt, remunerandis pigerrimum se præbet: minime tamen æquum est ipsum a te suggillari, qui eadem, quæ ipse, ut rumor est, ne dicam graviora, perpetras. Aut enim ab hujusmodi flagitiis abstine: aut eos, qui ea committunt, ne suggilla. Quanquam fortasse hoc ipsi merito accidit, quod cum te, cum talis esses, diaconum creaverit, ac proinde vim numinis ultricem minime fugerit. Nam qui ecclesiasticis sanctionibus occlusum os, contra quam oportebat, aperuit, adversus seipsum, ut apparet, aperuit: et qui se effrenatam linguam adversus probos instruere arbitrabatur, eam adversus seipsum armavit.

ΣϟΑ'. — ΓΕΡΜΑΝῼ (12).

Ὁ μὲν τὰς πολλοῖς ἀμάχους εἶναι δοκούσας ἡδονὰς σωφροσύνῃ καὶ ἐγκρατείᾳ τυραννικῶς βιαζόμενος, οὗτος ἐλευθέραν παντὸς αἰσχροῦ πάθους ἔχων τὴν ψυχὴν, τροπαίοις λαμπροῖς καὶ πολλοῖς (13) ἐναγάλλεσθαι δίκαιος. Ὁ δὲ ἐκείναις μὲν κατακράτος ἁλοὺς, καὶ ὑπὸ τῶν βαρβαρικῶν τοῦ σώματος παθῶν τυραννούμενος, βαρβαρικοῖς δὲ τροπαίοις ἐναβρυνόμενος, οὗτος καὶ ἠλίθιος εἶναί μοι δοκεῖ, καὶ ἀνδραποδώδης. Δειλίᾳ γὰρ καὶ φόβῳ μειζόνων κακῶν (εἰ καὶ παράδοξον καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι) ἀνδρεῖος εἶναι δοκεῖ. Φοβούμενος γὰρ δουλείαν ἢ ἑαυτοῦ ἢ τῶν παίδων, πολεμεῖ.

CCXCI. — GERMANO.

Qui voluptates, quas multi expugnari minime C posse existimant, per temperantiam et continentiam velut tyrannide opprimit, **374** hic, cum liberam ab omni vitiosa affectione animam habeat, id meretur, ut multis ac præclaris tropæis exsultet. Qui autem, cum ab illis prorsus constrictus teneatur, atque a barbaricis corporis vitiis tyrannide prematur, barbaricis tamen tropæis gloriatur, hic profecto mihi et stolidus, et servilis animi esse videtur. Quippe ob majorum malorum metum ac formidinem (etiamsi hoc et dictu et factu mirum sit) fortis et strenui viri speciem gerit. Dum enim id timet, ne aut ipse, aut ipsius filii serviant, bellum gerit.

ΣϟΒ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τὸν λαμπρᾶς ἁπτόμενον ὑποθέσεως, καὶ τὸν νοῦν D τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἑρμηνεῦσαι πειρώμενον, χρὴ τὴν μὲν γλῶτταν ἔχειν σεμνήν τε καὶ τρανὴν, τὴν δὲ γνώμην εὐσεβῆ τε καὶ εὐαγῆ, ἀκολουθεῖν τε αὐταῖς, καὶ μὴ ἡγεῖσθαι, μηδὲ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα, τὸν ἐκείνων νοῦν ἐκβιάζεσθαι. Τοῖς γὰρ παραποιεῖν καὶ παρερμηνεύειν τολμῶσι, κίνδυνος ἐπήρτηται μέγιστος εἰς αὐτὴν τὴν ψυχὴν βλέπων.

CCXCII. — DANIELI PRESBYTERO

Eum, qui præclarum aliquod argumentum attingit, ac Scripturarum sacrarum mentem interpretari conatur, hoc facere oportet, ut linguam quidem gravem et apertam ac dilucidam, mentem vero piam et sanctam habeat: easque sequatur, non autem antecedat, nec ad arbitrium suum earum sensum torqueat. Iis enim, qui eas pervertere, ac sinistra interpretatione depravare non dubitant, maximum periculum, ad ipsam animam spectans, impendet.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Cod. Vat. 650 non ἐπαχ. sed ἀπαχθῆναι scribit. Vers. post 2 inter τῶν et ἡμαρτηκότων inserit μηδέν. Possin.

(12) In titulo voci Γερμανῷ cod. Vat. 650 apponit Κόμητι. Vers. ep. 1 pro πολλοῖς legit πολλάς. Id.

(13) Idem cod. tollit illa duo verba, καὶ πολλοῖς. Id.

CCXCIII. — NILAMMONI PRESBYTERO.

Mihi quidem de rerum natura disputare haud magno studio est : at ne te mœrore afficiam, hoc scribo. Ob temperamentorum discrimen fit, ut quidam ex his qui temulentia laborant, pallidi ac feroces exsistant, quidam contra rubicundi ac sanguinei : quod videlicet ob mentis emotionem sanguis ad intimas partes se receperit, ac pallidam oris superficiem reliquerit : aut quod agitatio calorem eum, qui in intimis partibus situs est, ad extimas partes revocarit. Cæterum sive hoc, sive illo pacto quispiam temperatus sit, potest ratio præstantissimi cujusdam aurigæ instar, aut, ne hæc vitiosa affectio excitetur, prohibere : aut eam, si excitata sit, in concentum ac lenitatem traducere.

ΣϞΓ'. — ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Φυσιολογεῖν μὲν ἐμοὶ οὐ πολλὴ σπουδὴ, ἵνα δὲ μή σε λυπήσω, γράφω. Ὅτι διὰ τὴν τῶν κράσεων διαφορὰν, τινὲς μὲν τῶν μεθυόντων ὠχροὶ γίνονται καὶ θυμοειδεῖς, τινὲς δὲ πυῤῥοὶ καὶ ὕφαιμοι, ἢ ὑπ' ἐκστάσεως (14), τοῦ αἵματος ὑπονοστήσαντος εἰς τὸ βάθος, καὶ ὠχρὰν τοῦ προσώπου τὴν ἐπιφάνειαν καταλελοιπότος· ἢ τῆς κινήσεως τὸ ἐν βάθει θερμὸν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἀνεκκαλεσαμένης. Εἴτε δ' οὕτω τις, εἴτ' ἐκείνως εἴη κεκραμένος, δύναται ὁ λογισμὸς, καθάπερ ἡνίοχος ἄριστος, ἢ μὴ συγχωρῆσαι ὅλως κινηθῆναι τὸ πάθος, ἢ κινηθὲν μεταῤῥυθμίσαι εἰς ἁρμονίαν καὶ πραότητα.

CCXCIV. — PETRO.

Audacissimi Judæi, cum nullam unquam revocationis expertem captivitatem perpessi sint, præter hanc, quæ crucem secuta est, nescio quo pacto ad meliorem mentem redire minime sustinent : idque, cum, et Scripturæ, et res ipsæ testimonio suo nobis faveant, et illos condemnent. Hanc igitur ob causam concessum est ipsis ut supersint, ut et belli, quas perpessi sunt, calamitates tragicum in modum enuntient, et non secus ac captivi et verberones quidam circumcursitantes omnem qui sole illustratur terrarum orbem, ubique florentem Crucifixi cultum videant. Ac de his hactenus. De iis autem qui pupillis injuriam inferre minime verentur, hoc dico, quod Rex ille regum, et Dominus dominantium (*servus* enim *meus Nabuchodonosor*, inquit; et, *servo meo David*. Nam illum dominationis duntaxat ratione ita vocat : hunc autem etiam ob vitæ probitatem) hic pater orphanorum et judex viduarum appellari gaudet. Siquidem in sublimibus dominationis nomen collocat : in humilibus autem, curæ ac sollicitudinis. Illorum enim dominum se esse asserit : horum parentem. **375** Quocirca nemo pupillos injuria afficiat, patrem cogitans : nec viduam opprimat, judicem ob animum sibi proponens : nec alium quemquam fraudet, incorruptum illum judicem animo et cogitatione versans. Quod si quis prudentia destitutus, ac præsentia solum cernens, contraque ad futura cæcutiens, rapinas lucra esse censet, hoc audiat, fraudes ac rapacitates hic quoque persæpe pericula parturire, ac non modo facultatibus orbari, sed etiam animam ipsam eripere. Non enim si qua sumptio, eadem quoque

ΣϞΔ'. — ΠΕΤΡΩ.

Οἱ πάντολμοι Ἰουδαῖοι οὐδεπώποτε ὑπομεμενηκότες αἰχμαλωσίαν ἀνακλήσεως ἄμοιρον, ἢ ταύτην τὴν μετὰ τὸν σταυρὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως, γνωσιμαχεῖν οὐκ ἀνέχονται· καὶ ταῦτα καὶ τῶν Γραφῶν καὶ τῶν πραγμάτων ἡμῖν μὲν μαρτυρούντων, ἐκείνων δὲ καταψηφιζομένων. Περιεῖναι οὖν συνεχωρήθησαν, ἵνα καὶ τὰς τοῦ πολέμου ἐκτραγῳδήσωσι συμφορὰς, καὶ ὥσπερ αἰχμάλωτοι καὶ μαστιγίαι τὴν ὑφ' ἥλιον περιθέοντες, ἴδωσιν πανταχόσε ἀνθοῦν τοῦ Σταυρωθέντος τὸ σέβας (15). Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἐπὶ δὲ τοῖς τολμῶσιν ὀρφανοὺς ἀδικεῖν, ἐκεῖνό φημι (16), ὅτι ὁ τῶν βασιλευόντων Βασιλεὺς, καὶ τῶν κυριευόντων Κύριος· *Ὁ δοῦλος μὲν γὰρ Ναβουχοδονόσορ*, φησὶ, καὶ *ἐπὶ τὸν δοῦλόν μου Δαβίδ*. Τὸν μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς δεσποτείας μόνον οὕτω καλεῖ· τὸν δὲ καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας· οὗτος πατὴρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴς τῶν χηρῶν καλούμενος χαίρει. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ὑψηλῶν, τὸ τῆς δεσποτείας ὄνομα τάττει· ἐπὶ δὲ τῶν ταπεινῶν, τὸ τῆς κηδεμονίας. Ἐκείνων μὲν γὰρ δεσπότης εἶναι διαβεβαιοῦται· τούτων δὲ πατήρ. Μηδεὶς τοιγαροῦν ὀρφανὸν ἀδικείτω, τὸν πατέρα ἐννοῶν· μηδὲ χήραν καταπονείτω, τὸν κριτὴν φανταζόμενος· μηδὲ ἄλλον τινὰ πλεονεκτείτω, τον ἀδέκαστον κριτὴν (17) ὀνειροπολῶν. Εἰ δέ τις συνέσεως χηρεύων, καὶ τὰ παρόντα μόνον ὁρῶν, περὶ δὲ τὰ μέλλοντα τυφλώττων, κέρδη εἶναι νομίζει τὰς ἁρπαγὰς, ἀκουέτω, ὅτι κἀνταῦθα πολλάκις κινδύνους ὠδίνουσιν αἱ πλεονεξίαι, καὶ οὐ μόνον τῶν ὑπαρχόντων στερίσκονται (18), ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν προσαφαιροῦνται. Οὐ γὰρ εἴ τι λῆμμα, καὶ κάλλιστον, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, ὃ τῷ καλῷ συμπέφυκε· τούτου δ' ἀπόντος, ὁδῷ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(14) Pro ἐκστάσεως cod. Vatic. 650 habet ἐκτάσεως. Vers. post 2 inter ἐν et βαθεῖ inserit τῷ Vers. seq. in ἀνεκκαλεσαμένης tollit ἀν. Possin.

(15) Hæc, περιεῖναι οὖν usque ad τοῦ Σταυρωθέντος τὸ σέβας omittens ed. Paris. locus supplentur ex codice Bavarico. Non dissimulandum tamen hæc fere totidem verbis haberi infra ep. 305. Cætera hujus epistolæ, incipiendo a καὶ ταῦτα μέν, usque ad fin., τὴν ἀδικίαν φευγέτωσαν, omnia desunt in ms. B. Et certe argumentum continent plane diversum a priore. Ritt.

(16) Ed. Paris., Εἶπε δὲ τοῖς τολ. ὀρφ. ἀδικεῖν, ὅτι ὁ, etc., omittens ἐκεῖνό φημι. Corr. ex cod. Vat. 650, ut vers. post secundo, ubi iterum ad eumdem lapidem offenderat editor Paris., pro ἐπί scribens εἶπε. Possin.

(17) Pro τὸν ἀδέκαστον κριτὴν cod. Vat. 650 habet τὸ ἀδέκαστον κριτήριον. Id.

(18) Pro στερίσκονται idem cod. legit στερίσκουσιν. Id.

βαδίζει ἐπὶ τὰς συμφοράς. Ὥσπερ γὰρ ἐν θήρᾳ καὶ τὸ ἑλεῖν καλὸν, καὶ τὸ διαμαρτεῖν κάλλιον (εἰ τὸ μὲν ἀκινδύνως· τὸ δὲ, ἐπὶ τῷ χαλεπόν τι παθεῖν γίγνοιτο), οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κερδῶν. Αἰσχύνην γὰρ προσοφλισκάνουσι, καὶ κινδύνους κληρονομοῦσιν· εἴ γε πλεονεκτεῖν, μετὰ τοῦ δικαίου τὰς εὐπορίας ἔχειν δυνάμενοι, ἐπιχειροῖεν. Εἰ δέ τις φαίη· Τίς οὐκ ἂν ἐθελήσειε λαμβάνων εὐπορεῖν; — Τίς δ' ἂν ἕλοιτο κερδήσας ἀπολωλέναι; φαίην ἄν· τὸ γὰρ ἀφ' ὧν κινδυνεύειν περίεστι, κερδαίνειν ἐθέλειν, οὐ κέρδη θηρωμένων ἐστὶν, ἀλλ' ἀδοξίας καὶ συμφορᾶς· ἐπειδὴ τῶν κερδῶν (19) τὰ μὲν αἰσχρὰν ἔχει τὴν ὑπόθεσιν, τὰ δὲ ἐπικίνδυνον τὴν πλεονεξίαν. Εἴτε οὖν διὰ τὰ παρόντα, εἴτε διὰ τὰ μέλλοντα, βαρυτάτην τὴν ζημίαν τὸ κακῶς κερδαίνειν (20) ἡγούμενοι, παντὶ σθένει τὴν ἀδικίαν φευγέτωσαν.

A protinus optima est, verum ea demum quæ cum honestate conjuncta est : quæ si desit, ad calamitates recta tendit. Quemadmodum enim in venatione, et cepisse pulchrum est, et a præda aberrasse pulchrius, siquidem illud periculo careat, hoc autem calamitatem aliquam afferat : eodem modo in lucris quoque se res habet. Præterquam quod enim probrum et ignominiam conflant, pericula etiam velut hæreditario jure percipiunt : siquidem cum justis rationibus opes suas augere possint, alios per fraudem circumvenire aggrediantur. Quod si quis dixerit : Quis non sumendo facultates suas, atque copias auctiores reddere velit? ego contra hoc dixerim : Quis lucrando perire in animum inducat? Etenim ab iis rebus, quæ periculum afferunt, lucrari velle, non lucra, sed B ignominias et calamitates aucupantium hominum est. Quandoquidem lucrorum alia turpem causam ac materiam habent, alia periculosam fraudationem. Quæ cum ita sint, sive ob præsentia, sive ob futura, gravissimum damnum malum quæstum esse existimantes, omnibus viribus injuriam fugiant.

ΣϞΕ'. — ΧΑΙΡΗΜΩΝΙ, ΖΩΣΙΜΩ, ΜΑΡΩΝΙ.

Ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή.

Μὴ νομίζοντες, ὦ βέλτιστοι, μετὰ τῶν σωμάτων σβέννυσθαι τὰς ψυχὰς, ἀδεῶς ἁμαρτάνετε, ὡς δίκας μὴ ὑφέξοντες· ἀλλὰ παρὰ τοῦ κριτοῦ τὴν ἀλήθειαν μαθόντες, ὅτι καὶ ἀθάνατοί εἰσι καὶ δίκην ὑφέξουσι, παλινῳδίαν ᾄσατε. « Μὴ φοβηθῆτε γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι » (αὕτη ἀναντίῤῥητος τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς ἡ μαρτυρία)· « φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. » C Αὕτη καὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς κολάσεως ἀψευδὴς ἀπόδειξις. Τὴν γὰρ τοῦ Δημιουργοῦ ἀπόφασιν πάσης ἀποδείξεως ἰσχυροτέραν χρὴ νομίζειν. Ὅτι δὲ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ οἱ εὐδόκιμοι καὶ λαμπροὶ τὴν τῆς ψυχῆς (21) ᾔδεσαν ἀθανασίαν, ἀκούσατε τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ λεγόντων· « Εὐλογεῖτε, πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων, τὸν Κύριον. » Ἀξιόπιστοι δὲ δήπουθέν εἰσιν, οἱ τὸν τύραννον μὴ φοβηθέντες, ἀλλὰ τὴν εὐσέβειαν ἐπιδειξάμενοι, καὶ τὸ πῦρ δυσωπήσαντες. Ὁ δὲ τῶν Σεραφὶμ θεωρὸς βοῶν, « Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται; » τί ἄλλο ἢ τὴν γέενναν, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν ἀθανασίαν, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἀναβίωσιν κηρύττει; Μὴ οὖν μύθους ἡγήσησθε τοὺς ἐπᾳσθέντας ὑμῖν παρὰ τῆς Γραφῆς λόγους, ἀλλ' ἀνανήψατε. D Ἔξεστι γὰρ ἕως ἐνθάδε ἐσμέν. Οὐ γὰρ θέλει ὁ Θεὸς τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτὸν τὴν ἀοίδιμον ζωήν. Εἰ γὰρ προφθάσοιμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, τουτέστιν, εἰ πρὸ τῆς κυρίας διὰ πραγμάτων αὐτὰ ἀπολογησόμεθα,

CCXCV. — CHÆREMONI, ZOSIMO ET MARONI.

Quod immortalis anima.

Ne hac opinione ducti, optimi viri, quod animæ una cum corporibus exstinguantur, sine ullo metu peccetis, tanquam pœnas minime daturi : verum a judice veritatem edocti, hoc est, quod et immortales sint, et judicium subituræ sint, palinodiam canite. « Ne timeatis enim, inquit, ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (en ejusmodi immortalitatis animæ testimonium, cui nemo adversari queat) ; timete autem potius eum qui potest corpus et animam perdere in gehennam [99]. » En et resurrectionis et supplicii ab omni mendacio aliena demonstratio. Siquidem Creatoris sententiam quovis argumento firmiorem ac valentiorem existimare oportet. Quod autem in Veteri quoque Testamento probi et clari viri cognitam habuerint animæ immortalitatem, audite quid tres pueri in fornace dicant : « Benedicite, spiritus et animæ justorum, Domino [1]. » **376** Idonei autem scilicet, quibus fides adhibeatur, illi sunt, qui tyrannum minime pertimuerunt, verum pietatis specimen ediderunt, atque ignem tanquam pudore affecerunt. Jam ille Seraphinorum spectator clamans : « Quis annuntiabit vobis quod ignis ardeat [2]? » quid aliud quam gehennam atque animorum immortalitatem corporumque ad vitam reditum prædicat? Quamobrem ne verba ea quæ Scriptura vobis accinit, pro fabulis ducite : Verum ad meliorem mentem redite [3]. Id enim licet, quantisper in vita sumus. Deus quippe non vult mortem peccatoris, sed magis ut a via sua mala convertatur, ac celebrem vi-

[99] Matth. x, 28. [1] Dan iii, 86. [2] Isa. xxxiii, 14. [3] Isa. xlvi, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(19) Cod. Vat., melius, ἐπὶ οὖν τῶν κερδ. Id.

(20) *Βαρυτάτην τὴν ζημίαν τὸ κακῶς κερδαίνειν*. Hesiodus quoque hoc agnovit, cum scripsit.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.

Ne male lucreris : mala lucra æqualia damnis.

Et Sophocles :

Τὰ φαῦλα κέρδη πημονὰς ἐργάζεται. Ritt.

(21) Verba τὴν τῆς ψυχῆς omittebat ed. Paris. Edit

tam vivat [4]. Si enim faciem ejus in confessione præoccupaverimus, hoc est, si ante præstitutum diem per res ipsas ei satisfecerimus, in judicio misericordiam consequemur. Creatoris enim, uti jam dixi, sententiam quovis argumento ac demonstratione firmiorem judicare oportet.

A ἐν τῇ κρίσει ἐλεηθησόμεθα. (22) Τὴν γὰρ τοῦ Δημιουργοῦ, ὡς ἔφην, ἀπόφασιν πάσης ἀποδείξεως ἰσχυροτέραν χρὴ νομίζειν.

CCXCVI. — AGATHONI PRESBYTERO.

Quomodo sit intelligendum illud Abrahamo dictum, « Multiplicans multiplicabo [5]. »

Deus Abrahami semen cœlestibus astris ac maris arenæ comparaturum se pollicitus est: illud significans, quod quidam ex ipsis elucebunt (quales scilicet fuerunt prophetæ et justi viri, apostoli item, et qui eorum opera fidem amplexi sunt, ac probis actionibus enituerunt, ad quos Salvator dicit: « Luceat lux vestra coram hominibus [6] »; et Apostolus: « Inter quos lucetis tanquam luminaria in mundo [7] »), quidam autem abjecti, ac terrenarum rerum studiis addicti esse deprehendentur, instabilesque atque ad omnem ventum agitati: qui etiam proinde tanquam marina et infructuosa arena reputati, contemnentur, ac pro nihilo habebuntur.

ΣϞϚʹ. — ΑΓΑΘΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Πῶς νοητέον τὸ εἰρημένον τῷ Ἀβραὰμ, « Πληθύνων πληθυνῶ. »

Οὐρανίοις ἄστροις καὶ ψάμμῳ θαλαττίᾳ παρεικάσειν τὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπηγγείλατο σπέρμα ὁ Θεὸς, μηνύων ὅτι τινὲς μὲν ἐξ αὐτῶν διαλάμψουσιν (οἷοι ἦσαν οἱ προφῆται καὶ οἱ δίκαιοι, ἀπόστολοί τε καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντες, καὶ ἔργοις διαπρέψαντες, οἷς ὁ Σωτὴρ μὲν ἔφη, « Λαμψάτω τὸ φῶς B ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· » ὁ δὲ Ἀπόστολος, « Ἐν οἷς φαίνεσθε (23) ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, ») τινὲς δὲ χαμαιπετεῖς καὶ χαμαίζηλοι ἁλώσονται, ἀβέβαιοί τε καὶ ὑπὸ παντὸς ἀνέμου περιφερόμενοι, οἵτινες καὶ ἐξευτελισθήσονται, ὡς ψάμμος θαλαττία τε καὶ ἄκαρπος λογισθέντες.

CCXCVII. — PAULO.

Si, tanquam in gratiam redituri, qui nuper amici erant, inter se dissident, levius malum est: si autem tanquam in implacabili odio ac simultate permansuri, gravius. Quoquo vero animo sint, tu da operam, ut quam ocissime in gratiam eos reducas, ne alioqui temporis mora difficilius hoc negotium reddat.

ΣϞΖʹ. — ΠΑΥΛῼ (24).

Εἰ μὲν ὡς διαλλαγησόμενοι οἱ πρώην φίλοι διαφέρονται, ἧττόν ἐστι κακόν· εἰ δὲ ὡς ἄσπονδοι διαμενοῦντες, μεῖζον. Πλὴν ὅπως ἂν διακέοιντο, σπούδασον εἰς εἰρήνην θᾶττον αὐτοὺς συναλλάξαι, μήποτε καὶ χρόνος δυσχερέστερον τοῦτο κατασκευάσῃ.

C

CCXCVIII. — EIDEM.

In illud in lege scriptum, « Pauperis non misereberis in judicio [8]. »

Qui paupertate ad negotium aliis libenter exhibendum abutitur, is non modo indignus est qui misericordiam consequatur, sed etiam odium promeretur. Nam pro eo quod quietem agens obsecrare debebat, ipse contra accusationes concinnat. Quam etiam ob causam Scriptura sanxit, ne quis pauperis in judicio misereatur: non quod ei misericordiam impertiri nolit, sed quod eum sycophantem agere prohibeat. **377** Nam si ille supplicis specie missa facta, litigatoris personam assumere audeat, jus apud judicem superiores partes ferat. Etenim quidem is qui in judicium vocatus est, ac causam obtinuit, post victoriam ei, qui causa cecidit, facilem ac misericordem se præbere potest: at non item æquum est, ut is, penes quem sententiæ arbitrium ac potestas est, jus ipsum labefactet.

ΣϞΗʹ. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ· « Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. »

Ὁ τῇ πενίᾳ εἰς φιλοπραγμοσύνην καταχρώμενος, οὐ μόνον ἐλέους τυχεῖν οὐκ ἂν εἴη δίκαιος, ἀλλὰ καὶ μίσους ἄξιός ἐστι. Δέον γὰρ τὰς ἡσυχίας ἄγοντα παρακαλεῖν, ἐγκλήματα ῥάπτει. Διὸ δὴ καὶ ἡ τῆς δικαιοσύνης πηγὴ, μὴ ἐλεεῖσθαι τὸν πένητα ἐν κρίσει ἐθέσπισεν, ἐλεεῖσθαι (25) μὲν αὐτὸν βουλομένη, συκοφαντεῖν δὲ ἀπαγορεύουσα. Εἰ γὰρ ἐκεῖνο τὸ τοῦ ἱκέτου σχῆμα ἀφέμενος, τὸ τοῦ διαδίκου ἀναλαβεῖν τολμήσειε, τὸ δίκαιον κρατείτω παρὰ τῷ ψηφιζομένῳ. Κύριος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐγκληθεὶς καὶ νικήσας, μετὰ τὴν νίκην οἰκτεῖραι τὸν ἡττηθέντα· οὐ μὴν ὁ τῆς ψή- D φου κύριος, δίκαιος ἂν εἴη λυμήνασθαι (26) τὸ δίκαιον.

CCXCIX. — THEONI EPISCOPO.

Si ipsa quoque seorsim perpensa Zosimi improbi-

ΣϞΘʹ. — ΘΕΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰ καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ κακία Ζωσίμου δοκεῖ

[4] Ezech. XXXIII, 11. [5] Gen. XVI, 10. [6] Matth. v, 16. [7] Philipp. II, 15. [8] Exod. XXIII, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) In cod. Vat. 650 epistola hic desinit. POSSIN.
(23) Cod. Vat. 650, ἐστέ. ID.
(24) In titulo post Παύλῳ cod. Vat. 650 addit σχολαστικῷ. Vers. pen. epist. idem pro συναλλ. legit διαλλάξαι. ID.
(25) Hæc, τὸν πένητα.... ἐλεεῖσθαι, omittebat ed Paris., typographi lapsu. EDIT.
(26) Cod. Vat. pro λυμήνασθαι scribit λυμαίνεσθαι. POSSIN.

μαζομένη, ὡς γέγραφας, χαλεπὴ τυγχάνει, καὶ τοῖς ἄλλοις παραβαλλομένη (27), χαλεπωτέρα εὑρίσκεται, τὸ δὲ μηδὲ εἰδέναι αὐτὸν ὅτι νοσεῖ, χαλεπωτάτην αὐτὴν δείκνυσι, τί ἡμῖν ἐνοχλεῖς, ὡς δυναμένοις ἀνήκεστον θεραπεῦσαι νόσημα; Τοῦτο γὰρ Θεοῦ μόνου χρῄζει, τοῦ καὶ παθῶν καὶ πάσης περιγινομένου κακίας.

A tas, ut ad me scribis, gravis est, atque cum aliis collata gravior invenitur, ac denique hoc eam gravissimam et atrocissimam esse demonstrat, quod morbum suum ignorat, quid nobis perinde molestiam exhibes, tanquam incurabili morbo mederi queamus? Hoc enim Deum solum requirit, qui et turbulentas animorum permotiones, et omne vitii genus fundit ac profligat.

Τ'. — ΠΕΤΡΩ.

Περὶ τῆς ἐν ταῖς δημηγορίαις παῤῥησίας τοῦ Παύλου.

Λίαν θαυμάζω τοῦ ἀοιδίμου Παύλου τὴν ἀνδρίαν, πῶς καὶ κρινόμενος ἐδημηγόρει, καὶ εὐθύνας ἀπαιτούμενος ἐδίδασκε. Διδασκάλου μὲν γάρ ἐστι τὸ μετ' ἐξουσίας λέγειν, κρινομένου δὲ τὸ μετρεῖν τῷ καιρῷ τοὺς λόγους. Ἀλλ' οὗτος εἰς τοὐναντίον ἐχώρει· εἶχε γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸν τῆς σοφίας χορηγόν τε καὶ πρύτανιν.

CCC. — PETRO.

De libertate loquendi Pauli in concionibus.

Magna me admiratione afficit celebris illius Pauli fortitudo *, per quam et cum in judicium vocaretur, concionatoris munere fungebatur, et cum causa ei dicenda esset, doctoris partes obibat. B Doctoris enim est cum auctoritate loqui: rei autem sermones suos pro tempore moderari. At hic tamen contra se gerebat; nec mirum: habebat enim in seipso sapientiæ subministratorem ac moderatorem.

ΤΑ'. — ΑΡΧΟΝΤΙΩ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΩ.

Ἔοικας ἀγνοεῖν, ὅτι τὸ αὐτὸ ῥῆμα, καὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα, καὶ ὁ αὐτὸς λόγος, μὴ μετὰ τοῦ αὐτοῦ τόνου λεγόμενος, ποτὲ μὲν ἐμφαίνει λογισμοῦ, ποτὲ δὲ ὀργῆς καρπόν.

CCCI. — ARCHONTIO MAGISTRATUM GERENTI.

Illud ignorare videris, idem verbum, et idem nomen, et eumdem sermonem, dispari contentione prolatum, nunc quidem rationis ac prudentiæ, nunc autem iræ fructum præ se ferre.

ΤΒ'. — ΑΛΥΠΙΩ.

Ὁ φίλος ὁ σὸς, παύσων τοὺς ὀνειδίσαντας αὐτῶν τὴν πρὸς σὲ γεγενημένην αὐτῷ μικροψυχίαν, ἐκεῖσε ἀφῖκτο· ἧκε γὰρ τὴν νυνὶ φιλοφροσύνην (28) οὐ μόνον καλύψων, ἀλλὰ καὶ σβέσων τὴν προλαβοῦσαν δυσμένειαν· δέδεξο τοίνυν αὐτὸν ὑπτίαις χερσὶν (29).

CCCII. — ALYPIO.

Amicus tuus, ut iis, qui simultatem eam, quæ ipsi tecum intercessit, probri loco objecerunt, silentium indicat, istuc se contulit. Profectus est enim, C ut non modo præsentem comitatem ac benevolentiam superet, sed etiam ut pristinam animi offensionem exstinguat. Supinis itaque manibus eum excipe.

ΤΓ'. — ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΟΝΙ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ.

Εἰ καί τισιν ἴσως κολακεύουσί σε, ἔδοξε λογισμοῦ εἶναι, οὐκ ὀργῆς ἡ ἀπόκρισις, ἐμοὶ δοκεῖ θρασύτητος μᾶλλον εἶναι ἢ θράσους ὁ καρπός. Διὸ δὴ παραινῶ σοι ἔμπροσθεν τῆς ὀργῆς τιθέναι τὸν λογισμὸν, καὶ οὕτω καὶ λέγειν καὶ γράφειν. Εἰ γὰρ συγχωρήσειας (30) αὐτῇ προπηδᾷν τοῦ λογισμοῦ, πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσει.

CCCIII. — AGATHODÆMONI GRAMMATICO.

Et si quibusdam tibi fortasse adblandientibus, responsum tuum a ratione ac judicio, non ab ira manasse visum est: mihi tamen contra ab audacia potius et temeritate profectum esse videtur. Quamobrem tibi faciendum esse censeo, ut rationem iræ anteponas: sicque et ad loquendum, et ad scribendum te compares. Nam si ipsi ante rationem prosilire permiseris, nihil erit, quod non sursum deorsumque volvat.

ΤΔ'. — ΘΕΟΦΙΛΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ.

Ὅτι μὲν τῇ πείρᾳ τὴν φήμην ὑπερέβη ὁ μακάριος Τιμόθεος, καὶ κρείττων ἦν ἀκοῆς εἰς θέαν ἐρχόμενος, ἅπαντες οἱ τῆς μειλιχίου ἐκείνης ἀξιωθέντες συνουσίας ἴσασιν. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ηὐχόμην τοσοῦτον δυνηθῆναι φράσαι, ὁπόσον καὶ βούλομαι, οὐδεὶς, ὡς οἶμαι, ἀμφιβάλλει. Ἐπειδὴ εὔξασθαι μὲν ῥᾴδιον, τυχεῖν δὲ ἀπορώτερον, ἢ ὅσα πρόχειρον εὔξασθαι,

CCCIV. — THEOPHILO SUBDIACONO.

D Quod quidem experimento famam beatus Timotheus superarit, aspectuque, quam auditione, præstantior fuerit, omnes quibus suavi ipsius consuetudine frui donatum est, **378** exploratum habent. Quod autem ipse quoque tantum eloqui posse optarim, quantum cupio, nemo, ut opinor, dubitat. At quoniam optare facile est, consequi autem difficilius

* Act. xxvi, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(27) Idem cod., παραλαμβανομένη. Possin.

(28) Recte Vat. 650 substituit τῇ νυνὶ φιλοφροσύνῃ. Id.

(29) Ὑπτίαις χερσίν. Supinis manibus excipere, proverbiale est, pro summo studio ac benevolentia. Sic Latini, *obviis ulnis amplecti*. Ritt.

(30) Cod. Vat. 650, συγχωρήσεις. Possin.

est quæ facile ac prompte optantur, idcirco ego quidem tacebo: tu vero ex his rebus, quas certo cognitas habes, encomium ipsi contexere ne graveris.

ἐγὼ μὲν σιγήσω· σὺ δ' ἐξ ὧν ἀκριβῶς οἶσθα, τὸ ἐγκώμιον αὐτῷ ὑφᾶναι μὴ παραιτήσῃ.

CCCV. — PETRO LECTORI.

Posteaquam conscelerati atque nefarii Judæi propter audacissimum illud et insuave facinus adversus Dominum perpetratum angelico subsidio destituti sunt, tum vero Romanorum gladio traditi, tanto numero capti sunt, ut, qui conspexerunt, adduci vix possent ut crederent quemquam eorum interiisse: ac rursum tantus cæsorum numerus inventus est, ut omnes ambigerent, an quisquam captus fuisset. Cum enim adversus conservos duntaxat eorum furor acueretur, parcius plectebantur. At cum adversus Dominum furor ipsorum exarsisset, tum vero, ut ejusmodi scelere admisso, quod veniam omnem superaret, internecioni addicti sunt. Alii enim flamma et ferro, alii fame oppressi sunt. Qui autem cladi superfuerunt, ob id tantummodo superesse permissi sunt, ut et belli calamitates tragicum in modum deplorarent, et velut captivi quidam verberones orbem universum peragrantes, Crucifixi cultum ac venerationem omnibus in locis florentem prospicerent.

ΤΕ'. — ΠΕΤΡῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Ὅτε οἱ ἀλιτήριοι Ἰουδαῖοι τῆς ἀγγελικῆς συμμαχίας, διὰ τὸ κατὰ τοῦ Δεσπότου τὴν πάντολμον ἐκείνην λύσσαν δεδραματουργηκέναι, ἐγυμνώθησαν· τότε δὴ τῇ Ῥωμαίων παραδοθέντες ἀσπίδι, τοσοῦτοι μὲν ἑάλωσαν, ὡς τοὺς τεθεαμένους (31) ἀπιστεῖν, εἴ τις ἀπώλετο· τοσοῦτοι δὲ οἱ πεπτωκότες εὑρέθησαν, ὡς ἀπορεῖν ἅπαντας εἴ τις ἑάλωκεν. Ὅτε μὲν γὰρ περὶ τοὺς συνδούλους ἡ μανία ἐθήγετο, μετρίως ἐσωφρονίζοντο. Ὅτε δὲ κατὰ τοῦ Δεσπότου ἐμάνησαν, ὡς συγγνώμης μείζονα πταίσαντες, πανωλεθρίᾳ παρεδόθησαν. Οἱ μὲν γὰρ πυρὸς καὶ σιδήρου, οἱ δὲ λιμοῦ ἔργον ἐγένοντο. Οἱ δὲ περιλειφθέντες διὰ τοῦτο περιεῖναι συνεχωρήθησαν, ἵνα καὶ τὰς τοῦ πολέμου τραγῳδήσωσι συμφορὰς, καὶ ὥσπερ αἰχμάλωτοι μαστιγίαι τὴν ὑφ' ἡλίῳ περιιόντες, ἴδωσι πανταχόσε ἀνθοῦν σταυρωθέντος τὸ σέβας.

CCCVI. — CYRILLO EPISCOPO.

Quemadmodum rex, qui legibus paret, viva lex est: eodem modo sacerdos quoque qui sanctionum ecclesiasticarum imperio subest, tacita norma et regula est.

ΤϚ'. — ΚΥΡΙΛΛῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὥσπερ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν νόμων ἀρχόμενος, ἔμψυχός ἐστι νόμος· οὕτω καὶ ἱερεὺς ὑπὸ τῶν θεσμῶν βασιλευόμενος, κανών ἐστιν ἄφθογγος (32).

CCCVII. — ISAIÆ MILITI.

Quemadmodum sinceri atque ardentes pudicitiæ amatores ex sua castitate de aliis etiam, quamvis minime tales sint, puras sententias ferunt, nec impudicum quemquam esse arbitrantur: eodem modo qui libidinis œstro tanquam rabie quadam agitantur (quorum te quoque unum esse aiunt) ex petulanti sua libidine alios, etiam qui non sunt, tales esse judicant. Utrique enim ex suis moribus de aliorum quoque morbis calculum ferunt.

ΤΖ'. — ΗΣΑΙᾼ ΣΤΡΑΤΙΩΤῌ.

Ὥσπερ οἱ γνήσιοι καὶ διάπυροι τῆς σωφροσύνης ἐρασταὶ ἐκ τῆς οἰκείας ἁγνείας, καὶ περὶ τῶν ἄλλων καὶ περὶ μὴ ὄντων τοιούτων πολλάκις καθαρὰς τὰς ψήφους φέρουσι, καὶ οὐδένα ἡγοῦνται ἀκόλαστον εἶναι· οὕτω καὶ οἱ τῷ τῆς ἀσελγείας οἴστρῳ λυττῶντες, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς, ὥς φασι, τυγχάνεις, ἐκ τῆς σφῶν λαγνείας, καὶ τοὺς μὴ ὄντας τοιούτους, τοιούτους εἶναι (33) ψηφίζονται. Ἕκαστοι γὰρ ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς, καὶ τὰς περὶ τῶν ἄλλων φέρουσι ψήφους.

CCCVIII. — AMMONIO TRIBUNO.

Et festi quoque diei tempus suo nomini respondens, naturæ felicitate ornatum est. Ut enim animorum ver, quod post peccatorum hiemem floruit, missum faciam, ne illud quidem, quo corpora utuntur, admiratione caret. Siquidem hibernam intemperiem subsequens, æstivam molestiam antecedit: quo nimirum illud ostendat, quod qui scelerum hieme defunctus est, nisi vernum et gravem ac moderatum statum in seipso retineat, judicii flammis addicetur. Ut enim necessitate quadam æstas veri succedit, **379** ad eumdem etiam modum post enitatem et patientiam judicium omnino veniet.

ΤΗ'. — ΑΜΜΩΝΙῼ ΤΡΙΒΟΥΝῼ.

Καὶ ὁ καιρὸς τῆς πανηγύρεως ἐπαληθεύων ἑαυτὸν εὐμοιρίᾳ φύσεως κεκόσμηται. Ἵνα γὰρ παρῶ τὸ τῶν ψυχῶν ἔαρ, τὸ μετὰ τὸν χειμῶνα τῶν ἁμαρτημάτων ἀνθῆσαν, οὐδὲ τὸ τῶν σωμάτων ἔξω θαύματος καθέστηκε. Τῆς γὰρ χειμερίου δυσκρασίας δεύτερον ὁρμηθὲν, τῆς θερινῆς ὀχλήσεως προτρέχει, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ τοῦ χειμῶνος τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγεὶς, εἰ μὴ ἐαρινὴν καὶ βεβηκυῖαν κατάστασιν ἐν ἑαυτῷ φυλάξοι, τῷ πυρὶ τῆς κρίσεως παραδοθήσεται. Ὥσπερ γὰρ ἀνάγκῃ τινὶ μετὰ τὸ ἔαρ τὸ θέρος, οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀνεξικακίαν ἡ κρίσις πάντως ἐπιφοιτήσει.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Pro τεθεαμένους cod. Vat. 650 habet θεωμένους, et vers. ult. post ἀνθοῦν addit τό. POSSIN.

(32) Idem cod., εὔφθογγος. ID.

(33) Ed. Paris., καὶ τοὺς μὴ ὄντας, τοιούτους εἶναι, etc. EDIT.

ΤΘ'. — ΜΑΡΤΥΡΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

A

Εἰ βούλει, ὦ βέλτιστε, μεγάλα δεῖξαι τὰ σαυτοῦ κατορθώματα, μὴ μέγα φρόνει, καὶ τότε ταῦτα μείζονα ἀποφαίνεις. Μὴ νομίσῃς τι πεποιηκέναι, καὶ τότε λαμπρότερος ἔσῃ. Εἰ γὰρ ὁ ἁμαρτωλὸς νομίζων εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, δίκαιος γίνεται (ὥσπερ καὶ ὁ τελώνης)· ὁ δίκαιος ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν ἡγούμενος, πῶς οὐ σεμνότερός ἐστι καὶ εὐκλεέστερος; Ἡ εὐγνωμοσύνη στέφανον ἁμαρτωλῷ ἤνεγκεν (οὐδὲ γὰρ ταπεινοφρονῶν, ἀλλ' ἀληθεύων ἔλεγε), ταπεινοφροσύνη δικαίῳ πῶς οὐ μυρίους πλέξει στεφάνους;

CCCIX. — MARTYRIO PRESBYTERO.

Si illud tibi studio est, vir optime, ut quæ abs te cum virtute geruntur, magna esse videantur, ne sublimiter ac magnifice de te sentias, ac tum ampliora ea reddes. Ne te fecisse existimes: ac tum majorem splendorem consequeris. Nam si peccator, id se, quod est, esse judicans, justus efficitur (quemadmodum publicano contigit), quid tandem afferri potest, quin justus, peccatorem se esse existimans, majorem hinc venerationem gloriamque sibi comparet. Si candida peccati agnitio coronam peccatori attulit (non enim per animi submissionem, sed veritate ductus, hoc dicebat) quid causæ est, quamobrem humilitas justo sexcentas coronas non nectat?

ΤΙ'. — ΠΕΤΡΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

B

Πολλοὶ μὲν ἀνθρώπων (πάντας γὰρ αἰτιᾶσθαι οὐχ ὅσιον), τὰ μὲν κακὰ καὶ μὴ μαθόντες δρῶσι, τὰ δὲ ἀγαθὰ οὐδὲ διδασκόμενοι συνίασιν· ἀλλὰ τὰ μὲν τιμωρίας πνέοντα ἀφ' (34) ἑαυτῶν ποιοῦντες διατελοῦσι· τὰ δὲ στεφάνων πρόξενα, οὐδ' ἀναγκαζόμενοι διαπράττονται· κἀκεῖνα μὲν μηδὲ παραδείγματα πολλάκις ἔχοντες τίκτουσι· ταῦτα δὲ, καὶ παραδείγματα ὁρῶντες παραγράφονται. Τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ μιμεῖσθαι. Τοῦ χάριν δὴ ταῦτα γράφω, τυχὸν οὐκ ἀγνοεῖς· ὅτι Ζωσίμου καὶ Μάρωνος τοὺς βίους ἐκωμῴδησας.

CCCX. — PETRO SCHOLASTICO.

Plerique mortalium (neque enim omnes accusare fas est) mala quidem etiam sine cujusquam disciplina faciunt, bona autem adhibito quoque magistro non intelligunt: atque ea quæ pœnam et cruciatum spirant, sua sponte agere non intermittunt, quæ autem coronas accersunt, ne coacti quidem administrant: atque illa, tametsi persæpe ne exempla quidem ulla habeant, pariunt: hæc autem, etiam exemplis ante oculos propositis, improbant, nedum imitentur. Quam ob causam hæc scribam, fortasse non ignoras: nempe quia Zosimi et Maronis vitas comicum in modum proscidisti.

ΤΙΑ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ὁ σοφὸς Εὐστάθιος ὁ πρεσβύτερος, ὁ ὑπὸ θείας μισοπονηρίας, καὶ ἐπὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ τοῦ ἐναγοῦς, ὡς οἶσθα, Εὐσταθίου βαρυνόμενος, καὶ ἀμεῖψαι ἑαυτοῦ τὴν προσηγορίαν βουλόμενος οἴχεται. Τέθνηκε γὰρ, εἰπεῖν ἴσως οὐ θέμις. Ἡ γὰρ τῶν φιλαρέτων ἀνδρῶν κοίμησις, ὧν εἷς ἦν καὶ αὐτὸς, τελευτὴ μέν ἐστι τῶν λυπηρῶν, ἀρχὴ δὲ τῶν ἀγαθῶν. Τὸ γὰρ τῶν ἄθλων πέρας, ἀρχὴ τῶν στεφάνων καθέστηκε.

CCCXI. — DANIELI PRESBYTERO.

C

Sapiens presbyter Eustathius, qui, pro divino suo in improbos odio, etiam idem sibi cum impuro et scelerato, ut nosti, Eustathio nomen esse graviter et moleste ferebat, ac nomen suum immutare cupiebat, hinc abscessit. Neque enim fortasse dicere fas est, mortuus est. Nam proborum virorum (quorum numerum ipse quoque augebat) somnus, molestiarum quidem finis est, bonorum vero initium. Siquidem certaminum finis, coronarum principium exsistit.

ΤΙΒ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Ἔχει τι ἡ ψυχή μου ἐπιῤῥεπὲς, ὦ φίλε, εἰς τὸ πιστεύειν μὲν τοῖς μεγίστοις κατορθώμασιν, ἀπιστεῖν δὲ τοῖς μεγάλοις ἁμαρτήμασι. Διὸ καὶ τοὺς ἐκεῖνα μὲν διηγουμένους ἐπαινῶ· τοὺς δὲ ταῦτα, εἰ μὲν δυναίμην, ἐπιστομίζω· εἰ δὲ μὴ, τῷ στυγνάζειν ἀναστέλλω. Εἰ τοίνυν καὶ τὸν σὸν ἐχθρὸν ἄῤῥητά τινα κατὰ σοῦ ῥητορεύσαντα ἐπεστόμισα, μὴ ἐμοὶ χάριν ἴσθι, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ τοιαύτην μοι προαίρεσιν χαρισαμένῳ. Καὶ πειρῶ ἐκεῖνον, δι' ὧν πράττεις, ἐλέγχειν. Οὕτω γὰρ ἐγὼ χάριν εἴσομαι, εἰ μὴ ἐλεγχοίμην ὑπὲρ σοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας τὸν λόγον ποιησάμενος.

CCCXII. — PALLADIO DIACONO.

Ea quodammodo animi propensione sum, o amice, ut maximis quidem virtutibus fidem adhibeam, ingentibus autem peccatis abrogem. Ex quo efficitur, ut eos, qui illa commemorant, laudibus afficiam: iis autem, qui hæc narrant, si possum, silentium indicam; sin minus, tristem vultum præferendo eos

D

reprimam. Quamobrem, si hosti quoque, qui infanda quædam adversum te prolocutus fuerat, os obstruxi, ne mihi, sed Deo, qui mihi hanc animi inductionem dedit, gratiam habe: atque, ut illum, per ea quæ agis, coarguas, enitere. Nam ita demum ego gratiam tibi habiturus sum, si non tua, sed veritatis causa verba fecisse comperiar.

ΤΙΓ'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ τῆς θείας ἐπιδημίας.

Ἴσθι, ὦ σοφίας αὐτοφυὲς ἄγαλμα, ὅτι ὁ καλλίνι-

380 CCCXIII. — LAMPETIO DIACONO.

De divino adventu.

Illud scito, o nativum sapientiæ simulacrum, quod

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(34) Pro ἀφ' cod. Vat. 650 habet ἐφ' et vers. 8 εὑρόντες scribit pro ὁρῶντες. Vers. pen. pro ὅτι legit ὁ et vers. ult. pro ἐκωμῴδησας, κωμῳδήσας. POSSIN.

ille victoriæ pulchritudine insignis cœlorum rex, qui ob humani generis salutem huc venit, posteaquam id omne, quod peccabat, tanquam barbarum subegit; tum vero parta victoria tanquam proprium miserationi habuit.

A χος τῶν οὐρανῶν βασιλεύς, ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἐπιδημίαν (35) τῇδε ποιησάμενος, πᾶν τὸ ἁμαρτάνον ὡς βάρβαρον χειρωσάμενος, ὡς οἰκεῖον μετὰ τὴν νίκην ᾤκτειρε.

CCCXIV. — PETRO SCHOLASTICO.

Qui non solum eos, quibus injuria fit, ulciscitur, sed etiam illud providet, ne quis alium injuria afficiat, hic non modo acris ac fortis principis, verum etiam sapientis legislatoris nomen meretur: ut qui alterum per imperii potentiam, alterum per animi prudentiam conficiat.

ΤΙΔ'. — ΠΕΤΡῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ὁ μὴ μόνον τοῖς ἀδικουμένοις ἐπαμύνων, ἀλλὰ καὶ ὅπως μηδεὶς ἀδικήσῃ προμηθούμενος, οὗτος οὐ μόνον ἄρχων δραστήριος, ἀλλὰ καὶ νομοθέτης σοφὸς δίκαιος ἂν εἴη καλεῖσθαι· τὸ μὲν τῇ ἀρχικῇ δυνάμει, τὸ δὲ τῇ ψυχικῇ συνέσει διαπραττόμενος.

CCCXV. — AUSONIO CORRECTORI.

Qui nec favore, nec odio, nec muneribus adducitur, ut jus labefactet, hic meo quidem judicio et optima est justitiæ regula, et incorruptus eorum, de quibus controversia est, judex ac disceptator.

ΤΙΕ'. — ΑΥΣΟΝΙῼ ΚΟΡΡΗΚΤΩΡΙ.

Ὁ μήτε χάριτι, μήτε δυσμενείᾳ, μήτε δωροδοκίᾳ B λυμαινόμενος τὸ δίκαιον, οὗτος καὶ ἄριστός ἐστι τοῦ δικαίου κανὼν, καὶ ἀδέκαστος τῶν ἀμφισβητουμένων κριτής.

CCCXVI. — HIERACI PRESBYTERO.

« Dans sapientiam sapientibus et prudentiam scientibus. »

Id quod a Daniele dictum est: «Dans sapientiam sapientibus et prudentiam scientibus [10];» prudentiam potissimum quidem de seipso dixit: quoniam Deus non modo regis insomnium (quod ipsemet, qui viderat, ignorabat) ipsi patefecit, sed etiam causam eam, ob quam visum illud ei demonstratum fuerat, et interpretationem. Causa porro regis consilia erant. Quandoquidem enim, ut vero consentaneum est, ob tropæa supercilium attollebat (ut qui non tantum adversus alias nationes, sed etiam adversus Judæos, qui multis ac magnis, tum in Ægypto, tum in deserto, tum in Palæstina beneficiis auctos sese atque ornatos fuisse jactabant, rem militarem strenue ac feliciter administrasset), illud secum, ut credibile est, agitarat, cum multa imperia exstincta perspexisset (nam Assyriorum quoque imperium finem acceperat), an ipse quoque mutationem aliquam subiturus esset. Quocirca consentanee ipsius consiliis atque animi agitationibus visio contigit. Propheta autem ea, quæ ipse cum animo suo agitarat, primum ipsi exposuit: ut ab iis, quæ certa et indubitata erant, ea quoque quæ ignota et obscura erant, fidem invenirent, atque interpretata facile admitterentur. Ad hunc itaque modum rex ea, quæ dicta sunt, comprobavit. Neque enim ex eo duntaxat quod ea, quæ animo volvebat, dixit, conjecturam fecit vera esse quæ dicta fuerant: sed etiam id, quod viderat, mente fortasse resumpsit, atque per eorum, quæ narrata fuerant, sinceritatem, illud in memoriam revocavit. Atque hæc quidem hactenus.

ΤΙϚ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

« Διδοὺς σοφίαν τοῖς σοφοῖς, καὶ φρόνησιν τοῖς εἰδόσι σύνεσιν. »

Τὸ ῥηθὲν τῷ Δανιὴλ, « Διδοὺς σοφίαν τοῖς σοφοῖς, καὶ φρόνησιν τοῖς εἰδόσι· » σύνεσιν μάλιστα μὲν περὶ ἑαυτοῦ εἶπεν. Ἐπειδὴ οὐ μόνον αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον τοῦ βασιλέως (ὅπερ αὐτὸς ὁ ἑωρακὼς οὐκ ᾔδει) ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐδείχθη ἡ ὄψις ἐκείνη, καὶ τὴν σύγκρισιν. Ἡ δὲ αἰτία ἦν, τοῦ βασιλέως τὰ βουλεύματα. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς εἰκὸς, ὠφρύωτο τοῖς τροπαίοις, οὐ μόνον κατὰ τῶν ἄλλων C ἐθνῶν ἀριστεύσας, ἀλλὰ καὶ κατὰ Ἰουδαίων, τῶν πολλὰ καὶ (36) μεγάλα αὐχούντων εὐηργετῆσθαι ἐπί τε τῆς Αἰγύπτου, ἐπί τε τῆς ἐρήμου, ἐπί τε τῆς Παλαιστίνης· ἐνενόησεν, ὡς εἰκὸς, θεασάμενος πολλὰς βασιλείας σβεσθείσας (ἦν γὰρ καὶ ἡ τῶν Ἀσσυρίων τελευτήσασα), εἰ καὶ αὐτῷ μεταβολή τις γενήσεται. Ἀκολούθως τοιγαροῦν τοῖς βουλεύμασιν ἡ ὄψις γέγονεν. Ὁ δὲ προφήτης τὰ βεβουλευμένα αὐτῷ πρῶτον διηγήσατο, ἵνα ἀπὸ τῶν ὡμολογημένων καὶ τὰ λανθάνοντα ἀξιόπιστα γένωνται, καὶ ἡ ἑρμηνεία εὐπαράδεκτος εἴη. Οὕτως οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς κατεδέξατο τὰ λεχθέντα. Οὐ γὰρ μόνον ἀφ' (37) ὧν τὰ κατὰ διάνοιαν ἔφη, ἐστοχάσατο ὡς ἀληθῆ τὰ εἰρημένα τυγχάνει· ἀλλὰ καὶ ἀνεπόλησεν ἴσως τὸ ὀφθὲν, καὶ εἰς D μνήμην ἦλθεν ὑπὸ τῆς ἀκριβείας τῶν λεχθέντων. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Εἰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῦτο ἔφη, σοφοὺς, οἶμαι, καλεῖ τοὺς τὸν θεῖον κτησαμένους φόβον (« Ἀρχὴ γὰρ σοφιας, φόβος Κυρίου)· » εἰδότας δὲ σύνεσιν, τοὺς πεπαιδευμένους τὸν νόμον. Εἰ γὰρ τῆς τῶν εἰδώλων ἀποσταῖεν ἀπάτης, ἕψονται δὲ τοῖς οὐρανίοις χρησμοῖς, λήψονται τὴν τῶν ἀῤῥήτων γνῶσιν. « Δίδωσι γὰρ σοφίαν τοῖς

[10] Dan. II, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Post ἐπιδημίαν addit cod. Vat. 650, τὴν, et mox pro ποιησάμενος legit πεποιημένος. Possin.

(36) Pro πολλὰ καὶ cod. Vat. 650 legit πολλάκις. Id.

(37) Cod. Vat., ἀφ' et vers. post sexto, κεκτημένους pro κτησαμένους. Id.

σοφοῖς, » τουτέστι τὴν θείαν χάριν τοῖς φοβουμένοις (38) ὀρέγει· « φρόνησιν δὲ τοῖς εἰδόσι σύνεσιν, » τουτέστι τῶν κεκρυμμένων τὴν γνῶσιν τοῖς συνετῶς ἐπὶ τὸν τὰ τοιαῦτα ἀποκαλύπτειν δυνάμενον κατατρέχουσιν. Ἢ πάλιν, σοφίαν μὲν τοῖς σοφῶς ἑαυτοὺς ἄγουσι· φρόνησιν δὲ, τοῖς σύνεσιν γεωργοῦσιν, ἵν' ἡ προαίρεσις τὴν χάριν ἐπισπάσηται, καὶ μὴ κατὰ ἀποκλήρωσιν δόξῃ χαρίζεσθαι. Πρὸς γὰρ τὰς παρασκευὰς καὶ ἡ χάρις ἐφίπταται. Ἢ πάλιν, ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ τῶν ἔξωθεν σοφῶν καὶ συνετῶν προσελθόντες τῷ θείῳ κηρύγματι τὴν ὄντως σοφίαν, καὶ τὴν τῷ ὄντι σύνεσιν δρέψασθαι ἤμελλον, τοῦτο προεφήτευσε.

A Quod si de aliis etiam hoc dixit, per sapientes, ut mea opinio fert, eos intelligit, qui divino metu præditi sunt **381** (principium enim sapientiæ est timor Domini [11]), per eos autem qui prudentiam sciunt, eos qui legis cognitione atque doctrina instructi sunt. Nam si a falso idolorum cultu se avertant, ac cœlestia oracula sequantur, rerum earum, quæ nulla oratione explicari possunt, scientiam accipient. « Dat enim Deus sapientiam sapientibus, » hoc est, divinam gratiam iis, a quibus timetur, præbet : « prudentiam autem scientibus prudentiam, » hoc est, abditarum rerum cognitionem his, qui prudenter ad eum, qui res hujusmodi patefacere potest, confugiunt; vel rursum, sapientiam quidem iis qui seipsos sapienter regunt; prudentiam vero iis qui prudentiam excolunt, ut animi inductio gratiam attrahat, ac non Deus velut sortitione quadam gratificari videatur. Nam prout se quisque præpararit, gratia quoque advolat. Aut rursum, quoniam multi etiam ex iis qui apud exteros sapientiæ prudentiæque laude floruerunt, ad divinam prædicationem accedentes, veram sapientiam ac veram prudentiam percepturi erant, idcirco hoc prædixit.

ΤΙΖ'. — ΘΕΩΝΙ.

Οὐχ ἡ δύναμις μόνον, ὦ θαυμάσιε, τοῦ κηρύγματος, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος τῶν κηρυττόντων συμβαίνων τῷ κηρύγματι, τοὺς ἀνθρώπους ἐπηγάγετο. Τίς γὰρ ἂν ἐπείσθη ἀνθρώποις, ἄλλα μὲν φράζουσιν, ἕτερα δὲ πράττουσιν; Εἰ γὰρ νῦν πολλοὶ ῥιζωθέντες ἐν τῇ πίστει, ἐκ τοῦ βίου τῶν ὑφηγητῶν, οὐ μόνον ἐσαλεύθησαν, ἀλλὰ καὶ αὐτόπρεμνοι ἀνεσπάσθησαν· τίς ἂν παρὰ τὴν ἀρχὴν μὴ ὁρῶν πολιτείαν τοῖς λεγομένοις συμβαίνουσαν ἐπείσθη; καὶ ταῦτα, κελευόμενος τῶν πατρῴων θεῶν τε καὶ ἐθῶν ἀποστῆναι, καὶ πλοῦτον μὲν καὶ τρυφὴν καὶ ἡδονὴν μισῆσαι, ἀσπάσασθαι δὲ ἀκτημοσύνην καὶ νηστείαν, καὶ ἁγνείαν, καὶ πρὸς καθημερινοὺς παρασκευάσασθαι θανάτους.

B CCCXVII. — THEONI.

Non prædicationis duntaxat virtus, eximie vir, sed etiam prædicantium vita prædicationi consentiens hominum animos alliciebat. Quisnam enim alioqui hominibus aliud loquentibus, et aliud agentibus fidem adhibuisset? Nam cum nunc permulti, actis jam in fide radicibus, ob magistrorum tamen vitam non modo vacillarint, verum etiam radicitus evulsi sint, quisnam, quæso, sub initium vitam cum sermonibus congruentem minime perspiciens ad credendum adductus fuisset? Idque cum paternis diis ac ritibus abscedere juberetur, atque opes quidem et divitias, et voluptates odio prosequi, paupertatem autem et inediam et castitatem amplecti, atque ad quotidianas C mortes sese comparare.

ΤΙΗ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Οὐδὲν δυνατώτερον ἀρετῆς, ὦ ὁμώνυμε, οὐδὲ τυραννικώτερον. Αὕτη γὰρ ἐλέγχουσα τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολὰς, ὑπ' αὐτῶν ἐλέγχεσθαι οὐκ ἀνέχεται· ἀλλὰ πάσας τὰς ἡνίας τοῦ πρέποντος ἐπιβάλλουσα, ἡνιοχεῖ καὶ ἄγει πρὸς ὅπερ βούλεται.

CCCXVIII. — ISIDORO DIACONO.

Nihil virtute fortius est, vir mihi cognominis, nec violentius. Ipsa enim rerum mutationes vincens, ab ipsis vinci minime sustinet : verum omnes honesti ac decori habenas immittens, aurigæ munere fungitur, ducitque quo libet.

ΤΙΘ'. — ΑΣΚΛΗΠΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰ καὶ ἐπὶ τῆς Εὐσεβίου, ὡς γέγραφας, ἀναρχίας (τὴν γὰρ ἀρχὴν αὐτοῦ ἀναρχίαν εἰκότως κέκληκας) τῶν ἐγκλημάτων τιμωρία προηγεῖται, καὶ αἱ κολάσεις τοὺς ἐλέγχους φθάνουσι, μὴ θαύμαζε. Ἀλογίας γὰρ ὢν θρέμμα, καὶ πάσης δικαιοσύνης ἀμύητος, ταράττειν τὸ δίκαιον οὐκ ὀκνεῖ. Χρὴ (39) δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τοῖς ἐγκλήμασι τὴν κρίσιν συμπεφυκέναι, καὶ μετὰ τοὺς ἐλέγχους τὴν πίστιν ἕπεσθαι· καὶ τελευταίαν τὴν ψῆφον φέρεσθαι, τὴν τοῦ πταίσματος φύσιν, μέτρον τῆς δίκης ὁρίζουσαν.

CCCXIX. — ASCLEPIO EPISCOPO.

Et si vigente Eusebii, ut scripsisti, anarchia (ipsius enim imperium anarchiam haud abs re appellasti) crimina supplicium antecedit, atque cruciatus probationes antevertunt : ne tamen hoc tibi mirandum accidat. Nam cum ipse temeritatis et amentiæ alumnus sit, ac justitiæ omnis rudis et D imperitus, idcirco jus perturbare minime veretur. At non ita faciendum est : verum curandum ut judicium criminibus adnascatur, ac post probationes fides sequatur : ac postremo sententia feratur, quæ pro culpæ natura pœnæ modum constituat.

[11] Prov. I, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(38) Idem cod. post φοβουμένοις addit αὐτὸν, et vers. inde tertio pro κατατρέχουσιν scribit καταφεύγουσιν. Possin.

(39) Pro χρὴ idem cod. legit χρῆν, et vers. penult. ante τὴν τοῦ addit πρός. Id.

382 CCCXX. — EIDEM.

Quomodo sit intelligendum, « Noli esse multum justus [13-14]. »

Quandoquidem quo sensu illud dictum sit, « Noli esse justus multum, » a me tibi exponi cupis, duplicem horum verborum interpretationem esse arbitror: nempe ut vel hoc significent: Noli jus tuum severe ac rigide persequi, verum per bonitatem id exsupera. Justum enim est ab alio non lædi: philosophicum autem, acceptam injuriam æquo animo ferre. Vel hoc: « Medium virtutis iter tene. » Siquidem ipsius excessus et defectus a recta via abducentes, in peccata desinunt. Quod autem huc spectet sapientissimum hoc præceptum, ex eo, quod deinceps sequitur, constabit. Nec supervacanee sapiens sis, ut ne obstupescas. Quod quidem, ut opinor, quidam ex celeberrimis illis septem sapientibus furatus, aut certe sententia collapsus (furtum enim est alienorum [verborum] subreptio: collapsio autem fortuita rerum similitudo) illud pronuntiavit: « Modus optimus. » Alius autem hoc traducens: « Ne quid nimis, » dixit. Porro non in virtutibus duntaxat, sed etiam in pietate hoc valere perspicias. Pietas enim inter impietatem et superstitionem interjecta utramque abdicat.

CCCXXI. — EIDEM.

Quoniam, qua ratione virtutes mediocritates sint, ex me quæsiisti, illud scito, quod prudentia inter simplicitatem et malitiam consistat: liberalitas item inter luxum et tenacitatem: eodemque modo animi magnitudo inter vanitatem et humilitatem: ac denique fortitudo inter temeritatem et ignaviam. Quamobrem nobis faciendum est, ut extrema fugiamus, ac media consectemur.

CCCXXII. — MARTINIANO PRESBYTERO.

Ne divitias expetas, vir optime, quæ superbiam et arrogantiam pariunt, voluptates subministrant, vitii omnis architectæ sunt, atque homini amicitiam ad Deum eripiunt: verum virtutem, quæ ab omnibus malis nos vindicat. Quod si labores ac sudores habet, ne propterea ipsam fugias: quin potius hoc ipso nomine præsertim eam complectere, illud cum animo tuo reputans, quod in cæteris etiam rebus id quod cum laboribus ac sudoribus

A TK'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πῶς νοητέον τὸ τῷ ἐκκλησιαστικῷ γεγραμμένον, « Μὴ γίνου δίκαιος πολύ. »

Ἐπειδὴ ὅπως εἴρηται τὸ, « Μὴ γίνου δίκαιος πολὺ, » ἠθέλησας μαθεῖν, οἶμαι διττὴν ἑρμηνείαν ἔχειν· ἢ, Μὴ γίνου ἀκριβοδίκαιος, ἀλλ' ὑπέρβαινε τοῦτο τῇ ἀγαθότητι. Δίκαιον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι· φιλόσοφον δὲ τὸ ἀδικούμενον φέρειν· ἢ, « Τὴν μέσην ὁδὸν τῆς (40) ἀρετῆς βάδιζε. » Αἱ γὰρ ὑπερβολαὶ αὐτῶν καὶ ἐλλείψεις τῆς ὀρθῆς ἀπάγουσαι ὁδοῦ, εἰς ἁμαρτήματα τελευτῶσιν. Ὅτι δὲ εἰς τοῦτο ὁρᾷ ἡ σοφωτάτη παραίνεσις, τὸ ἑξῆς ἐγγυήσεται. Καὶ μὴ σοφίζου, φησὶ, περιττὰ, ἵνα μὴ καταπλαγῇς. Ὅπερ ἢ κεκλοφώς τις, ὡς οἶμαι, τῶν ἑπτὰ θρυλλουμένων σοφῶν (41), ἢ συμπεσὼν (42) τῇ γνώμῃ
B (κλοπὴ (43) μὲν γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἀλλοτρίων ὑφαίρεσις· συνέμπτωσις δὲ, ἀπερίπτωτος ἐμφέρεια πραγμάτων), ἀπεφήνατο, « Μέτρον ἄριστον (44). » Ἄλλος δέ τις τοῦτο παραφράσας, « Μηδὲν ἄγαν (45), » ἔφη. Οὐκ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦτο κρατοῦν ἔστιν ἰδεῖν. Ἡ γὰρ εὐσέβεια, ἀσεβείας καὶ δεισιδαιμονίας μέση τυγχάνουσα, ἑκατέραν ἀποκηρύττει.

TKA'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἐπειδὴ ὅπως καὶ αἱ ἀρεταὶ μεσότητές εἰσιν, ἠθέλησας μαθεῖν, ἴσθι, ὅτι ἡ μὲν φρόνησις, μέση ἀφελείας καὶ κακουργίας ἕστηκεν· ἡ δὲ ἐλευθεριότης,
C ἀσωτίας καὶ φειδωλίας· ἡ δὲ μεγαλοψυχία, ἀλαζονείας καὶ ταπεινότητος· ἡ δὲ ἀνδρία, θρασύτητος καὶ δειλίας. Χρὴ οὖν τὰς μὲν ἀκρότητας φεύγειν, τὰς δὲ μεσότητας διώκειν.

TKB'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Μὴ ζήτει πλοῦτον, ὦ βέλτιστε, τὸν τῆς ὑπερηφανίας πατέρα, τὸν τῆς ὑπεροψίας γεννήτορα, τὴν τῶν ἡδονῶν χορηγὸν, τὸν πάσης κακίας δημιουργὸν, τὸν τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας ἀποσυλῶντα τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἀρετὴν, τὴν πάντων τῶν κακῶν ἀπαλλάττουσαν. Εἰ δὲ ἱδρῶτας ἔχει καὶ πόνους, μὴ διὰ τοῦτο αὐτὴν ἀποφύγοις, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μάλιστα περίπτυξαι, λογιζόμενος, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων τὸ
D μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων κτηθὲν (46), κἂν μικρὸν

[13-14] Eccle. VII, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(40) Inter τῆς et ἀρετῆς idem cod. infindit hæc duo vocabula, τῶν ἀρετῶν. POSSIN.

(41) *Ἑπτὰ θρυλλουμένων σοφῶν*. Vide Diogenem Laertium in *Vitis philosophorum*, et Ausonium *Ludo septem sapientum*. RITT.

(42) Ab his verbis, ἢ συμπεσὼν, usque ad illa versus septimi, ἐμφέρεια πραγμάτων, cuncta, inclusis utrinque terminis, absunt a cod. Vat. 650. POSSIN.

(43) *Κεκλοφὼς ... κλοπή*. Hujusmodi furta plurima detexit olim Clemens Alexand. et nostra memoria Fulvius Ursinus Rom. RITT.

(44) *Μέτρον ἄριστον*. In B. C. est πᾶν μ. ἄ., unde suspicabar legend. πάντων μ. ἄ. Est enim carmen Phocylideum:

Πάντων μέτρον ἄριστον· ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί. RITT.

(45) *Μηδὲν ἄγαν*. Unus ex VII sapientibus dictum hoc est; de quo exstat hoc phaleucium:

Τὸ γὰρ μηδὲν ἄγαν με τέρπει.

Illud, Nil nimis, ah, nimis juvat me! ID.

(46) *Τὸ μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων κτηθέν*. Sic Pindarus *Nemeo*. 7, *Εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον ποδέρχεται*. Et Basilius Magnus: Τὸ πόνῳ κτηθὲν, περιχαρῶς ὑπεδέχθη, καὶ φιλοπόνως διεφυλάχθη·

τυγχάνῃ, ποθεινότερόν ἐστι. Τὸ δ' αὐτομάτως (47) προσπεσὸν, εὐκαταφρόνητον, κἂν ὑπάρχῃ μέγα.

partum est, quamvis alioqui exiguum sit, jucundius et suavius exsistit: quod autem casu ac sponte contigit, etiam si magnum sit, in contemptum tamen facile venit.

ΤΚΓ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἐπειδὴ αἱ παραινέσεις ἴσχυσαν οὐδὲν, τῆς σῆς μανίας, τῆς περὶ τὴν κακίαν, κρείττονος διορθώσεως εὑρεθείσης, εἰς εὐχὰς πάλιν τρεπόμεθα. Εἴη τοίνυν σὲ ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς μανίας (48), εἰς νοῦν δὲ σώφρονα ἥκειν.

CCCXXIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Quandoquidem cohortationes, atque consilia nullam vim habuerunt, quod scilicet furiosum illud improbitatis studium, quo flagras, omni correctione fortius inventum sit, ad vota rursum me converto. Faxit igitur Deus, ut ab hoc furore abscedas, ac prudentem mentem induas.

ΤΚΔ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Οἱ ἀρετῆς ἐρῶντες καὶ σοφίας ἑαλωκότες, ἀκόρεστοι τὴν ἐπιθυμίαν ὄντες, οὐ διαλιμπάνουσι τὸν θεῖον τοῦτον πυρσὸν ἐν ἑαυτοῖς ἀνάπτοντες. Τοῦτο μὲν ἔργον, τὰ δ' ἄλλα πάντα νομίζοντες εἶναι πάρεργα. Μικρὰ γοῦν αὐτοῖς τὰ τοῖς ἄλλοις μεγάλα εἶναι δοκοῦντα φαίνεται, καὶ γελῶσι τὰ περιμάχητα, καὶ πατοῦσι τὰ ἀπόβλεπτα, καὶ τῶν ὑπερκοσμίων μόνων ἐφίενται. Εἰς τὸν τοιοῦτον τοίνυν χορὸν, καὶ αὐτὸς τελέσαι προῃρημένος, ἀκοίμητον δίκαιος ἂν εἴης τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα διατηρῆσαι.

CCCXXIV. — STRATEGIO MONACHO.

Qui virtutem amant, ac sapientiæ studio 383 tenentur, inexplebili quadam cupiditate flagrantes divinam hanc facem in animis suis excitare minime intermittunt, hoc quidem pro serio opere, alia autem omnia pro rebus levioris operæ ducentes. Ac propterea parva ipsis esse videntur, quæ alii magna et ampla existimant: atque ea de quibus alii inter se digladiantur, risui habent, et quæ alii suspiciunt, pedibus proculcant, cœlestiaque sola expetunt. Cum igitur ad hujusmodi chorum nomen tuum ascribere in animum induxeris, æquum profecto fuerit, te insomnem animæ oculum conservare.

ΤΚΕ'. — ΣΕΡΗΝΩ.

Λίαν θαυμάζω πῶς πρότερον μὲν τὰ ἴδια χρήματα εἰς τὴν κοινὴν ὠφέλειαν, οἱ τῷ θείῳ λόγῳ μαθητευθέντες προὐτίθεσαν, νυνὶ δέ τινες τῶν ὑφηγητῶν τοῦ λόγου (οὐ γὰρ πάντων καταψηφίζεσθαι θέμις) τὰ κοινὰ σφετερίζεσθαι τολμῶσι. Πεποιήκασι γοῦν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀτοπίας, καὶ τοὺς καρποφορεῖν εἰωθότας ἀπoναρκῆσαι. Δέον γὰρ ἐν τῇ εὐγνωμοσύνῃ τῶν ὑπηκόων ἀποκεῖσθαι τοὺς τῆς Ἐκκλησίας θησαυροὺς, τοῦτο οὐ συγχωροῦσι γίνεσθαι.

CCCXXV. — SERENO.

Magna me admiratio tenet, qui fiat, ut cum prius ii, qui divino sermone instituti erant, opes suas ad communem utilitatem proposuerint, nunc contra nonnulli ex sermonis magistris et interpretibus (neque enim omnes condemnare fas est) communes opes ad se avertere non vereantur. Itaque ob hujusmodi absurditatem hoc effecerunt, ut illi etiam, qui offerre consueverant, elanguerint. Nam cum Ecclesiæ thesauros in subditorum probitate animique candore reconditos esse oporteat, hoc ipsi fieri minime sinunt.

ΤΚϚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰ οἱ ἱερωμένοι, καὶ οἱ ὑπὲρ ὧν ἡ ἱερωσύνη τελεῖται ἐν τοῖς αὐτοῖς, τίς ἐξιλάσεται τὸ Θεῖον; Χρὴ τοίνυν ἐν μὲν ταῖς τῶν ἀρχομένων γνώμαις ἀποκεῖσθαι τοὺς τῶν πενήτων θησαυροὺς, τοὺς δ' ἱερωμένους τῇ ἱερουργίᾳ μόνῃ σχολάζειν, ἵνα δυνηθεῖεν εὐμενὲς τὸ Θεῖον ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ὑπηκόοις καθιστᾷν. Εἰ δὲ θεώμενοι οἱ λαοὶ τοὺς τὴν ἱερωσύνης ἁγιστείαν κεκληρωμένους, πάντα τὰ βιωτικὰ μεταχειριζομένους, ἐξήμβλωσαν τὴν εὐλάβειαν, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς τοσοῦτον μέμψασθαι, ὅσον ἐκείνοις τοῖς ἐμπόροις, καὶ παλιγκαπήλοις, καὶ πᾶσαν κινοῦσι πραγματείας ὁδὸν ἄδικον. Εἰ γὰρ τὰ καθ' ἑαυτοὺς οὗτοι διορθώσονται, ἐλπίς ἐστι καὶ τὰ τῶν λαῶν ἕψεσθαι.

CCCXXVI. — EIDEM.

Si ii, qui sacris ordinibus initiati sunt, et ii, pro quibus sacerdotii munus obitur, in iisdem rebus versantur, quisnam divinum numen placabit? Quocirca opus est ut pauperum thesauri in subditorum animis et voluntate recondantur, sacerdotes autem sacrosancto duntaxat ministerio dent operam: ut Deum, tum sibi ipsis, tum subditis propitium reddant. Si vero populi eos, qui sacerdotii sanctitatem sortiti sunt, omnia ea, quæ ad hanc vitam pertinent, tractare atque administrare conspicientes, religiosam pietatem excusserunt, non tam ipsi accusandi sunt, quam negotiatores illi atque caupones, qui iniquam omnem et sceleratam quæstus faciendi rationem ineunt. Nam si ipsi mores suos correxerint, spes est plebem quoque secuturam esse.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ὧν μέντοι πρόχειρος ὁ πορισμὸς, τούτων ἡ κτῆσις εὐκαταφρόνητος. Xenophon *Pædia Cyri*: Ἐκεῖνο δεῖ καταμαθεῖν, ὅτι τοσούτῳ τἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει, ὅσῳ ἂν μᾶλλον προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ ἀπίοι. Ritt.

(47) Cod. Vat. 650 pro αὐτομάτως solum legit αὐ. Possin.

(48) Idem cod., κακίας. Id.

CCCXXVII. — STRATEGIO SCHOLASTICO. A

Etsi Mosis legi innitens acceptam injuriam ulcisci constituisti, illud tamen scito fieri etiam posse, ut qui modum in ulciscendo excedit, injuriam inferat. Nam cum quispiam majores delictis cruciatus infert, rursum injuriæ auspex est. Ac proinde melius quidem atque consultius fuerit illatam injuriam minime referre, verum animi patientiam adhibere : non tamen ineptum atque absurdum, ut qui patientem animum præstare nesciat, mediocriter sese ulciscatur. Nam si id immodice fiat, eum, qui acceptam injuriam vindicat, ad illius, qui lacessivit gradum transmittit. Ac de his hactenus. Illud autem ne ignores, vir sapiens, legislatorem Mosem, effrenatum Judæorum impetum reprimentem (quo videlicet perpetiendi metu ab inferendis injuriis deterrerentur) hoc potius permisisse, quam sanxisse.

ΤΚΖ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Εἰ καὶ τῷ νόμῳ Μωϋσέως ἐπερειδόμενος, ἀμύνασθαι διέγνως· ἀλλ' ἴσθι ὅτι ἔστι καὶ ἀμέτρως ἀμυνόμενον ἀδικεῖν. Ὅταν γάρ τις μείζους τῶν πταισμάτων ἐπιφέρῃ τὰς τιμωρίας, δεύτερον ἄρχει πάλιν. Οὐκοῦν ἄμεινον μὲν τὸ μὴ ἀμύνασθαι, ἀλλὰ φιλοσοφεῖν· οὐκ ἀπίθανον (49) δὲ καὶ τὸ ἀμύνεσθαι μετρίως τὸν φιλοσοφεῖν μὴ ἐπιστάμενον. Τὸ γὰρ ἀμέτρως εἰς τὴν τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀδικοῦντος τάξιν παραπέμπει τὸν ἀμυνόμενον. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Μὴ ἀγνόει δὲ, ὦ σοφὲ, ὡς ὁ νομοθέτης Μωσῆς προαναστέλλων τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀκάθεκτον ὁρμὴν (ἵνα φόβῳ τοῦ παθεῖν μὴ δράσοιεν), τοῦτο συνεχώρησε μᾶλλον ἢ ἐθέσπισεν.

384 CCCXXVIII. — AETIO COMITI. B

Qui iis, a quibus primum beneficio affecti sunt, etiamsi illi minime æqua petant, omnibus tamen in rebus obsecundare satagunt, meo judicio peccant, quamvis, dum iniquæ rei participes se præbent, culpam suam altero jure obvelare videantur nempe quod iis, a quibus beneficium acceperint, gratiam rependant. At vero convenit ut qui beneficio affectus est, ita beneficium referat, ut in bonis atque honestis rebus eum, cujus beneficio usus est, remuneretur, non autem in malis operam ipsi navet. Hæc enim non remuneratio est, sed injustitia.

ΤΚΗ'. — ΑΕΤΙΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Οἱ τοῖς ἐξ ἀρχῆς εὐεργετήσασιν εἰς ἅπαντα κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, κἂν μὴ δίκαια ἐκεῖνοι αἰτοῖεν, ἁμαρτάνειν μοι δοκοῦσι· κἂν δοκῶσι κοινωνοῦντες οὐ δικαίῳ πράγματι, δικαίῳ ἑτέρῳ (50) περιστέλλειν τὴν μέμψιν, τῷ ἀμείβεσθαι τοὺς εὖ ποιήσαντας. Χρὴ δὲ τὸν εὖ παθόντα ἀντευποιεῖν ἐν καλοῖς ἀμειβόμενον, οὐκ ἐν κακοῖς συμπράττοντα. Αὕτη γὰρ οὐκ ἔστιν ἀμοιβὴ, ἀλλ' ἀδικία.

CCCXXIX. — MACHARIO PRESBYTERO.

In illud, « Cantate Domino canticum novum [15]. »

Quo tempore pestiferi dæmones una cum imperatore suo diabolo nihil in ordine manere permiserunt, verum omni iniquitatis ac rapacitatis genere se ingurgitantes, nec ullam contumeliæ suæ atque petulantiæ satietatem agnoscentes, mortales in malorum extremum compulerunt : tum vero, tum, inquam, ille omnium rex, et paternus sermo, quod et illorum tyrannidem odisset, et horum miseria commoveretur, humanam naturam subiens in acie stetit. Itaque tropæa partim jam statuebantur, partim erigebantur, partim in spe erant : atque barbaricum quidem dæmonum agmen una cum suo duce calamitates suas deplorabat : humana autem natura ad libertatem tanquam postliminio recurrebat. Eaque de causa Psalmistes iis, qui in libertatem asserti fuerant, ut canticum novum canerent, imperabat. Siquidem propheticis oculis quod futurum erat cernebat.

ΤΚΘ'. — ΜΑΚΑΡΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Εἰς τὸ, « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. »

C

Ὅτε οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες μετὰ τοῦ στρατηγοῦντος αὐτοῖς διαβόλου, οὐδὲν εἴασαν ἐν τάξει μένειν, ἀλλὰ πάσης ἀδικίας καὶ πλεονεξίας ἐμφορούμενοι, καὶ ὕβρεως κόρον οὐκ εἰδότες ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν παθῶν (51) τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλασαν· τότε δὴ τότε ὁ τῶν ἁπάντων βασιλεὺς, ὁ πατρῷος Λόγος, τῶν μὲν μισήσας τὴν τυραννίδα, τῶν δὲ οἰκτείρας τὰς συμφορὰς, ἀνθρωπείαν ὑποδὺς φύσιν, ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστη. Τρόπαια τοιγαροῦν τὰ μὲν εἱστήκει, τὰ δὲ ἠγείρετο, τὰ δὲ ἦν (52) ἐν ἐλπίσι. Καὶ τὸ μὲν βάρβαρον τῶν δαιμόνων στῖφος μετὰ τοῦ στρατηγοῦ τὰς συμφορὰς ἔστενεν· ἡ φύσις δὲ ἡ ἀνθρωπεία εἰς ἐλευθερίαν ἀνέτρεχε. Διὸ καὶ ὁ Μελῳδὸς ᾆσμα καινὸν ᾄδειν τοῖς ἐλευθερωθεῖσι παρεκελεύετο. Προφητικοῖς γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐθεᾶτο τὸ μέλλον.

CCCXXX. — THEODOSIO EPISCOPO. D

Per commiserationem ac mansuetudinem, vir sapientissime, calamitates eorum, qui in tentationes inciderunt, lenire adnitere, atque ipsos leni ac

ΤΛ'. — ΘΕΟΔΟΣΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Οἴκτῳ καὶ πρᾳότητι, ὦ σοφώτατε, καταπραΰνειν πειρῶ τὰς τῶν πειρασμοῖς περιπεπτωκότων συμφορὰς, καὶ ἐκβιάζου αὐτοὺς λόγῳ ἠπίῳ πρὸς εὐθυμίαν,

[15] Psal. xcv, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(49) Cod. Vat. 650, ἄτοπον. Possin.

(50) Pro δικαίῳ ἑτέρῳ idem cod. scribit uno verbo, δικαιοτέρῳ. Id.

(51) Pro παθῶν idem cod. Vat. 650. legit, κακῶν. Id.

(52) Ἦν abest a cod. Vat. 650. Vers. ult. pro τὸ μέλλον idem cod. habet τὰ μέλλοντα. Id.

καὶ ἀναμόχλευε τὰς τῆς ἀθυμίας ῥίζας. Εἰ γὰρ γνοῖεν παρὰ σοῦ, ὅτι εἰ μὲν δικαίως ἐπήχθησαν, κουφισμὸν (53) τῶν πταισμάτων ἐργάζονται, εἰ δὲ συνεχωρήθησαν ἐπελθεῖν μηδὲν φαῦλον δράσασι, στεφάνους προξενοῦσιν· οὐ μόνον τὴν ἀθυμίαν ἐξοστρακιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ θυμηδίας ἐμπλησθήσονται.

A suavi sermone ad hilaritatem trahe, mœrorisque radices evelle. Nam si hoc ex te intelligant, quod si juste invectæ sunt, delictorum levationem efficiunt; sin autem, cum nihil sceleris admisissent, oboriri permissæ sunt, coronas conciliabunt : non modo conceptum animo mœrorem profligabunt, verum etiam lætitia perfundentur

ΤΛΑ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὅτι μὲν ὁ μακάριος Εὐστάθιος πρεσβύτερος τὰς μὲν τῶν αἰσχρῶν λημμάτων ἐπιθυμίας καταχράτος ἐχειρώσατο, ὅ τι δὲ ἦν καὶ ἀνδραγαθίας οἰκεῖον, εἰς τοῦτο ῥέπων ἑωρᾶτο, οὐδὲ ἡ σὴ ἀγνοεῖ σύνεσις. Ὅτι δὲ τούτου εἰς τὴν ἄνω σύγκλητον μεταπεμφθέντος, οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις (ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ ἐναγὴς Εὐστάθιος ὁ διάκονος, οὗ ἐπὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ κομιδῇ ἐκεῖνος, ὡς οἶσθα, ἤχθετο), ὡς τεθνεῶτος ἐχάρησαν· οἱ δὲ φιλάρετοι ἐλυπήθησαν τῆς αὐτοῦ συνουσίας στερηθέντες, τοῦτο παρ' ἐμοῦ μάνθανε.

CCCXXXI. — DANIELI PRESBYTERO.

Quod beatus presbyter Eustathius turpium quidem quæstuum cupiditates fregerit ac profligarit, quidquid autem ad probitatem attinebat, ad id propendere cernebatur, ne tua quidem prudentia ignorat. Quod autem, eo ad cœlitum concilium transmisso, servili animo homines (quorum in numero B est impurus quoque diaconus Eustathius, qui cum idem sibi nomen esse permoleste ille, ut nosti, ferebat) tanquam mortuo lætitiam conceperint, 385 virtutis autem amantes, ipsius consuetudine orbati mœrore affecti sunt, illud ex me disce.

ΤΛΒ'. — ΗΡΩΝΙ (54).

Περὶ τῆς ἀλλοιώσεως καὶ ἀποκαταστάσεως τοῦ Ναβουχοδονόσωρ.

Ὁπηνίκα τῶν Βαβυλωνίων ὁ βασιλεὺς πέρα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ φρονήσας, καὶ φράσας, καὶ πράξας ἐφωράθη, ἐξηλάθη μὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων συνουσίας τε καὶ τιμῆς, τοῖς δὲ θηρίοις συνέστιος καὶ σύνοικος γέγονεν. Ὅτε δὲ τὴν προσήκουσαν ἔσχε περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν, τότε καὶ τὴν οἰκείαν δόξαν ἀπέλαβε. Τῆς γὰρ συμφορᾶς ὅρος ἦν ἡ τοῦ κρείττονος ἐπίγνωσις.

CCCXXXII. — HERONI.

De mutatione et restitutione in regnum Nabuchodonosoris.

Quando Babyloniorum rex supra humanæ naturæ modulum, et sensisse, et locutus fuisse, et egisse compertus est, ab hominum cœtu et honore submotus est, communemque cum bestiis mensam ac domum habuit. Posteaquam autem eam, quam conveniebat, de Deo sententiam tenuit, tunc etiam gloriam suam recepit. Quippe calamitatis terminus C erat præstantioris agnitio.

ΤΛΓ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝῼ, ΖΩΣΙΜῼ, ΜΑΡΩΝΙ, ΕΥΣΤΑΘΙῼ.

Πότερος ἄρα πότερον ἀδικεῖν ἤρξατο καὶ παρανομεῖν, οὐδεὶς ἔχει ῥᾳδίως λέγειν, οὕτως ἀντίπαλον τὴν κακίαν ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἔχετε. Ὥσπερ οὖν οὐ ῥᾴδιον τὸν κατάρξαντα καὶ τὸν ἀκολουθήσαντα εἰδέναι, οὕτως οὐδὲ τὸ καταπαῦσαι τὴν μανίαν ὑμῶν εὐχερὲς, ἀλλὰ καὶ πάνυ δύσκολον εἶναι νομίζουσι· τῷ ἕκαστον τὸν ἕτερον ἐν τῇ πονηρίᾳ ὑπερβάλλειν φιλοτιμεῖσθαι, οὐκ ἀγνοοῦντα (ἦ γὰρ ἂν ἴσως καὶ συνεγνώσθη), ἀλλ' ἐπιστάμενον μὲν, ὑπὸ δὲ τῆς ἀνανταγωνίστου ἔχθρας εἰς τοῦτο τρεπόμενον.

CCCXXXIII. — MARTINIANO, ZOSIMO, MARONI, EUSTATHIO.

Quisnam tandem alterum lædere atque injuria afficere incepit, nemo facile dicere potest. Ita adversariam improbitatem in capitis vestri perniciem habetis. Quemadmodum igitur haud facile est, cum qui lacessivit, et eum qui secutus est, agnoscere : eodem modo furorem vestrum comprimere haudquaquam pronum ac proclive, verum perquam difficile atque arduum esse homines existimant : propterea quod unusquisque alterum improbitate superare contendit, non ignorans (sic enim fortasse veniam consequeretur), verum id quidem cognitum atque D compertum habens, cæterum ab insuperabili quadam inimicitia ad hoc impulsus.

ΤΛΔ'. — ΙΣΧΥΡΙΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιδα, « Ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν (55). »

Μάλιστα μὲν οὐδ' ἀποκρίσεως ἐχρῆν τυχεῖν τοὺς

CCCXXXIV. — ISCHYRIONI PRESBYTERO.

In illud dictum a Domino ad Samaritanam, « Nos adoramus quod scimus [16].

Maxime quidem nec responsum eos consequi

[16] Joan. IV, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(53) Post κουφισμὸν adde ἢ ἀφανισμόν ex cod. Vat. 650. Possin.

(54) Cod. Vat. 650 addit πρεσβυτέρῳ. Vers. 2 et 3 ep. hæc verba καὶ φράσας, absunt a codice Id.

(55) Confer Augustinum serm. 176 de temp., et *De hæresibus*, cap. 54, et Photium, *Biblioth.* pag. 11; Theodoret. lib. IV. *De hæretic. fabul.*; Nicet. Choniatem lib. VII, *De vita Manuelis Comneni*, pag. 107. Ritt.

oportebat, qui Eunomio fidem adhibuerunt, homini opinione sua facundo atque arguto, sed qui dicere non dubitarit Filium ex adorantium numero esse, neque illud animadvertere potuerit, imo, ut quidem ipse reor, ob anticipatam opinionem ac dominandi libidinem noluerit hoc dicere, quod et verum est, et sapientes juxta ac stolidi animadvertunt, nempe quod ad Samaritanæ opinionem, quæ cum ipso tanquam cum Judæo colloquebatur, suamque religionem Judæorum religioni præferebat, ad hunc modum respondeat : « Nos adoramus quod scimus. » Constat enim eum inter eos, qui adorantur, recenseri. Sed tamen ne ab ipsis fastidii ac superbiæ accusemur, adversus eos velitans, his verbis utere : « Extrema sane stoliditate laboratis, huic homini fidem arrogantes, qui Patrem extra omnem comparationem esse tradere ausus est, divinumque Paulum rejecit, apud quem hæc verba habentur : « Non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo [17]. » Illud enim *majus*, quod ad Filii extenuationem profertis, ex comparatione dictum est, non autem ex incomparabili præstantia. **386** Quamobrem si ex non ente, ut ipsi asseritis, factus est, de vestra quidem sententia majus illud non consistit. (Quænam enim comparatio est ejus qui sempiternus est, cum eo qui ex non ente factus sit?) Sin autem sine tempore ac perpessione ipsum factum fuisse, profecto eumdem paterna sempiternitate confitebimini : etiamsi perfectam et exactam consequi nequeatis, ob quam dictum sit, « Pater meus major me est [18]. » Neque enim doctrinæ, sed consolationis duntaxat causa hoc ad apostolos, qui tanquam confestim perituri, metu confecti ac pene exstincti erant, dictum est : quo nimirum bono animo essent, tanquam ipse ad eum, quem illi majorem existimabant, proficisceretur. Atque huic rei perspicuo argumento illud est, quod non in alio tempore, verum in sola ea nocte, in qua futurum erat ut traderetur, hoc dictum sit : in ea, inquam, nocte, in qua ad tantam humilitatem sermones suos conformavit, ut diceret : « An putatis quod non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi duodecim legiones angelorum [19]? » Quid enim tanto numero opus erat, cum unus duntaxat, Ezechia regnum obtinente, centum octoginta quinque hominum millia necasset, ac Persicam potentiam concidisset [20]? Verum, ut dixi, ad ipsorum timiditatem et opinionem locutus est. Quocirca si veram hanc sententiam haud assequimini, atque interim tamen ab Anomœorum impietate absistere constituistis, illud vobis dicere licet, quod a quodam dum adversus eos dissereret allatum est, nempe quod et *majus* consistit, qua ratione genitor est : et æquale, quatenus Deus est, ejusdemque substantiæ.

Εὐνομίῳ πεισθέντας, ἀνθρώπῳ δεινῷ μὲν εἶναι οἰηθέντι, εἰπεῖν δὲ τολμήσαντι, ὅτι τῶν προσκυνούντων ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καὶ μὴ δυνηθέντι ἐννοῆσαι, ἢ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, μὴ βουληθέντι ὑπὸ προλήψεως καὶ φιλαρχίας εἰπεῖν τοῦθ' ὅπερ καὶ ἀληθές ἐστι, καὶ σοφοί τε καὶ ἀνόητοι ἐννοοῦσιν, ὅτι πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῆς Σαμαρείτιδος, τῆς ὡς Ἰουδαίῳ αὐτῷ διαλεγομένης, καὶ τὰ ἑαυτῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν προκρινούσης, τὴν ἀπόκρισιν ταύτην πεποίηται, ὅτι « Ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· » εὔδηλον γὰρ ὅτι τῶν προσκυνουμένων ἐστί. Πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν ὑπεροψίας γραφὴν γράφεσθαι παρ' αὐτῶν, ἀκροβολιζόμενος πρὸς αὐτοὺς εἰπὲ, ὅτι Ἀβελτηρίαν ἐσχάτην νοσεῖτε, πεισθέντες ἀνθρώπῳ δογματίσαι τολμήσαντι, ἀσύγκριτον εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ παραγραψαμένῳ τὸν θεσπέσιον Παῦλον εἰρηκότα· « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Τὸ γὰρ *μεῖζον*, ὃ προφέρετε πρὸς ἐλάττωσιν τοῦ Υἱοῦ, ἐκ συγκρίσεως εἴρηται, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἀσυγκρίτου ὑπεροχῆς. Εἰ μὲν οὖν ἐξ οὐκ ὄντων, ὡς φατε, γέγονεν, οὐδὲ τὸ μεῖζον ἵσταται (56) καθ' ὑμᾶς. Ποία γὰρ σύγκρισις τοῦ ἀεὶ ὄντος πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων γεγονότα; Εἰ δὲ ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐκ τῆς πατρικῆς ἰδιότητος ὁμολογήσετε, κἂν μὴ δυνηθείητε τῆς ἀκριβοῦς ἐννοίας ἐφικέσθαι, ἧς ἕνεκεν εἴρηται, « Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν. » Οὐ γὰρ διδασκαλίας, ἀλλὰ παραμυθίας ἕνεκεν μόνης τοῦτο εἴρηται τοῖς ἀποστόλοις (57) τεθνηκόσι τῷ δέει, ὡς αὐτίκα μάλα ἀλλασσομένοις (58), ἵνα θαῤῥοῖεν, ὡς πρὸς τὸν δοκοῦντα αὐτοῖς μείζονα, πορευομένου αὐτοῦ. Καὶ τούτου ἀπόδειξις ἐναργὴς, τὸ μὴ ἐν ἄλλῳ καιρῷ, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ μόνῃ, ἐν ᾗ ἔμελλε παραδίδοσθαι, τοῦτο εἰρῆσθαι, ἐν ᾗ καὶ εἰς τοσαύτην ταπεινότητα ἐσχημάτισε τὰ λεγόμενα, ὡς εἰπεῖν, « Δοκεῖτε ὅτι οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ δώσει μοι δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; » Τί γὰρ τοσούτων ἔδει, ἑνὸς ἐπὶ Ἐζεκίου ρπε' χιλιάδας ἀνελόντος, καὶ τὴν Περσικὴν δύναμιν ἀποκείραντος; Ἀλλ' ὡς ἔφην, πρὸς τὴν δειλίαν αὐτῶν καὶ τὴν ὑπόνοιαν ἐφθέγξατο. Εἰ τοίνυν ταύτης (59) ἀληθοῦς ἐννοίας οὐκ ἐφικνεῖσθε, ἀφεστάναι δὲ τῆς τῶν Ἀνομοίων ἀσεβείας προῄρησθε, δύνασθε λέγειν, ὃ ἔφησέ τις πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενος, ὅτι καὶ τὸ *μεῖζον* ἵσταται, ᾗ γεννήτωρ, καὶ τὸ ἴσον καθ' ὁ Θεὸς καὶ ὁμοούσιος.

[17] Philipp. II, 6. [18] Joan. XIV, 28. [19] Matth. XXVI, 53. [20] IV Reg. XIX, 35.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56) Pro ἵσταται cod. Vat. habet ἵστατο. Versu 3 pro πρὸς τὰ, legit idem, πρὸς τὸν ἐκ μὴ, etc. Vers. 5 pro κἂν habet καί. POSSIN.

(57) *Οὐ γὰρ διδασκαλίας........ τοῖς ἀποστόλοις*. Utilissima admonitio, non oportere ea quæ consolandi causa prolata sunt in sacris Litteris, ita accipere quasi δογματικῶς essent dicta. Similiter judicandum de iis quæ laudandi causa dicta sunt. Eadem est Joannis Chrysostomi observatio. RITT.

(58) Cod. Vat., ἁλωσομένους. ID.

(59) Post ταύτης idem cod. addit τῆς. Versu inde 2 pro πρὸς αὐτοὺς idem scribit πρὸς ὑμᾶς. Vers. ult. pro (καθ' ὃ) cod. Vat. 650 sic habet, ἧθ' ὁ, etc. ID.

ΤΛΕ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ (60).

Εἰ πνευματικοῖς πνευματικὰ (δηλονότι ῥήματα καὶ ὀνόματα) συγκρίνειν ὁ θεσπέσιος ἐνομοθέτησε Παῦλος, προσήκει καὶ ἡμᾶς τῷ κανόνι τούτῳ πειθομένους, τὰς θείας βασανίζειν (61) Γραφάς. Πρῶτον τοιγαροῦν, τὸ μὴ δύνασθαι πῶς εἴρηται, σκοπητέον· καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν λύσιν τοῦ ζητουμένου βαδιστέον. Ἄκουε τοίνυν πρῶτον τοῦ νομοθέτου Μωσέως. Δίκαιον γὰρ ἀπὸ μὲν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης θεμελιῶσαι τὸ νόημα· ἀπὸ δὲ τῆς Καινῆς στεφανῶσαι. Τί φησι τῷ λαῷ; « Οὐ δυνήσῃ τὸ Πάσχα ποιεῖν ἐν οὐδεμιᾷ τῶν πόλεών σου, ἀλλ' εἰς τὸν τόπον ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου. » Τὸ, *οὐ δυνήσῃ*, ἀντὶ τοῦ, μὴ ἐξόντος, μηδὲ ἐγχωροῦντος, μηδὲ συγκεχωρημένου, μηδὲ ἐνδεχομένου (62) τεθεικώς. Ὅτι γὰρ ἠδύναντο ποιῆσαι τὸ Πάσχα καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι, δῆλόν ἐστι. Καὶ γὰρ καὶ νῦν ποιοῦσι μὲν, παρανομοῦντες δέ. Τί οὖν ἐστιν, « Οὐ δυνήσῃ; » Οὐκ ἔξεστί σοι, οὐ προσάξεις, οὐ ποιήσεις. Ὅτι δὲ ταύτῃ τῇ ἐννοίᾳ εἴρηται, ἄκουσον καὶ τῶν ἀποστόλων τῷ νομοθέτῃ ἀκολουθούντων καὶ φραζόντων· « Ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα, ἃ ἠκούσαμεν καὶ εἴδομεν, μὴ λαλεῖν. » Τί οὖν; οὐκ ἠδύναντο σιγῆσαι; Πάνυ μὲν οὖν. Τί οὖν εἰπεῖν ἐβουλήθησαν; Οὐκ ἐνδέχεται, οὔτε πρέπει σιγῇ παραδοθῆναι τὰ ἀνακηρυχθῆναι λαμπρῶς καὶ σαφῶς ὀφείλοντα. Καὶ Ἰουδαῖοι δὲ ἔφασαν (σεμνὴ δὲ δήπουθεν καὶ ἡ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία)· Ὅτι γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε, φανερὸν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνεῖσθαι. Διὰ τοῦ μὴ δύνασθαι, τὸ μὴ ἐγχωροῦν μηνύοντες. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δέ φησι περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· « Ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν. » Οὐκ ἀσθένειάν τινα κατηγορῶν τῆς παγκρατοῦς (63) δυνάμεως, ἀλλὰ μεγίστην ῥώμην, ὅτι ἀνεπίδεκτός ἐστι τοῦ ψεύδους ὁ τῆς ἀληθείας πατήρ. Καὶ ἀλλαχόσε δὲ ταύτην ὀχυρῶν τὴν ἔννοιαν ἔφη· « Ἐὰν ἀρνησώμεθα αὐτὸν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. » Καὶ τοῦτο γὰρ οὐκ ἀσθενείας ἐστὶν ἀπόδειξις, ἀλλ' ἀνυπερβλήτου ἰσχύος, ὅτι οὐκ ἐγχωρεῖ τὴν θείαν φύσιν ἑαυτὴν ἀρνήσασθαι. Εἰ δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, οὗ τὴν λέξιν κακούργως ἑρμηνεύειν ἐπιχειροῦσιν οἱ αἱρετικοὶ, μαρτυρίαν χρὴ προσαγαγεῖν, ἄκουσον αὐτοῦ φράζοντος· « Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ Νυμφίος. » Ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐγχωρεῖ, οὐ πρέπει, οὐ προσήκει, οὐκ ἐνδέχεται, οὐχ ἁρμόττει. Τούτων τοιγαροῦν οὕτως εἰρημένων, ὁ σκοπὸς ὁ σωτήριος δῆλός ἐστι. Τὸ γὰρ, « Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, » οὐκ ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγορεῖ, ἀλλὰ καὶ μεγίστην

A

CCCXXXV. — EIDEM.

Si spiritualibus spiritualia (verba scilicet et nomina) comparari præcepit divus Paulus [21], convenit sane ut nos quoque huic regulæ obtemperantes divinas Scripturas perpendamus. Primum igitur, quo sensu, non posse, dictum sit, considerandum est : atque ita demum ad quæstionis solutionem proficiscendum. Prius itaque legislatorem Mosem audi. Æquum est enim a Veteri quidem Testamento sententiam fundare : ac postea eamdem a Novo tanquam corona quadam ornare. Quidnam ergo ille ad plebem ait? « Non poteris Pascha facere in ulla ex urbibus tuis : præterquam in eo loco, quem elegerit Dominus Deus tuus [22]. » Hoc, *non poteris*, pro eodem positum est ac si dixisset : Non
B licet, non concessum ac permissum est. Nam quod in aliis etiam civitatibus Pascha celebrare possent, perspicue constat. Quid igitur est : Non poteris? Non tibi licet, non offeres, non facies. Quod autem hoc sensu dictum sit audi etiam apostolos Legislatorem sequentes ac dicentes : « Nos non possumus, quæ audivimus et vidimus, non loqui [23]. » Quid ergo, Non poterant silere? Maxime vero. Quidnam igitur dicere voluerunt? **387** Non decet, nec fas est ea silentio tradere quæ clare atque aperte prædicari debent. Quin Judæi quoque dixerunt (grave autem scilicet est atque auctoritatis plenum illud testimonium quod ab hostibus ducitur) : Nam quod notum signum factum est, constat, nec pos-
C sumus negare. Quo quidem in loco per non posse, non licere significarunt. Eodemque modo Apostolus de Deo et Patre ait : « In quibus impossibile est mentiri Deum [24]. » Quibus verbis non imbecillitatis cujusdam omnipotentem illam vim coarguit : verum contra summum ipsius robur indicat, quod ille veritatis pater mendacii minime capax sit. Atque alio rursum loco eamdem sententiam muniens, his verbis usus est : « Si negaverimus eum, ipse fidelis manet : negare enim seipsum non potest [25]. » Nam hic quoque non infirmitatis, sed singularis atque insuperabilis potentiæ argumentum est, quod fieri non potest ut divina natura seipsam inficietur. Quod si ipsius etiam Salvatoris (cujus dictum hæretici maligne ac veteratorie interpretari conantur) testi-
D monium proferre oportet, audi ipsum loquentem : « Non possunt filii Sponsi jejunare, quandiu cum illis est Sponsus [26], » pro eo ac si dixisset : Non licet, non decet, non quadrat, non convenit. His igitur ad hunc modum expositis, quo tendat Salvator

[21] I Cor. II, 13. [22] Deut. XVI, 5, 6. [23] Act. IV, 20. [24] Hebr. VI, 18. [25] II Tim. II, 13. [26] Matth. IX, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(60) Confer Theodoretum dialogo cui titulus, Ἄτρεπτος, et Greg. Naz.; item Chrysost. *in Joannem*. RITT.

(61) Pro βασανίζειν cod. Vat. scribit, βαδίζειν, et vers. seq. pro βαδιστέος habet χωρητέος. POSSIN.

(62) Hæc verba μηδὲ ἐνδεχομένου ut subdititia prætermittuntur a cod. Vat. 650, qui pro statim sequenti verbo τεθεικὼς ponit adverbium θετικῶν. Idem vers. post sexto, qui inter ἀποστόλων et τῷ inserit τῶν. Id.

(63) Pro παγκρατοῦς idem legit πανσθενοῦς. Versu inde tertio, omittit idem illa verba, ἀρνησώμεθα αὐτόν et vice illorum solum ponit ἀπιστήσωμεν. Vers. seq. post ἀρνήσασθαι omittit γάρ. ID.

perspicuum est. Illud enim : « Non potest Filius a se ipso facere quidquam [17], » non ipsius imbecillitatem prodit, verum maximum robur : quod videlicet in eum cadere nequeat ut aliquid, quod Patri adversetur, efficiat. Quoniam enim in suspicionem apud eos venerat, tanquam qui Deo adversarius esset, atque alienam gloriam usurparet, idcirco hæc verba habuit, tantum non ad hunc modum loquens : Ne me existimetis quidquam præter Patris sententiam ac voluntatem facere. Hoc enim minime contingere potest. Fieri nequit, ut ab illius scopo alienum quidquam faciam : fieri non potest, ut Patri repugnem et adverser. Quodque illud his verbis significet, cum ex his, quæ a nobis dicta sunt, constat, tum etiam ex eo liquet, quod valde submissum et humile verbum collocavit. Quid enim dixit? « Non potest Filius a seipso facere quidquam. » Nam si illud dixisset, se a seipso quædam efficere, quædam autem non a seipso, fortasse non absurdum esset existimare, propter imbecillitatem ipsum his verbis usum esse. Cum autem ipse se nihil facere posse dixerit, hoc ipsum eos etiam, qui sublime aliquid ac generosum animo complecti minime volunt, ad cogitationem Deo consentaneam ac divina illa essentia dignam prosilire cogit. Nihil a seipso facit? Atqui maximum illud facinus, et bonorum omnium caput, quod patriarchæ ardentibus verbis expetebant, prophetæ prædicabant, cœlitum agmina ad stuporem usque mirabantur, ipse fecit. Clamat hoc vas illud electionis, ille divinorum mysteriorum velut promus condus, **388** ille prædicationis antistes, his verbis utens : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens [28]. » Nihil a seipso facit? Atqui ipse disertis verbis clamat : « Et Filius quos vult vivificat [29]. » Nihil a seipso facit? Atqui centurionem, qui imperatoriam vim ac potentiam ipsi testimonio suo tribuerat, collaudavit, doctrinam videlicet hanc confirmans, ut quod dictum fuerat, non modo centurionis sententia, verum etiam ipsiusmet Salvatoris suffragio niti videretur. Atque item ad leprosum, qui ipsum quidem posse clara voce confessus fuerat, ut autem vellet aperte supplicarat, ac dixerat : « Si vis, potes me mundare, » perfectamque ipsi potentiam haud obscure attribuerat, ac velut consecrarat, sententiam ejus sua sententia confirmans, dixit : « Volo. Mundare [30]. » Nihil a seipso facit? Atqui ad Chananæam his verbis usus est : « Fiat tibi sicut vis [31]. » Atque et ventum et mare increpuit [32], et cæcum illuminavit [33], et paralyticum astrinxit [34], et Lazarum excitavit [35]. Verum si cuncta ea, quæ Filii auctoritatem ac potentiam prædicant, in medium proferre conemur, ne, si

A ῥώμην, ὅτι ἀνεπίδεκτός ἐστι τοῦ ἐναντίον τι τῷ Πατρὶ ποιεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπωπτεύετο παρ' αὐτῶν ὡς ἀντίθεος, καὶ ἀλλοτρίαν σφετεριζόμενος δόξαν, τοῦτο ἔφη, μονονουχὶ φράζων (64)· Μὴ νομίζετέ με παρὰ γνώμην τι τοῦ Πατρὸς ποιεῖν, οὐ δύναται τοῦτο γενέσθαι. Οὐκ ἐνδέχεταί με παρὰ σκοπὸν αὐτοῦ πράττειν τι· οὐκ ἐγχωρεῖ ἐναντιωθῆναί με τῷ Πατρί. Καὶ ὅτι τοῦτο μηνύει, δῆλον μὲν καὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων, δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἄγαν ταπεινῶς τεθεικέναι τὸ ῥῆμα. Τί γὰρ ἔφη; « Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν. » Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι τὰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ, τὰ δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, τάχα ἂν οὐκ ἀπεικὸς ἦν ἐννοῆσαι ὅτι δι' ἀσθένειαν τοῦτο ἔφη. Εἰ δὲ οὐδὲν ἔφη δύνασθαι ποιεῖν, αὐτὸ τοῦτ' ἀναγκάζει καὶ τοὺς μὴ βουλομένους ὑψηλόν τι B ἐννοῆσαι καὶ γενναῖον, εἰς ἔννοιαν ἀναπηδῆσαι θεοπρεπῆ καὶ τῆς θείας ἐκείνης οὐσίας ἀξίαν, λέγοντας· Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ; Καὶ μὴν τὸ μέγιστον κατόρθωμα, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων τὸ κεφάλαιον, ὃ πατριάρχαι μὲν ὤδινον, προφῆται δὲ προέλεγον, οἱ δ' οὐράνιοι δῆμοι ἐξεπλήττοντο, αὐτὸς πεποίηκε. Καὶ βοᾷ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς ὁ τῶν θείων μυστηρίων ταμίας, ὁ τοῦ κηρύγματος μυσταγωγὸς, φράζων· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. » Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ; Καὶ μὴν αὐτὸς διαῤῥήδην βοᾷ· « Καὶ ὁ Υἱὸς, οὓς θέλει, ζωοποιεῖ. » Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ; Καὶ μὴν τὸν μὲν ἑκατόνταρχον μαρτυρήσαντα αὐτῷ C αὐτοκρατορικὴν δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν ἀνεκήρυξε, βεβαιῶν τὸ δόγμα, ἵνα μὴ μόνον τῆς τοῦ ἑκατοντάρχου γνώμης, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ψήφου, νομισθείη τὸ λεχθέν. Τῷ δὲ λεπρῷ τὸ μὲν δύνασθαι αὐτὸν λαμπρῶς ὁμολογήσαντι· ὑπὲρ δὲ τοῦ βούλεσθαι τὴν ἱκετηρίαν σαφῶς ποιησαμένῳ, καὶ φήσαντι, « Ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι, » καὶ ἐντελῆ αὐτῷ ἐξουσίαν σαφῶς ἀφιερώσαντι, ἔφη, κυρῶν τὴν γνώμην τῇ ἀποφάσει· « Θέλω, καθαρίσθητι. » Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ; Καὶ μὴν τῇ Χαναναίᾳ ἔφη, « Γενηθήτω σοι ὡς θέλεις· » καὶ τῷ μὲν ἀνέμῳ ἐπετίμησε καὶ τῇ θαλάσσῃ· τὸν δὲ τυφλὸν ὠμμάτωσε· καὶ τὸν μὲν παράλυτον ἔσφιγξε· τὸν δὲ Λάζαρον ἤγειρεν. Ἀλλ' εἰ πάντα τὰ τὴν αὐθεντίαν τοῦ Υἱοῦ ἀνακηρύττοντα εἰς μέσον ἀγα- D γεῖν πειραθείημεν, οὐδ' εἰ παύσασθαι βουληθείημεν, ἴσως δυνηθείημεν. Διόπερ ταῦτα παρέντες ἀπὸ τῶν καθ' ἑαυτοὺς συλλογισώμεθα. Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ; Καὶ μὴν ἡμεῖς, ὧν οὐδὲν εὐτελέστερον γένοιτ' ἂν, πολλὰ οἴκοθεν πράττομεν, καὶ κακίαν φεύγομεν, καὶ ἀρετὴν διώκομεν. Εἰ δὲ μὴ ἀφ' ἑαυτῶν δρῶμεν, οὔτε δίκην ἁμαρτάνοντες δοῦναι δίκαιοι ἂν εἴημεν, οὔτε κατορθοῦντες στεφάνων ἀπολαῦσαι. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ταπεινότης τοῦ ῥήματος, μεθ' ὑπερβολῆς τεθειμένη, καὶ τοὺς ἀγνώμονας πείθει μετ' εὐσεβοῦς

[27] Joan. v, 19. [28] Philipp. II, 6, 7. [29] Joan. v, 21. [30] Luc. v, 12, 13. [31] Matth. xv, 28. [32] Marc. IV, 39. [33] Joan. IX, 1 seqq. [34] Matth. IX, 2 seqq. [35] Joan. XI, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(64) Φράζων cod. idem recte mutat in κράζων. Possin.

διανοίας καταδέξασθαι τὸ ὕψος τῶν λεγομένων; Εἰ δὲ καὶ τὴν ἀντιδιαστολὴν βασανίσειας, εὑρήσεις αὐτὴν οὕτως εἰρημένην, ὡς παρ' ἡμῶν ἡρμηνεύθη. Οὔτε γὰρ εἶπεν, Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μὴ λάβῃ τὸ δύνασθαι παρὰ τοῦ Πατρός. Τοῦτο γὰρ τῷ ὄντι, τῷ μὴ δύνασθαι ἀντιδιασταλῆναι ἐχρῆν (εἴγε ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγορεῖν ἔμελλε τὸ ῥηθέν)· ἀλλὰ τί; « Ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. » Ὁρᾷς πῶς τὴν ἰσοτιμίαν καὶ τὸ ἰσοσθενὲς, καὶ τὸ ὁμοούσιον κηρύττει;

A cupiamus quidem, finem fortasse facere queamus. Quamobrem his prætermissis, a nostrismet ipsis rebus argumentum ducamus. Nihil a seipso facit? Atqui nos, quibus nihil vilius atque abjectius fingi potest, multa a nobis facimus, ac vitium fugimus, et virtutem consectamur. Quod si nihil a nobis ipsis facimus, nec cum peccamus, supplicio jure afficimur, nec cum virtute aliquid gerimus, coronas consequimur. Videsne quemadmodum vocabuli humilitas cum excessu posita, malignos etiam et præposteros homines adducat, ut eorum, quæ dicta sunt, sublimitatem pio sensu excipiant? Quod si etiam distinctionem ipsam expendas : eam ita, ut a nobis explanatum est, dictam esse comperies. Neque enim dixit : Non potest Filius a seipso facere quidquam, nisi potestatem a Patre acceperit (hoc enim revera impotentiæ per distinctionem adjungi oportebat, si hoc dictum imbecillitatem ipsius proditurum erat), verum quid? « Nisi quod viderit Patrem facientem. » Perspicisne quonam pacto honoris ac roboris æqualitatem, eamdemque substantiam prædicet?

ΤΛϚ'. — ΗΡΩΝΙ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝῼ.

B Τοῖς ἐν τῇ σκηνῇ, ὦ βέλτιστε, σπουδὴ μεγίστη, οὐ τὸ σωφρονίζειν πολλοὺς τοῖς σκώμμασιν, ὡς ἔφης, σαυτὸν, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου παραλογιζόμενος, ἀλλὰ τὸ πολλοὺς ἁμαρτάνειν. Ἐν γὰρ τῇ κακίᾳ τῶν θεατῶν τὴν εὐημερίαν ἔχουσιν, ὥστε εἰ ἐκεῖνοι βελτίους γένοιντο, τούτοις ἂν ἀπόλοιτο ἡ τέχνη. Οὔτε οὖν ἕλοιντο ἐπανορθῶσαι τοὺς πταίοντας, καὶ βουληθεῖσιν, οὐχ οἷόν τε. Πέφυκε γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βλάπτειν ἡ μίμησις.

CCCXXXVI. — HERONI REMPUBLICAM GERENTI.

Scenicis, vir optime, summum hoc studium est, non ut per ipsorum cavillos multi meliores reddantur (quemadmodum ipse dixisti, teipsum, et eos, qui te audiunt, decipiens), verum ut multi peccent. Etenim in spectatorum improbitate felicitatem suam constitutam habent. Ita fit, ut si illi meliores efficiantur, sua his ars peritura sit. **389** Quamobrem nec unquam eos, qui delinquunt, corrigere in animum induxerint, nec, si velint, id possint. Mimica enim eorum ars natura tantummodo ad nocendum comparata est.

ΤΛΖ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

C Ὥσπερ ἄριστος ἰατρὸς τέχνῃ πρὸς συμμαχίαν τῆς ἀῤῥωστούσης φύσεως ὡπλισμένος, ὅταν πολύτροποι (65) νοσημάτων ἰδέαι τὸ σῶμα πολιορκῶσι, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἱστάμενος (ὁ γὰρ ἐξὸν σῶσαι, περιορῶν, τῆς ἀπωλείας δηλονότι αἴτιος) τὰ ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν ἐπιδεχόμενα τηρεῖ δεύτερα, ἵνα μὴ ταῦτα δόξας νενικηκέναι, ὑπ' ἐκείνου λάθῃ νικώμενος τοῦ καὶ τὴν δόξασαν γεγενῆσθαι νίκην εἰς ἧτταν περιτρέποντος· οὕτω καὶ αὐτὸς, τῇ συνέσει τὴν τῆς θεραπείας τῶν ψυχῶν ἐπιστήμην κεράσας, πρὸς τὸ κατεπεῖγον βλέψον. Ἐκείνου γὰρ ἰαθέντος ἐλπὶς καὶ τὰ λοιπὰ συνιαθήσεσθαι.

CCCXXXVII. — THEODOSIO EPISCOPO.

Quemadmodum optimus medicus ad ægrotantis naturæ subsidium arte instructus et armatus, cum variis morborum generibus corpus obsidetur, adversus eum, qui acrius urget in procinctu stans (qui enim cum salutem afferre liceat, id facere negligit, interitus scilicet causa est) eos, qui moram ac dilationem admittunt, in posterius servat, ne alioqui, dum hos vicisse sibi videtur, ab illo, qui etiam victoriam eam, quæ exstitisse videbatur, in cladem convertit, imprudens superetur : eodem modo tu quoque mandatarum animarum scientiam prudentia temperans, ad id, quod amplius urget, oculorum aciem intende. Nam eo sanato, spes est fore ut reliqua etiam sanentur.

ΤΛΗ'. — ΩΡΙΩΝΙ.

D Αἱ μὲν τοῦ σώματος ἡδοναὶ στωμύλαι (66) εἰσὶ, καὶ δειναὶ γοητεῦσαι, καὶ τὸν λογισμὸν τῆς ἡγεμονίας ἐκβάλλειν, καὶ πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν. Ἀλλ' εἰ ὁ θυμὸς τῷ λογισμῷ συμμαχήσειε, καὶ καθάπερ ὑπασπιστὴς βασιλεῖ ὑπακούσειε, ῥᾳδίως ἐκεῖναι καταγωνισθήσονται. Δικαίας γὰρ ὀργῆς κατ' αὐτῶν κινηθείσης οὐχ ὑποστήσονται τὴν ἀπειλὴν,

CCCXXXVIII. — ORIONI.

Corporis quidem voluptates lepidæ sunt, eamque vim habent ut hominem velut præstigiis quibusdam illiciant, ac rationem e principatu exturbent, atque omnia sursum et deorsum misceant. At si ira rationi suppetias ferat, ac tanquam stipator regi obedientem se præbeat, facili negotio illæ opprimentur. Justa enim ira adversus eas excitata, minas haud

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(65) Πολύτροποι ad eodem. cod. mutatur in πολυτρόπων. Vers. 4 et 5 tollit idem signa parenthesis. Possin.

(66) Cod. Vat. 650, αἱμύλαι. Versu epist. penult. παρεσκευάσατο pro παρεκελεύσατο legit. Id.

quaquam sustinebunt : verum irrito conatu abibunt, victoriam rationi, quæ victrix esse debet, concedentes. Atque hoc est quod Psaltes quidem monuit, tu autem intelligere cupis : « Irascimini, et nolite peccare [36]. »

ἀλλὰ φροῦδοι οἰχήσονται, τὸ νικᾷν, τῷ νικᾷν ὀφείλοντι λογισμῷ ἐπιτρέψασαι. Καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅπερ ὁ Μελῳδὸς μὲν παρεκελεύσατο, σὺ δὲ μαθεῖν ἠθέλησας· « Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. »

CCCXXXIX. — NEMESSIANO SCHOLASTICO.

Quemadmodum gentiles et Judæos, et si qui sunt qui eorum dogmata consectentur, impios et vecordes esse statuo, quod prophetas nihil de Salvatore locutos esse pronuntient : eodem modo eos, qui universum Vetus Testamentum ad ipsum transferre conantur culpa minime carere sentio, ut qui in ea pugna, quam adversum nos ineunt, adversarios adjuvent. Nam dum quæ de ipso non sunt dicta ad ipsum velut obtorto naso trahere ab ipsis convincuntur, eorum etiam in his, quæ vere ac disertis verbis de eo dicta sunt, suspicionem pariunt. Atqui non ita facere convenit : verum ea quidem, quæ ad eum aperte spectant, dicere ; quæ autem de aliis rebus, ea de his rebus, de quibus dicta sunt, dicta esse sinere. Nam hæc demum veritatis ac demonstrationis regula est. Qui autem ea, quæ ad eum minime attinent, proferunt, hoc efficiunt, ut ea etiam, quæ ipsi conveniunt, evertantur.

ΤΛΘ'. — ΝΕΜΕΣΣΙΑΝῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ὥσπερ Ἕλληνας, καὶ Ἰουδαίους, καὶ εἴ τινες τὰ ἐκείνων ἐζήλωσαν, ἀσεβεῖς τε καὶ ἀνοήτους (67) ὁρίζομαι, ἀποφαινομένους μηδὲν περὶ τοῦ Σωτῆρος τοὺς προφήτας εἰρηκέναι· οὕτως τοὺς πᾶσαν τὴν Παλαιὰν εἰς αὐτὸν μεταφέρειν πειρωμένους, οὐκ ἔξω αἰτίας τίθημι, ἅτε δὴ ἐν τῇ καθ' ἡμῶν μάχῃ τρόπον τινὰ τοῖς διαδίχοις συμπράττοντας. Τῷ γὰρ ἐλέγχεσθαι παρ' ἐκείνων περὶ αὐτοῦ μὴ εἰρημένα εἰς αὐτὸν ἕλκειν ἐκβιαζόμενοι, τούτων κἂν τοῖς περὶ αὐτοῦ ἀληθῶς καὶ διαῤῥήδην εἰρημένοις, ὑπόνοιαν τίκτουσι. Χρὴ δ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς αὐτὸν εἰρημένα, σαφῶς λέγειν, τὰ δὲ περὶ ἄλλων πραγμάτων ἐᾶν περὶ ἐκείνων εἰρῆσθαι, περὶ ὧν εἴρηται. Οὗτος γὰρ καὶ ἀληθείας καὶ ἀποδείξεως ὅρος. Οἱ δὲ τὰ μὴ προσήκοντα προφέροντες, καὶ τὰ προσήκοντα ἀνατρέπεσθαι παρασκευάζουσι.

CCCXL. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Vir quidam disertus, atque et moribus integer, et vita splendidus (nam quod etiam **390** ipse luculenta dignitate ornatus sit, prætéribo : umbra enim hoc est et insomnium), me convenit, illudque narravit se ad venerandum quidem altare accessisse, ut divina mysteria perciperet : at ubi te, hominem, ætate quidem senem, dignitate autem presbyterum, libidine autem vigentem, atque omnes, quorum impudicitia hominum sermone celebratur, superantem, illic astare conspexit, pedem retulisse ; quod scilicet indignam rem esse duxisset, sacrosancta mysteria per impuram ac scelestam manum suscipere. Ego vero his auditis quantum animo vulnus acceperim, dicere prætermittam : quibus autem verbis eum gravissime repredenderim, exponam. Nullo, inquam, detrimento, vir sapientissime, is, qui suscipit, afficitur, etiam si is qui tribuit indignus esse videatur; neque incontaminata mysteria conspurcantur, etiamsi sacerdos omnes mortales improbitate superet. Quod si mihi diffidis, corvum cogita, impurum, inquam, illud atque in pullos suos crudele animal, cujus opera ille in cœlum excurrens ac cœli civis Elias alebatur [37]. Atque alia insuper multa dixi, quæ duplici de causa ad te scribere recusavi : altera, ne supervacaneam prolixitatem epistolæ adderem ; altera, ne tua vitia nimium exaggerare videar. Quemadmodum igitur illi succensui, sic etiam te moneo ut aut resipiscas, aut a venerando altari abscedas ; ne alioqui eos, qui ad ipsum accedere instituunt, per tuas actiones submoveas.

ΤΜ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ ὀρθὸς μὲν τὸν τρόπον, λαμπρὸς δὲ τὸν βίον (τὸ γὰρ καὶ ἀξιώματι αὐτὸν λαμπρῷ κεκοσμῆσθαι, παρήσω· σκιὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὄναρ), ἐντυχὼν ἡμῖν ἀπήγγειλεν, ὅτι προσῆλθε μὲν τῷ σεπτῷ θυσιαστηρίῳ τῶν θείων μυστηρίων μεταληψόμενος· θεασάμενος δέ σε αὐτῷ παρεστῶτα, ἄνθρωπον πρεσβύτην μὲν τὴν ἡλικίαν, πρεσβύτερον δὲ τὴν ἀξίαν, ἀκμάζοντα δὲ τῇ λαγνείᾳ, καὶ πάντας τοὺς ἐπ' ἀσελγείᾳ βεβοημένους ὑπερακοντίσαντα, εἰς τοὐπίσω κεχώρηκε, μὴ ἀξιώσας τὰ ἱερὰ μυστήρια διὰ μιαρᾶς χειρὸς δέξασθαι. Ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἐπλήγην τὴν ψυχὴν ταῦτα ἀκούσας, παρήσω· ἃ δ' ἐκεῖνον καταχράτος ἐμεμψάμην, λέξω. Οὐδὲν, ἔφην, ὦ σοφώτατε, παραβλάπτεται ὁ δεχόμενος, εἰ καὶ ὁ διδοὺς ἀνάξιος εἶναι δοκοίη, οὐδὲ τὰ ἄχραντα χραίνεται μυστήρια, εἰ ὁ ἱερεὺς πάντας ἀνθρώπους εἰς κακίαν παρελάσειεν. Εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐννόει τὸν κόρακα, τὸ ἀκάθαρτον καὶ μισότεκνον ζῶον, δι' οὗ ὁ οὐρανοδρόμος καὶ οὐρανοπολίτης Ἠλίας ἐτρέφετο. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἔφην, ἅπερ γράψαι σοι δυεῖν ἕνεκεν παρῃτησάμην, τοῦ τε μὴ μῆκος περιττὸν τῇ ἐπιστολῇ προσθεῖναι, τοῦ τε μὴ δόξαι λίαν τὰ σὰ ἐκτραγῳδεῖν κακά. Ὥσπερ τοίνυν ἐκείνῳ ἐμεμψάμην, οὕτω καὶ σοὶ παραινῶ, ἢ μεταγνῶναι, ἢ ἀποστῆναι τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου, ἵνα μὴ τοὺς προσιέναι αὐτῷ προῃρημένους, διὰ τῶν σαυτοῦ πράξεων ἀπελαύνοις.

[36] Psal. IV, 5. [37] III Reg. XVII, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) Idem cod., ἀνόμους. ID.

ΤΜΑ'. — ΠΑΥΛΩ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος. »

Ἐπειδὴ Ἑβραῖοι τεσσαράκοντα ἔτη τῷ μάννα τρεφόμενοι, οὐκ ἀξιοπίστῳ, ὅσον κατ' ἀνθρώπινον λογισμὸν, πρὸς ἰσχὺν σωμάτων τυγχάνοντι, διέμενον ἐπὶ τῆς ἴσης ἀλκῆς τε καὶ ῥώμης, ἴσως δὲ καὶ μείζονος ἀπέλαυον δυνάμεως (οὐ γὰρ ἡ τροφὴ, ἀλλ' ὁ θεῖος ὅρος διεκράτει καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα), ἔφη ὁ νομοθέτης, ὅπερ μαθεῖν [ἢ] ἐθέλησας (68)· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. » Ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς διακρουόμενος τὸ διαβολικὸν μηχάνημα, προεβάλλετο, καὶ κατέσεισε τοῦ πειράζοντος τὴν ἰσχύν.

A

CCCXLI. — PAULO.

In illud, « Non in solo pane vivit homo [38]. »

Quoniam Hebræi, cum quadraginta annorum spatio manna alerentur (quod, si humanam rationem spectes, ad robur corporibus afferendum parum idoneum erat), in eadem fortitudine ac robore persistabant, ac fortasse majorem etiam vim consequebantur (non enim alimonia, sed divinum decretum animas et corpora conservabat), idcirco, id quod tibi exponi quæsisti, legislator dixit : « Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. » Quod etiam Christus, diabolicam machinam propulsans, opposuit : atque hac ratione tentatoris vires concussit ac perfregit.

ΤΜΒ'. — ΘΕΩΝΙ.

Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν.

Λανθάνουσιν αἱρετικοὶ δι' ὧν κατασκευάζουσι, διὰ τούτων ἁλισκόμενοι, καὶ δι' ὧν νικᾷν οἴονται, διὰ τούτων λαμπρῶς ἡττώμενοι. Εἰ γὰρ κτίσμα ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸ μεῖζον κατ' αὐτοὺς ἵσταται. Τὸ γὰρ μεῖζον λέγεται ἐκ συγκρίσεως, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἀσυγκρίτου ὑπεροχῆς. Ποίαν οὖν σύγκρισιν ἔχει τὸ κτίσμα πρὸς τὸν Κτίστην; λεγέτωσαν οἱ σοφοί.

B

CCCXLII. — THEONI.

De Arianis et Eunomianis.

Non animadvertunt hæretici per ea ipsa, quæ astruunt, se irretiri, ac per ea ipsa perspicue vinci, per quæ se vincere arbitrantur. Nam si creatum quiddam est Filius, ne majus quidem de eorum sententia stat. Majus enim ex comparatione dicitur, non autem ex incomparabili præcellentia. Quamnam igitur id quod creatum est, cum Creatore comparationem habeat, sapientes et eruditi homines velim exponant.

ΤΜΓ'. — ΠΕΤΡΩ.

Οὐ μικρὸν συνετὸς ἀκροατὴς, ὁ μὴ μόνον θαύματι διακόπτων τοῦ λόγου τὸν δρόμον, ἀλλὰ καὶ ἐπινοῶν τὰ δυσθεώρητα, καί τι παρ' ἑαυτοῦ εἰσφέρειν δυνάμενος. Ὅτι δὲ οὐ μικρὸν, μετὰ τῶν ἄλλων τῶν μεγάλων καὶ ἐξαιρέτων ὧν ἠπείλησεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ παραιρεῖσθαι (69), καὶ τὸν συνετὸν ἀκροατὴν ἐνέταξεν· οὐκ ἂν τοῦτο φήσας, εἰ μηδὲν μέγα συνετέλει. Διὸ καὶ ὁ Παροιμιαστὴς ἔφη, « Οὖς ἀκροατοῦ, ἐπιθυμία σοφοῦ. » Οὐ γὰρ πολλοὺς πόνους, οὐθ' ἱδρῶτας αὐτῷ παρέχει, ἀλλ' ἀφορμὰς μόνον καὶ σπέρματα ἀπαιτεῖ. Πρὸς γὰρ τὴν γεωργίαν ἡ σύνεσις ἀρκεῖ.

391 CCCXLIII. — PETRO.

Non parvi momenti res est acutus et sagax auditor, qui non tantum ob admirationem orationis cursum interrumpit, verum etiam ea quæ arduæ contemplationis sunt, excogitat, atque a seipso aliquid C erogare potest. Quodque non parvi momenti sit, hinc constat quod Deus una cum magnis aliis et eximiis rebus, quæ se Hierosolymitanæ urbi detracturum minabatur, prudentem quoque ac sagacem auditorem adjunxit. Quod profecto non dixisset, si nihil magni ipse conferret. Eaque de causa Parœmiastes his verbis usus est : « Auris auditoris, desiderium est sapientis [39]. » Neque enim multos labores ac sudores ipsi exhibet, verum argumenta duntaxat ac semina requirit. Siquidem ad cultum ac segetem ingenii sagacitas sufficit.

ΤΜΔ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ.

Ἴσθι, ὦ καθαρότητος τέμενος, ὡς ᾄδῃ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν· παράδοξον γὰρ ἔργον ἀνύσας (70), παραδοξότερον αὐτὸ πεποίηκας τῷ τάχει. Ἦν μὲν γὰρ καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μέγα, τὸ δὲ τάχος μεῖζον, μᾶλλον δὲ μέγιστον αὐτὸ ἔδειξε, κοσμῆσαν τὴν χάριν καὶ χαριεστέραν πεποιηκός. Διάλαμπε τοίνυν ἐν τοῖς τοιούτοις κατορθώμασι. Πρέπει γάρ σοι.

CCCXLIV. — HIERACI CLARISSIMO.

Hoc scias velim, o pietatis delubrum, te tota urbe celebrari. Nam cum admirabile opus confeceris, D admirabilius illud per celeritatem effecisti. Erat enim id quidem per se quoque magnum : at celeritas majus ipsum, imo maximum reddidit, qua beneficium ornatum est, gratiusque ac iucundius effectum. Quamobrem in hujusmodi virtutibus fac eluceas. Id enim te dignum est.

ΤΜΕ'. — ΑΡΠΟΚΡᾼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

Περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ θείου κηρύγματος.

Εἰ ἀγχίνοια ἀνθρώπου τῆς τῶν γραμμάτων εἰδή-

CCCXLV. — ARPOCRÆ SOPHISTÆ.

De virtute divinæ prædicationis.

Si humani ingenii acrimonia, litterarum scientiæ

[38] Matth. IV, 4. [39] Eccli. XXV, 12.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(68) Pro ἐθέλησας cod. Vat. 650 scribit ἐζήτησας, et præcedens ἢ tollit. POSSIN.

(69) Idem cod., παραινεῖσθαι. ID.

(70) Hæc, παράδοξον.... ἀνύσας, omittebat ed. Paris.; adduntur ex cod. Vatic. 650. EDIT.

anteferlur, quid mirum si apostoli, qui indocti atque illitterati erant, divina sapientia impleti, dialecticos etiam et oratores superarunt? Nam si eum quidem qui legit, interpretationem ignorare verisimile est, eum vero qui litterarum notas ignorat, eorum quæ scripta sunt mentem tenere impossibile est. Verum persæpe usu venit ut qui legit, sensum nesciat: qui autem audit, si modo majori acumine sit et ingenii acrimonia præstet, eum intelligat, etiamsi alioqui litterarum notas minime cognitas habeat. Nam qui ob elementorum ignorationem ea, quæ litteris consignata sunt, percipere nequit, hujus sæpenumero, dum alii legunt, ingenium viget. Quocirca cum mentis acumen scientiam superet, quid afferri potest, quin divina sapientia sermonum artificium vincat?

A σεως προκρίνεται, τί θαυμαστὸν εἰ οἱ Ἀπόστολοι, ἰδιῶται ὄντες καὶ ἀγράμματοι τῆς θείας ἐμπεπλησμένοι σοφίας, καὶ τῶν διαλεκτικῶν, καὶ τῶν ῥητόρων ἐκράτησαν; Εἰ γὰρ τὸν μὲν ἀναγινώσκοντα μὴ εἰδέναι τὴν ἑρμηνείαν εἰκὸς, τὸν δ' ἀγνοοῦντα τῶν γραμμάτων τοὺς χαρακτῆρας τὸν νοῦν ἐπίστασθαι τῶν γεγραμμένων ἀδύνατον. Ἀλλ' ἔστι πολλάκις τὸν μὲν ἀναγινώσκοντα μὴ εἰδέναι τὸν νοῦν (71), τὸν δ' ἀκούοντα ὀξύτερον ὄντα καὶ συνέσει διαφέροντα εἰδέναι, καίτοι τῶν γραμμάτων μὴ ἐπιστάμενον τοὺς χαρακτῆρας. Ὧ γὰρ ἀδύνατος ἡ κατάληψις τῶν ἐγκειμένων διὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν στοιχείων, τούτῳ ἡ σύνεσις ἀκμάζει πολλάκις, ἄλλων ἀναγινωσκόντων. Εἰ τοίνυν ἀγχίνοια τῆς ἐπιστήμης κρατεῖ, πῶς οὐ θεία σοφία, λόγων τέχνης περιέσται;

CCCXLVI. — LAMPETIO EPISCOPO.

De altari.

Quandoquidem inexpugnabilis atque omni contradictione major ea oratio est, cui adversarii assentiuntur, idcirco ad quamque nationem ex iis quæ apud eam moribus recepta sunt, disserendum est. Quod etiam ille sensorum Christi dispensator Paulus faciebat, apud Judæos quidem de Scripturis disputans, apud Athenienses autem ab ara. Idcirco dicebat: « Factus sum legem non habentibus tanquam legem non habens [49]. » Perinde enim ac si **392** de lege nihil audiisset, ab ara monendi materiam arripiebat, non quod aram plus auctoritatis quam Scripturas habere judicaret, sed ut eos, qui nullam ipsis fidem arrogabant, ab ipsorummet dogmatibus subigeret.

B

ΤΜϚʹ. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Περὶ τοῦ βωμοῦ.

Ἐπειδὴ ἄμαχος καὶ ἀναντίῤῥητος πᾶς λόγος παρὰ τῶν ἐναντίων συνομολογούμενος, ἑκάστῳ ἔθνει ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς νενομισμένων διαλεκτέον, ὃ καὶ [ὁ] τῶν [τοῦ] Χριστοῦ νοημάτων ταμίας ἐποίει Παῦλος, Ἰουδαίοις μὲν ἀπὸ τῶν Γραφῶν διαλεγόμενος, Ἀθηναίοις δὲ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ. Διὸ καὶ ἔφη, « Ἐγενόμην τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος. » Ὡς γὰρ ἀνήκοος ὢν τοῦ νόμου, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν παραίνεσιν ἐποιεῖτο, οὐ τὸν βωμὸν ἀξιοπιστότερον τῶν Γραφῶν ἡγούμενος, ἀλλὰ τοὺς ἀπιστοῦντας αὐταῖς, ἀπὸ τῶν οἰκείων χειρούμενος δογμάτων.

CCCXLVII. — PAULO TRIBUNO.

Vetus sermo, ac lex omnium hominum judicio recta et laudanda, hoc præscribit, ut ne quis lapsis insultet, nec jacentes trucidet, verum tanquam supplices misereatur, captisque manum porrigat. Audio autem feras etiam, quibus plus animi inest, id quidem, quod obluctatur, ulcisci: quod autem fractum et debilitatum est, misericordia prosequi solere. Cum igitur, et apud homines, et apud feras inimicitiæ ac belli certi limites sint quos transilire minime oporteat, ne tu quoque committas, ut iis qui victi sunt, irascaris, nec eos qui humi prostrati sunt tanquam hostes premas.

C

ΤΜΖʹ. — ΠΑΥΛῼ ΤΡΙΒΟΥΝῼ.

Παλαιὸς λόγος (72) διαγορεύει, καὶ θεσμὸς εὖ ἔχειν ἅπασιν ἀνθρώποις δόξας, μὴ ἐπεμβαίνειν τοῖς πεπτωκόσι, μηδὲ κατασφάττειν τοὺς κειμένους, ἀλλ' αἰδεῖσθαι ὡς ἱκέτας, καὶ χεῖρα ὀρέγειν τοῖς ἑαλωκόσιν. Ἀκούω δὲ ὅτι τὰ θηρία, οἷς μέτεστι φρονήματος, τὸ μὲν ἀνθεστηκὸς ἀμύνεται· τὸ δὲ ἀπειρηκὸς αἰδεῖται. Εἰ τοίνυν καὶ παρὰ ἀνθρώποις, καὶ παρὰ θηρσὶν εἰσιν ἔχθρας καὶ πολέμου ὅροι, οὓς οὐ χρὴ ὑπερβαίνειν· μηδὲ αὐτὸς ὀργίζου τοῖς ἡττημένοις, μηδὲ τοῖς χαμαὶ κειμένοις ὡς ἀντιπάλοις ἔγκεισο.

CCCXLVIII. — ISAIÆ.

Si tu illud veritus, ne is qui a te contumelia affectus est prior te accusaret, existimasti fore ut, si anteverteres, culpam adumbrares, ac crimina ea, quæ in te conferuntur, succideres, scitum revera, ne dicam malignum ac veteratorium, est hoc artifi-

D

ΤΜΗʹ. — ΗΣΑΙᾼ.

Εἰ μὲν τοῦτο δεδιὼς, μὴ φθάσῃ ἐγκαλέσας ὁ παροινηθεὶς παρὰ σοῦ, ᾠήθης προλαβὼν ἐπισκιάσασθαι (73) τὰς αἰτίας, καὶ τὰς μέμψεις τὰς κατὰ σαυτοῦ ὑποτεμεῖσθαι, σοφὸν τῷ ὄντι, ἵνα μὴ κακοῦργον εἴπω, καὶ τοῦτο μηχάνημα· εἰ δ' ὡς ἀληθῶς αἰ-

[49] I Cor. IX, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(71) Quæ leguntur in edito hæc verba, ἀλλ' ἔστι πολλάκις τὸν μὲν ἀναγινώσκοντα μὴ εἰδέναι τὸν νοῦν, ea cuncta in cod. Vat. 650 velut ὑποβολιμαῖα omittuntur. Vers. ult. ep. idem pro λόγων scribit λόγου. POSSIN.

(72) Pro παλαιὸς λόγος melius legit cod. Vat. 650, παλαιὸς νόμος. V. 5 inter ὅτι et τὰ interserit idem καί. ID.

(73) Pro ἐπισκιάσασθαι idem cod. habet ἐπισκιάσαι, et vers. seq. pro ὑποτεμεῖσθαι, ὑποτεμεῖς. Denique vers. pen. ep. pro ἑάλως legit ἑάλω. ID.

ῥήσειν προσδοκῶν, ἠλίθιόν τι πέπονθας. Οὐ γὰρ ἂν ἁλοίη ἐφ' οἷς ἤδη ἑάλως κατὰ τὴν τῶν γραψάντων ἀψευδῆ μαρτυρίαν.

A cium. Si autem hoc ea spe atque exspectatione fecisti, tanquam judicio superior vere discessurus, in quadam profecto stultitia versaris. Neque enim ille ob ea convincetur, ob quæ tu jam juxta verum eorum, qui scripserunt, testimonium convictus es.

ΤΜΘ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ἴσθι, ὦ θαυμασιώτατε, ὅτι μήτ' ἐξειπὼν, μήτε κοινωσάμενός (74) μοι ὁ δοκῶν εἶναι φίλος (ᾔδει γὰρ οὐκ ἀνεξόμενον, οὐδὲ συγχωρήσοντα αὐτῷ λῦσαι πολυχρόνιον φιλίαν) πέπραχεν ἃ πέπραχε. Διὸ καὶ τῆς φιλίας ἡμῶν ἀπεκηρύχθη.

CCCXLIX. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Illud scito, vir cumprimis admirande, eum, qui amici speciem præ se ferebat, re mihi minime significata nec communicata (norat enim me non perpessurum, nec ipsi permissurum, ut amicitiam vetustam discinderet), ea fecisse quæ fecit. Ac proinde ab amicitia nostra proscriptus est.

ΤΝ'. — ΕΡΜΕΙᾼ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῼ.

Περὶ τοῦ, « Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. »

Κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ὅτι οἱ ποιηταὶ τοὺς πλεονεκτήμασιν εὐγενείας ἐμπρέπειν οὐκ ἔχοντας, μυθολογίαις ἀπίστοις ἐσέμνυναν.

CCCL. — HERMIÆ GRAMMATICO.

De eo, « Dicentes esse sapientes stulti facti sunt [41]. »

B Illud ignorare videris, poetas, eos qui veris nobilitatis dotibus eminere non poterant, incredibilibus fabulis exornasse.

ΤΝΑ'. — ΑΝΤΩΝΙῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Ὁ τῆς παρθενίας ἀγὼν, μέγας μὲν καὶ λαμπρὸς καὶ ἔνθεος (πρὸς γὰρ τὴν ἔμφυτον τοῦ σώματος ἡδονὴν ὁ πόλεμος), ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄθλοις (75) ἐξευμαρίζει τοὺς πόνους. Ῥᾳδίως γὰρ φιλοχρηματίας κρατήσει, κόσμου σωματικοῦ, ἀνδρός τε καὶ παίδων μὴ φροντίζουσα, δι' ὃ ὁ τῶν χρημάτων πορισμὸς ἀναγκαῖος εἶναι τοῖς ἀφιλοσόφοις δοκεῖ· πένθει τε ἀνάλωτος ἔσται. Οὐ γὰρ ἤνθησε κλάδους, οἷς συνανθοῦσι καὶ αἱ φροντίδες καὶ τὰ πένθη (76). Ζώντων μὲν γὰρ τῶν παίδων, ἀναγκάζονται μεριμνᾷν, τεθνεώτων δὲ πενθεῖν. Ὀδυνῶν τε καὶ ἀθυμιῶν ἔξω ἐσκήνωται, μηδ' ἀνδρὸς δουλευομένη φρονήματος, μήτε ὠδῖσι ταῖς τοῦ θανάτου γείτοσι διακοπτομένη. Οὐ παρευδοκιμουμένη ζηλοῖ, οὐκ ἀγαπωμένη ὑπτιοῦται. Οὐκ ἀποστρεφόμενον κολακεύει, οὐ μισοῦντα θωπεύει, οὐχ ὑβρίζοντα ἀποστρέφεται, ἀλλὰ πάντων τούτων τῶν ἀνηκέστων κακῶν (77) ἀπαλλαγὴ, ἡ πρὸς τὴν ἔμφυτον ἐπιθυμίαν μάχη, ἧς κρατοῦσα, πάντα ἐκεῖνα ὑποκύπτοντα ἔχει. Διὸ καὶ ὁ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀκριβῶς βασανίσας τὴν φύσιν, ἔγραφε περὶ τῶν πάντα ὑπομενόντων τὰ δυσχερῆ, ἵνα μόνον τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας λύτταν μὴ χειρώσωνται, « Θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. » Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ μὲν τὴν ἀποστολικὴν συμβουλὴν, ὡς διὰ πραγμάτων μὴ δεικνυμένην ἀτιμάζοντες, τὸ δ' ἀληθὲς τῇ ἡδονῇ συνηγοροῦντές φασιν, ὅτι, θλῖψιν μὲν οὐκ ἔχουσιν οἱ τὸν γάμον ἀσπασάμενοι, ἀλλὰ καὶ τέρψιν καὶ τρυφήν· πολλοὶ δὲ δεινότητι χρώμενοι, καὶ ἀνδρειοτέρους ἑαυτοὺς τῶν τὴν ἁγνείαν ἐστεμμένων οἰόμενοι, οὐ δεόν-

CCCLI. — ANTONIO SCHOLASTICO.

Virginitatis certamen magnum quidem et præclarum ac divinum est (nam adversus corporis voluptatem ipsi bellum est), at in aliis certaminibus labores minuit. Etenim pecuniarum amorem facile vincet, cum corporis ornatum, ac virum, et liberos, ob quæ pecuniarum quæsitio hominibus parum philosophis necessaria esse videtur, minime curet. Mœrori etiam haudquaquam obnoxia erit; non enim ramos protulit, cum quibus et

C curæ et mœrores efflorent. Viventibus quippe filiis, sollicito animo esse coguntur; morte autem functis, in luctu versari. A doloribus item et

393 animi angoribus immunis est, ut quæ nec viri arrogantiæ tanquam in servitutem addicatur, nec partus doloribus mortis vicinis interrumpatur. Cum superatur, invidiam non concipit : non, cum amatur supino animo est; non aversanti se assentatur : non odio habenti blanditur : non eum, a quo contumeliis afficitur, aversatur : verum ab omnibus his pestiferis vitiis libera est pugna adversus cupiditatem a natura insitam : quam cum superat, omnia illa sibi subjecta habet. Qua etiam de causa is, qui humanarum rerum naturam accurate perpenderat, de iis, qui molestias omnes sustinent, ut duntaxat libi-

D dinis rabiem minime subigant, scribebat : « Tribulationem carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco [42]. » At quoniam permulti apostolicum consilium, quod per res ipsas minime demonstratur, contemnentes, imo revera voluptatis patrocinium suscipientes, eos, qui matrimonium amplexi sunt,

[41] Rom. I, 22. [42] I Cor. VII, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(74) Pro κοινωσάμενος idem cod. legit κοινωνησάμενος, et vers. ult. pro ἀπεκηρύχθη, ἀπέστη. Id.

(75) Pro ἄθλοις idem cod. scribit λόγοις, et vers. 7 ep. pro ἀφιλοσόφοις, φιλοσωμάτοις. Possin.

(76) *Ἤνθησε κλάδους, οἷς συνανθοῦσι καὶ αἱ φροντίδες καὶ τὰ πένθη.* Eleganter περιφράζει liberos. Sic Eveni apud Plutarchum et Artemidorum laudatus versus exclamat :

Ἰδὲ ὅση λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον. Ritt.

(77) Idem cod., κακιῶν. Vers. inde quarto μόνον mutat in μόνην. Possin.

tribulationem habere negant, verum oblectationem potius ac delicias, ac plerique etiam vim dicendi adhibentes, parum convenienter asserunt ignavæ animæ istud argumentum esse : nam dum cœlibatus sanctitati sese dicarunt, generationi aditum præcluserunt, matrimonii expertes manentes : atque dum per difficultatum nuditatem adversus rerum mutationes strenue se gesserunt similiter quodammodo faciunt, ut si quis corpore vacans, glorietur se nullo ulcere affici posse : eodem enim modo ipsi quoque inopinatas fortuitarum rerum incursiones pertimescentes, gignendorum liberorum legem contempserunt, ut qui videlicet adversus mutationes sterilitate sese muniverint, ac per eam hoc sibi compararint, ut vinci et capi non possint; nos autem qui inopinatis mutationis momentis nos ipsos tradidimus, nec calonum more adversus eam collocati extra aciem stetimus, verum, vita nostra ipsius telis exposita concessaque ei amplissima facultate, nos in quibus ipsi libuerit rebus feriendi adversus eam armati sumus, adeo ut etiam cum vulneramur, non feriamur, et cum telo petiti sumus, sine aculeo configamur atque in rerum molestarum experimento dogma illud confirmantes, nimirum virtutem mutationis dominio minime subjectam esse, certissimum documentum edimus. Quoniam igitur illi hujusmodi quædam colligentes in adversam partem declamitant, quod scilicet a virginitatis quidem certaminibus vinci se atque a tergo relinqui erubescant, speciosam autem defensionem proferre arbitrentur, per ipsas quidem res atque in ipsis certaminibus intelligent, quanto et uxori maritus, et marito uxor, et uxoris ac filiorum cura ad salutem impedimento sit : convincuntur autem nunc quoque per ea in imam malorum voraginem impelli, per quæ ipsi se, partim delicias et voluptates percepturos, **394** partim majores coronas consecuturos esse confidebant. Quibus enim perturbationibus non obnoxii sunt? Quod cauponæ genus non tractant? Quot molestias perferunt, nec eas sentiunt? Quid enim boni eos non præterit? Quid autem apud eos habitat, quod laudem mereatur? Nec tamen hæc eo commemoro, quod illos, qui honorabile connubium amplectuntur, abdicem ac proscribam (absit!) verum ut eos, qui lubrica et petulanti lingua matrimonium virginitati anteferre audent, perstringam. Quanto enim cœlum terra præstantius est, et anima corpore : tantum etiam virginitas conjugio antecellit. Illa enim primas partes in acie tenet, ac phalangis frontem exornat, illustria-

A τως λέγουσιν, ὅτι ἀγεννοῦς τοῦτο ψυχῆς τεκμήριον. Ταῖς γὰρ τῆς ἀγαμίας ἁγιστείαις ἀφιερώσαντες ἑαυτοὺς, ἀπέκλεισαν τῇ γενέσει τὰς διεξόδους, γάμων ἀμύητοι μείναντες, καὶ τῇ τῶν ἀναγκῶν (78) γυμνότητι πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων νεανιευσάμενοι, παραπλήσιόν τι ποιοῦσιν, ὥσπερανεί τις ἀσώματος τυγχάνων ἐνηβρύνετο τῷ ἄτρωτος εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰς παραλόγους τῶν ἀβουλήτων ἐφόδους δείσαντες, τὸν τῆς παιδογονίας θεσμὸν ἠτίμασαν, ἀτεκνίᾳ ἑαυτοὺς πρὸς τὰς μεταβολὰς ὀχυρώσαντες, καὶ τὸ ἀνάλωτον διὰ ταύτης πραγματευσάμενοι. Ἡμεῖς δὲ ταῖς τῆς μεταβολῆς παραλόγοις ῥοπαῖς παραδόντες ἑαυτοὺς, καὶ οὐ ψιλῶν τάξιν πρὸς αὐτὴν ταγέντες, ἔξω τῆς φάλαγγος ἔστημεν, ἀλλὰ τοῖς βέλεσιν αὐτοῖς ὑποθέντες τὴν πολιτείαν, καὶ B ἀφθονίαν παρασχόντες εἰς ἃ βούλοιντο πλήττειν (79), πρὸς ἐκείνην ἐφραξάμεθα, ὡς καὶ τιτρωσκομένους μὴ πλήττεσθαι, καὶ βληθέντας, ἄκεντρα τοξεύεσθαι, καὶ ἐν τῇ τῶν δυσκόλων πείρᾳ τὸ δόγμα βεβαιούμενοι, ὡς ἀρετὴ (80) μεταβολῆς ἀδέσποτος, τὴν ἀκριβεστάτην ἐκφέρομεν βάσανον. Ἐπεὶ τοίνυν τοιαῦτά τινα συνείροντες καταρητορεύουσιν, αἰσχυνόμενοι μὲν ἐπὶ τῷ ἀπολελεῖφθαι τῶν τῆς παρθενίας ἄθλων, εὐπρόσωπον δὲ δοκοῦντες ἀπολογίαν προβάλλεσθαι, εἴσονται μὲν διὰ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τῶν ἐπάθλων, ὅσον γυναικὶ μὲν ἀνὴρ, ἀνδρὶ δὲ γυνὴ, καὶ γυναικὸς καὶ παίδων φροντίδες ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς σωτηρίαν· ἐλέγχονται δὲ καὶ νῦν εἰς τῶν κακῶν (81) πυθμένα, διὰ ταῦτα συνελαυνόμενοι, δι' ἃ καὶ οἱ μὲν τρυφῆς C καὶ ἀνέσεως ἀπολαύσεσθαι, οἱ δὲ καὶ μειζόνων στεφάνων ἀξιωθήσεσθαι προσεδόκησαν. Ποίοις γὰρ πάθεσιν οὐχ ὑπόκεινται; Ποίαν δὲ καπηλείαν οὐ μεταχειρίζονται; Πόσας δὲ ἀηδίας ὑπομένοντες, οὐκ αἰσθάνονται; Τί γὰρ τῶν καλῶν αὐτοὺς οὐ παριππεύει; Τί δὲ κατασκηνοῖ παρ' αὐτοῖς ἐπαίνου ἄξιον; Καὶ ταῦτα, οὐ τοὺς τὸν τίμιον γάμον ἀσπαζομένους ἀποκηρύττων λέγω (ἄπαγε) ἀλλὰ τοὺς ἀθυρώτῳ καὶ ὀλισθηρᾷ γλώττῃ (82) τολμῶντας τὸν γάμον τῆς παρθενίας ὑπερτιθέναι κωμῳδῶν. Ὅσον γὰρ οὐρανὸς γῆς, καὶ ψυχὴ σώματος διαφέρει· τοσοῦτον ἡ παρθενία τοῦ γάμου διενήνοχεν. Ἐκείνη μὲν γὰρ τὰ πρωτεῖα ἐν τῇ παρατάξει ἔχει, καὶ τὸ μέτωπον κοσμεῖ τῆς φάλαγγος, καὶ τὰ λαμπρὰ τρόπαια ἵστησιν· οὗτος δὲ σύμμετρος ὢν, καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις D ἔρεισμα δοθεὶς, δύναται μὲν σώζειν τοὺς φυλάττοντας, οὐ μὴν εἰς τὴν τῆς παρθενίας ἀνάξει κορυφήν. (83) Διὸ καὶ ὁ πνευματικὸς νόμος (84) τοὺς γήμαντας καὶ ἀμπέλους φυτεύσαντας εἰς τὸν κατὰ τῶν πνευματικῶν τῆς πονηρίας πόλεμον ἐξελθεῖν ἀπηγό-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(78) Idem cod., ἀναγκαίων. Possin.

(79) Post πλήττειν idem addit οὕτω, et paulo post ἐφραξάμεθα mutat in ἐφθεγξάμεθα. Vers. post 2, pro βληθέντες scribit βληθέντας. Id.

(80) Pro ὡς ἀρετὴ idem cod. legit ὡς γάρ ἐστι, et paulo post nomen ἀδέσποτος ponit in nominativo plurali. Id.

(81) Εἰς τῶν κακ. scribit cod. Vat. εἰς τὸν τῶν κ. etc. Vers. seq. ἀπολαῦσαι pro ἀπολαύσεσθαι. Id.

(82) Hæc verba, ἀθυρώτῳ καὶ ὀλισθηρᾷ γλώττῃ, absunt omnia a cod. Vat. 650. Id.

(83) Sequentia, δύναται μὲν σώζειν τοὺς φυλάττοντας, οὐ μὴν εἰς τὴν τῆς παρθενίας ἀνάξει κορυφήν, idem cod. transfert ab illo loco in vers. post 3, ubi ea collocat post ἀπηγόρευσε. Id.

(84) Deuteron. xx, 6. Similem allegoriam vide apud Clement. Alex. lib. ii *Stromat.*, p. 449. Ritt.

ρευσε. Μὴ τοίνυν οἱ τοιούτῳ κατεχόμενοι δεσμῷ τοῖς λελυμένοις ἁμιλλᾶσθαι οἰέσθωσαν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε. Μηδὲ οἱ χρηματισμῷ καὶ κόσμῳ σωματικῷ ὅλον ἑαυτῶν ἀναθέντες τὸν βίον, νομιζέτωσαν ἴσα ἆθλα λήψεσθαι τῶν ἀφιερωσάντων ἑαυτοὺς, καὶ τὰ τοῦ Κυρίου μεριμνώντων· ἀλλὰ ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει ἑαυτοὺς φυλάττοντες, μὴ ὁπλιζέτωσαν γλῶτταν κατὰ τῶν εἰς τὴν οὐράνιον κορυφὴν ἀναβάντων. Οὐ γὰρ ὁ γάμος κακόν· ἄπαγε· ἀλλὰ καὶ ἔννομον καὶ σύμμετρον ἀγαθόν. Ἀλλὰ τὰ ἐπισυρέντα τῷ γάμῳ κακὰ, ἱκανὰ καὶ τὴν τοῦ γάμου ἀμβλῦναι ἡδονήν. Εἰ δὲ καὶ μηδὲν τούτων ἐπήγετο, οὐδ' οὕτως τῇ παρθενίᾳ παραβάλλεσθαι δίκαιος ἦν. Ὃ δέ με καὶ ἐπειγόμενον παραδραμεῖν οὐκ ἐᾷ, τοῦτο ῥητέον· ὅτι ἡ μὲν παρθενία καὶ τἄλλα χειροῦται πάθη, ὁ δὲ γάμος καὶ τοῖς ἄλλοις ἁλίσκεται πάθεσι. Τίς γὰρ ἵνα παισὶ χορηγήσῃ τροφὰς, οὐ πάντα ποιεῖ τὰ μὴ πρέποντα καὶ εἰς κινδύνους ἑαυτὸν ῥιπτεῖ, καὶ εἰς πέλαγος, καὶ εἰς θηρίων βοράν. Οὗτοι οὖν ὡς ἀνδρεῖοι καὶ τροπαιοῦχοι ἐναβρύνεσθαι θέλουσι (85). Καὶ τίς ἀνέξεται; τίς γὰρ αὐτοῖς ἐπαρκέσει καιρὸς πρὸς τὸ ταῦτα τὰ τραύματα θεραπεῦσαι; Τίς δὲ οὐ συναλγήσει τοῖς ὑπὸ τοσούτων βελῶν κατατετρωμένοις; Τοσαῦτα γὰρ αὐτοὺς περιέχει κακὰ, οἷα οὐδ' ἐννοῆσαι, οὐδὲ φράσαι διὰ τὸ πλῆθος δυνατόν. Παυέσθωσαν οὖν τῶν τοιούτων λόγων, καὶ μὴ κατὰ τῆς παρθενίας ὁπλιζέτωσαν τὴν γλῶτταν· ἀλλ' ὡς βασιλίδα αὐτὴν γεραιρέτωσαν, καὶ ὑπ' αὐτῇ ταττέσθωσαν, ἵνα ἔχοιεν αὐτὴν καὶ ὑπερασπίζουσαν καὶ πρεσβεύουσαν. Ἡλίῳ μὲν γὰρ τοὺς τὴν παρθενίαν (ἵνα καὶ οὐρανίοις χρήσωμαι παραδείγμασι)· σελήνῃ δὲ τοὺς τὴν ἐγκράτειαν, ἄστροις δὲ τοὺς τὸν τίμιον γάμον ἀσπασαμένους καὶ διατηρήσαντας, παραβάλλεσθαι θέμις, μάλιστα ἐπιψηφίσαντο; τοῦ θεσπεσίου Παύλου, καὶ λέγοντος· « Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. »

A que tropæa statuit : hoc autem cum mediocre sit, atque imbecillioribus adminiculi loco concessum, potest quidem eos, qui ipsum illæsum custodiunt, servare : at non item ad virginitatis fastigium subvehere. Unde etiam spiritualis lex, eos, qui uxorem duxerant, ac vites plantaverant, ad bellum illud, quod cum spiritualibus nequitiæ suscipitur, egredi vetuit. Quæ cum ita sint, non in ea opinione versentur ii qui hujusmodi vinculis constricti tenentur, ut cum his, qui soluti ac liberi sunt, certare se posse existiment (nec enim id fieri potest) nec qui augendis opibus, corporique adornando universam vitam suam addixerunt, eadem præmia se accepturos esse arbitrentur, quæ ii, qui Deo totos se consecrarunt, ac quæ Domini sunt curant : verum in congruenti B gradu seipsos tenentes, adversus eos, qui ad cœleste cacumen ascenderunt, linguam ne acuant. Neque enim conjugium malum est (absit!), verum legitimum etiam ac mediocre bonum. At mala ea et incommoda, quæ matrimonium secum trahit, ad retundendam et hebetandam matrimonii voluptatem satis magnam vim habent. Atque etiam si nihil horum secum traheret, ne sic quidem tamen dignum esset, quod cum virginitate conferretur. Quod autem me etiam properantem, præterire non sinit, hoc dicendum est, nempe quod virginitas alia etiam vitia expugnat : matrimonium autem aliis quoque vitiis corripitur. Quotus enim quisque est, qui ut alimenta filiis subministret, non omnia, quæ parum conveniant, faciat, atque in pericula et in pelagus, ac bel- C luis in prædam se conjiciat? At interim tamen isti, ut fortes et laurigeri gloriari volunt. Et quis hoc ferat? Quod enim ad hæc vulnera persananda temporis spatium sufficiet? Quisnam autem eorum, qui tot telis sauciati sunt, vicem non doleat? Tot enim eos mala circumdant, ut ea ob multitudinem nec mente comprehendi, nec verbis explicari possint. Quamobrem hujusmodi sermonibus finem imponant, ac non adversus virginitatem linguam instruant : verum ut reginam ipsam honore prosequantur, eique se subjiciant, ut eam et propugnatricem et **395** interventricem habeant. Soli enim (ut cœlestibus quoque exemplis utar) eos, qui virginitatem amplexi sunt, lunæ autem eos, qui continentiam, ac denique stellis eos, qui honorabile connubium amplexi sunt atque conservarunt, comparare licet, maxime cum divinus Paulus calculum suum addat, ac dicat : « Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum [63]. »

ΤΝΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

D Ἐκεῖνον μόνον ἂν ἔγωγε ζῆν κυρίως ὁρισαίμην, τὸν τῶν σωματικῶν παθῶν κρείττονα καὶ ἀνώτερον. Ὁ γὰρ ἐκείνοις ἑαυτὸν ὑποζεύξας, καὶ κατὰ κράτος ὑπ' αὐτῶν ἐλαυνόμενος, οὐ μόνον εἰς τὸ ἔσχατον τελευτᾷ βάραθρον, ἀλλ' οὐδὲ ζῆν ἐνταῦθα δύναται διὰ τὰς ἐξ αὐτῶν λύπας, καὶ τοὺς φόβους, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν μυρίον αὐτῶν ἑσμόν. Ἄν τε γὰρ θάνατος προσδοκηθῇ, τέθνηκε καὶ πρὸ τοῦ θανάτου τῷ δέει· ἄν τε νόσος, ἄν τε ὕβρις, ἄν τε πενία, ἄν τε ἕτερόν τι τῶν ἀδοκήτων, ἀπόλωλε καὶ ἀπὸ τῆς

CCCLII. — EIDEM.

Eum equidem ipse solum proprie vivere statuerim, qui corporis passionibus præstantiorem ac sublimiorem se præbet. Nam qui seipsum illis subjecit, atque ab iis summa vi exagitatur, non modo in extremam exitii voraginem desinit, sed ne hic quidem vivere potest, ob eas, quæ ab illis manant, molestias, et metus, et pericula, et infinitum eorum examen. Nam sive mors exspectetur, metu etiam ante mortem exanimatur : sive morbus, sive contumelia, sive paupertas, sive aliud quiddam inopi-

[63] I Cor. xv, 41.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(85) Pro θέλουσι ponit cod. Vat. δίκαιοι, et vers. post 3, pro βελῶν scribit κακῶν. Possin.

nati, etiam ex sola suspicione periit et exstinctus est. At non in eadem causa est, qui turbulentis animi permotionibus dominatur: verum et timoribus et periculis, ac denique omni mutatione superior est: non quod nihil patiatur (hoc enim fortasse fieri nequit), sed, quod multo majus atque admirabilius tropæum efficit, quia ea impetum facientia, et velitantia, telaque mittentia contemnat.

A ὑπονοίας μόνης, καὶ διέφθαρται. Ἀλλ' οὐχ ὁ τῶν παθῶν κρατῶν τοιοῦτος· ἀλλὰ καὶ φόβων, καὶ κινδύνων, καὶ μεταβολῆς ἁπάσης ἕστηκεν ὑψηλότερος, οὐ τῷ μηδὲν ὑπομένειν (τοῦτο γὰρ ἴσως ἀμήχανον), ἀλλ' ὃ καὶ πολλῷ μεῖζόν ἐστι καὶ παραδοξότερον ποιεῖ τὸ τρόπαιον τῷ καὶ προσβαλλόντων αὐτῶν καὶ ἀκροβολιζομένων καὶ κατατοξευόντων καταφρονεῖν.

CCCLIII. — TIMOTHEO CLARISSIMO.

Et si Chæremon, ut scripsisti, ille, inquam, Eusebii stipator, ex ipsius consuetudine atque familiaritate exacutus, ad omne scelus tanquam œstro quodam incitatur, nec fidem agnoscit, verum ob iniquitatis licentiam jurejurando abutitur (reconciliationis enim fœdera percutit, et implacabilis manet; pacta init, et rescindit; jurat, et fraudis materiam atque instrumentum juramenta habet); attamen meo judicio is, qui eum tuetur, nunc quidem scelerum ipsius culpam percipit: postea autem ampliorem etiam supplicii partem percipiet.

ΤΝΓ'. — ΤΙΜΟΘΕῼ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Εἰ καὶ Χαιρήμων, ὡς γέγραφας, ὁ Εὐσεβίου ὑπασπιστὴς, ἐκ τῆς αὐτοῦ συνουσίας ἠκονημένος πρὸς πᾶσαν κακίαν οἰστρᾷ, καὶ πίστιν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἐπ' ἀδικίας ἀδείᾳ (86) κέχρηται τοῖς ὅρκοις (σπένδεται γὰρ, καὶ μένει ἀκήρυκτος· συνθήκας ποιεῖται καὶ B λύει· ὄμνυσι καὶ πανουργίας ἐφόδιον ἔχει τοὺς ὅρκους (87))· ἀλλά γε ὁ τοῦτον συγκροτῶν, παρ' ἐμοὶ κριτῇ, νῦν μὲν καρποῦται τῶν κακιῶν τὴν αἰτίαν· ὕστερον δὲ καὶ τῆς δίκης τὸ πλέον καρπώσεται.

CCCLIV. — PAULO PRESBYTERO.

Sacerdoti pro opibus est virtutis ornamentum pro voluptate castitas, pro luxu frugalitas, pro lætitia, eorum, quibus præest, ad virtutem incrementum. Quod si quis contraria his instituta sequens, sacerdotii nomine gloriatur, hic profanus est, atque imperio indignus.

ΤΝΔ'. — ΠΑΥΛῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τῷ ἱερωμένῳ πλοῦτος μὲν ὁ τῆς ἀρετῆς κόσμος, ἡδονὴ δὲ ἡ σωφροσύνη, τρυφὴ δὲ ἡ αὐτάρκεια, εὐφροσύνη δὲ ἡ τῶν ὑπηκόων πρὸς ἀρετὴν ἐπίδοσις· εἰ δέ τις τἀναντία τούτων ἐπιτηδεύων ἱερωσύνης ὀνόματι ἐναβρύνεται, οὗτος ἀνίερος τυγχάνει, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀνάξιος.

CCCLV. — MARTYRIO PRESBYTERO.

De Arianis et Eunomianis.

Si humanas affectiones (quod ne dictu **396** quidem fas est) per omnia sequatur, qui divinam generationem describit, illud merito audire queat. Si tibi circa generationem affectio fingitur, et mihi quoque circa creationem: neque enim id quod creatur (si imbecilles hominum cogitationes sequar), absque affectione creatur. Sin autem, ut divinitati consentaneum est, ea quidem, quæ purissimæ illi essentiæ conveniunt, admittat, quæ autem aliena et absona sunt, prætereat, illud, si modo sanæ rationis est, cogitare debet, quod quoniam mortalis ad hunc modum gignit, immortalis non item: quemadmodum videlicet in creando ille cum labore, hic citra laborem creat. Hæc enim secum reputans, illa quoque oculatissima mens, ac velut divino numine correpta, terrenis omnibus exemplis præteritis, splendorem gloriæ, et figuram paternæ substantiæ [44], Filium haud immerito definivit: per illud nimirum coæternitatem, per hoc autem eum personam constituere demonstrans. Quandoquidem enim prius, quod hypostasis expers esset, speciem fortasse atque imaginationem nonnullis pariebat, idcirco per posterius hypostasim hypostaseon efficientem notavit.

ΤΝΕ'. — ΜΑΡΤΥΡΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

C *Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν.*

Εἰ μὲν τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν (ὅπερ οὐδὲ εἰπεῖν θέμις κατὰ πάντα ἕψοιτο ὁ τὴν θείαν γέννησιν ὑπογράφων, ἀκοῦσαι ἃ εἴη δίκαιος, ὅτι εἴ σοι πάθος πλάττεται περὶ τὴν γέννησιν, κἀμοὶ περὶ τὴν κτίσιν. Οὐδὲ γὰρ τὸ κτιζόμενον (εἰ τοῖς ἀσθενέσι τῶν ἀνθρώπων λογισμοῖς ἑψοίμην) ἀπαθῶς κτίζεται· εἰ δὲ θεοπρεπῶς, τὰ μὲν ἁρμόττοντα τῇ ἀκηράτῳ (87*) οὐσίᾳ καταδέξοιτο, τὰ δὲ ἀπηχῆ παριππεύσειεν, ἐννοῆσαι ὀφείλει εἴγε τὸ λογιστικὸν ἐῤῥωμένον ἔχει ὅτι ἐπειδὴ ὁ θνητὸς οὕτως τίκτει, ὁ ἀθάνατος οὐχ οὕτως· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ κτίζων, ὁ μὲν μετὰ πόνου, ὁ δὲ ἀμογητὶ κτίζει. Ταῦτα γὰρ ἐννοήσας καὶ ὁ πολυόμματος νοῦς, καὶ ὥσπερ ἔνθους γενόμενος, πάντα D τὰ γήϊνα παραδείγματα παραδραμὼν, ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τῆς πατρικῆς, τὸν υἱὸν εἰκότως ὡρίσατο· τῷ μὲν τὸ συναΐδιον, τῷ δὲ τὸ ἐνυπόστατον παριστάς. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρῶτον ἀνυπόστατον φαντασίαν ἴσως τισὶν ἔτικτε, διὰ τοῦ δευτέρου τὴν ὑποστάσεων ποιητικὴν ὑπόστασιν ἐχαρακτήρισε.

[44] Hebr. I, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Pro ἀδείᾳ idem cod. habet ἀεί. Possin.
(87) Confer Salvian. lib. *De gubernat. Dei.* Ritt.

(87*) Pro ἀκηράτῳ idem cod. legit ἀκράτῳ. Possin.

ΤΝϚʹ. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἔοικας οὐ συνορᾷν (88) τὰ μέχρι νῦν γινόμενα, καὶ διὰ τοῦτο γεγραφέναι, δι' ἣν αἰτίαν Δαρείου τοῦ Μήδου τρεῖς τακτικοὺς χειροτονήσαντος (ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ Δανιήλ), ὥστε ἄρχειν τῶν χειροτονηθέντων παρὰ αὐτοῦ ἑκατὸν εἴκοσιν ἀρχόντων, συγκρίνουσα αὐτὸν ἡ Γραφὴ, δέον τοῖς ἴσοις μόνον συγκρῖναι, καὶ τοῖς πολλῷ (88) ὑποδεεστέροις συνέκρινεν. Ἤρκει γὰρ, ἔφης, ἡ τῶν συντεταγμένων ὑπεροχὴ, καὶ τὴν κατὰ τῶν ὑποτεταγμένων νίκην ἐνδείξασθαι. Νῦν δέ φησι· « Καὶ ἦν Δανιὴλ ὑπὲρ τοὺς τακτικοὺς καὶ τοὺς σατράπας· τοῦτ' ἔστι, σοφώτερος ἀπεδείχθη, καὶ κατὰ τὴν διοίκησιν ἐπιτηδειότερος, οὐ μόνον τῶν δυοῖν τῶν ἐξόχων, ἀλλὰ καὶ τῶν μετ' αὐτούς. Ἡ δὲ λύσις τοῦ ζητουμένου αὕτη. Ἐπειδὴ ἐνεδέχετο τὴν τοῦ βασιλέως κρίσιν οὐχ ὑγιῆ τυγχάνουσαν, πολλάκις τοὺς φαυλοτέρους εἰς ἀρχὴν φέρειν (ὃ δὴ φιλεῖ γίνεσθαι, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν βασιλειῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν Ἐκκλησιῶν· τί γὰρ δεῖ θαυμάζειν, εἰ οἱ βιωτικὰ πράγματα ἐγκεχειρισμένοι τοιαῦτα ἁμαρτάνουσιν, ὁπότε καὶ εἰς τὰ ἅγια εἰσεκώμασεν αὕτη ἡ ἀλογία;) εἶναι δέ τινας ἐν τῷ πλήθει συνέσει τούτων προὔχοντας, ἀναγκαίως τὴν σύγκρισιν τοῦ δικαίου οὐ πρὸς τοὺς δύο μόνους ἐποιήσατο τακτικοὺς, τοῦτ' ἔστι, τοὺς τῶν στρατιωτικῶν τάξεων ἡγουμένους, καὶ τάττοντας ταύτας ὅποι χρὴ, εἴτε ἐν πολέμῳ, εἴτε ἐν εἰρήνῃ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας· οὐκ ἀπὸ τῆς κρατοῦντος γνώμης, τῆς πολλάκις διαμαρτανούσης, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας αὐτὸν στεφανοῦσα (89). Ὑπερέφερε γὰρ οὐ μόνον τῶν δοξάντων τῷ βασιλεῖ συνετῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῶν ὄντως συνετῶν. Διὸ καὶ [ὁ] βασιλεὺς μὲν κατέστησεν αὐτὸν ἐφ' ὅλης τῆς βασιλείας, ἐκ τῶν πραγμάτων, κρείττονα τῶν λοιπῶν δηλονότι ὀφθέντα· οἱ δ' ἄλλοι δόλους καὶ σκευωρίας ῥάπτειν διεγίνωσκον. Φθόνος γὰρ ταῖς εὐπραγίαις ἀντιστρατεύεσθαι πέφυκεν.

CCCLVI. — EIDEM.

A Videris ea, quæ ad hoc usque tempus fiunt, minime perspecta habere, ac propterea per litteras ex me quæsiisse, quamnam ob causam, cum Darius tres duces instituisset (inter quos etiam Daniel erat), ut centum et viginti præfectis ab eo designatis præessent, Scriptura eum comparans, pro eo atque ipsum æqualibus duntaxat conferri oportebat, cum iis etiam, qui multo inferiores erant, comparabat. Abunde enim, inquis, erat collegarum præcellentia ad illud indicandum, eum adversus inferiores quoque victoriam obtinuisse. Nunc autem ait : « Et erat Daniel super duces et satrapas [45], » hoc est, sapientior, atque ad rerum administrationem aptior esse demonstratus est, non modo duobus illis eximiis ac primariis, sed etiam iis, qui posteriorem iis dignitatis B locum tenebant. Quæstionis autem solutio hæc est. Quoniam fieri poterat, ut regis judicium minime sanum et integrum deteriores persæpe ad imperium efferret (quod quidem fieri consuevit, non tantum in regnis, sed etiam in Ecclesiis. Quid enim est, quamobrem mirum videri debeat, si ii, quibus hujusce vitæ negotia commissa sunt, in hujusmodi peccata prolabantur, cum etiam in sancta hæc temeritas irruperit?), essent autem in multitudine nonnulli, qui prudentia eos anteirent, necessario proinde justi viri comparationem non cum solis illis duobus ducibus fecit, hoc est, iis qui militaribus ordinibus præerant, eosque, tum in bello, tum in pace, ubi oportebat, collocabant, sed etiam cum aliis omnibus : quo videlicet non imperatoris sententia, quæ C plerumque a recto aberrat, sed a rerum veritate coronam ipsi necteret. **397** Præstabat enim non iis duntaxat, qui regi prudentes et cordati esse videbantur, verum iis quoque qui revera prudentes erant. Quocirca etiam rex quidem totius regni administrationi eum præfecit, ut qui scilicet ex rerum procuratione reliquis omnibus præstantiorem se præbuisset : alii autem dolos ac fraudes adversus eum concinnare in animo habebant. Sic enim natura comparatum est, ut livor adversus res secundas bellum ineat.

ΤΝΖʹ. — ΗΣΑΙᾼ.

Βλέπε μή ποτε ἡ ἀνυπέρβλητός σου ἀλαζονεία ἀναγκάσῃ τὴν θείαν καὶ ἡμερωτάτην φύσιν τὴν οἰκείαν ἐπιδείξασθαι δύναμιν, τὴν κἀνταῦθα πανολεθρίαν (90) σε παραδοῦναι, κἀκεῖσε πικροτάτας ἀπαιτῆσαι δίκας δυναμένην.

CCCLVII. — ISAIÆ.

Vide, quæso, ne insuperabilis tua arrogantia divinam illam et mansuetissimam naturam vim suam, D quæ te et hic funditus delere, et illic acerbissimas abs te pœnas expetere potest, demonstrare cogat.

ΤΝΗʹ. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ὁ χρημάτων κρείττων, οὔτε εἰς τοὺς πλούτῳ κομῶντας, οὔτε εἰς τοὺς δυσνουθετήτῳ θηρίῳ, τῇ πενίᾳ φημὶ μαχομένους, παρὰ νόμον τι ἀξιοῖ διαπράξασθαι. Οὔτε γὰρ ἐκείνους ἀδικεῖ ἁρπάζων τὰ χρήματα· οὔτε τούτους, λήμματι παραφθείρων τὸ δίκαιον.

CCCLVIII. — EIDEM.

Qui pecuniis superior est, nec adversus eos qui opibus abundant, nec adversus eos quibus cum contumaci fera, hoc est, cum paupertate certamen est, aliquid præter legem perpetrare in animum inducit. Nam nec illos lædit, pecunias eripiens : nec hos, juris religionem ob munera pervertens.

[45] Dan. VI, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Cod. Vat. 650, ἔοικάς μοι συνορᾷν, sine negatione. Vers. 7 pro τοῖς πολλῷ legit τοῖς πολλοῖς. POSSIN.

(89) Idem cod., στεφανῶσαι. ID

(90) Idem cod., πανωλεθρία. ID

CCCLIX. — AUSONIO CORRECTORI.

A

Quandoquidem ad subripiendam non fortium tantum, sed etiam prudentum virorum mentem assentatio magnam vim habet: idcirco non injuria metu valentiorem eam esse assero. Illi etenim plerique cedere verentur: huic autem libentius animis succumbunt, temere videlicet ac citra cruciatum seipsos dedentes.

ΤΝΘʹ. — ΑΥΣΟΝΙῼ ΚΟΡΡΗΚΤΩΡΙ.

Ἐπειδὴ δεινὸν ἡ κολακεία οὐ μόνον τῶν ἀνδρείων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμφρόνων κλέψαι τὸν νοῦν· διὰ τοῦτο εἰκότως τοῦ φόβου ταύτην φημὶ δυνατωτέραν εἶναι. Τῷ μὲν γὰρ αἰσχύνονται πολλοὶ εἶξαι· τῆς δὲ (91) ἡδέως ἡττῶνται, ἀκρίτως καὶ ἀβασανίστως ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες.

CCCLX. — LEONTIO.

Ne mireris, vir optime, nec, ultra quam par sit, doloris jaculo configatur animus tuus, propterea quod, cum Zosimo, ut scripsisti, loquendi libertas clausa sit, non cancellis quibusdam et januis, quas etiam quidam fortasse aperire queant, verum tot ac tantis criminibus, adhuc tamen linguæ petulantia laboret. Ut enim iis, qui aliquid ex virtute gerunt, postquam virtutis muneribus perfuncti sunt, modestiam adhibere mos est: sic etiam iis, qui peccant, post delicta superbire atque animis efferri. Quod si hujus rei argumentum capere cupis, perspice quidnam tres illi pueri, qui ob vitæ probitatem ac justitiam igne superiores exstiterunt, dicant: « Peccavimus, inique egimus, injustitiam fecimus [46]. » At contra Judæi, qui nec ab ullo scelere, nec ab obsceno ullo sermone abstinuerant, his verbis utebantur: « Custodivimus præcepta tua et justificationes tuas: ac nunc alienos beatos prædicamus [47]. » Quamobrem nec tu quoque perturberis, nec absurdum quidquam et absonum proloquaris: illud pro certo habens, extremæ ipsius stupiditatis hoc in primis argumentum esse.

ΤΞʹ. — ΛΕΟΝΤΙῼ.

Μὴ θαύμαζε, ὦ ἄριστε, μηδὲ ἔξω τοῦ πρέποντος ἐξακοντιζέσθω σου τὸ φρόνημα, εἰ κεκλεισμένης (92), ὡς γέγραφας, Ζωσίμου τῆς παῤῥησίας, οὐ κιγκλίσι καὶ θύραις τισὶν, ἃς τινες ἂν καὶ παρανοίξειαν, ἀλλὰ

B

τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἐγκλήμασιν, ἔτι καὶ ἀθυρογλωττεῖ. Ὥσπερ γὰρ τοῖς κατορθοῦσι μετριάζειν μετὰ τὰ κατορθώματα ἔθος, οὕτω καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι μετὰ τὰ πταίσματα ἐπαίρεσθαι. Εἰ δὲ βούλει ἀπόδειξιν τούτου λαβεῖν, θέα τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκείνους τοὺς κρείττονας τοῦ πυρὸς διὰ δικαιοσύνην ἀποφανθέντας, τί φασιν· « Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. » Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, οἷς οὐδὲν ἁμάρτημα ἄπρακτον, οὐδὲ λόγος αἰσχρὸς ἄῤῥητος ἦν, ἔφασκον· « Ἐφυλάξαμεν τὰ προστάγματά σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου· καὶ νῦν μακαρίζομεν ἀλλοτρίους. » Μὴ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς ταράττου, μηδὲ ἀπηχές τι φθέγγου καὶ ἀπῳδὸν, γινώσκων ὅτι τοῦτο μάλιστα δεῖγμά ἐστι τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ παραπληξίας.

398

CCCLXI. — HIERACI CLARISSIMO.

C

Non ærea statua auro-refulgens actione tua digna est, sed vita finem non habens. Illam enim tempus delet: hanc autem sæcula, quæ finem nesciunt, coronant.

ΤΞΑʹ. — ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Οὐ χαλκῆ εἰκὼν χρυσῷ ἀπαστράπτουσα τῆς σῆς πράξεως ἀξία, ἀλλὰ ζωὴ τέλος οὐκ ἔχουσα. Τὴν μὲν γὰρ ὁ χρόνος ἀφανίζει· τὴν δὲ αἰῶνες στεφανοῦσι, τελευτὴν μὴ ἐπιστάμενοι.

CCCLXII. — HERMOGENI EPISCOPO.

Quemadmodum sermo actionis expers mancus et imperfectus est: ita etiam actio, quæ a sermone deseritur. Ex his enim ambabus rebus, etiamsi nolint ii, qui disertam sapientiam vilem quamdam et protritam rem esse stulte opinantur, recta et splendida magistrorum vita insignitur. « Qui enim fecerit et docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum [48]. » Quod si ambas inter se comparare oportet, facere ac non loqui præstat, quam loqui ac non facere.

ΤΞΒʹ. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ὥσπερ λόγος ἄπρακτος ἀτελής· οὕτως καὶ πρᾶξις ἄλογος. Ἐκ τούτων γὰρ ἀμφοῖν, εἰ καὶ μὴ βούλοιντο οἱ τὴν ἐλλόγιμον σοφίαν, φαῦλόν τι καὶ πεπατημένον πρᾶγμα παραλόγως οἰόμενοι, ὁ ὀρθὸς καὶ λαμπρὸς χαρακτηρίζεται τῶν ὑφηγητῶν βίος. « Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Εἰ δὲ χρὴ σύγκρισιν ἀμφοῖν ποιήσασθαι, ἄμεινον πράττειν μὴ λέγοντα, ἢ λέγειν

D

μὴ πράττοντα.

CCCLXIII. — APOLLONIO EPISCOPO.

Quoniam eos, qui ita conditi sunt, ut arbitrii libertatem habeant, invitos et repugnantes ad pietatem trahere, nec honestum est, nec videtur: idcirco da operam, ut suasione, ubi occasio se offert, adhibita, per tuam vitam ac mores, eos, qui in tenebris degunt, illumines.

ΤΞΓʹ. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἐπειδὴ τὸ βιάζεσθαι καὶ ἕλκειν πρὸς εὐσέβειαν τοὺς αὐτεξουσίους γεγονότας, εὐπρεπὲς οὔτ' ἐστὶν, οὔτε δοκεῖ· τῷ πείθειν οὗ καιρός ἐστι χρησάμενος, φώτιζε τῷ σαυτοῦ βίῳ τοὺς ἐν σκότῳ διατρίβοντας.

[46] Dan. III, 29; IX, 7. [47] Malach. III, 13, 14. [48] Matth. V, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(91) Cod. Vat. 650, τῇ δέ. Possin.

(92) Pro κεκλεισμένης cod. Vatic. 650 legit κεκλιμένης. Vers. seq. pro κιγκλίσι (quanquam hæc perbona est lectio ἐγκλείσει legit. Id.

ΤΞΔ'. — ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ ΔΙΑΚΟΝῼ.

A

Οἱ μὲν πταίοντες, καὶ τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις προσιέναι μὴ τολμῶντες, εὐγνώμονές εἰσι, καὶ ταχέως καὶ εἰς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν περιστήσονται. Οἱ δὲ καὶ πλημμελοῦντες, καὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων μιαραῖς χερσὶ τολμῶντες ἅπτεσθαι, ὧν εἷς, καθὼς γέγραφας, καὶ Ζώσιμος, μυρίων εἰσὶ τιμωριῶν ἄξιοι. Ἐνόχους γὰρ ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσι, κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ Παύλου φωνὴν, τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου. Διὸ δὴ τοῖς μὲν πρώτοις οὐ πάνυ ἐπιτίθεται ὁ διάβολος, εἰδὼς ὅτι καὶ πταίουσιν, ἀλλ' οὖν γε γινώσκοντες τοῖς θείοις τὸ σέβας φυλάττουσι· τοῖς δὲ δευτέροις τοῖς καὶ πλημμελοῦσι καὶ μὴ γινώσκουσιν, ἢ γινώσκουσι μὲν, καταφρονοῦσι δὲ, καὶ τῶν ἱερῶν μυστηρίων τολμῶσιν ἅψασθαι, ὅλος ἐπικωμάζει, τεκμήριον τῆς ἀναλγησίας καὶ τῆς διαφθορᾶς τῆς παντελοῦς, τοῦτ' εἶναι εἰκότως οἰόμενος. Ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ προδότου πεποίηκεν. Οὐ γὰρ, ὡς ἡγῇ, τοῦ Δεσποτικοῦ καταφρονῶν σώματος εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ τῆς πονηρίας αὐτοῦ καταγνοὺς, ὅτι λοιπὸν ἀνίατα νοσεῖ· προδοῦναι μὲν διανοούμενος, μετασχεῖν δὲ μὴ παραιτούμενος, ᾤχετο ἄγων. Εἰ γὰρ εἶδεν αὐτὸν εὐλαβῶς ἔχοντα περὶ τὸ θεῖον μυστήριον, καὶ παραιτησάμενον, ἴσως ἂν ὡς ἔτι νήφοντα παρώδευσεν. Ἐπεὶ δ' εἶδεν αὐτὸν ὑπὸ τῆς φιλοχρηματίας καρηβαροῦντα, καὶ μηκέτι τὸν ὀρθὸν ἔχοντα λογισμὸν, ἀλλ' ἐκβακχευθέντα ὑπὸ τῆς ἀκορέστου μέθης. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τολμήσαντα ἅψασθαι, ὧν ἅψασθαι τοιοῦτον ὄντα οὐκ ἐχρῆν, τῆς ἀναλγησίας αὐτοῦ καταγνοὺς, ὅλος εἰς αὐτὸν ἐχώρησε.

CCCLXIV. — NILAMMONI DIACONO.

Qui peccant, atque ad sacra mysteria accedere minime audent, sincero judicio præditi sunt, ac confestim eo adducentur, ut a peccato abstineant. Qui autem peccant, et incontaminata mysteria scelestis manibus attingere non dubitant (in quorum numero, ut scribis, Zosimus etiam est), sexcentis suppliciis digni sunt. Reos enim, juxta minime mendacem Pauli vocem, corporis et sanguinis Domini seipsos reddunt [89]. Quamobrem etiam primos quidem diabolus haud valde aggreditur, quod scilicet exploratum habeat, eos, quamvis peccent, tamen id agnoscentes divinis rebus venerationem conservare: at vero in secundos, hoc est eos, qui peccant, nec peccatum agnoscunt, aut, licet agnoscant, tamen contemnunt, ac sacrosancta mysteria contingere minime B verentur, totus se insinuat, istud nempe perfectæ stupiditatis et corruptionis argumentum esse non abs re existimans. Quod etiam in proditore quoque fecit. Non enim, quemadmodum tu putas, eo in ipsum ingressus est, quod Dominicum corpus contemneret, sed cum ipsius improbitatem perspectam haberet, nempe quod jam incurabili morbo teneretur, ut qui Dominum quidem prodere in animo haberet, nec tamen mysteria percipere recusaret, idcirco eum abduxit. Nam si eum erga divinum mysterium religiose ac reverenter affectum, id deprecantem conspexisset, fortasse ipsum, tanquam adhuc sanæ ac sobriæ mentis hominem præteriisset. Posteaquam autem præ avaritia tanquam vertigine laborantem, nec jam amplius mentis compotem esse, vidit, atque adeo in eam audaciam elatum, ut ea, verum ab inexplebili temulentia in furorem actum 399 quæ ab ejusmodi homine attingi minime oportebat, attingere minime vereretur, tum vero ipsius stuporem agnoscens, totus in eum se injecit.

ΤΞΕ'. — ΤΑΥΡῼ ΥΠΑΡΧῼ.

C

Τότε ὁ ὀρθὸς τῆς δίκης ὅρος σώζεται, ὦ ἀρχικῆς ἀρετῆς ἀψευδέστατον βασανιστήριον, ὅταν τῇ μὲν αἰτιάσει ἡ κρίσις ἀκολουθήσῃ, τῇ δὲ κρίσει ὁ ἔλεγχος, τῷ δὲ ἐλέγχῳ ἡ ψῆφος, ἡ πρὸς τὴν ποιότητα τοῦ ἁμαρτήματος (93) τὴν τιμωρίαν ὁρίζουσα.

CCCLXV. — TAURO HYPARCHO.

Tum denique recta justitiæ regula servatur (o virtutis illius, quæ a præfecto requiritur verissimum examen), cum accusationem disceptatio sequitur, disceptationem probatio, probationem sententia, pro criminis qualitate supplicium constituens.

ΤΞϚ'. — ΜΑΡΤΙΝΙΑΝῼ, ΖΩΣΙΜῼ, ΜΑΡΩΝΙ, ΕΥΣΤΑΘΙῼ.

Κινδυνεύετε, ὡς πυνθάνομαι, πεφραγμένας ἀπογνώσει τὰς ἀκοὰς ἔχειν, καὶ ὡς ἂν ἔκπαλαι καθοσιώσαντες ἑαυτοὺς ταῖς τιμωρίαις, παροξύνεσθαι πρὸς τοὺς παραινοῦντας τὰ κάλλιστα. Ἐγὼ δὲ εὔχομαι ὑμᾶς ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς μανίας, οὐχ ὅτι βλάβην ὑποστήσομαι μὴ ἀνενεγκόντων ὑμῶν, πλὴν εἰ μή τις λέγει τὴν ἀθυμίαν τὴν προγινομένην μοι ἐκ τούτου. D Εἰς γὰρ τὸν τοῦ μισθοῦ λόγον οὐδὲν παραβλαβήσομαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ποθεινοτέρα μοι ὑμῶν ἡ σωτηρία, τῆς τῶν μισθῶν ἀπολαύσεως. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, πόῤῥω μὲν τυγχάνων φιλικῆς ἕξεως ἁλώσεται καὶ τὰ ἑαυτοῦ μόνον ζητῶν φωραθήσεται (94). Εἰ δὲ ἐλεγ-

CCCLXVI. — MARTINIANO, ZOSIMO, MARONI ET EUSTATHIO.

Desperatione obseptas aures, ut audio, habere videmini, atque, ut qui jampridem vos ipsos suppliciis devoveritis, adversus eos qui optima consilia vobis porrigunt, iracundia incitari. Ego vero, ut ex hac insania emergatis, opto, non quod, nisi emerseritis, detrimenti quidquam hinc subiturus sim (nisi tamen quispiam mœrorem, qui hinc ad me redit, commemoret: nam quod ad præmii rationem attinet, nihil damni faciam), verum quod majore salutis vestræ, quam præmii consequendi cupiditate tenear. Quod si quis mihi diffidit, is longe ab amicitiæ habitu remotus esse et sui tantum ipsius utilitati

[89] I Cor. xi, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(93) Pro ἁμαρτήματος idem cod. legit πταίσματος. Possin.

(94) Hæc, καὶ τὰ ἑαυτοῦ... φωραθήσεται, omittebat edit. Paris., ut versa post quinto verba, ὁ δὲ

consulens deprehenditur. Quod si cum coarguitur, ad impudentiam se convertat, ac neminem mortalium hoc unquam præstitisse contendat, a viro Deo charo Mose, atque a sapientissimo Paulo refelletur. Ex quibus alter de divino libro expungi optabat, nisi Judæis ignosceretur: alter hac conditione anathema esse cupiebat, ut Judæi omnes ad vitam accederent. Quod si rursum dicat: Quid igitur? virisne illis te comparas? illud responderem: quod cum in aliis omnibus virtutum prærogativis cunctis fere hominibus nedum his duobus inferior sim, at unum tamen hoc arcte atque ardenti animo teneo, quod, quantum in me situm est, omnes salutem consequi cupiam.

A χόμενος εἰς ἀναισχυντίαν τραπείη, καὶ μηδένα ανθρώπων τοῦτο κατωρθωκέναι φαίη, ἐλεγχθήσεται καὶ παρὰ τοῦ θεοφιλοῦς Μωσέως, καὶ παρὰ τοῦ σοφωτάτου Παύλου. Ὧν ὁ μὲν ἐξαλειφθῆναι τῆς θείας βίβλου ηὔξατο, εἰ μὴ συγγνωσθεῖεν Ἰουδαῖοι, ὁ δὲ καὶ ἀνάθεμα ηὔξατο εἶναι, ἵνα Ἰουδαῖοι πάντες πιστεύσωσιν. Εἰ δὲ πάλιν φαίη· Ἐκείνοις οὖν τοῖς ἀνδράσι παραβάλλεις σαυτόν; Εἴποιμ' ἂν ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πλεονεκτήμασιν ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἐλαττούμενος· οὐ φημι τούτοιν μόνον τοῖν δυοῖν· τούτου μόνου ἐχθύμως περιέχομαι, τοῦ βούλεσθαι πάντας, τόγε ἡμέτερον (95) μέρος, σωθῆναι.

CCCLXVII. — HERMOGENI ET LAMPETIO EPISCOPIS.

Quandoquidem, ut a vobis scriptum est, Eusebius, qui ad alios objurgandos, et ad falsa crimina objicienda, et confingendas absurdas reprehensiones callidissimus ac vehementissimus est, ipse quidem magis quam quivis alius iis obnoxius est quæ insectatur: verum per hoc artificium id se assecuturum putat, ut vitia sua obscura sint; id velim discat, solertiam suam stultitiam ipsi fore. Atque hoc ipsum maxime nos haudquaquam fugit, quod dum id agit ac molitur, ut flagitia sua nos fugiant, magis deprehenditur atque irretitur.

B ΤΞΖʹ. — ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ ΚΑΙ ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Ἐπειδὴ, ὡς γεγράφατε, δεινότατος ὢν Εὐσέβιος ἐπιτιμῆσαι ἑτέροις, καὶ αἰτιάσασθαι τὰ ψεύδη (96), καὶ μέμψεις ἀτόπους συμπλάσαι, αὐτὸς μὲν παντὸς μᾶλλον ἔνοχός ἐστιν οἷς αἰτιᾶται, διὰ δὲ μηχανῆς ταύτης λήσειν οἴεται, μανθανέτω, ὅτι τὸ σοφὸν αὐτῷ, ἠλίθιον ἔσται. Καὶ τοῦτ' αὐτὸ μάλιστα οὐ λανθάνει, ὅτι λαθεῖν μηχανώμενος, μᾶλλον ἁλίσκεται.

CCCLXVIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Furibundas et rabidas carnis affectiones cicurare ac mitigare et lenire oportet: quod si non obtemperent, etiam, quoad ejus fieri potest, coercere. At tu, **400** quemadmodum fama fert, habenas ipsis remittens, quo illæ volunt duceris: volunt autem in perniciem et exitium desinere. Quamobrem ne in profundum malorum præceps feraris, da operam ut eas tanquam injecto freno reprimas.

ΤΞΗʹ. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τὰ μεμηνότα καὶ λυττῶντα τῆς σαρκὸς πάθη τιθασσεύειν καὶ ἐξημεροῦν καὶ πραΰνειν χρή. Εἰ δὲ
C μὴ πείθοιντο, καὶ κολάζειν, ὡς δέχεται. Σὺ δὲ, ὥς φασι, τὰς ἡνίας αὐτοῖς ἐνδοὺς, ἄγῃ ὅποι δ' ἂν ἐκεῖνα βούλοιντο. Βούλονται δὲ εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν τελευτᾶν. Ἵν' οὖν μὴ εἰς τὸν πυθμένα τῶν κακῶν ἐξακοντισθείης, φρόντισον αὐτὰ ἀνασειράσαι.

CCCLXIX. — EUSTATHIO DIACONO.

Si statim ab ipso ortu ea animi tui pars, in qua ratio sedem habet, læsa et vitiata, aut etiam propter incurabiles quosdam morbos exstincta et deleta fuisset, fortasse ob ea, quæ abs te perpetrantur, veniam obtinuisses. Cum autem id tibi minime acciderit, verum ob singularem quamdam atque insuperabilem socordiam, eam animi facultatem obrueris vel potius necaveris, idcirco ne veniam quidem ullam ab iis, qui hæc spectant, consequeris. Nam cum eam per congruentem curam et diligentiam rursum exsuscitare queas, non modo, ut id fiat, nihil curæ suscipis, sed etiam ut nunquam id fiat, laboras. Tantum enim improbitas virtutem apud te superavit, ut ne improbitas quidem esse censeatur. Quocirca si ab hominum dicteriis liberari cupis, oculos paulum erige: ut, quo malorum proruperis, intelligens, pedem referre studeas.

ΤΞΘʹ. — ΕΥΣΤΑΘΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰ μὲν κεκάκωτό σου τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς εὐθὺς ἀπὸ γονῆς, ἢ διὰ νόσους τινὰς ἀνιάτους ἠφάνιστο, ἴσως ἂν συγγνώμης ἔτυχες ἐπὶ τοῖς δρωμένοις. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐ πέπονθας, ὑπὸ δὲ ἀνυπερβλήτου ῥᾳθυμίας κατέχωσας τοῦτο, μᾶλλον δὲ ἐνέκρωσας, οὐδὲ συγγνώμης τυγχάνεις παρὰ τῶν θεωμένων. Δυνάμενος γὰρ τοῦτο αὖθις ἀναζωπυρῆσαι
D ταῖς δεούσαις ἐπιμελείαις, οὐ μόνον οὐ φροντίζεις, ὅπως τοῦτο γένηται, ἀλλὰ καὶ ὅπως μηδέποτε γένηται κατασκευάζεις. Τοσοῦτον γὰρ ἡ κακία τὴν ἀρετὴν παρὰ σοὶ παρηυδοκίμησεν, ὡς μηδὲ κακίαν εἶναι νομίζεσθαι. Εἰ τοίνυν βούλει τῆς κωμῳδίας ἀπαλλαγῆναι, ἀνάνευσον μικρὸν, ἵνα γνοὺς οἷ τῶν κακῶν ἐξηκοντίσθης, σπουδάσειας ἀναδραμεῖν.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

καὶ ἀνάθημα ηὔξατο εἶναι, ἵνα Ἰουδαῖοι. Locus uterque suppletur ex codice Vaticano 650 ap. Possinum. Edit.

(95) Pro τό γε ἡμέτερον cod. idem habet· εἰς τὸ ἧκόν μοι μέρ. Possin.

(96) Cod. Vat. 650, ψευδῆ, et vers. 4 pro ἐστὶν habet ἔσται. Denique vers. antepen. pro αὐτῷ legit αὐτοῦ. Id.

ΤΟʹ. — ΕΡΜΙΝῼ ΚΟΜΗΤΙ.

Πολλοὶ μὲν τροπαιοῦχοι ἀνδρίαν κτησάμενοι, φιλανθρωπίᾳ τοὺς ὑπηκόους διεσώσαντο. Καὶ οὓς ἄκοντας κατεδουλώσαντο, τούτους ἑκόντας ἐχειρώσαντο. Ἡ μὲν γὰρ ἀνδρία δεινὴ τὸ μὴ ὑπάρχον κτήσασθαι, ἡ δὲ πραότης αὐτὸ τὸ κτηθὲν ἀμείνων φυλάξαι. Οἱ δὲ τοῦ πράου τροπαιούχου αὐχοῦντες εἶναι φοιτηταὶ, καὶ τοῦ οὐρανίου βασιλέως στρατιῶται, οὓς οἱ παρὰ τὴν ἀρχὴν ὑπασπισταὶ πραότητι ἑκόντας ἐχειρώσαντο, τούτους ἀλαζονείᾳ ἄκοντας ἀποσοβοῦσιν. Οὓς γὰρ ἐκεῖνοι ἑκόντας εἰς τὴν ἀρχὴν παρεστήσαντο, τούτους καὶ μὴ βουλομένους διὰ τῆς ἑαυτῶν τυραννίδος ἀπελαύνουσιν. Ὡς γὰρ λυμεῶνες καὶ ἀλάστορες, οὐχ ὡς ποιμένες τοῖς ὑπηκόοις προσφέρονται. Τί οὖν ποιητέον, ἔφης; Οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀρετὴν ἀσκοῦντας, τὸ θεῖον ἀναμένειν δικαστήριον (97).

A

CCCLXX. — HERMINO COMITI.

Multi quidem victores, eos quos virtute atque animi magnitudine adepti erant, humanitate conservarunt: et quos invitos in servitutem redegerant, eosdem libentes tenuerunt. Etenim fortitudo ad id, quod non habeas, comparandum, magnam vim habet: clementia autem et facilitas, ad id, quod quæsitum est, tuendum atque conservandum majorem obtinet. At contra ii, qui lenis et mansueti victoris discipulos, ac cœlestis regis milites se esse profitentur, eos, quos primi satellites per lenitatem sponte ceperunt, per fastum et arrogantiam invitos submovent. Nam quos illi libentibus animis imperio suo ac ditioni subjecerunt: hos, etiam repugnantes, per tyrannidem suam expellunt. Siquidem

B ut perditores et carnifices, non autem ut pastores, eos, quibus præsunt, tractant. Quid igitur facto opus est, inquis? Nihil aliud, quam ut virtutem colentes divinum tribunal exspectemus.

ΤΟΑʹ. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ (97*).

Ὁ μὲν τὸν ἐγκρατέστατον καὶ αὐταρκέστατον βίον ἑλόμενος, τῇ μὲν ψυχῇ λαμπρός ἐστι καὶ μέγας, τῷ δὲ βίῳ εὐτελής. Πολλοῦ γὰρ ἄξιος ὢν, ἀναλίσκει ὀλίγα. Ὁ δὲ τὸν ἁβροδίαιτον βίον τιμῶν, καὶ τὴν φλεγμαίνουσαν τράπεζαν διώκων, τῇ μὲν ψυχῇ ταπεινός ἐστι καὶ μικρὸς, καὶ χαρίτων ἔρημος, τῷ δὲ βίῳ πολυτελής. Οὐδενὸς γὰρ ἄξιος ὢν πλεῖστα ἀναλίσκει. Διὸ ἐκεῖνος μὲν ἅτε ὀλίγοις ἀρκούμενος, πλουσιώτατον ἑαυτὸν εἶναι ἡγεῖται· οὗτος δὲ πολλὰ ἀναλίσκων, εἰς τὰς τῶν πέλας οὐσίας τὰς μιαρὰς ἑαυτοῦ ῥίπτει χεῖρας. Διὸ καὶ πενέστατον ἑαυτὸν εἶναι ἡγεῖται. Τίς οὖν τῶν ἐχεφρόνων τὸν μὲν πρότερον οὐ ζηλώσει, τὸν δὲ δεύτερον οὐ μισήσει;

CCCLXXI. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Qui vitam maxime continentem et frugalem sibi consectandam proposuit, animo magnus et splendidus est, victus autem cultu tenuis. Nam cum ipse magni pretii sit, pauca expendit. At qui vitæ lautitiam in pretio habet ac turgidam mensam consectatur, animo quidem parvus et abjectus est, gratiisque vacuus, victu autem profusus. Nam cum ipse nullius pretii sit, plurima insumit. Quo fit, ut ille, paucis contentus, copiosissimum se esse existimet: hic autem ingentes **401** sumptus faciens, in proximorum bona sceleratas suas manus injiciat, ac proinde pauperrimum se esse arbitretur. Quisnam

C igitur sanæ mentis priorem beatum non prædicet; secundum autem oderit ac detestetur?

ΤΟΒʹ. — ΘΕΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Περὶ Μάρωνος.

Λίαν ἥσθην πυθόμενος ὅτι ὁ σὸς διάδικος ὥρμησε μὲν κατὰ σοῦ ὡς αὐτόθεν περιεσόμενος. Ἐῤῥάγη δὲ καθάπερ ἐν τοῖς Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν ὑπὸ τῆς σῆς φιλοσοφίας νενικημένος.

CCCLXXII. — THEONI PRESBYTERO.

De Marone.

Magna voluptate affectus sum, cum illud audivi, adversarium tuum, in te quidem impetum fecisse, tanquam te statim superiorem futurum; disruptum autem fuisse, non secus atque in Olympicis certaminibus, a te sapientia victum atque prostratum.

ΤΟΓʹ. — ΕΡΜΙΝῼ, ΔΩΡΟΘΕῼ, ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ (98).

Ὁ μὲν ἀρετὴν ἀσκῶν, στέφανον ἔχει λαμπρόν· ὁ δὲ κατορθῶν μὲν, μὴ ἡγούμενος κατωρθωκέναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ οὕτω διακεῖσθαι χάριν, στέφανον ἕξει λαμπρότερον. Ἀντίῤῥοπον γὰρ τῶν κατορθωμάτων ἐστὶ, τὸ κατορθοῦντα μὴ ἡγεῖσθαι κατωρθωκέναι. Μᾶλλον δὲ τοῦτο παρὸν μὲν κἀκεῖνα δείκνυσι μεγάλα, ἀπὸν δὲ καὶ τὰ μέγιστα κατασμικρύνει. Ὁ βουλόμενος τοιγαροῦν μεγάλα ἑαυτοῦ ποιῆσαι τὰ

CCCLXXIII. — HERMINO, DOROTHEO, HIERACI CLARISSIMO.

Is quidem, qui virtutem colit, præclaram coronam habet; at qui virtutis officia præstans, minime tamen se præstitisse existimat, hoc etiam ipso, quod

D ita affectus sit, splendidiorem coronam habiturus est. Non minoris enim, quam virtutes ipsæ, laudis est, cum ex virtute aliquid geras, minime tamen te gessisse arbitrari. Imo, ut rectius loquar, hoc cum adest, illa quoque magna esse indicat: cum autem

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(97) Vide Augustin. serm. 34 et seq. de verb. Apostoli. Ritt.

(97*) Duobus simul hæc inscribitur epistola in cod. Vat. 650, non solum Theodosio presbytero, sed καὶ Ἐλισσαίῳ μονάζοντι, *Elisæo monacho.* Possin.

(98) Titulus hujus epistolæ, in cod. Vat. 650 valde diversus ab edito sic est: Ἄρχοντι πρεσβυτέρῳ. Vers. 2 post ἡγούμενος idem cod. addit δὲ et v. 5 post ἡγεῖσθαι adjungit τό. Id.

abest, etiam maxima quæque imminunt. Quamobrem qui virtutes suas magnas reddere cupit, ne eas magnas esse existimet : ac tum magnæ erunt.

A κατορθώματα, μὴ ἡγείσθω αὐτὰ εἶναι μεγάλα, καὶ τότε ἔσται μεγάλα (99).

CCCLXXIV. — ARCHONTIO PRESBYTERO.

Virtus et secundas et adversas res ornare consuevit : doctrina autem illarum ornamentum, harum autem portus esse videtur. Quocirca si ambas quispiam obtinere possit, præclare se res habebit. Si autem alterutra desideretur, virtutem eligere præstat. Optimum enim esse quam videri, me quidem judice, præstantius est.

ΤΟΔ'. — ΑΡΧΟΝΤΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ (1).

Ἡ μὲν ἀρετὴ καὶ τὴν εὐημερίαν καὶ τὴν δυσημερίαν κοσμεῖν εἴωθεν· ἡ δὲ παίδευσις, τῆς μὲν δοκεῖ κόσμος εἶναι, τῆς δ' ὅρμος. Εἰ μὲν οὖν ἄμφω ἔχειν δυνατὸν, εὖ ἂν ἔχοι. Εἰ δὲ θάτερον λείπεται, ἄμεινον ἑλέσθαι τὴν ἀρετήν. Τὸ γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν ἄριστον, παρ' ἐμοὶ κριτῇ προτιμότερον.

CCCLXXV. — HERMINO COMITI.

Mirifica quædam de te ii, quibus conspectu tuo frui contigit, ubique decantant, nempe quod, cum mansuetudinis decus atque ornamentum sis, atque affusum vultui tuo pudorem habeas, eos tamen, qui peccare instituunt, oculorum gravitate deterres : sic nimirum te comparans, ut iis, qui recte atque integre vivunt, serenum ac placidum vultum, iis autem, qui desidia torpent, horrendum ostendas. Illum enim iis, quibus injuria fit, profers. Istum vero iis, qui injuriam inferunt obtendis. His igitur admirandis virtutum dotibus, vir admirande, in perpetuum utere.

ΤΟΕ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ (2).

Θαυμαστά τινα περὶ σοῦ οἱ τῆς σῆς θέας ἀπολαύ- B σαντες περιᾴδουσιν, ὅτι ἡμερότητος τυγχάνων ἄγαλμα, καὶ ἐπανθοῦσαν ἔχων τῷ προσώπῳ τὴν αἰδῶ, τῷ βλοσυρῷ τῶν ὀφθαλμῶν, τοὺς πλημμελεῖν προῃρημένους προαναστέλλεις· τὴν μὲν γαλήνην τοῖς ὀρθῶς βιοῦσι, τὸν δὲ φόβον τοῖς ῥαθύμοις ἐπιδεικνύμενος. Τὴν μὲν γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις προτείνεις, τὸν δὲ τοῖς ἀδικοῦσιν ἐφοπλίζεις. Χρῶ τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, διὰ τέλους τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις πλεονεκτήμασι.

CCCLXXVI.—INCERTO.

Qui una cum aliis magnis et admirandis nominibus, divinæque ipsius naturæ magnificentiam, ut licet, significantibus, etiam Verbum vocari dignatus est, verba non odit, nec sapientia sapientiam abdicat : verum tum demum et illa, et hanc extra sacrosancta septa relegat cum vitium laudant, atque idolorum cultum tuentur. Quod si nihil horum faciant, et eas amplectitur et admittit, et **402** sacris conventibus contubernales ac commensales efficit.

ΤΟϚ' (3). — ΤΙΝΙ ΗΓΝΟΗΜΕΝΩ.

Μετὰ τῶν ἄλλων ἐπωνυμιῶν τῶν μεγάλων καὶ θαυμαστῶν, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως τὴν μεγα- C λοπρέπειαν, ὡς ἐνδέχεται, σημαινουσῶν, καὶ λόγος κληθῆναι καταξιώσας, οὐ μισεῖ τοὺς λόγους, οὐδὲ ἡ σοφία τὴν σοφίαν ἀποχηρύττει. Ἀλλὰ τότε κἀκείνους, καὶ ταύτην ἔξω ἱερῶν περιβόλων ἀπελαύνει, ὅταν τὴν κακίαν ἐπαινῶσι, καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν συγκροτῶσιν. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων ποιοῖεν, καὶ ἀσπάζεται καὶ προσίεται, καὶ τοῖς ἱεροῖς συλλόγοις συνεστίους ποιεῖ καὶ ὁμοτραπέζους.

CCCLXXVII. —GERMANO COMITI.

Non qui externos barbaros vincit, hic victor merito vocandus fuerit, sed qui intestinum voluptatum bellum conficit. Multi enim illis devictis ab istis fœdum ac miserandum in modum capti sunt.

ΤΟΖ'. — ΓΕΡΜΑΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Οὐχ ὁ τοὺς ἔξωθεν βαρβάρους νικῶν, τροπαιοῦχος ἂν εἰκότως καλοῖτο· ἀλλ' ὁ τὸν ἔσω πόλεμον τῶν ἡδονῶν χειρούμενος. Πολλοὶ μὲν ἐκείνους νενικηκότες, ὑπὸ τούτων αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς ἑάλωσαν.

CCCLXXVIII. — EPIMACHO SCHOLASTICO.

D ΤΟΗ'. — ΕΠΙΜΑΧΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Amicus tuus, in magnis negotiorum procellis relictus, atque omni mota machina, quemadmodum naucleri, quorum artem tempestas demersit, in vo-

Ὁ φίλος ὁ σὸς ἐν μεγίστῳ κλύδωνι πραγμάτων ἀποληφθεὶς, καὶ πᾶσαν κινήσας μηχανὴν, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται, ὧν ὁ χειμὼν τὴν τέχνην ἐβάπτισεν, ἐν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(99) Necessaria valde est hujus epistolæ admonitio, de cavenda in recte factis animi elatione. « Nam, ut ait Leo M. serm. 4 *De Quadragesima*, diabolus, qui omnium virtutum est adversarius, ad hoc vim suæ malignitatis armare solet, ut pietati laqueos de ipsa pietate prætendat, et quos non potuerit dejicere per diffidentiam, conetur superare per gloriam. Vicinum enim est rectis actionibus superbiæ malum, et de proximo semper virtutibus insidiatur elatio : quia difficile est, ut laudabiliter viventem laus non capiat humana, nisi, ut scriptum est, *qui gloriatur, in Domino glorietur* (*I Cor.* I, 31). » RITT.

(1) Abest hæc epistola a cod. Vatic. 650. POSSIN.

(2) In titulo hujus epistolæ post Ἑρμίνῳ κόμητι cod. Vat. 650 addit, καὶ Δωροθέῳ καὶ Ἱέρακι λαμπροτάτοις. ID.

(3) Hæc epistola in cod. Vatic. 650 titulum habet : Τῷ αὐτῷ. Ante μετὰ primo vocabulo ep. idem cod. præmittit ὁ. ID.

εὐχαῖς σαλεύει. Εὔχου τοίνυν καὶ αὐτὸς ὅπως κρείττων χειμῶνος γένηται.

A tis ac precibus fluctuat. Quamobrem ipse quoque vota fac, ut tempestate superior evadat.

ΤΟΘ'. — ΘΕΟΔΩΡΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Οὔτε ἀλαζόνα εἶναι χρὴ, οὔτε κόλακα· ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακιῶν (4) τούτων τὴν ἀμετρίαν κολάζοντα, ἐλευθέριον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα.

CCCLXXIX. — THEODORO SCHOLASTICO.

Nec vanum et arrogantem esse oportet, nec adulatorem, verum utriusque vitii excessum fugientem, liberum esse: sic nempe ut nec in fastidium et insolentiam quispiam declinet, nec in servilem quamdam animi affectionem prolabatur.

ΤΠ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Μάνθανε, ὦ σοφώτατε, καὶ ῥητορικώτατε, ὅπερ κινδυνεύεις, ὡς ἔοικεν, ἀγνοεῖν, ὅτι εἰ συμβαίη φίλοις πρὸς ἀλλήλους διενεχθῆναι, ἢ ἐχθροῖς, οὐχ ὁμοίως διαγωνιοῦνται· ἀλλ' οἱ μὲν ὡς διαλλαγησόμενοι διοίσονται, οἱ δὲ ὡς ἀκήρυκτον ἕξοντες τὸν πόλεμον.

CCCLXXX. — TIMOTHEO SCHOLASTICO.

Disce, o sapientissime et disertissime, id quod, ut apparet, ignoras, nempe quod si amicis aut inimicis inter se dissidere contingat, non eodem modo concertabunt: verum illi quidem, ut in mutuam gratiam redituri, contendent; hi autem, ut inexpiabile B bellum habituri.

ΤΠΑ'. — ΔΩΡΟΘΕΩ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ.

Ἐγὼ καὶ μετριόφρονα καλῶ καὶ μεγαλόφρονα, τὸν μέγιστα μὲν κατορθοῦντα, τῆς δὲ ἐπὶ τῷ μεγάλα πράττειν μὴ ἀντιποιούμενον δόξης, ἀλλὰ σιωπῇ κρύπτοντα τὰ πλεονεκτήματα, καὶ κατὰ τῶν πέλας μὴ ἐπιφυόμενον. Τῷ μὲν γὰρ πρᾶξαι μεγάλα, μεγάλως ἐφρόνησε, τῷ δὲ κρύψαι, μετρίως· τῷ γὰρ μικρόφρονι τὸν μεγαλόφρονα ἀντισταλτέον, καὶ οὐ τῷ ταπεινόφρονι. Μικρὰ γὰρ φρονεῖ, ὁ τὰ γήϊνα ὀνειροπολῶν. Μεγάλα δὲ, ὁ τὰ ὑπερκόσμια ζητῶν. Διὸ δὴ καὶ ἀπὸ μεγάλης μὲν καὶ ὑψηλῆς διανοίας τίκτεσθαι συμβαίνει τὴν ταπεινοφροσύνην, ἀπὸ δὲ μικρᾶς καὶ φαύλης τὴν ἀλαζονείαν. Εὐγνώμονα δὲ οὐ ταπεινόφρονα κλητέον, τὸν πταίοντα μὲν, ὁμολογοῦντα δὲ καὶ γνωσιμαχοῦντα, οἷος ἦν ὁ τελώνης. Κενόδοξον δὲ, τὸν ἐφ' οἷς μὴ πράττει δοξάζεσθαι βουλόμενον· φιλόδοξον δὲ, τὸν ἐφ' οἷς πράττει ἐναβρυνόμενον· ὑπερήφανον δὲ, τὸν πράττοντα μὲν, σεμνυνόμενον δὲ, καὶ τοὺς ἄλλους ὀνειδίζοντα· μεγαλόψυχον δὲ, τὸν καὶ τὴν εὐημερίαν μετρίως, καὶ τὴν δυσπραγίαν γενναίως φέροντα· μικρόψυχον δὲ, τὸν τἀναντία τῷ μεγαλοψύχῳ πράττοντά τε καὶ πάσχοντα.

CCCLXXXI. — DOROTHEO CLARISSIMO.

Ego et modestum et animi magnitudine præstantem eum voco, qui cum maximis virtutis muneribus fungatur, non tamen ob magnas et præclaras actiones gloriam affectat, verum virtutes suas silentio tegit, nec in proximos insultat. Quatenus enim magna efficit, magnifice sensit; quatenus autem ea occultavit, modeste. Siquidem is, qui parvo animo est, magnanimo opponi debet: non autem submisso et humili. Exigue enim sentit, qui terrena insomnii errore sibi fingit; magne autem et excelse, qui ea, quæ mundo sublimiora sunt, quærit. Unde etiam a magna quidem et sublimi mente animi submissionem ac modestiam procreari contingit; a parva autem C et vili, arrogantiam. At enimvero eum judicii sinceritate præditum, non autem modestum, vocare debemus, qui cum peccet, id confitetur, ac pœnitudine ducitur, ut publicanus. Κενόδοξον autem, hoc est inanis gloriæ morbo laborantem, qui ob ea, quæ minime agit, gloriam consequi cupit; φιλόδοξον vero, id est gloriæ amantem, eum, qui ob ea quæ agit, sibi placet: insolentem item, qui facit quidem, sed eo nomine gloriatur, aliosque probris afficit; magnanimum porro, eum, qui et res secundas moderate, et sinistras fortiter ac strenue fert; μικρόψυχον denique, hoc **403** est parvi animi hominem, qui contraria magnanimo facit, ac moderatur.

ΤΠΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰ καὶ, ὡς γέγραφας, ὁ λόγος τὸν κρότον ἐγέννησεν· ἀλλ' οὖν γε καὶ ὁ κρότος τὸν λόγον ἐπέῤῥωσεν ἔρεισμα τῷ τεκόντι φανείς. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις ὁ κρότος τὸν μὲν λόγον νευροῖ, τὸν δὲ τρόπον τοῦ λέγοντος λυμαίνεται, εἰς ὑπτιότητα αὐτὸν χειραγωγῶν, παραινῶ τῇ σῇ συνέσει, μάλιστα μὲν τῷ Θεῷ εἰδέναι χάριν, τῷ καὶ τοιαύτην δεδωκότι χάριν· εἰ δὲ καὶ ἐπαινεῖν βούλει (ὡς γὰρ ἔφης ἀδύνατον, μὴ κρότοις τὸν λόγον ἀμείβεσθαι), τὸν λόγον ἐπαινῶν, ὡς βούλει, μὴ ἄμετρα ὕφαινε κατ' ἐμοῦ ἐγκώμια, ἵνα μή με ὑπτιώσῃς.

CCCLXXXII. — EIDEM.

D Etsi, ut abs te scriptum est, oratio plausum peperit: at etiam orationi plausus robur comparavit, quippe qui parenti adminiculi loco fuerit. At quoniam sæpenumero usu venit, ut plausus orationi quidem robur comparet, verum oratoris mores inficiat et labefactet, ad supinitatem videlicet ac socordiam eum tanquam porrecta manu ducens, prudentiam tuam moneo, maxime quidem ut Deo, qui hujusmodi gratiam largitus est, gratiam habeas, quod si etiam laudare vis (negas enim fieri posse ut orationi plausus tandem non rependatur), orationem quidem arbitratu tuo laudans, ne nimias adversum me laudes contexas, ut ne me supinum atque ignavum reddas.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(4) Pro τῶν κακιῶν cod. Vat. 650 legit τῶν κακῶν. Possin.

CCCLXXXIII.—DIOGENI PRESBYTERO.

A

Consimili modo mihi peccare videntur, et qui ad maximas virtutes silentio veritatem produnt (livore enim, hoc est gravissimo, atque prudentum virorum judicio veniæ experte affectu, contabescunt), et qui eos, qui omni commemoratione carent, nimis prompte ac temere laudibus afficiunt. Siquidem adulatorum notam atque infamiam sibi inurunt, qui eos qui castigatione opus habent, laudare aggrediuntur.

ΤΠΓ'. — ΔΙΟΓΕΝΕΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Ἀδελφὰ ἁμαρτάνειν μοι δοκοῦσιν, οἵ τε ἐπὶ τοῖς μεγίστοις κατορθώμασι σιγῇ προέμενοι (5) τὴν ἀλήθειαν, (φθόνῳ γὰρ τήκονται, πάθει χαλεπωτάτῳ, καὶ συγγνώμης παρά γε τοῖς ἐχέφροσιν ἀμοίρῳ) καὶ οἱ προχείρως ἐπαινοῦντες τοὺς πάσης εὐφημίας ἐρήμους. Τὴν γὰρ τῶν κολάκων ἐναπομάττονται δύσκλειαν, τοὺς σωφρονισμοῦ δεομένους ἐγκωμιάζειν ἐπιχειροῦντες.

CCCLXXXIV.— TIMOTHEO CLARISSIMO.

Quod tu quidem non despicabilem lenitatem habeas, nec agrestem et immanem fortitudinem (humanitas enim ac mansuetudo crudelitatem coercet), omnes exploratum habemus. Quod autem aliis quoque virtutibus redimitum te esse oporteat, ut in omni laudis genere clarus sis, hoc ex me discas velim.

ΤΠΔ'. — ΤΙΜΟΘΕΩ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ.

Ὅτι μὲν τὸ πρᾶον οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχεις, οὐδὲ τὸ ἀνδρεῖον ἀνήμερον (ἡ γὰρ φιλανθρωπία κολάζει τὴν ὠμότητα) ἅπαντες ἴσμεν. Ὅτι δὲ χρή σε

B

καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀναδήσασθαι, ἵνα ἐν πᾶσι διαλάμποις, τοῦτο παρ' ἐμοῦ μάνθανε.

CCCLXXXV. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Non simpliciter adoritur callidus ille prædo eos, qui hoc tempestatis plenum mare navigant: verum exploratis prius atque cognitis animæ propensionibus et appetitionibus, ita demum aggreditur, ac machinas suas instruit. Quid enim est, quamobrem Judam non ad libidinem, sed ad proditionem impulerit? Nimirum quia partem illam præsidiis firmatam videbat: eam autem, quæ ad avaritiam pertinebat, infirmam et imbecillem. Ex crumenæ enim furto in spem venit fore, ut ipse ad proditionem quoque facile se conferret. Quocirca uniuscujusque appetitiones atque inclinationes et assensus inquirens, nec tempus ullum aut horam prætermittens, ita denique materias externe subministrat, atque in ea parte, ad quam eum propensionem habere sentit, vulnus infert. Ac propterea eum, qui laudem et gloriam et consequi cupit, omni ex parte munitum ac obseptum esse oportet. Sæpenumero enim hominis vitam, non secus ac civitatem quamdam inexpugnabilibus muris circumdatam, per nutantem et imbecillam partem ditioni suæ subjecit, atque inanem et inutilem reliquorum murorum firmitatem reddidit.

ΤΠΕ'. — ΘΕΟΔΟΣΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Οὐχ ἁπλῶς ἐπιτίθεται ὁ δεινὸς πειράτης τοῖς ταύτην τὴν χειμῶνος γέμουσαν πλέουσι θάλατταν, ἀλλὰ πρῶτον διακωδωνήσας, καὶ τὰς ῥοπὰς καὶ τὰς ὁρμὰς τῆς ψυχῆς καταμαθὼν, οὕτως ἐπιχειρεῖ, καὶ τὰς μηχανὰς πλέκει. Διὰ τί γὰρ εἰς πορνείαν οὐκ ὤθησε τὸν Ἰούδαν, ἀλλ' εἰς προδοσίαν; Ὅτι ἐκεῖνο μὲν τὸ μέρος ἑώρα ἠσφαλισμένον· τὸ δὲ περὶ φιλοχρηματίαν σφαλερὸν καὶ σαθρόν. Ἐκ γὰρ τῆς κλοπῆς τοῦ γλωσσοκόμου ἤλπισε καὶ εἰς προδοσίαν αὐτὸν ῥᾳδίως ὁρμήσειν. Τὰς ὁρμὰς οὖν ἑκάστου καὶ τὰς

C

συγκαταθέσεις πολυπραγμονῶν, καὶ οὐδένα καιρὸν οὐδ' ὥραν παραλείπων, οὕτως τὰς ὕλας ἔξωθεν χορηγεῖ, καὶ εἰς ὃ ἐπιῤῥεπῶς ἔχοντα αἰσθάνεται, εἰς ἐκεῖνο τιτρώσκει. Χρὴ οὖν πανταχόθεν ἠσφαλίσθαι τὸν εὐδόκιμον. Πολλάκις γὰρ πολιτείαν ὥσπερ πόλιν ἀπορθήτοις τείχεσι πεπυργωμένην, διὰ μέρους σαθροῦ παρεστήσατο, ματαίαν τὴν τῶν λοιπῶν τειχῶν δείξας ὀχυρότητα.

404

CCCLXXXVI. — ELISÆO MONACHO.

De Arianis et Eunomianis.

Si sanctus Daniel, angelum conspicatus, atque

D

ex conspecti pulchritudine admiratione perculsus, in terram pronus cecidit, spectaculi videlicet novitate attonitus: quamnam tandem excusationem habituri sunt, qui Patri et Filio arbitros ac sequestros se præbere audent, naturamque omnem sermonis facultatem superantem sermonibus superare aggrediuntur?

ΤΠϚ'. — ΕΛΙΣΣΑΙΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν.

Εἰ ὁ ἅγιος Δανιὴλ ἄγγελον θεασάμενος, καὶ ἀγασθεὶς τὸ κάλλος τοῦ ὀφθέντος, πρηνὴς ἔπεσεν, ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸ παράδοξον τῆς θέας· ποίαν ἕξουσιν ἀπολογίαν, οἱ Πατρὶ καὶ Υἱῷ μεσιτεύειν τολμῶντες, καὶ τὴν ἄῤῥητον φύσιν λόγοις ζυγοστατεῖν ἐπιχειροῦντες;

CCCLXXXVII. — LEONTIO EPISCOPO

Ego te, o puritatis delubrum, non sacerdotii nomine admiror: sed quia illud, ut conveniebat, es

ΤΠΖ'. — ΛΕΟΝΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἐγώ σε, ὦ ἁγνείας ἀνάκτορον, οὐκ ἐκ τῆς ἱερωσύνης θαυμάζω· ἀλλ' ὅτι προσηκόντως ταύτης τετύ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Idem cod. προέμενοι mutat in προσιέμενοι, et vers. post quarto ἐρήμους in ἀμοίρους. Possin.

χηκας. Πολλοὶ μὲν γὰρ αὐτῇ ἐπεχώμασαν οὐκ εὐαγῶς· οἱ δὲ εἰκότως τετυχηκότες τῆς τιμῆς, καὶ διὰ τέλους ἑαυτοὺς οὐ μόνον μέμψεως κρείττους, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἀξίους ἀποφήναντες, οὗτοι παρὰ πάντων ἀναῤῥηθῆναι ἂν εἶεν δίκαιοι. Ὧν εἷς καὶ αὐτὸς τυγχάνων, μυρίοις ὀφθαλμοῖς τὰ κατὰ σαυτὸν περισκόπει· μή ποτέ τι παροφθὲν, τῇ τοσαύτῃ λυμήνηται ἀρετῇ.

A consecutus. Multi enim ad eam dignitatem haud pie sancteque irruperunt : qui autem eam honesta ratione obtinuerunt, ac perpetuo seipsos non modo omni reprehensione superiores, sed etiam admiratione dignos præstiterunt, hi omnium laude ac prædicatione efferri merentur. Quorum in numero cum ipse quoque sis, sexcentis oculis vitam tuam ac mores circumspice : nec alioqui neglectum abs te quidpiam tantæ virtuti labem ac perniciem afferat.

ΤΠΗ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Περὶ ἀναγνώσεως, κατὰ Ἑλλήνων. Περὶ τῆς χάριτος τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας.

Οἱ θεῖοι καὶ οὐράνιοι χρησμοὶ τοῖς μὲν τῶν καλῶν ἀνεράστοις (6) γράμματα μόνον εἶναι δοκοῦσι τοῖς δὲ ὑπερκοσμίοις [καὶ] φιλοθεάμοσι, λειμῶνές εἰσιν εὐανθεῖς, ὥσπερ ἐξ οὐρανίου νέκταρος βρύοντες ἀκηράτοις ἄνθεσιν. Ἐξαρκοῦσι μὲν γὰρ καὶ μόνον ῥηθέντες πρὸς ἔκπληξιν· κατανοοῦσι δὲ σχολὴν ἄγειν οὐκ ἐπιτρέπουσιν, ἀλλὰ παρασκευάζουσι πᾶσαν τὴν νοερὰν αἴσθησιν τρέπειν (7) εἰς ἑαυτοὺς, ὡς πρὶν τὸ παρὸν ἀκριβῶς θεάσασθαι, ποθεῖν τὸ ἑξῆς· κἀκεῖνο θεασαμένους, ὅπερ ἀπέλιπον ζητεῖν, καὶ τὸ τρίτον ἰδόντας, οὐκ ἔχειν ὅτι θαυμάσουσιν. Εἴσω γὰρ τοῦ γράμματος παραπέμποντες τὸν νοῦν, τοσούτου πίμπλανται θαύματος, καὶ τοσαύτης πληροῦνται χάριτος, ὥστε μηδὲν ἔτι χωρῆσαι τῶν ἐπιγείων πραγμάτων δύνασθαι, μηδὲ ἂν πάντα πρὸς αὐτοὺς συῤῥέῃ τὰ περιμάχητα, λήθης ὧν πρότερον ἐθαύμαζον ἐκνικησάσης.

CCCLXXXVIII. — HIERACI PRESBYTERO.

De lectione, contra gentiles. — De gratia divinitus inspiratarum Scripturarum, et utilitate.

Divina et cœlestia oracula, iis quidem, qui pulchrarum rerum fastidio tenentur, litteræ solum esse B videntur : iis autem, qui supra mundum assurrexerunt, ac spectaculis gaudent, virentes et amœni sunt, tanquam ex cœlesti nectare purissimis floribus scatentes. Etenim, vel pronuntiata duntaxat, ad animos admiratione defigendos sufficiunt : iis autem, qui ea considerant et animadvertunt, feriari non permittunt : verum hoc efficiunt, ut omnes animi sensus ad ea se convertant : adeo ut priusquam id, quod præsens est, conspexerint, id quod sequitur expetant : et cum illud perspexerint, id quod reliquerint quærant : et cum id quod tertium est, viderint, quod potissimum admirentur non habeant. Intra enim litteræ penetralia mentem mittentes, tanta admiratione implentur, ac tanta gratia cumulantur, ut jam terrenarum rerum nihil capere queant, ne si omnia quidem ea quæ certatim homines appetunt, ad ipsos confluant : quod videlicet earum rerum, quas prius admiratione prosequebantur, oblivio victrix exstiterit.

ΤΠΘ'. — ΔΙΟΓΕΝΕΙ ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝΩ.

C

Εἰς τὸ γεγραμμένον, « Ἐὰν ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ σου πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον, οὐ παρελεύσῃ ἀλλὰ συνεγείρῃς. »

enim est istud votum, qui meretricis retibus altius volant : non eorum, qui ipsius compedibus ultro semetipsos induunt. Vel perinde, quasi ex navi te ipsum in immensum pelagus projiciens, et ultro te periculo objiciens, pro salute et conservatione tui supplicares. Et quo pacto, quæso, hunc talem hominem ipsa, si velit, salus servare possit? Nam iis, qui omnia quæ in se sunt, implent, quique artem suam in auxilium vocant, ne a tempestate submergantur, ejusmodi convenit precatio : nequaquam vero iis, qui etiam antequam coorta in mari fuerit tempestas, seipsos in pelagus præcipitant. Desine igitur delicias facere. Nam si ventrem perdomueris, etiam iis quæ sub ventre sunt, eris superior : nec ultra ridiculum te præbebis, ut qui contraria te consequi posse optes iis quæ agis.

A ῥίπτων, ἀντιβολοίης σωθῆναι ἐμβρόντητε, σαυτῷ κατασκευάζων τὸν κίνδυνον, εὐχῇ σωθῆναι (38). Καὶ πῶς οἷόν τε; Τῶν γὰρ πάντα τὰ παρ' ἑαυτῶν πληρούντων, καὶ παρακαλούντων μὴ βαπτισθῆναι τὴν οἰκείαν τέχνην ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, ἐστὶν αὕτη ἡ δέησις· οὐ τῶν ἑαυτοὺς εἰς τὸ πέλαγος καὶ πρὸ τοῦ κλύδωνος ῥιπτούντων. Παῦσαι τοίνυν τρυφῶν. Εἰ γὰρ γαστρὸς περιέσῃ, καὶ τῶν μετὰ γαστέρα κρατήσεις, καὶ γέλωτα οὐκ ὀφλήσεις, ὡς τἀναντία ὧν διαπράττῃ λαβεῖν προσευχόμενος.

III. — EIDEM.

De eodem.

Quoniam per litteras ex me quæsivisti, quid sibi velit illud : « Confige timore tuo carnes meas » (fortassis enim imprudens id petiisti, quod accipere noluisti) ausculta. Fige ipsas, mortifica, immobiles fac ad voluptatem : pro clavis timor tui ipsas figat, et morte afficiat, et in crucem agat, et immobiles atque inefficaces ad peccatum faciat. Cognita igitur interpretatione, tu qui deliciis indulges, ne hoc petas : aut si petis, deliciari ac luxuriare desine : præsertim, cum ne quidem domi tuæ tibi materia deliciarum suppeditetur, sed alienis mensis impudenter insiliens (quod unum ex rebus abominandis ac miseris esse pronuntiavit Salomon) : carnem prorsus indecore pinguefacias. Non enim necessitati te accommodas; sed et satietatem contumelia afficis.

B Γ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐπειδὴ γέγραφας, τί ἐστι τό· « Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου » (ἴσως γὰρ ἀγνοῶν ᾔτεις ὃ μὴ ἐβούλου λαβεῖν)· ἄκουε. Πῆξον αὐτὰς, νέκρωσον, ἀκινήτους ποίησον πρὸς ἡδονήν, ἀντὶ ἥλων ὁ φόβος ὁ σὸς πηγνύτω αὐτὰς, καὶ νεκρούτω, καὶ σταυρούτω, καὶ ἀκινήτους καὶ ἀνενεργήτους πρὸς ἁμαρτίαν παρασκευαζέτω. Γνοὺς οὖν τὴν ἑρμηνείαν ὁ τρυφῶν, τοῦτο μὴ αἴτει· ἢ αἰτῶν μὴ τρύφα· καὶ μάλιστα, ὅτι οὐδ' ἡ τρυφὴ οἴκαδέ σοι παρασκευάζεται, ἀλλ' ἀλλοτρίαις ἀναισχύντως ἐπιπηδῶν τραπέζαις· ὅπερ ἓν τῶν ἀπευκταίων καὶ ἀθλίων ὡρίσατο εἶναι ὁ Σολομών· τὴν σάρκα οὐ δεόντως ὅλως πιαίνεις. Οὐ γὰρ τῇ χρείᾳ γίνῃ· ἀλλὰ καὶ τὸν κόρον ὑβρίζεις. C

415 IV. — EIDEM.

De eadem re.

Is quidem, qui virtutem germanitus atque ex animo adamat, etiam divinum numen jure meritoque invocet ad opem ferendam, quo desideria sua ad optatum exitum perducat. At qui cum ea perpetuum bellum gerit, is ne quidem si Deum in auxilium vocarit, propitium habebit. Quæ ergo hæc est amentia, quod cum carnem tuam crapula et ebrietate assidua pinguefacias ac sagines, ignemque igni addas, et nullam non voluptatis viam novam rimeris, et libidinem sopitam quoque excites et instiges ultro, tamen in precibus dicere ausis : « Confige timore tuo carnes meas [63]? » Nam ei quidem, qui jejuniis et humi cubationibus et per vigilias carnem suam tabefacit, et spiritus habenis obsequentem ipsam exhibet, aptissima convenientissimaque est hæc precatio. Qui vero, id quod tu facis, ita parat et assuefacit carnem, ut luxuria exsultet, quique luxuriosas comessationes et temulentiam perpetuo assectatur,

Δ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὁ μὲν τῆς ἀρετῆς γνήσιος ἐραστὴς, καὶ τὸ Θεῖον εἰς τὸ ἀγαγεῖν τὸ ποθούμενον εἰς πέρας δίκαιος ἂν εἴη καλεῖν· ὁ δὲ ἄσπονδος ἐχθρὸς, οὐδὲ ἂν καλέσας (39) ἐπήκοον ἕξει τὸ Θεῖον. Τί τοιγαροῦν τὴν σάρκα τὴν σαυτοῦ κραιπάλαις καὶ μέθαις καταπιαίνων, καὶ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύων, καὶ πᾶσαν καινοτομῶν ὁδὸν ἡδονῆς, καὶ τὸ ἀκόλαστον καὶ κοιμώμενον διεγείρων τε καὶ παρακαλῶν, ἐν ταῖς εὐχαῖς λέγεις· « Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου; » Τῷ μὲν γὰρ νηστείαις καὶ χαμευνίαις, καὶ παννυχίσι D τὴν οἰκείαν κατατήκοντι σάρκα, καὶ εὐήνιον αὐτὴν τῷ πνεύματι κατασκευάζοντι, πρεπωδεστάτη αὕτη ἡ εὐχή· τῷ δὲ, ὥσπερ σὺ, σκιρτᾷν παρασκευάζοντι τὴν σάρκα, καὶ τὰς ἀσώτους συνεστιάσεις καὶ τὰς κραιπάλας διώκοντι, ἐξ ὧν ἡδοναὶ βρύουσιν, οὐ μόνον ἀπρεπὴς αὕτη ἡ εὐχὴ, ἀλλὰ καὶ εἰρωνείας, μᾶλλον δὲ κινδύνου μεστή (40). Ὅταν γὰρ τὸν ἀκήρατον νοῦν ταῦτα αἰτῇ, ἃ ποιεῖν οὐ θέλει, οὐ μόνον ἀνθρώ-

[63] Psal. cxviii, 120.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(38) Hæc, ἐμβρόντητε σαυτῷ.... σωθῆναι, omittebat ed. Paris. et habet cod. Vat. 650. Edit.

(39) Cod. Vatic. 650, καλέσῃ, et vers. post quarto pro καὶ κοιμώμενον scribit uno verbo κεκοιμημένον. Id.

(40) Vox μεστή, quæ in ed. Paris. deerat, additur ex cod. Vatic. Edit.

πους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν παραχρούεσθαι θέλει τὸν κριτήν.

A unde voluptates ebulliunt, ei non modo non convenit ista precatio, verum etiam ludibrii, imo et periculi plena est. Quando enim integerrimam illam divinam mentem ea rogat, quæ facere non vult, tum vero non solum homines, sed ipsum quoque judicem fallere conatur.

Ε'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τί ἐστι γεγραμμένον ἐν τοῖς Ἄσμασι, « Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι. »

Γέγραφας, τί ἐστιν, « Ἑξήκοντά εἰσι βασίλιδες, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄκουε τοίνυν· Ἐχέτω μὲν ἡ ἄμωμος καὶ παρθένος Ἐκκλησία, ἡ ὀρθὴν περὶ τὸ Θεῖον τὴν πίστιν ἔχουσα, τὰ πρωτεῖα· καὶ αὐτὴ καλείσθω περιστερὰ τελεία, ὅλων τῶν ταγμάτων ὑπερβαίνουσα τὴν ἀξίαν. Εἰ δὲ καὶ εἰς πράξεις αὐτὸ ἐκλαβεῖν χρὴ, λελέχθω καὶ τάδε· Ἑξήκοντά εἰσι βασίλιδες, αἱ τῆς βασιλείας ἕνεκεν εἰσπράττουσαι ψυχαί· καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, αἱ φόβῳ τῆς κολάσεως ἀπεχόμεναι τοῦ κακοῦ· καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, αἱ διά τινας προφάσεις κοσμικὰς σωφρονοῦσαι, καὶ τὸ δίκαιον διώκουσαι, αἳ οὐδὲ πόθῳ τῆς βασιλείας, οὐδὲ φόβῳ τῆς κρίσεως τὸ δέον πράττουσιν (41)· ἀλλ' ἵνα πλούτου, ἢ δόξης, ἢ τιμῆς τινος μὴ στερηθῶσι. Μία ἐστὶ περιστερὰ τελεία, ἡ τὸ καλὸν δι' αὐτὸ τὸ καλὸν πράττουσα, τῶν ἄκρων ἁγίων σύνοδος· ἡ οὔτε διὰ μισθὸν, οὔτε διὰ τιμωρίαν, οὔτε διὰ πρόφασίν τινα βιωτικὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῷ Θεῷ φίλον, πράττουσα τὸ δέον. Δῆλον δ' ὅτι τὸν Θεὸν ἔχουσα, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ ἔχει· κἀκεῖναι μὲν ἀκοῦσαι δυνήσονται· Χάρις τῇ βασιλείᾳ, καὶ τῇ γεέννῃ, τῇ παρασκευασάσῃ ἡμᾶς ἀριστεῦσαι. Αὕτη δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀκούσεται, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων μακαρισθήσεται.

V. — ISIDORO DIACONO.

Quid sibi velit quod in Canticis scriptum est, « Sexaginta sunt reginæ[64]. »

Quæsivisti per epistolam, quid sit : « Sexaginta sunt reginæ, » et quæ sequuntur. Adverte igitur : Principem quidem obtineat locum pura atque integra virgo Ecclesia, quæ rectam in Deum fidem servat : ipsaque vocetur columba perfecta, omnes acies atque ordines dignitate antecedens. Quod si B vero etiam de actionibus accipi debet hoc dictum, dicantur hæc quoque. Sexaginta sunt reginæ, animæ, quæ regni cœlestis ergo virtutem operantur : Et octoginta pellices, quæ supplicii metu a vitiis abstinent. Et juvenculæ, quarum non est numerus, quæ ob aliquos prætextus mundanos temperantiam colunt, et justitiam sectantur : quæ nec regni cœlestis desiderio, nec judicii et condemnationis metu officium faciunt; sed ne divitiis, aut gloria, aut honore aliquo priventur. Una est columba perfecta, nempe summe sanctorum cœtus, qui honestum ipsius honestatis causa colit : qui neque ob mercedem, neque ob supplicium, neque ob aliquem hujus vitæ prætextum, sed ob id quod Deo gratam rem faciat, officium facit. Cum autem habeat Deum, constat quod C omnia simul habeat quæ sunt Dei. Ac illæ quidem audire poterunt : Gratia sit regno cœlesti et gehennæ, quæ nos ad recte agendum paraverit; **416** ista vero nihil tale audiet, sed etiam ab omnibus beata prædicabitur.

ϛ'. — ΕΠΙΜΑΧῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Εἰς τὸ, « Εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι, γενέσθω μωρός. »

Γέγραφας, τί ἐστι τῷ Παύλῳ εἰρημένον· « Εἴ τις δοκεῖ ἐν αἰῶνι τούτῳ σοφὸς εἶναι, γενέσθω μωρὸς, ἵνα γένηται σοφός. » Ἄκουε τοίνυν συντόμως. Ἡ οἴησις προκοπῆς ἐστιν ἐγκοπή (42). Ὥστε κενῶσαι χρὴ τὸν ὄγκον καὶ τὴν φλεγμονὴν (τοιοῦτον γὰρ ἡ Ἑλληνικὴ σοφία, οὐδὲν ἔχουσα στερέμνιον, οὐδὲ σταθηρὸν (43), καὶ οὕτως ἐμπλησθῆναι τῆς θείας παιδεύσεως. Εἰ γὰρ μὴ τὸ φύσημα κενωθείη, ἡ στεῤῥὰ διαφθαρήσεται τροφή. Εἰ δὲ βούλει, καὶ διὰ παραδείγματος χωρήσει ὁ λόγος. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἐπὶ τοῦ σώματος, ἐὰν πνεῦμα (44) κενὸν ἐν τῇ γαστρὶ οἰκήσῃ, λυμαίνεται τὴν πέψιν· οὕτω καὶ ἀπόνοια,

VI. — EPIMACHO LECTORI.

In dictum, « Si quis videtur sapiens esse, fiat stultus[65]. »

Quæsivisti per epistolam, quid sibi velit quod a Paulo dictum est : « Si quis videtur in hoc sæculo sapiens esse, fiat stultus, ut sapiens fiat. » Audi igitur breviter. Persuasio inanis sapientiæ impedimento est profectui. Quocirca evacuare oportet tumorem et fastum (talis enim res est Græcanica gentilium sapientia, nihil solidum neque stabile habens), atque ita impleri divina eruditione. D Nisi enim flatus evacuetur prius, corrumpi solidum alimentum necesse est. Quod si vis, etiam exemplum adjunget oratio, quo res fiat manifestior. Quemadmodum enim in corpore, si flatus inanis in ventre insideat, co-

[64] Cant. vi, 7. [65] I Cor. iii, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(41) Cod. Vat. 650, τὸ δίκαιον πράττουσαι. Vers. penult. et ult. ep. pro παρὰ πάντων idem cod., legit πάντως. POSSIN.

(42) Ἐγκοπή. In ms. B. [et in cod. Vat. 650] erat, ἐκκοπή. Est autem tritissimum hoc dictum : Οἴησις ἐγκοπὴ προκοπῆς· cujus veritatem testatur experientia : et rationem aperit Isidorus epist. 21, infra, ut Senecam nunc taceam. RITT.

(43) Pro σταθηρόν idem cod. habet στεανόν, et vers. post 2, pro στεῤῥὰ scribit στερεά. POSSIN.

(44) Post πνεῦμα idem cod. inserit duo hæc verba, πολὺ καί. Paulo post, pro τὴν πέψιν habet, τῇ πέψει. Vers. seq. inter τῷ et λόγῳ idem infundit θείῳ. ID.

ctionem lædit : sic etiam vecordia, si aditum præcluserit sanæ rationi et orationi, sanitatem lædit. Maximum vero ejus sanitatis fundamentum est modestia : quam ipsa quoque naturæ nostræ conditio, ex quo ortum accepit, tantum non edita voce clamans docet, ut quæ nihil nisi pulvis et cinis sit, et supercilium ac fastum eorum, qui arrogantiæ morbo laborant, ipsis rerum argumentis comprimit.

A ἐὰν ἀποκλείσῃ τῷ λόγῳ τὴν εἴσοδον, λυμαίνεται τὴν ὑγείαν τῆς ψυχῆς. Μεγίστη δὲ ὑπόθεσις ὑγείας ταπεινοφροσύνη, ἣν καὶ ἡ φύσις ἡμῶν, ὅθεν γέγονε, βοῶσα διδάσκει, κόνις καὶ τέφρα τυγχάνουσα, καὶ τὸ φρύαγμα τῶν ἀλαζονείαν νοσούντων δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων καταστέλλουσα.

VII. — ISIDORO EPISCOPO.

In id quod ab Apostolo dictum est, « Oramus autem Deum, ne faciatis quidquam mali [66]. »

Quæsivisti per epistolam, quid sibi velit, quod dixit Paulus : « Oramus autem Deum, ne afficiat vos ullo malo, non ut nos probati appareamus, sed ut vos bonum faciatis ; nos vero tanquam improbati simus. » Audi igitur breviter. Quoniam pœna, quæ peccantibus irrogabatur verbo (ut illa quæ Ananiæ et Saphiræ, illa item quæ excæcato mago), peccantes quidem affligebat, eos autem, qui pœnas infligebant, conspicuos atque illustres et formidabiles efficiebat : idcirco dicit : Nolumus ex vestra malitia et afflictione illustres ac celebres fieri, sed libenter obscuri, quantum ad hoc quidem attinet, latere, dum vos clari probatique sitis. Nam qui suæ virtutis splendorem ex eorum qui suppliciis afficiuntur calamitate exsistere cupiunt, illi mihi non patres esse neque doctores habendi videntur, sed potius pestiferi quidam homines et hostes atque tyranni.

Ζ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου, « Εὐχόμεθα δὲ τῷ Θεῷ, μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς μηδὲν κακόν. »

Γέγραφας, τί ἐστιν ὃ ἔφη ὁ Παῦλος, « Εὐχόμεθα δὲ τῷ Θεῷ, μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς μηδὲν κακὸν, οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, B ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν. » Ἄκουε τοίνυν συντόμως. Ἐπειδὴ ἡ λόγῳ τικτομένη κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων τιμωρία, οἷον ἡ κατὰ τῶν περὶ Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν, καὶ ἡ κατὰ τοῦ τυφλωθέντος μάγου, τοὺς μὲν ἁμαρτάνοντας ἐταπείνου, τοὺς δὲ κολάζοντας λαμπροὺς καὶ ἐπισήμους καὶ φοβεροὺς ἀπέφαινε, διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι Οὐ βουλόμεθα ἐκ τῆς ὑμετέρας κακίας λαμπροὶ φαίνεσθαι, ἀλλ' ἡδέως ἄσημοι διὰ τοῦτ' ἂν εἴημεν, ἵνα ὑμεῖς εὐδόκιμοι εἴητε. Οἱ γὰρ βουλόμενοι τῆς οἰκείας ἀρετῆς τὴν ἐπιφάνειαν (45) ἐκ τῆς τῶν κολαζομένων συμφορᾶς τίκτεσθαι, οὔ μοι δοκοῦσι πατέρες εἶναι ἢ διδάσκαλοι (46), ἀλλὰ λυμεῶνες καὶ ἐχθροὶ καὶ τύραννοι.

VIII. — ISAIÆ.

De Caino et Lamecho [67].

Quæsivisti, quid causæ sit, cur Cain et Lamech, cum uterque cædem patrarint, non tamen similibus affecti sint pœnis. Alter enim pœnas dependit; alter autem veniam **417** consecutus est. (Respondeo :) Quia ille etiam reprehensus (a Deo) factum negavit ; iste vero non reprehensus ultro confessus est. Quanquam enim (ipsorum) peccata fuerint æqualia, tamen quæ peccatum sunt consecuta, non fuerunt æqualia. Divinum est enim oraculum, quod jubet : « Dic tu peccata tua primus, ut justificeris [68]. » Demus itaque operam sedulo, ne peccemus. Ubi autem forte peccaverimus, nec per negationem nobismetipsis graviorem pœnam accersamus.

C

Η'. — ΗΣΑΙᾼ.

Περὶ τοῦ Κάϊν καὶ τοῦ Λάμεχ.

Διὰ τί, ἔφης, ὁ Κάϊν καὶ ὁ Λάμεχ φόνον δράσαντες οὐχ ὁμοίως ἐκολάσθησαν ; Ὁ μὲν γὰρ δίκας ἔδωκεν · ὁ δὲ συνεγνώσθη. Ἐπειδὴ ὁ μὲν καὶ ἐλεγχόμενος ἠρνήσατο · ὁ δὲ μὴ ἐλεγχόμενος ἐξωμολογήσατο. Εἰ γὰρ καὶ τὰ τῆς ἁμαρτίας ἴσα, ἀλλὰ τὰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐχ ἴσα. Θεῖος γάρ ἐστι χρησμὸς παρακελευόμενος · « Λέγε σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος (47), ἵνα δικαιωθῇς. » Οὐκοῦν μάλιστα μὲν σπουδάζωμεν (48) μὴ πλημμελεῖν. Εἰ δὲ καὶ πλημμελήσωμεν, μὴ διὰ τῆς ἀρνήσεως χαλεπωτέραν (49) ἑαυτοῖς τὴν δίκην παρασκευάσωμεν.

IX. — EUDÆMONIO DIACONO.

Quare pueri (tres) in fornace (Babylonica) communiter omnibus auctores et hortatores fuerunt laudandi Deum; peculiariter vero Danieli [69].

Quæsivisti, quare pueri tres, posteaquam communiter omnibus hominibus hortatores exstiterunt ad

Θ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

D *Διὰ τί ἐν τῇ καμίνῳ οἱ παῖδες κοινῇ πᾶσι παρακελεύσαντο εὐλογεῖν τὸν Θεόν, ἰδίως δὲ τῷ Δανιήλ.*

Διὰ τί, ἔφης, οἱ παῖδες οἱ τρεῖς μετὰ τὸ πᾶσιν ἀνθρώποις κοινῇ παρακελεύσασθαι, εὐλογεῖν τὸν

[66] II Cor. XIII, 7. [67] Gen. IV, 1 seqq. [68] Isa. XLIII, 26. [69] Dan. III, 26 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(45) Cod. Vat. περιφάνειαν. POSSIN.

(46) *Ἢ διδάσκαλοι.* Dissimulare non debeo, in ms. B. esse ἢ δέδι δ., ex quo conjiciat quis, legend. οὐδὲ διδ. RITT.

(47) *Λέγε σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος.* Græc. Bibl. Isa. XLIII, habent, ἀνομίας. In sensu nihil interest, utrum usurpes verbum. Nam, ut Joannes apostolus ait, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. ID.

(48) Ed. Paris., ἵνα δικαιωθῇς σπουδάσωμεν cum asterisco defectus indice. POSSIN.

(49) Pro χαλεπωτέραν cod. Vatic. legit ἀργαλεωτέραν. ID.

Θεὸν, ἰδίᾳ τῷ Δανιὴλ παρεκελεύσαντο(50). Φημὶ τοίνυν, ὅτι (51) ἐπειδὴ οἱ μὲν κοινῆς προνοίας, οἱ δὲ καὶ ἰδικῆς καὶ ἐξαιρέτου προστασίας ἀπήλαυσαν· καὶ οἱ μὲν τὸν ἔμφυτον εἶχον· οἱ δὲ καὶ τὸν γραπτὸν ἐδέξαντο νόμον.

A benedicendum Deum, privatim Danielem hortati fuerint (ad idem officium). Aio itaque (hanc mihi ejus rei causam videri fuisse), quoniam illi quidem generalis Providentiæ, hi vero etiam insuper peculiaris atque eximiæ cujusdam protectionis fructum perceperunt; et illi quidem natura insitam habuerunt, hi vero etiam scriptam legem acceperunt.

Ι'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Περὶ τοῦ ῥητοῦ τῆς ἐπιστολῆς Ἰακώβου· « Ἡ γλῶσσα πῦρ. »

Διττήν μοι δοκεῖ, τὴν μὲν πιθανωτέραν, τὴν δὲ (52) πικροτέραν ἑρμηνείαν ἔχειν τὸ παρὰ σοῦ ζητηθέν· « Ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος (53) τῆς ἀδικίας. » Μάλιστα μὲν ἐπειδὴ εὔστροφος οὖσα καὶ ῥᾴστη εὐχερῶς πολλὰ λαλοῦσα κακά. Καὶ γὰρ καὶ κατηγορεῖ, καὶ κακηγορεῖ, καὶ ἐπιορκεῖ, καὶ ψεύδεται, καὶ ψευδομαρτυρεῖ, καὶ πολλοὺς ἀδίκως εἰς πῦρ ἐμβάλλει, καὶ εἰς ξίφος, καὶ εἰς πέλαγος ὠθεῖ. Κόσμον δὲ οἶδε καλεῖν ἡ Γραφὴ τὸ πλῆθος. « Ὁ κόσμος γὰρ, φησὶν, αὐτὸν οὐκ ἔγνω· » τοῦτ' ἔστι, τὸ πλῆθος. Ἡ γλῶσσα οὖν, φησὶν, ἢ πῦρ ἐστι, πλῆθος ἀδίκως κατακαίουσα, ἢ πλήθους πυρὸς ἀδίκου δοχεῖον. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῇ κακίᾳ συμπράττοντες, καὶ τὴν ἀδικίαν σεμνύνοντες, δεινότατοι ὄντες ῥητορεύειν ἐπὶ πράξεσι πονηραῖς καὶ παρανόμοις, λόγων εὐπρέπειαν ἐχόντων οὐκ ἀποροῦντες, λανθάνουσι καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον τιθέμενοι, καὶ δεῖγμα τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως τῆς ἐπὶ τὰ φαῦλα ῥεπούσης διὰ τῶν λόγων τούτων ἐκφέρουσιν, ἴσως στηλιτεύων αὐτοὺς τοῦτ' ἔφη· « Ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· » ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι ὁ τῆς εὐγλωττίας πυρσὸς, ὅταν τοὺς μεγάλα πταίοντας κοσμῇ, ἐγκαλλώπισμα δοκεῖ τῆς ἀληθείας. Χρὴ τοιγαροῦν τῇ δεινότητι κεχρῆσθαι οὐ πρὸς τὸ τὴν κακίαν κοσμεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἀρετὴν σεμνύνειν, τὴν καὶ χωρὶς λόγων ὑπέρλαμπρον.

X. — ISIDORO EPISCOPO.

De dicto Epistolæ Jacobi, « Lingua est ignis [70], » etc.

Geminam mihi videtur interpretationem, partim probabiliorem, partim vero acerbiorem, habere illud abs te quæsitum : « Lingua ignis est, mundus iniquitatis; » maxime quidem, quia versatilis et lubrica est, multaque facile mala loquitur. Nam et B accusat, et maledicit, et pejerat, et mentitur, et falsum dicit testimonium, et multos in ignem injuste conjicit, et in gladium et in mare impellit. Mundum autem solet vocare Scriptura multitudinem. Nam (et Joannes evangelista) inquit : « Mundus eum non cognovit [71]; » hoc est multitudo, seu plebs. Lingua igitur, inquit, aut ignis est, multitudinem inique comburens, aut receptaculum multitudinis ignis injusti. Quia vero multi faventes improbitati, et iniquitatem honesta specie exornantes, dicendi rhetorica facultate egregie valentes in actionibus improbis et injustis, neque destituti orationum pulchram speciem habentium copia, non animadvertunt quod adversus semetipsos calculum ferant, et istiusmodi orationibus specimen suæ animorum inductionis ad C res malas propensæ proferunt; ideirco fortassis ipsos reprehendendi causa hoc dixit. « Lingua ignis est, mundus iniquitatis. » Quasi diceret : Eloquentiæ et ornatæ dictionis fax ubi eos qui graviter lapsi sunt exornat, fucum facere videtur veritati. **418** Quare dicendi facultate non oportet abuti ad improbitatem ornandam, sed ad virtutem decorandam ea transferenda est, quæ quidem etiam absque orationibus suopte splendore præfulget.

ΙΑ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ (54) ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Εἰς τό· « Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν. »

Ἀγνοεῖς, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἡ νέα φιλοσοφία τῆς ὡς νηπίοις διαγορευθείσης τῆς παλαιᾶς παραινέσεώς ἐστιν ὑψηλοτέρα. Τὸ γὰρ θαυμασθὲν παρὰ σοῦ, « Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμισον αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· » οὐ λίαν μέγα καὶ νεανικὸν, ἀλλ' εὐχῆς ἔργον ἐστί. Τὸ γὰρ εἰς τοσαύτην ἐμπεσεῖν ἐκεῖνον ἀνάγκην ὡς τῶν ἀναγκαίων (55) δεηθῆ-

XI. — THEODORO SCHOLASTICO.

In illud, « Si esurierit inimicus tuus, ciba eum [72]. »

Videris ignorare quod nova (Evangelii) philosophia sublimior sit veteri illa præceptione, quæ tanquam infantibus edita est. Nam illud dictum, quod D tibi admirationi est : « Si esurierit inimicus tuus, ciba eum; si sitierit, potum illi præbe; » non est adeo res præclara et eximia, sed ejusmodi, quæ magis optanda sit, ut contingat. Nam cum ille in tan-

[70] Jac. III, 6. [71] Joan. I, 10. [72] Prov. XXV, 21; Rom. XII, 20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(50) *Τῷ Δανιὴλ παρεκελεύσαντο*. In cantico trium puerorum, qui vocantur, Danielis cap. III, hic locus quem innuit, hodie non exstat : nulla enim ibi Danielis mentio. RITT.

(51) Cod. Vatic. 650 omitti ὅτι. POSSIN.

(52) Inter δὲ et πικροτέραν idem cod. inserit, δεινοτέραν καί. Similiter vers 5 inter πολλὰ et λαλοῦσα idem infindit δρᾷ. ID.

(53) Confer Chrysost. homil. 22, ad Ephes. Οἶδε τὸν κόσμον τοῦτον καλεῖν ἡ Γραφὴ τὰς πονηρὰς πράξεις. RITT.

(54) Non Theodoro sed Ἀδαμαντίῳ, *Adamantio*, inscribitur hæc epistola in cod. Vatic. 650, vers. 2 ep. quod est in edito, τῆς, abest a codice. vers. 3 post ἐστιν idem addit πολλῷ. POSSIN.

(55) Hæc, ὡς τῶν ἀναγκαίων supplentur ex codice Vaticano 650. EDIT.

tam incidit penuriam ut ad vitam necessariis careat, et ei opus sit etiam inimici commiseratione, id vero quavis equidem calamitate et quovis adeo supplicio acerbius et gravius esse aio. Atque ita vulgus hominum sibi id persuasum habet, cum dicit : Ne eo redigar, ut ab inimicis meis cogar stipem accipere. Quod si igitur id quod dictum est, ejusmodi est, ut facientibus quidem optabile, iis vero qui patiuntur supplicii loco sit : quid est quod mireris? maxime, cum nec simplex sit beneficium, sed majus quoque afferat supplicium. Hoc enim faciens, inquit, carbones ignis coacervabis supra caput ejus. Si igitur ipsa per sese res supplicii loco cedit, causa quoque ob quam sit, alterius pœnæ gratia sit. Nam illis, qui dicunt (sic accipi ea verba oportere) calefacias ipsius principem animæ partem, et efficies ut ad sobrietatem redeat : non est valde auscultandum. Nam (si hoc voluisset intelligi) non adjunxisset necessitatem famis; sed quovis tempore addidisset bene se habere. Non igitur equidem miror et magni facio eos qui hoc faciunt, sed illos potius, qui cum rebus secundis affluentes videant inimicos suos, tamen non solum non indignantur (super ea felicitate), sed etiam laudant eos, et pro ipsis orant, id quod nova (Evangelii) philosophia præcipiens ait : « Diligite inimicos vestros; benefacite iis, qui oderunt vos. Orate pro infestantibus vos et persequentibus vos [73]. » Illic enim necessitas frangere solet (animum). Istic autem nuda est voluntaris exploratio. Quod si Apostolus quoque veteri illa exhortatione usus est : at omnibus liquet, ipsi sermonem cum imperfectioribus fuisse.

A ναι καὶ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐλεηθῆναι, πάσης συμφορᾶς ἔγωγε εἶναι ὁρίζομαι βαρύτερον καὶ πάσης τιμωρίας χαλεπώτερον. Οὕτω γοῦν οἱ πολλοὶ τοῦθ' ὅρκον μέγιστον νενομίκασι, λέγοντες· Μὴ λάβω παρὰ ἐχθρῶν μου ἔρανον. Εἰ τοίνυν τοῖς μὲν ποιοῦσι κατ' εὐχὴν, τοῖς δὲ πάσχουσι κατὰ τιμωρίαν γίνεται, τί θαυμάζεις; Καὶ μάλιστα, ὅταν μηδὲ ἁπλῆ ἡ εὐεργεσία, ἀλλὰ τιμωρίας μείζονος ποιητική. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, φησὶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐν τιμωρίας γίνεται μέρει, καὶ ἡ αἰτία δι' ἣν γίνεται, διὰ κόλασιν ἄλλην γίνεται. Τοῖς γὰρ λέγουσιν, ὅτι Θερμανεῖς αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ἀνανῆψαι ποιήσεις, οὐ πάνυ προσεκτέον. Ἢ γὰρ ἂν οὐ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ προσέθηκεν, ἀλλ' ἐν παντὶ καιρῷ B καλῶς χρῆσθαι (56) προσέταξεν. Οὐ θαυμάζω ἔγωγε τοὺς τοῦτο ποιοῦντας, ἀλλὰ τοὺς ἐν εὐημερίᾳ ὁρῶντας τοὺς ἐχθροὺς, μὴ μόνον τοὺς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ ἐπαινοῦντας, καὶ εὐχομένους ὑπὲρ αὐτῶν, ὥσπερ (57) ἡ νέα φιλοσοφία προστάττουσα φησίν· « Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς· προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων. » Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀνάγκη ἐπικλᾷν οἶδεν· ἐνταῦθα δὲ γυμνή ἐστι τῆς διανοίας ἡ βάσανος. Εἰ δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τῇ παλαιᾷ ἐχρήσατο παραινέσει, ἀλλὰ πᾶσι δῆλόν ἐστιν, ὅτι πρὸς ἀτελεστέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ.

XII. — THEODORO DIACONO.

Quare Paulus, cum dixisset : « Vis autem non timere potestatem, etc., » paulo post dicat : « Reddite ergo ei cui timorem (debetis) timorem [74]. »

Quanquam tibi non oportebat rescribere, petenti ut absque præparatione et demonstratione apostolicum locum interpreter **419** (tecumque communicem) qui etiam adhibita licet diligenti præparatione et prolixo orationis ambitu, difficulter tamen explicatur : tamen quia tyrannica quædam vis amoris me subigit hoc facere, dicam (tuum autem fuerit æstimare, an possim fugientem Apostoli mentem compendiose investigare) quod ait (Paulus) id esse ejusmodi. Si cum servus esses, ad fidem (Christianam) vocatus es, noli ringi, noli moleste ferre, perinde quasi hac in re aliquid tibi detrimenti afferretur. Quia enim nihil hoc adversi habet, ideo tibi consi-

C IB'. — ΘΕΟΔΩΡΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Διὰ τί ὁ Παῦλος, εἰπών· « Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; » μετ' ὀλίγον φησίν· « Ἀπόδοτε, φησὶ, τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον (58). »

Ἀντεπισταλῆναι μέν σοι οὐκ ἐχρῆν, παρακαλέσαντι ἄνευ προκατασκευῆς καὶ ἀποδείξεως τὸ ἀποστολικὸν μεταφρασθὲν (59) χωρίον, ὃ καὶ μετὰ προκατασκευῆς καὶ μακρᾶς περιόδου μόλις σαφηνίζεται. Ἐπειδὴ δ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης τυραννούμενος ἐξεβιάσθην, φημὶ (σὸν δ' ἂν εἴη (60-61) κρῖναι, εἰ δύναμαι συντόμως θηρεῦσαι φεῦγον τὸ τοῦ Ἀποστόλου βούλημα), ὅτι ὅ φησι, τοῦτό ἐστιν. Εἰ δοῦλος ὢν ἐκλήθης εἰς τὴν πίστιν, μὴ ἄλυε, μηδὲ δυσχέραινε, ὡς ταύτῃ παραβλαπτόμενος. Ὅτι γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦτο δεινὸν, D συμβουλεύσω σοι, ὅτι εἰ καὶ δύνασαι γενέσθαι ἐλεύθερος, μᾶλλον χρήσασθαι τῇ δουλείᾳ. Ἐλάττονα γὰρ λόγον ἐν ταῖς εὐθύναις ἀπαιτηθήσῃ, ἅτε μὴ μόνον

[73] Matth. v, 44. [74] Rom. xiii, 3-7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56) *Καλῶς χρῆσθαι* forte verum est, καλοῖς οὐ μόνον τούς. Puto legend., οὐ μόνον οὐ δυσχ. τοὺς μισοῦντας. In ms. B. erat, τοῖς μισοῦσιν. RITT.

(57) Pro ὥσπερ idem cod. scribit, ὅπερ. Vers. post 2 idem pro τοὺς μισοῦντας legit τοῖς μισοῦσιν. Vers. inde 5 post γάρ addit ἡ, et mox pro ἐχρήσατο habet κατεχρήσατο. POSSIN.

(58) Epistolæ hujus inscriptio videtur aliena esse a proposito : non enim hic agitur de loco Pauli ad Roman. xiii, sed ad Corinth. I, cap. vii. Deinde alterum φησὶ redundare puto, vel pro eo reponendum οὖν ἀπόδοτε οὖν. RITT.

(59) *Μεταφρασθέν*. Aut μεταφρασθῆναι legend. Aut verbum aliquod deest, ut, πέμπειν. RITT. — Cod. Vatic., μεταφρασθῆναι.

(60-61) Cod. Vat. pro δ' ἂν εἴη habet δ' ἐστι. vers. post 3, ante δοῦλος omittit εἰ. Vers. inde 2, post γάρ addit περ. POSSIN.

A αὐτῷ τῷ Κυρίῳ δουλεύων, ἀλλὰ καὶ τῷ σωματικῷ δεσπότῃ. Ὁ γὰρ κληθεὶς εἰς τὴν πίστιν, καὶ ἐλευθερωθεὶς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, εἰ δοῦλος εἴη, ἀπελεύθερος ὢν τῷ Κυρίῳ, τῷ ἠλευθερῶσθαι μὲν παρ' αὐτοῦ ἐκ τῆς δουλείας τῆς ἁμαρτίας· μετὰ τοῦ δὲ αὐτοῦ (62) ὑποκεῖσθαι χρεωστεῖν ὑπηρεσίας καὶ τῷ σωματικῷ δεσπότῃ, οὐκ ἀκριβὲς ἀπαιτηθήσεται τὸ λογοθέσιον. Ὁ δὲ ἐλεύθερος, καὶ μηδενὶ ὑποκείμενος, δοῦλος ὢν Χριστοῦ, κατὰ πάντα αὐτῷ ὑποκείσεται. Δι' ὃ καὶ ἀκριβεστέραν ἀπαιτηθήσεται δίκην. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν παράφρασιν τοῦ ῥητοῦ εἰρήσθω. Εἰ δὲ βούλει πλατύτερον καὶ ἀποδεικτικώτερον μαθεῖν, ἔντυχε τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον περὶ τούτου πρῴην μοι γραφείσῃ, καὶ εἴσῃ ἀκριβῶς.

lium dabo ut, etiamsi liber fieri posses, tamen malis uti servitute. Nam ita futurum est ut minor abs te exigatur ratio, quippe qui non solum ipsi Domino (Deo) servias, sed etiam corporali hero tuo. Qui enim in fidem vocatus, et a peccato in (veram) libertatem assertus est, quamvis interim servili sit conditione, libertus tamen Domini est, eo quod ab ipso e servitute peccati sit liberatus, quia tamen ei incumbit necessitas exhibendi ministeria etiam corporali domino, non adeo strictam rationem reddere cogetur. Qui vero omnino liber est, nec ulli (mortali hero) subjectus, sed Christi (solius) est servus, per omnia huic subditus erit. Quamobrem etiam severiores dabit pœnas (si officio suo defuerit). Hæc igitur hactenus loco explicationis ad hoc dictum attulisse sufficiat. Quod si plenius et solidius (hac eadem de re) cognoscere aves, lege epistolam, quam non ita pridem de ea re ad episcopum tuum scripsi, et exacte scies.

B

IΓ'. — ΣΥΡΩΝΙ (63).

Εἰς τό, «Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς (64) *οὖσιν.»*

Ἅπαντες ἄνθρωποι (65) τούτοις καὶ συμμαχεῖν καὶ προσέχειν ἐθέλουσιν, οὓς ἂν θεάσωνται οὐ καθεύδοντας οὐδὲ ῥᾳθυμοῦντας, ἀλλὰ παρασκευαζομένους καὶ παρατεταγμένους, καὶ πράττειν ἐθέλοντας, ἃ χρή. Πῶς σὺ τὴν ἀήττητον συμμαχίαν, καθεύδων καὶ ῥέγχων, καὶ μὴ φροντίζων τῆς σαυτοῦ σωτηρίας, ἐπιπτῆναί σοι παρακαλεῖς, καὶ διαμαρτάνων δυσχεραίνεις; Ἡγείσθω τοίνυν τὰ παρὰ σοῦ, καὶ τὰ παρ' ἐκείνης ἕψεται. Οὐ γὰρ λόγοις καλουμένη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις παρακαλουμένη, ὥσπερ αὐτεπάγγελτος ἥξει. Ἡ γὰρ τοὺς καθεύδοντας διεγείρουσα, καὶ τοὺς μὴ βουλομένους προτρέπουσα, οὐκ ἂν τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν ἑλομένους τὴν ἀρετήν, ἐγκαταλείψει, ἀλλὰ καὶ συμπράξει, καὶ εἰς τέλος αἴσιον τὸ κατόρθωμα ἄξει.

XIII. — SYRONI.

In illud (Pauli dictum): «Qui secundum propositum vocati sunt [75]. »

Omnes homines ita sunt affecti, ut illis studeant et opitulari et attendere, quos viderint nequaquam dormientes neque ignaviæ deditos; sed qui ipsi se præparant, et instruunt, et prompti sunt ad officii partes peragendas. Qua igitur fronte tu postulare audes ut, dum ipse dormis, ac stertis, nullaque salutis tuæ cura tangeris, insuperabile auxilium (cœleste) ad te volet, cumque voto tuo frustraris, id ægre fers? Præcedant itaque ea quæ tuarum sunt partium, quæque a te exiguntur; et tunc demum ea quæ sunt auxilii divini, subsequentur. Nam si non solum verbis imploratum fuerit, verum etiam factis C advocatum quasi sua sponte accurret. Quod enim dormientes excitat, et nolentes instigat, id certe nequaquam deseret illos, qui a se ipsis virtutem amplectuntur, quin potius adjuvabit eos sedulo, et ad finem felicem perducet virtutis officiique rectam actionem.

IΔ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ (66).

Εἰς τό· «Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ (66). »

Ἀπειλεῖ μὲν ἡ πάντων βασιλεύουσα φύσις τοῖς

XIV. — HIERACI PRESBYTERO.

In illud (*Pauli dictum*) : *Qui videtur sibi stare, videat ne cadat* [76]. »

Comminatur quidem præpotens illa omnibusque

[75] Rom. VIII, 28. [76] I Cor. X, 12.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(62) Pro μετὰ τοῦ δὲ αὐτοῦ idem ascribit μετὰ τοῦτο δὲ αὐτῷ, et vers. penult. inter τὸν et ἐπίσκοπον inserit σόν. Possin.

(63) Συρίωνι cod. Vat. 650. Initio ep. pro ἅπαντες idem habet, εἰ πάντες. Vers. 2 post προσέχειν addit, τὸν νοῦν. Vers 3 et 4 pro παρασκευαζομένους scribit παρεσκευασμένους. Vers. 6 ante καθεύδων addit καί. Vers. 7 et 8 pro παρακαλεῖς habet παρακαλῶν. Vers. post παρακαλουμένη addit, ἄσμενος καί. Vers. post 3, ἀφ' mutat in ἐφ', Vers. ult. ep. pro ἄξει legit ἕξει. Id.

(64) Confer epist. 51, infra h. lib. et lib. II, epist. 2. Ritt.

(65) Ἅπαντες ἄνθρωποι. F. leg. Εἰ πάντες, vel in seqq. pro πῶς σὺ legendum πῶς τοίνυν σύ. Similem sententiam vide supra h. lib. epist. 2. Imitatur autem hic quoque Demosthenem, ut et alibi sæpe.

Præclare ad hanc rem Alcinus Avitus in lib. *De laude castitatis* ad Fuscinam sororem.

Nam quid dona juvant hominem, si mente soluta
Turpia collatum disperdant otia munus?
Auxilium conatus amat. Quis namque vacantem.
Adjuvet, aut somno virtutem jungat inerti?

Cui sententiæ subjungit parabolam de diversis talentis a patrefam. creditis, Matth. XXV, 24 et seqq. Sic Chrysostomus homil. 21 in fin. ad Ephes. Ἂν ἴδῃ ἡμᾶς (ὁ Θεὸς) τοῦτο μεριμνῶντας, τούτου φροντίζοντας, συναντιλήψεται· ἂν μηδένα ποιουμένους λόγον, οὐ δώσει χεῖρα· οὐ γὰρ καθεύδουσιν ἡμῖν χορηγεῖ τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ πονουμένοις καὶ αὐτοῖς· ὁ γὰρ βοηθὸς, οὐ τοῦ ἀργοῦντός ἐστι βοηθὸς, ἀλλὰ τοῦ καὶ αὐτοῦ ἐργαζομένου. Deus, inquit, non dormientibus nobis auxilium fert, sed si et ipsi laboremus. Adjutor enim non est otiosi adjutor, sed ejus qui ipse quoque operatur. Vid. eumdem et alibi. Sic Gregorius Nazian. *Epitaphio in fratrem Cæsarium:* Φιλοσοφεῖν μὲν γὰρ ὅσῳ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον, καὶ οὐ πολλῶν τὸ ἐπιχείρημα, οὐδὲ ἄλλων ἢ τῶν ὑπὸ τῆς θείας προκεκλημένων μεγαλονοίας, ἢ τοῖς προηρημένοις καλῶς χεῖρα δίδωσι. Ritt.

(66) In titulo pro πρεσβυτέρῳ cod. Vatic. 650 scribit, λαμπροτέρῳ. Possin.

420 rebus imperitans natura in peccatum prolapsis supplicia se irrogaturam, ut integram illibatamque animæ pulchritudinem conservent; lapsis autem salutarem dextram præbet, et veniam tribuit pœnitentiam agentibus. Aliis enim clamat: « Qui sibi videtur stare, videat ne cadat; » aliis autem: « Nunquid cadens non resurget [77]? » Aliis denique: « Ecce sanus es factus: ne amplius peccato [78]. »

A πταίουσι τιμωρίας, ἵνα ἀκέραιον ἔχωσι τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος· πεσοῦσι δὲ δεξιὰν σωτήριον ὀρέγει, καὶ συγγνώμην μετανοοῦσι νέμει. Τοῖς μὲν γὰρ βοᾷ· « Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Τοῖς δέ· « Μὴ ὁ πίπτων οὐχ ἀνίσταται· » τοῖς δέ· « Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε. »

XV. — EPIMACHO LECTORI.

Communis ille omnium hostis, ut pote tyrannidis morbo laborans, humanum genus naturalibus illis, quibus præditum erat, bonis exutnm spoliavit, et vivendi ratione virtuti contraria instructum induit, cum ad eam rem vires humanas nactus esset obsequentes. Non enim per seipsum habuisset tantum roboris, nisi ab ignavia eorum quos decepit magnopere fuisset corroboratus. Verum quia oportebat humanitate atque clementia Opificis nostri iterum induere arma virtutis, Deus Verbum in terras venit, nobisque charitatem, quasi quamdam angelicam stolam contexuit, in qua universam virtutis armaturam fabricavit. Nam virtutum omnium præclara facinora, quæ in specie solent enumerari, una generalis virtus complexa est; cujus nomen est *charitas* sive *dilectio*.

ΙΕ'. — ΕΠΙΜΑΧΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Ἀπημφίασε μὲν ὁ κοινὸς ἁπάντων ἐχθρὸς, ἅτε δὴ τυραννίδα νοσῶν, τὸ ἀνθρώπινον γένος τῶν προσόντων αὐτῷ ἐμφύτων πλεονεκτημάτων, καὶ τὴν ἐναντίαν τῆς ἀρετῆς περιέστειλε πολιτείαν, τὴν τῶν ἀνθρώπων ῥώμην (67) ὑπήκοον δεξάμενος. Οὐ γὰρ B ἂν τοσαύτην γνώμην εἶχε καθ' ἑαυτὸν, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς τῶν ἀπατηθέντων ῥᾳθυμίας κομιδῇ ἐπεῤῥώσθη. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἔδει φιλανθρωπίᾳ τοῦ Δημιουργοῦ ἐνδύσασθαι πάλιν τὰ τῆς ἀρετῆς ὅπλα, δεῦρ' ἐπεφοίτησεν ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ ὑφηνάμενος ἡμῖν τὴν ἀγάπην, ὥσπερ ἀγγελικὴν στολὴν, τὰ πάντα ἐν αὐτῇ ἐτεκτήνατο. Τὰ γὰρ κατ' εἶδος ἐπαριθμούμενα τῶν ἀρετῶν κατορθώματα μία γενικὴ ἀρετὴ περιέλαβεν, ἧς ἡ *ἀγάπη* τοὔνομα.

XVI. — HERONI SCHOLASTICO.

In illud (Pauli dictum), « *Reddite ei cui honorem (debetis), honorem* [79]. »

Reddendus est, o celeberrime vir, honor ei qui honore dignus est, et ita quidem, ut nec adulationem adhibeamus, neque illius benevolentiam captemus (metuendum est enim, ne quis per hæc in vilitatem et contemptionem incidat, et assentationem quamdam scurrilem exercens semetipsum probro afficiat): sed cum decoro conveniente id quod decet unicuique tribuendum est. Fieri enim potest, ut debitum non convenienter, nec ut decet, reddatur.

ΙϚ'. — ΗΡΩΝΙ (68) ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Εἰς τό· « *Ἀπόδοτε τῷ τιμὴν, τὴν τιμήν.* »

Ἀποδοτέον, ὦ ἐλλογιμώτατε, καὶ τῷ τιμῆς ἀξίῳ C τὴν τιμὴν, οὐ θωπείαν ἐπιδεικνύμενον, οὐδὲ τὴν ἐκείνου εὐμένειαν θηρώμενον (δέος γὰρ διὰ ταῦτα εἰς εὐτέλειαν ἐκπεσεῖν, καί τινα κολακείαν βωμολόχον ἐξασκήσαντα καταισχύνειν ἑαυτόν)· ἀλλὰ σὺν κόσμῳ προσήκοντι τὸ πρέπον ἀπονεμητέον. Οἷόν τε γὰρ τὸ προσηκόντως (69) τὸ χρέος ἀποδοθῆναι.

XVII. — ISIDORO EPISCOPO.

Cum ex omnibus sacris Scripturis demonstrare queam, res Judaicas prorsus pessumivisse, nec restitutum iri, tum ex ipso illo dicto, quo innixus Judæus ille qui tecum disputavit, fore arbitratus est ut restituerentur, omnimodam ipsarum deletionem atque internecionem ostendere conabor. Quodnam ergo illud est dictum, quo ille fretus magnifice adeo sentit? « Magna, inquit, erit gloria domus hujus, ultima supra primam [80]. » Verum priusquam ad

ΙΖ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Ἀπὸ πασῶν τῶν ἱερῶν Γραφῶν δεῖξαι δυνάμενος, ὅτι τὰ Ἰουδαϊκὰ πράγματα τέλεον οἴχεται (70), καὶ παλιγγενεσίαν οὐχ ἕξει ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥήσεως, ἧς ἰσχυριζόμενος ὁ πρὸς σὲ διενεχθεὶς Ἰουδαῖος ἐνόμισεν αὐτὰ ἀναστήσεσθαι, τὸν παντελῆ αὐτῶν ἀφανισμὸν D δεῖξαι πειράσομαι. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη, ἐφ' ᾗ ἐκεῖνος μέγα φρονεῖ; « Καὶ ἔσται, φησὶν, ἡ δόξα τοῦ οἴκου, ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην. » Ἀλλὰ πρὶν εἰς τὴν ἑρμηνείαν χωρήσω, οὐκ οἶδα τί δράσω, πότερον κατ-

[77] Jerem. VIII, 4. [78] Joan. V, 14. [79] Rom. XIII, 7. [80] Agg. II, 7, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) *Ῥώμην*. Puto priore loco legendum γνώμην, posteriore ῥώμην, hoc modo: τὴν τῶν ἀνθρ. γνώμην ὑπήκοον δεξάμενος· οὐ γὰρ ἂν τοσαύτην ῥώμην εἶχε, etc. [Sic cod. Vat. 650]. Est autem elegans παρήχησις in γνώμην et ῥώμην qua et alias usi libenter Græci, ut auctor epigrammatis in Demosthenem:
Εἴπερ ἴσην γνώμῃ ῥώμην, Δημόσθενες, εἶχες,
Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρχεν Ἄρης Μακεδών. RIT.

(68) In titulo pro Ἥρωνι habet Ἱέρακι cod. Vat. 650. POSSIN.

(69) *Τὸ προσηκόντως*. Forte, leg. οὐ προσηκ. — Cod. Vat. 650, μετὰ τοῦ προσήκοντος. RITT.

(70) *Ὅτι τὰ Ἰουδαϊκὰ πράγματα τέλεον οἴχεται*. Idem demonstrat etiam infra epist. 74. Et D. Joannes Chrysostomus totis VI homiliis sive libris *contra Judæos* editis. Confer Stellam Messiæ. RITT.

γνῶ αὐτοῦ τῆς ἀπαιδευσίας, ἢ μισήσω τὴν κακουργίαν. A Τὸν μὲν γὰρ ἀμαθῆ διδάσκειν χρή· τὸν δὲ κακοῦργον ἐλέγχειν. Μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ ἑρμηνεία καὶ παίδευσις ἔσται τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ ἔλεγχος τοῖς κακουργοῦσι, φέρε, αὐτὴν τὴν ῥῆσιν εἰς μέσον ἀγάγωμεν. Φημὶ τοίνυν ὅτι, Σολομῶνος ἀναστήσαντος, ὁ Βαβυλώνιος αὐτὸν ἔκλινε, καὶ τοὺς Ἰουδαίους αἰχμαλωτεύσας ἀπήγαγεν. Ἐπεὶ τοίνυν μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἔμελλον τοῦτον ἐγείρειν (71)· οὐδεμία δὲ χρημάτων ὑπεφαίνετο πρόσοδος, εἰς χρηστὰς ἐλπίδας αὐτοὺς ἄγων ὁ Θεὸς, ὅπως ἅψωνται τοῦ ἔργου, ἔφη· « Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον. Καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην. » Ὧδέ μοι πρόσεχε τὸν νοῦν. Ὁ Ζοροβάβελ ἥψατο τῆς δευτέρας οἰκοδομίας, καὶ χρησμὸς εἴρηται περὶ αὐτοῦ· « Αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, B καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελοῦσιν (72) αὐτόν. » Τὸ δ', *ἐθεμελίωσαν*, δείκνυσι μὲν καὶ τὴν μετὰ τὴν Βαβυλῶνα παντελῆ ἐρημίαν· δείκνυσι δὲ καὶ τὴν δευτέραν οἰκοδομίαν. Ἐπεὶ οὖν ἀνέστη ὁ ναὸς, καὶ εἰς τὴν λαμπροτέραν τῆς προτέρας ἠνέχθη (73) εὐπρέπειαν· πάλιν πταισάντων τῶν Ἰουδαίων, εἰς τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν, παρεδόθη τῇ τῶν Ῥωμαίων χειρὶ, ἥτις αὐτὸν εἰς τοὔδαφος κατήνεγκεν. Εἰ μὲν οὖν ἤμελλε πάλιν ἀναστήσεσθαι, εἶπεν ἄν· « Ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ δευτέρα ὑπὲρ τὴν πρώτην. » Τὸ δὲ, *ὑπὲρ τὴν πρώτην*, τὴν δευτέραν ἐσχάτην ἀπέφηνεν. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἔστι τῆς προτέρας (74) προτέρα, οὐδὲ τῆς ἐσχάτης (75) ὑστέρα. Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν· Ἡ δευτέρα ὑπὲρ τὴν ἔμπροσθεν, εἰκὸς ἦν καὶ τρίτην προσδοκᾷν. Εἰ δὲ τὴν δευτέραν ἐσχάτην ἐκάλεσε, C πᾶσα αὐτοῖς ἀποκέκλεισται ἀναισχυντίας ὁδός.

ipsam interpretationem accedam, nescio quid agam, utrum magis condemnem ipsius ruditatem, an oderim atque detester malitiam. Nam ut rudem docere, sic improbum redarguere oportet. **421** Sed tamen quoniam interpretatio nostra duplici fungetur officio, ut scilicet tam institutio sit imperitis, quam refutatio improbis, age, ipsum dictum in medium proferamus. Aio igitur, templum, sive domum Dei a Salomone quidem primo exstructam, evertisse Babylonium regem, qui et Judæos in captivitatem abduxit. Cum igitur post reditum (ex ea captivitate) cuperent templum reædificare, sed nullus appareret alicunde proventus pecuniarum, Deus ipsos in bonas spes adducens, ut opus inchoarent, dixit: « Meum est argentum, et meum est aurum. Et erit gloria domus hujus ultima supra primam [81]. » Hic mihi animum adhibe. Zorobabel inchoavit secundam ædificationem (templi), et oraculum de ipso dictum est: « Manus Zorobabelis fundarunt domum istam; et manus ejus perficient eam [82]. » Verbum autem, *fundarunt*, ostendit quidem etiam omnimodam desolationem a Babyloniis illatam; sed simul et secundam exstructionem declarat. Posteaquam igitur tum resurrexit templum, et ad magnificentiam priore illustriorem perductum est: Judæis denuo lapsis, dum Christum tantis affecerunt contumeliis, quantas novimus, Romanorum in manum traditum est, quæ ipsum solo æquavit. Si ergo denuo esset resuscitanda ejus structura; dixisset utique (Deus): « Erit gloria domus hujus secunda (sive altera) supra primam. » Dum autem dixit, « Super primam, » secundam pronuntiavit postremam. Quare sicut prima non est prior (alia aliqua), sic neque postrema posterior. Nam si quidem dixisset: Secunda erit supra eam quæ præcessit, tum vero probabile esset etiam tertiam exspectare. Si vero secundam vocavit ultimam (ut certe vocavit) jam omnis est ipsis (Judæis) impudentiæ via præclusa.

ΙΗ'. — ΛΕΟΝΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ (76).

Εἰς τό· « Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς. »

Ἅπας μὲν ὁ λόγος χηρεύων πραγμάτων νεκρός ἐστι (77) καὶ ἀχρεῖος· μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῶν τῇ εὐαγεστάτῃ ἱερωσύνῃ σεμνυνομένων προφερόμενος. Ὅσον γὰρ δοκοῦσι προχειρότατα αὐτῷ χρῆσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον οἱ τῷ βίῳ αὐτῶν προσέχοντες ἀπιστοῦσιν αὐτῷ. Πολλὴν τοιγαροῦν τὴν μετάστασιν, καὶ

XVIII. — LEONTIO EPISCOPO.

In illud Christi dictum, « Super cathedra Mosis sederunt Scribæ [83], » etc.

Cum omnis alia oratio, quæ rebus viduata est, mortua est atque inutilis, tum vel maxime illa, quæ ab iis, qui sacratissimo honestati sunt sacerdotio, profertur. Quanto enim promptius ea uti videntur, tanto plus fidei ipsi derogant, qui ad ipsorum vitam attendunt. Oportet igitur, ut longam migratio-

[81] Agg. II, 9, 10. [82] ibid. 5. [83] Matth. XXIII, 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(71) *Τοῦτον ἐγείρειν*. Plenius sonat ἀνεγείρειν, quo modo puto scripsisse Isidorum. RITT.

(72) *Ἐπιτελοῦσιν αὐτόν*. legend. ἐπιτελέσουσιν [sic cod. Vat.], ut in Bibl. Græc. Zachar. IV. ID.

(73) *Ἠνέχθη εὐπρέπειαν*. Forte ἀνήχθη. ID.

(74) *Τῆς προτέρας*. F. leg. πρώτης. Nam priori potest aliquid esse prius primo non item. Sic mox sequitur ἐσχάτης. ID.

(75) *Οὐδὲ τῆς ἐσχάτης*. Ante οὐδὲ, videtur reponenda, quæ deest in ms., partic. ἀποδοτικὴ, οὕτως, aut certe subaudienda. Similiter pronuntio de loco illo epist. sed. οὔτε λαμπρῶς βιοῦντες, ubi item ante οὔτε vel deest οὕτως. vel subintelligi debet. ID. — Vers. 7 pro φρονεῖ cod. Vat. 650 legit ἐφρόνει. Vers. seq. mutat πρώτην in ἔμπροσθεν. Mox pro χωρήσω habet χωρῆσαι et πότερον commutat in πότερα. pag. 421 vers. 5 et 6 pro αἰχμαλωτεύσας legit αἰχμαλώτους. Vers. ult. lit. A πρώτην mutat in ἔμπροσθεν. Vers. 4 lit. B. pro ἐπιτελοῦσιν scribit ἐπιτελέσουσιν. vers. penult. ejusdem lit. pro πταισάντων legit, πταιόντων. Vers. 1 lit. C. omittit τῶν uncinis clausum. Vers. 5 ejusd. lit. δευτέρα mutat in ἐσχάτη et vers. seq. πρώτην in ἔμπροσθεν. Vers. 7, pro προτέρας habet πρώτης. POSSIN.

(76) Inscriptio sumitur ex cod. Vat. 650. EDIT.

(77) Post ἐστι cod. idem addit, καὶ μάταιος, et post τῶν, adjungit: ἐπί. Vers. 4. pro ὅσον legit ὅσῳ. Vers. 5. post μᾶλλον, addit ἅπαντες. ID.

nem (morum) magnamque ostendant mutationem, exercentes se (in pietatis studio) et quietam agentes vitam, et non inhiantes pecuniis, si modo aliquos velint mentem sibi adhibere et fidem. Nam si hæc fecerint, non solum res subditorum bene beateque se habituræ sunt, verum etiam ipsi præconiis ornabuntur. Neque vero id quod (a Christo) dictum est, ad hoc, ut nullus subditis relinqueretur prætextus : « Super cathedra Mosis sederunt Scribæ et Pharisæi.
422 Omnia igitur quæcunque dixerint vobis ut faciatis, facite ; » id ergo ad suam ipsorum excusationem defensionemque, et ad aliorum ora obturanda proferre debent. Nam ea quæ excusatio esse videtur, augebit accusationem, non modo inevitabile supplicium pariens, verum etiam dementiæ probrum affricans. Ut maxime enim discipulis et auditoribus hoc audire expediat, tamen doctoribus minime decorum est proferre, quod ignaviam et socordiam ipsorum arguit ac traducit. Dictum est enim : « Secundum opera vero ipsorum nolite facere. Dicunt enim, et non faciunt [84]. » Etenim Christus quidem, prætextum omnem exterminare volens, præcepit ut neque vita attenderetur magistrorum, si quando reprehensionis aliquam intuentibus ansam præberet, neque ea quæ privatim ab ipsis designantur, si non consentiant cum cœlestibus oraculis; sed sola doctrina, quæ in Ecclesiis traditur; qua de causa etiam cathedræ Moysis legislatoris fecit mentionem. Tunc enim non sua dogmata, sed Scripturarum loquuntur ; ipsis vero non convenit talia proferre, quæ omnem ipsorum improbitatem demonstrant, sed potius operam dare, quantum omnino fieri potest, ut omnem ansam et prætextum præcidant. Quod si, quamvis laudabilem ipsi colentes vitam, aliquos tamen nihil juvant, nihil hoc ad ipsos pertinet. Quemadmodum enim male perverseque vitam instituentes suam, non fiunt participes coronarum, quæ probis laudatisque sunt repositæ : ita nec laudabiliter inculpateque viventes erunt participes suppliciorum, quæ peccatoribus sunt parata. Tu igitur, inquit, ea quæ tibi incumbunt, recte dispone : vitam, dico et sermonem. Hæc abs te exigo ; et proficienti quidem (aliquid apud auditores tuos) congratulabor et gaudebo tua gaudia ; sin autem nihil (apud eos) profeceris, non afficiam te ignominia, sed corona donabo. Unusquisque enim propriam ac suam mercedem recipiet, secundum proprii laboris mensuram, non autem prout labor exitum est sortitus. Hæc ergo cogitantes tam doctores (Ecclesiæ) quam discipuli semetipsos ad virtutem compellant, omnem excusationem ac prætextum expellentes.

A μεγάλην δειχτέον τὴν μεταβολὴν, ἀσκοῦντας καὶ ἠρεμοῦντας, καὶ μὴ χρηματιζομένους, εἴπερ βούλοιντό τινας αὐτοῖς προσέξειν τὸν νοῦν. Εἰ γὰρ ταῦτα πράξοιεν, οὐ μόνον τὰ τῶν ὑπηκόων εὖ διακείσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἀναῤῥηθήσονται. Μὴ γὰρ δὴ τὸ εἰρημένον, πρὸς τὸ μηδεμίαν σκῆψιν ὑπολειφθῆναι τοῖς ὑπηκόοις· « Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωϋσέως ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα οὖν ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· » πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπολογίαν, καὶ πρὸς τὸ ἐπιστομίσαι τοὺς ἄλλους (78), προφερέτωσαν. Ἡ γὰρ δοκοῦσα ἀπολογία αὔξει τὴν κατηγορίαν, οὐ μόνον ἀπαραίτητον τιμωρίαν ὠδίνουσα, ἀλλὰ καὶ ἀνοίας ὄνειδος προστριβομένη. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς φοιτηταῖς τοῦτο λυσιτελεῖ ἀκοῦσαι, ἀλλ' οὐ τοῖς ὑφηγηταῖς πρέπει προφέρειν,
B τὸ τὴν ῥαθυμίαν αὐτῶν ἐκπομπεῦον. Ἐῤῥέθη γάρ· « Κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. Λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσιν. » Ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς, πρόφασιν πᾶσαν ἐξορίσαι βουλόμενος, ἐκέλευσε, μήτε τῷ βίῳ προσέχειν τῶν διδασκάλων, ὅταν λαβὴν τοῖς ὁρῶσι παρέχῃ, μήτε τοῖς κατ' ἰδίαν πραττομένοις (79), εἰ μὴ τοῖς χρησμοῖς συνᾴδοιεν τοῖς οὐρανίοις, ἀλλὰ τῇ διδασκαλίᾳ μόνῃ, τῇ ἐπὶ τῶν Ἐκκλησιῶν γινομένῃ. Διὸ καὶ τῆς καθέδρας Μωϋσέως ἐμνημόνευσε τῆς τοῦ νομοθέτου. Τότε γὰρ οὐ τὰ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τὰ τῶν Γραφῶν φράζουσιν· αὐτοὶ δ' οὐκ ἂν δίκαιοι εἶεν ταῦτα προφέρειν, ἃ πᾶσαν αὐτῶν δείκνυσι τὴν πονηρίαν· ἀλλὰ σπουδάζειν, ὡς ἐνδέχεται, πᾶσαν ἐκκόπτειν πρόφασιν. Εἰ δὲ λαμπρῶς πολιτευόμενοι οὐκ ὠφελοῦσί τινας, οὐδὲν πρὸς αὐτούς. Ὥσπερ γὰρ
C κακῶς πολιτευόμενοι οὐκ εἰσὶ συμμερισταὶ τῶν στεφάνων, τοῖς εὐδοκίμοις ἀποκειμένων· οὔτε λαμπρῶς βιοῦντες κοινωνήσουσι ταῖς τῶν πταιόντων τιμωρίαις. Σὺ γὰρ (80), φησὶ, διάθου τὰ κατὰ σαυτόν· τὸν βίον φημὶ καὶ τὸν λόγον· ταῦτα ἀπαιτῶ παρὰ σοῦ, καὶ ὠφελοῦντι μὲν συνησθήσομαι· μὴ ὠφελήσαντα δὲ, οὐκ ἀτιμάσω, ἀλλὰ καὶ στεφανώσω. Ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται, κατὰ τὸν ἴδιον κόπον, οὐ κατὰ τὴν τοῦ καμάτου ἔκβασιν (81). Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες καὶ ὑφηγηταὶ καὶ φοιτηταὶ, εἰς ἀρετὴν ἑαυτοὺς συνελαυνέτωσαν, πᾶσαν σκῆψιν ἐξοστρακίζοντες.

[84] Matth. XXIII, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(78) Pro ἄλλους cod. legit λαούς. POSSIN.

(79) Pro πραττομένοις habet. προσταττομένοις. Vers. post 3 pro Μωσέως, legit τοῦ νομοθέτου. ID.

(80) Idem cod., εὖ γάρ. ID.

(81) *Κατὰ τὴν τοῦ καμάτου ἔκβασιν*. Videtur omissa non recte negatio, legendumque οὐ κατὰ τήν. Quæ mea conjectura primum co firmatur quod ἔκβασιν sive eventum præstare nemo cogitur, sed consilium et operam suam. In omni quippe re laudabili atque honesta, etiam non consecuta operis effectione, voluntatis laudanda propensio est, inquit eloquentiss. orator. Consiliis enim non eventis res quæque metienda est, quam sententiam sæpe repetit Isidorus, ut lib. I epist. 335, et lib. II epist. 179 et 205, et lib. III. epist. 399. Accedit et occasio erroris librarii. Sæpe enim sic peccant exscriptores, ut syllabam omittant decepti similitudine præcedentis, ut hic ante οὐ præcedit ον, terminatio scilicet proxime præcedentis nominis. Id libratio imposuit. RITT.

ΙΘ'. — ΔΩΡΟΘΕΩ (82).

Ἀπῆρας μὲν ἐντεῦθεν ὡς τάχιστα ἥξων (83)· ἀπέμεινας δ' ἐκεῖσε οὐκ οἶδ' ὅπως περὶ τὰς (84) ἐπαγγελίας· τάχα δ' ὠφελήσων τοὺς ἐκεῖσε, καὶ θηράσων, καὶ τῷ Χριστῷ προσοίσων. Εἰ τοίνυν ἀληθὴς ἡ ὑπόνοια, δήλου, ἵνα τὴν ἐκ τῆς ἀπουσίας ἀνίαν τῇ προσδοκίᾳ τοῦ κατορθώματος ἀπελάσωμεν. Ὑπερορίοις γὰρ ῥᾳδίως παραχωρήσει, τῇ δόξῃ τῇ Δεσποτικῇ τοὺς ὅρους ῥᾳδίως παραχωρήσασα.

A

XIX. — DOROTHEO.

Discessisti tu quidem hinc quasi celerrime reversurus : sed nescio quo modo præterquam promiseras illic remansisti; fortassis autem eo consilio, ut illius loci homines juves, et capias, et Christo adducas. Quare si vera est hæc mea suspicio, reipsa hoc ostende, ut quam ex absentia tua percipimus molestiam, hanc exspectatione præclari facinoris depellamus. Ea enim extorribus facile indulgebit, gloriæ Dominicæ haud gravate terminos concedens.

Κ'. — ΔΙΔΥΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Οἱ περὶ τὸ (85) ὁμολογούμενον (86) λαμπρῶς πταίοντες, οὐκ ἂν εἶεν ἀξιόχρεῳ περὶ τοῦ δοκοῦντος ἀμφισβητησίμου ἀποφαινόμενοι. Εἰ γὰρ τοῖς κακίαν ἀσπαζομένοις, οὐδὲ περὶ τῶν θείων δικαιωμάτων λόγον κινεῖν θέμις· « Τῷ γὰρ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου; » πῶς τοῖς καὶ αὐτὰ τὰ δικαιώματα δι' ὧν πράττουσιν ὑβρίζουσι περὶ δογμάτων διαλέγεσθαι θέμις; Εἰ τοίνυν ἡ ἀρετὴ τὴν εὐσέβειαν ἐγγυᾶται, σπουδαστέον αὐτὴν ἔχειν, δι' ἣν ἡ εὐσέβεια ἀξιόχρεως ἀποφανθήσεται. Τῷ γὰρ οὐκ εὖ βιοῦντι οὐδεὶς πεισθήσεται, τῆς κακίας καὶ τὰ ὀρθὰ καθυβριζούσης δόγματα, καὶ καταδεχθῆναι (87) μὴ συγχωρούσης. Ἀρετῆς τοίνυν καὶ εὐσεβείας ἀνθεκτέον· ὡς ἡ μὲν θεμέλιός ἐστιν, ἡ δὲ στεφάνη καὶ ἐγκαλλώπισμα.

423 XX. — DIDYMO PRESBYTERO.

Qui evidenter circa id quod evidens atque apud omnes homines in confesso est, allucinantur, non sunt profecto idonei aut fide digni, quando pronun-
B
tiant de re quæ dubia videtur esse et controversa. Nam si improbitatem et vitia sectantibus ne quidem de divinis justificationibus verba facere fas est : « Peccatori enim dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas [25]? » qua tandem ratione fas erit illis, qui ipsas justificationes per ea quæ faciunt, contumelia afficiunt, de dogmatibus disputare? Si igitur virtus et probata vitæ ratio pietatem astruit ac velut interposita sponsione firmat (ut certe facit), danda nobis opera est, ut illam habeamus, per quam pietatis doctrina evadet fide digna. Nam ei qui non bene vivit, nemo fidem adhibebit, vitio quippe et recta dogmata dehonestante, eaque recipi non permittente. Utrumque igitur pari studio retinendum est, tam virtus quam sana pietatis doctrina, ut quorum alterum sit fundamentum, alterum corona atque ornamentum

ΚΑ'. — ΘΕΩΝΙ (88).

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἆρα σαυτὸν λέληθας, ὅτι οὐκ ἔχεις τὴν κρίσιν (89) πραγμάτων ὀρθὴν, ἢ ἐμὲ ἔχειν ταύτην ἐῤῥωμένην. Εἰ μὲν οὖν σαυτὸν λέληθας, χρῆσαι σφοδρῷ διδασκάλῳ· εἰ γὰρ ζητήσειας, εὕροις ἄν· ζητήσεις δὲ, εἴγε οἰηθείης μηδὲν εἰδέναι. Τὸ γὰρ οἴεσθαι εἰδέναι, τοῦ μηδὲ εὑρεῖν αἴτιόν ἐστιν. Εἰ δὲ ἐμὲ ἔλαθε, δεῖξον διὰ τῶν πραγμάτων τὴν κρίσιν· δείξειας δὲ, εἰ συνδράμοι ὁ βίος τῷ λόγῳ.

C

XXI. — THEONI.

De eadem re.

Aut igitur tu te ipsum fallis, atque ignoras, quod recto de rebus judicio destituaris, aut ego mihi ipsi blandior, persuadens mihi, me hoc integrum et firmum habere. Si igitur tu fallis teipsum, utere vehementi doctore : nam ubi quæsiveris, inveneris. Quære autem, si nihil te scire existimaveris. Nam opinari se scire, causa est ut ne quidem invenias. Quod si egomet mihi impono, ostende tu tuum judicium ipsis rerum argumentis. Ostendes autem, si vita cum sermone paribus (ut sic loquar) passibus decurrat.

[25] Psal. XLIX, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(82) Hæc ep. in cod. Vat. 650 inscribitur non Δωροθέῳ, sed Δανιὴλ πρεσβυτέρῳ, *Danieli presbytero*. Vers. antepen ep. pro ὑπερορίοις scribit idem cod. ὑπερόριος et vers. pen. et ult. pro ῥᾳδίως habet ἀσμένως. POSSIN.

(83) *Ὡς τάχιστα ἥξων*. Malim ἀνήξων, atque ita puto scriptum fuisse Isidoro. RITT.

(84) *Περὶ τὰς ἐπαγγ.* Verum esse aio, παρὰ τάς. Sæpe hic in ms. peccatum vidi, ut παρὰ et περὶ perperam inter se commutata essent a librariis, nec semper operæ pretium duxi id notare. Exemplo duo mox obvia occurrunt epist. prox. seq. initio. ID.

(85) Pro τὸ scribit τὶ cod. Vat. 650, et vers. seq. pro ἀξιόχρεῳ habet ἀξιόχρεοι. POSSIN.

(86) *Οἱ περὶ τὸ ὁμολογούμενον*. Confer epist. 213 et 226, infra, et lib. III epist. 232. RITT.

(87) Cod. Vat. καταδεχθῆναι mutat in παραδεχθῆναι, et vers. penult. ep. ὡς vertit in ὧν. POSSIN.

(88) Confer epist. 6 hujus libri. RITT.

(89) Vers. 2, ep. post κρίσιν adde τῶν auctore cod. Vat. 650, et pro ἔχειν scribe ἔχων. Vers. 4, pro σφοδρῷ rescribe ex eodem σοφῷ. Vers. 5 pro μηδὲν idem habet μή. Vers. 6 et 7 hæc verba, τὸ γὰρ οἴεσθαι εἰδέναι, τοῦ μηδὲ εὑρεῖν αἴτιόν ἐστιν, absunt ab illo cod. Vers. antepen. epist. idem pro ἔλαθε habet ἔλαθες. POSSIN.

XXII. — ZENONI.

A

Ad Philippenses; in illud (Paulinum dictum): « Superiores sibi invicem arbitrantes [86]. *» Et quid sibi velit illud : « Is affectus sit in vobis, qui et in Christo Jesu* [87]. *»*

Admodum quidem clarum est atque perspicuum illud dictum apostolicum, de quo scripsisti; quod si tamen tibi profundi sensus, et quem non facile assequi possis, videtur, breviter et compendiose id interpretari conabor. Apostolus ad moderationem animi illic hortatus (Philippenses) cum dixisset : « Superiores sibi invicem arbitrantes, » addidit : « Is affectus sit in vobis, qui fuit et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed seipsum exinanivit formam servi accipiens. » Si igitur non erat (Christus Patri) æqualis, supervacaneum et nihili est B exemplum (a Paulo in ipsius persona propositum), siquidem majori obtemperans jubenti, fecit id quod fecit. Sin autem æqualis (ut certe æqualis fuit) conveniens et aptum est dictum, atque ad modestiam pertinens commendandam. **424** Si (Christus) quasi pro re in via fortuito inventa, et lucro casu oblato habuisset æqualitatem, non humiliasset se ipsum, ne illa submissio præjudicium afferret dignitati. Quia vero ab ipsa natura æqualis erat Patri, et essentialem habuit nobilitatem, ac non secundum gratiam sibi donatam, ideo se ipsum humiliare non recusavit. Nam qui servus fuit, atque ex servitute manumissus est, et adoptione honoratus, is, quia C dignitatem illam pro præda quasi aut re inventa habet, non facile sustinuerit servile aliquod opus postea facere. At genuinus filius qui nativam habet et nobilitatem et dignitatem, non detrectet tale quidpiam facere, omni suspicione procul remota. Nam alteri antiqua servitus quamdam vilitatis et contemptionis parit suspicionem; in altero autem insita per naturam generis nobilitas suspicionem ejusmodi ne quidem natam admittit. Nec injuria : alter enim adoptionis gratia excidere potest, alter autem nativa sua nobilitate et dignitate nunquam excidet.

ΚΒ'. — ΖΗΝΩΝΙ.

Πρὸς Φιλιππησίους. Εἰς τό· « Ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν· » καὶ τί ἐστι· « Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Ἀριπρεπὲς μὲν καὶ ἀρίδηλον τὸ βούλημα τὸ ἀποστολικόν· εἰ δέ σοι βαθὺ καὶ δυσέφικτον φαίνεται, συντόμως αὐτὸ σαφηνίσαι πειράσομαι. Ὁ ἀπόστολος εἰς μετριοφροσύνην παρακαλῶν (90), καὶ εἰπών· « Ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, » ἔφη· « Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. » Εἰ μὲν οὖν οὐχ ἦν ἴσος, περιττὸν τὸ ὑπόδειγμα, εἴγε τῷ μείζονι ὑπακούσας κελεύσαντι, πεποίηκεν ὃ πεποίηκεν. Εἰ δὲ ἴσος, ὥσπερ οὖν καὶ ἴσος, ἁρμόδιον τὸ ῥηθὲν, καὶ πρὸς ταπεινοφροσύνην βλέπον. Εἰ ἕρμαιον ἡγήσατο (91) τὸ εἶναι ἴσον, οὐκ ἂν ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, ἵνα μὴ ἡ ὑπερισσεία (92) πρόκριμα ποιήσῃ τῇ ἀξίᾳ. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ φύσεως ἴσος ἦν, καὶ οὐσιώδη εἶχε τὴν εὐγένειαν, καὶ οὐ κατὰ χάριν δωρηθεῖσαν, ταπεινῶσαι ἑαυτὸν οὐ παρῃτήσατο. Δοῦλος μὲν γὰρ καὶ ἐλευθερωθεὶς, καὶ υἱοθεσίᾳ τιμηθεὶς, ἅτε ἅρπαγμα ἢ εὕρεμα τὴν ἀξίαν ἡγησάμενος, οὐκ ἂν ὑποσταίη οἰκετικὸν ἔργον ἀνύσαι· ὁ δὲ γνήσιος υἱὸς, ὁ σύμφυτον ἔχων καὶ τὴν εὐγένειαν, καὶ τὴν ἀξίαν, οὐκ ἂν παραιτήσαιτο τοιοῦτόν τι ἀνύσαι, πάσης ὑποψίας ἐκποδὼν οἰχομένης. Τῷ μὲν γὰρ ἡ ἀρχαία δουλεία ὑποψίαν τίκτει εὐτελείας· τῷ δὲ ἡ ἔμφυτος εὐγένεια οὐδὲ τικτομένην τὴν ὑπόνοιαν προσίεται. Ὁ μὲν γὰρ δύναται τῆς υἱοθεσίας ἐκπεσεῖν· ὁ δὲ τῆς ἐμφύτου εὐγενείας τε καὶ ἀξίας οὐδέποτε ἀποπεσεῖται.

XXIII. — THEONI SCHOLASTICO.

Qui factum sit, ut Achab, quamvis mortem suam præcognitam habens, tamen eam vitare non potuerit [88].

D Vehementer tu quidem scribis te mirari, quo

ΚΓ'. — ΘΕΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Πῶς ὁ Ἀχαὰβ, καίτοι προμαθὼν τὸν θάνατον αὐτοῦ, φυλάξασθαι οὐκ ἠδυνήθη.

Αὐτὸς μὲν ἔφης λίαν θαυμάζειν, πῶς ὁ Ἀχαὰβ,

[86] Philipp. II, 3. [87] ibid. 5. [88] III Reg. XXI, 19 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) Pro παρακαλῶν ponit, παρακαλέσας cod. Vatic. 650. Possin.

(91) *Εἰ ἕρμαιον ἡγήσατο.* Suidas : Ἑρμαῖον τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσιν· οὐκ ἀπὸ τῶν σωρῶν τῶν λίθων, αἳ (l. οἳ) τῷ Ἑρμῇ ἀνέκειντο. Adducit deinde suo more auctoritatem veteris innominati scriptoris istam : Οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους, ἀγαπήσας τὸ ἑρμαῖον οὐδὲ οἰηθεὶς ἄρα μηδὲν ἀδικεῖν, εἰ ἐκὼν παρεκόντος ὁτιοῦν ἐωνήσατο. Et iterum idem Suidas : Ἑρμαῖον, εὕρημα. Ἐπειδὴ λίθων σωροὺς ἀφιέρουν τῷ Ἑρμῇ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀδήλοις. Δαμάσκιος· καὶ ἐδόκει ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι ἐμοὶ περιτυχών. Ἕρμαιόν ἐστι κακοήθων ἅπας ἐπιεικής. Καὶ ἡ πρόσοδος τοῖς πονηροῖς ἐκ τῆς ἑτέρας μερίδος παραγίνεται. Quædam horum legas etiam in *Etymologico Magno* totidem verbis. Sed observanda diversitas accentus. Apud Suidam est ἑρμαῖον, apud *Etymolog.* ἕρμαιον, quomodo etiam in ms. B. reperi. In *Etym. M.* hæc præterea sunt, quæ non habet Suid. Ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ἔθει λεγομένου, Κοινὸς Ἑρμῆς, ἐπὶ τῶν εὑρισκόντων τι, οἷον κοινὸν τὸ εὕρημα· παρὰ τὸ οὖν Ἑρμῆς ἕρμαιος· καὶ ἕρμαιον τὸ οὐδέτερον. Et inferius, ὅθεν καὶ τὰ ἀπὸ τύχης ἀγαθὰ καὶ κέρδη, ἕρμαια. Ex his jam clarum est, quid velit Isidor. cum ait, εἰ ἕρμαιον ἡγήσατο, τὸ εἶναι ἴσον. Eod. vocabulo utitur etiam ep. 203, lib. II, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι τοῦ τε σώματος ἀπηλλάχθαι. Ritt.

(92) Pro ὑπερισσεία idem Cod. Vat. scribit ὑπηρεσία. Possin.

(93) Confer ep. 77 lib. II Ritt.

A καίτοι προμαθὼν τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, διαφυγεῖν οὐκ ἠδυνήθη. Ἐγὼ δὲ οὐ θαυμάζω· οὐδὲ γὰρ διαφεύγειν οἷόν τε τὴν δίκην. Κλέπτουσα γὰρ τὰς τῶν κλέπτειν αὐτὴν φρένας πειρωμένων, τοὺς βουλομένους αὐτὴν ἐκκλῖναι, εἰς τὰ ἑαυτῶν δίκτυα, δι' ὧν μηχανῶνται, ἐμπίπτειν παρασκευάζει.

ΚΔ'. — ΕΥΤΟΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ, « Πάτερ ἡμῶν (9). »

Αὐτὸς μὲν ἔοικας θαυμάζειν τῆς εὐχῆς τὴν βραχυλογίαν (95)· ἐγὼ δὲ ἠγάμην ἀεὶ, καὶ ἄγαμαι τὴν ἐν βραχέσι ῥήμασιν ὑπερφυῆ (96) φιλοσοφίαν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ τῶν λόγων ἀπαγγελία εὔκολος, ἀλλὰ οὐ τῶν φωνῶν. Οὐ γὰρ λόγων ἀκροατὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργων ποιητής. Πάσης τοιγαροῦν ἐπέκεινα τόλ- B μης χωρεῖν ὑπολαμβάνω, τὸν μὴ πράττοντα μὲν τὰ υἱῷ εὐδοκίμῳ πρέποντα, τολμᾷν δὲ πατέρα καλεῖν τὸν Δεσπότην· καὶ δρῶντα μὲν ἐξ ὧν δυσφημηθήσεται τὸ θεῖον ὄνομα, ἐπιχειροῦντα δὲ λέγειν· « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· » καὶ τοῦ τυράννου ὄντα δορυφόρον ἐπισημότατον, φράζειν· « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· » ὀφθῆτι, τουτέστι, τοῖς τυραννουμένοις βασιλεὺς νικηφόρος, παρέχων τὴν κατὰ τῆς ἁμαρτίας ἀήττητον συμμαχίαν· ἔτι τε μηδὲν ὧν θέλει ὁ Θεὸς, διαπραττόμενον, ὑποκρίνεσθαι ἀρετὴν, καὶ λέγειν· « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· » τρυφῇ τε καὶ ἀσωτίᾳ ἐκδεδωκότα ἑαυτὸν· καὶ πολλὰ προαποθέμενον, οὐ μόνον εἰς τροφὴν, ἀλλὰ καὶ εἰς (97) γαστριμαργίαν ἐφόδια, εὔχεσθαι· « Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον (τουτέστιν, ἢ τὸν τῇ ψυχῇ C ἁρμόδιον, ἢ τὸν τῇ σαρκὶ αὐτάρκη) δὸς ἡμῖν σήμερον. » Τὸ γὰρ « σήμερον » τὴν καθημερινὴν οἰκονομίαν μηνύει. Εἰς γὰρ τὴν ἀκροτάτην φιλοσοφίαν ἀγαγὼν (98) τῆς ψυχῆς τὸ νοερὸν, καὶ αὐτὸν ὁρίζει τῆς αἰτήσεως τὸν χρόνον. Εἶτα ἀμείλικτον ὄντα καὶ ὠμὸν, λέγειν· « Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· » μνησικακοῦντα δὲ, καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἀμυνόμενον, λέγειν· « Καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· » τὸν δ' εἰς πειρασμοὺς ἑαυτὸν ῥίπτοντα, καὶ πᾶσαν τεμόντα (99) ὁδὸν ἐπὶ κινδύνους ἄγουσαν, φράζειν· « Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν· » καὶ γελοῖον εἶναι δοκεῖ, μᾶλλον δὲ ἀγανακτήσεως ἁπάσης ἄξιόν ἐστι. Τὸ δὲ καὶ ἀσμένως ἀκολουθοῦντα τῷ ἐχθρῷ (οὐ γὰρ βίᾳ, οὐδὲ τυραννίδι, ἀλλ' ἀπάτῃ περιγίνεται) λέγειν· « Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ D πονηροῦ, » πᾶσαν εἰρωνείαν ὑπερβάλλει. Τὸ δὲ φράζειν μέν· « Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα· » καταφρονεῖν δὲ τοῦ πᾶσαν δύνα-

pacto Achab, quamvis præcognita sua morte, tamen eam evitare atque effugere non valuerit. Ego vero id minime miror. Neque enim fieri potest, ut effugiat sceleratus divinam animadversionem. Hæc enim eorum animos fallens, qui ipsam fallere conabantur, efficit, ut volentes eam declinare, in suam et ipsorum retia, per ea quæ moliuntur, incidant.

XXIV. — EUTONIO DIACONO.

In orationem Dominicam [89].

Videris tu quidem precationis Dominicæ brevitatem mirari. Ego vero cum antehac semper veneratus sum, tum etiam nunc veneror ac suspicio incredibilem in brevitate verborum latentem sapientiam. Nam tametsi verborum illorum pronuntiatio facilis sit, vocum tamen ac sensuum non item. Non enim verborum tantum auditorem, sed etiam operum effectorem esse convenit eum, qui recte eam recitare velit. Quocirca quavis superiorem audacia eum esse arbitror, qui cum nihil eorum faciat, quæ laudabilem deceant filium, tamen ausit patrem appellare omnium rerum Dominum : quique cum ea agat, ex quibus male audiat divinum nomen, dicere tamen aggrediatur : « Sanctificetur nomen tuum ; » et cum satelles clarissimus sit diaboli, qui tyrannidem in genus humanum invasit et exercet, tamen dicat : « Adveniat regnum tuum ; » hoc est : Conspiciaris tyrannide oppressis rex victoriosus, adversus peccatum opem insuperabilem ferens : præterea, nihil cum facias eorum quæ vult Deus, tamen simulare virtutem, ac dicere :
425 « Fiat voluntas tua, ut in cœlo, et in terra ; » cumque teipsum deliciis ac luxui manciparis, et multa non solum ad victum, sed etiam ad luxuriam reposita jam habeas viatica vitæ, tamen orare : « Panem nostrum quotidianum, (hoc est, animæ convenientem, aut carnis sustentationi sufficientem) da nobis hodie. » Nam particula « hodie, » quotidianam administrationem significat. Intelligentem enim facultatem animæ in supremam philosophiam perducens, ipsum quoque petitionis tempus definit. Ad hæc, cum implacabilis atque crudelis ipse sis, dicere : « Remitte nobis debita nostra ; » cumque malorum tenacem serves memoriam, et ultionis omnem excedas modum, dicere : « Sicut et nos remittimus debitoribus nostris ; » quique in tentationes seipsum conjiciat, et nullam non secet viam, quæ ad pericula ducat, tamen hunc dicere : « Ne inducas nos in tentationem : » id est ejusmodi, ut

[89] Matth. VI, 9 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(94) Confer epist. 281 lib. II, Tertullianum lib. *De oratione*, et Cyprian. item Theophylact. *in Matth. et Luc.* RITT.

(95) Hinc eleganter Tertullianus lib. *De oratione* breviarium totius Evangelii vocat Orationem Dominicam, ID.

(96) Pro. ὑπερφυῆ cod. Vat. 650 habet ὑπερφυᾶ. vers. seq. pro ἀπαγγελ. scribit ἐπαγ. Vers. 5 post φωνῶν ad ex Vat. 650 ἀλλὰ τῆς γνώμης δοκιμασθεὶς (fort. δοκιμαστὴς) Θεὸς. POSSIN.

(97) Idem cod. mutat εἰς in πρὸς ante γαστριμαρ. ID.

(98) Ἀγαγὼν τῆς ψυχῆς τὸ νοερόν et quæ sequuntur usque ad αἰτήσεως inclusive, sic rescribe ex cod. Vat. 650, ἀναγαγὼν τῆς εὐχῆς τὸν ὅρον, φιλοσοφώτερον καὶ αὐτὸν συνέτεμε τῆς αἰτήσεως. ID.

(99) Pro τεμόντα legit idem ἀνατέμνοντα. ID.

non modo risum, verum etiam omnem indignationem mereatur. Porro cum volens libensque hostem generis humani sequare (neque enim per vim, neque per tyrannidem, sed dolo ac fraude nostri potitur), dicere : « Sed libera nos a malo ; » omnem exsuperat illusionem. Denique dicere quidem : « Quia tuum est regnum, et potentia et gloria, » sed eum interim pro nihilo putare, a quo omnis potentia et gloria tanquam ex fonte profluit, tale est, ut venia majus in se crimen complectatur. Quapropter illi soli post admirandum illum, qui in divino baptismate contigit, partum, et post novam ac peregrinam puerperiorum legem, hanc orationem rite ac jure recitare potuerunt, Deum Patrem appellantes, qui filiorum germanam indolem ostendunt. Illi poterunt dicere : « Sanctificetur nomen tuum, » qui nihil scelerati committunt ; illi, et hoc : « Adveniat regnum tuum, » qui ea fugiunt quæ tyranno voluptatem pariunt ; illi et hoc, « Fiat voluntas tua, » qui ipsis factis hoc se operam dare declarant ; illi etiam, « Panem quotidianum da nobis hodie, » qui luxui ac deliciis nuntium remiserunt ; illi et hoc, « Remitte nobis debita nostra, » qui veniam iis tribuunt, qui in ipsos deliquerunt ; illi et hoc, « Ne inducas nos in tentationem, » qui neque semetipsos, neque alios in hanc conjiciunt ; illi et hoc, « Libera nos a malo, » qui cum Satana perpetuum et irreconciliabile gerunt bellum ; illi denique vere dicere poterunt, « Quia tuum est regnum, et potentia et gloria, » qui ad ipsius verba contremiscunt, eaque re et opere ostendunt. Non enim tantum efficere valet ipsa hujus precationis notitia, quantum mores et vita precantis.

A μιν καὶ δόξαν πηγάζοντος, συγγνώμης μεῖζον. Οὐκοῦν ἐκεῖνοι (1) μόνοι μετὰ τὰς θαυμασίους ὠδῖνας τὰς ἐν τῷ θείῳ βαπτίσματι, καὶ τὸν ξένον καὶ παράδοξον λοχευμάτων νόμον, δίκαιοι ἂν εἶεν τὸ « Πάτερ ἡμῶν » λέγειν, υἱῶν ἐπιδεικνύμενοι γνησιότητα· καὶ τὸ, « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, » οἱ μηδὲν ἐναγὲς διαπραττόμενοι· καὶ τὸ, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, » οἱ φεύγοντες τὰ τῷ τυράννῳ ἡδονὴν τίκτοντα· καὶ τὸ, « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, » οἱ διὰ τῶν πράξεων τοῦτο δηλοῦντες· καὶ, « Τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, » οἱ τρυφαῖς καὶ ἀσωτίαις ἀποταττόμενοι· καὶ τὸ, « Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, » οἱ τοῖς εἰς αὐτοὺς πταίσασι συγγινώσκοντες· καὶ τὸ, « Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, » οἱ μήτε ἑαυτοὺς μήτε ἄλλους εἰς τοῦτον ἐμβάλλοντες· καὶ τὸ, B « Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, » οἱ πρὸς τὸν Σατανᾶν ἄσπονδον ἔχοντες τὴν μάχην· καὶ τὸ, « Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, » οἱ τρέμοντες αὐτοῦ τοὺς λόγους, καὶ ἔργοις αὐτοὺς ἐπιδεικνύμενοι. Οὐ γὰρ τοσοῦτον πέφυκεν ἀνύειν ἡ τῆς εὐχῆς ἐπιστήμη, ὅσον ὁ τρόπος καὶ ὁ βίος τοῦ εὐχομένου.

426 XXV. — ATHANASIO PRESBYTERO.

In illud (Christi dictum), « Quid autem conspicis festucam, quæ est in oculo fratris tui ; trabem autem, quæ est in oculo tuo, non animadvertis[**] *? »*

Commune hoc sane malum esse videtur, ut homines non solum in rebus propriis cæcutiant, proximorum autem delicta acute cernant, sed etiam sibi ipsis quidem excusationes defensionesque quamlibet invitas arcessant, alienorum autem acerbi atque inexorabiles sedeant judices. Qui vero sui ipsorum amorem revera deposuerunt, et sic existimant justitiam obtinere oportere, eumdem adversus se ipsos, si quando peccarint, ferunt calculum, quem etiam contra proximos ferrent ; imo in se ipsos per pœnitentiam durius animadvertunt, cum sciant, ei qui pœnis non emendetur, exitium impendere. In hoc igitur accuratum examen immittens nos Christus, dixit : « Quid vides festucam in oculo fratris tui ; trabem autem, quæ in oculo tuo est, non animadvertis ? » Neque enim convenit, ut aliorum acerbus sit judex, qui propria (errata) negligit.

C ΚΕ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰς τό· « Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς ; »

Κοινὸν μὲν πάθος εἶναι δοκεῖ, οὐ μόνον τὸ τυφλώττειν μὲν περὶ τὰ ἴδια, ὀξέως δ' ὁρᾷν τὰ τῶν πέλας πταίσματα, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑαυτοῖς μὲν καὶ τὰς οὐκ οὔσας (2) ἀπολογίας πορίζεσθαι, τὸ δ' ἀλλοτρίων (3) πικροὶ καὶ ἀπαραίτητοι καθῆσθαι δικασταί. Οἱ δὲ τῷ ὄντι φιλαυτίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ τὸ δίκαιον οἰόμενοι δεῖν κρατεῖν, τὴν αὐτὴν φέρουσι καθ' ἑαυτῶν ἁμαρτάνοντες ψῆφον, ἥνπερ ἂν καὶ κατὰ τῶν πέλας ἐνέγκοιεν· καὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς διὰ τῆς μετανοίας κολάζουσι, τὸν ἀκόλαστον ὄλεθρον εἰδότες (3*). Εἰς ταύτην D γὰρ ἡμᾶς τὴν ἀκριβῆ βάσανον ἐμβάλλων ὁ Χριστὸς, ἔφη· « Τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου· τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς ; » Οὐ γὰρ προσήκει τῶν ἄλλων εἶναι πικρὸν δικαστὴν τὸν τὰ οἰκεῖα παρορῶντα.

[**] Luc. VI, 41.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) Inter ἐκεῖνοι et μόνοι idem cod. inserit μοι, et vers. post tertio, inter παραδόξων et λοχευμάτων infundit τῶν. POSSIN.

(2) Ed. Paris., ἀκούσας. EDIT.

(3) Pro τὸ δ' ἀλλοτρίων cod. Vat. legit τῶν δ' ἀλλοτρίων. POSSIN.

(3*) Pro τὸν ἀκολ. ὀλ. idem scribit τὸ ἀκόλαστον ὀλέθριον et vers. penult. ep. pro τῶν ἄλλων habet τῶν πέλας. ID.

ΚϚ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ. A

Εἰς τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ Ἠσαῦ· « Μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. »

Αὐτὸς μὲν θαυμάζειν ἔφης, ὅπως (4) ὁ Παῦλος τὴν μετάνοιαν, ἣν καὶ αὐτὸς ἐκήρυττε, καὶ ὁ Θεὸς ἐστεφάνου, μηδὲν δεδυνῆσθαι ἐπὶ τοῦ Ἠσαῦ διισχυρίσατο, λέγων· « Μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. » Ἔγωγε θαυμάζω, πῶς τοῦτό σε διέλαθεν. Οὐ γὰρ ὡς τὴν μετάνοιαν ἀτιμάσαντος τοῦ κριτοῦ, τοῦτο ἔφη, ἀλλ' ὡς τὸν μισθὸν, τουτέστι, τὴν εὐλογίαν, τὴν τῇ ἀρετῇ μᾶλλον ἢ τῇ πρεσβυγενείᾳ χρεωστουμένην, τῷ διαπωλήσαντι αὐτὴν μὴ δεδωκότος. Οὐ γὰρ δίκαιον ἦν, ἐκεῖνον, ἵνα καὶ δοίημεν τῇ πρεσβυγενείᾳ τὸ γέρας χρεωστεῖσθαι, τὸ κτῆμα ὅπερ ἐπώλησεν ἀνακομίσασθαι (5)· B εἰ μὲν γὰρ ἀποσπασθὲν ἦν, ἔδει ἀποδοθῆναι· εἰ δὲ πραθὲν, καὶ ὑπὸ τὴν νομὴν τοῦ ἀγοράσαντος ἦν (6), οὐ δίκαιον τὸ ἀποσπασθῆναι. Κλαύσαντος γοῦν πικρῶς οὐ μόνον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ γεννήτορος, τὸ δίκαιον ἴσχυσεν. Ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, ἄκουε τῶν πρὸς αὐτὸν εἰρημένων· « Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος, ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Ἴσθε γὰρ, ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη. » Ὁρᾷς, ἵνα παρῶ τέως τὸ πεπράσθαι τὰ πρεσβεῖα, ὅτι οὐδὲ ἀρετὴν ἦν ἀσκήσας, ἀλλ' οἷς πέπρακε πρεσβείοις ἐπερειδόμενος, τὴν εὐλογίαν, τὴν τῇ ἀρετῇ, ὡς ἔφην, χρεωστουμένην, κληρονομῆσαι ἠβούλετο· ὅπερ ἀδύνατον ἦν· εἰ γὰρ καὶ μετὰ τῆς τοῦ τεκόντος εὐνοίας καὶ τὴν τῶν πρεσβείων εἶχε τιμὴν (7), οὐκ ἂν ἀπ- C έτυχε (8) τῶν θείων εὐλογιῶν. Ἀρετὴ γάρ ἐστιν ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ στεφανουμένη. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πέπρακεν ἐννόμως τὰ πρωτοτόκια, ἀναμφισβήτητος τοῦ Ἰακὼβ ἡ νίκη. Ἐὰν γάρ τις ἀγρὸν πωλήσας, καὶ τὸ τίμημα εἰληφὼς, καὶ εἰς νομὴν τοῦ κτήματος τὸν ἀγοράσαντα εἰσκομίσας, ὕστερον χωρὶς τοῦ ἀποδοθῆναι τὸ τίμημα λέγω (οὐδ' ἀποδιδόντος μὲν οὖν συγχωροῦσιν οἱ νόμοι ἄκοντος τοῦ ἀγοράσαντος τὸ ἀποσπασθῆναι (9) τὸ κτῆμα· ἀλλ' ὅμως λελέχθω), χωρὶς τοῦ ἀποδοῦναι τὸ τίμημα, εἰ ἀμφισβητοίη περὶ τῆς κτήσεως, ποῖος νόμος, ἢ τίς δικαστὴς ἀποκρίνεται αὐτῷ, κἂν μυρία ἐκεῖνος δακρύοι, καὶ ἐλεεινὰ φθέγγοιτο; Οὐδὲ εἷς δήπου. Εἰκότως οὖν οὐκ εἴληφε· πρῶτον μὲν ἀρετὴν οὐκ ἀσκήσας, εὐλογίαν δὲ κληρονομῆσαι θελήσας, ἧς ἀνάξιον ἑαυτὸν ἀπέφηνε· D δεύτερον δὲ καὶ πωλήσας τὸ γέρας· τρίτον ἐκκλεισθεὶς (10) εἰκότως ὑπὸ τοῦ καιροῦ. Εἰ γὰρ ὄντως ἦν μεταγνοὺς, καὶ τὰς ἥττας πάσας ἀναμαχησάμενος, οὐκ ἂν παρώφθη παρὰ Θεοῦ. Πλούσιος γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, καὶ πλουτῶν στεφάνοις ἄλλοις, κοσμῆσαι ἐδύ-

XXVI. — ISIDORO PRESBYTERO.

In id quod de Esau dictum est, « Pœnitentiæ locum non invenit, quamvis lacrymis quæsiverit eam [91]. »

Mirari tu quidem te dicebas, quo pacto Paulus pœnitentiam, quam tamen et ipse prædicabat et Deus coronabat, nihil in Esau potuisse affirmarit, cum ait: « Pœnitentiæ locum non invenit, quamvis cum lacrymis eam quæreret. » At ego miror, quo modo hoc te fugerit. Non enim hoc eo sensu dixit, quasi pœnitentiam contumelia affecisset judex; sed ideo, quia præmium, hoc est benedictionem, quæ virtuti potius quam primogenituræ debebatur, ei qui hanc vendiderat, non reddiderit. Neque enim hoc justum et æquum fuisset, ut maxime concedamus, id præmium primogenituræ deberi. Si quidem per vim ereptum ei fuisset, tum reddi oportuisset. At quia venditum, ac jam in possessione emptoris erat, huic id eripi a justitia fuisset alienum. Quantumcunque igitur amare non solum ipse (Esau) sed et pater ejus (Isaac) fleret, tamen justitia prævaluit. Hæc autem eo quo dixi modo se habere, audi quæ de ipso dicta sunt: « Ne quis fornicator, aut profanus, ut Esau: qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Scitote enim, quoniam et postea, cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est [92]. » Vides (ut interim omittam, quod primogeniti jura fuerint vendita) ipsum neque virtutem coluisse; sed primogenituræ juri, quod tamen jam vendiderat, innixum eoque fretum, benedictionem, quæ virtuti, ut dicebam, **427** debetur, hæreditario jure obtinere voluisse: quod fieri neutiquam poterat, ut maxime una cum patris benevolentia haberet etiam sibi suffragantem quasi reverentiam juris primogenituræ [alioquin si virtuti operam dedisset,] divinis benedictionibus non excidisset. Virtus enim est, quæ a Deo coronatur. Quoniam autem legitime quoque vendidit primitiva, absque controversia penes Jacobum fuit victoria. Nam si quis, posteaquam agrum vendidit, et pretium accepit, et emptorem in possessionem vacuam ejus prædii introduxit, posterius non reddito pretio (quanquam ne quidem si hoc reddat venditor, permittunt leges invito emptori suum prædium auferri: verumtamen sic temporis causa fingamus id posse fieri); si quis ergo, ut cœperam dicere, cum non reddat pretium, de possessione illa (quam vendidit), controversiam emptori faciat, quænam lex, aut quis judex eam emptori adjudicat, ut ut infinitas ille effundat lacrymas, et miserabiliter conqueratur? Nemo hercle. Jure igitur ac merito non recipit Esau (quæ

[91] Hebr. XII, 17. [92] ibid. 16, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(4) Vers. 1, ep. Pro ὅπως cod. Vat. 650 scribit πῶς. Vers. 3. pro ἐστεφάνου ponit στεφανοῖ. POSSIN.

(5) Hæc, τὸ κτῆμα .... ἀνακομ. omittebat ed. Par., EDIT.

(6) Cod. Vat. om. ἦν et vers. post 31 πρὸς αὐτόν mutat in παρ' αὐτοῦ. POSSIN.

(7) Ed. Paris., φωνήν. EDIT.

(8) Cod. Vat. pro ἀπέτυχε, ponit, ἔτυχε, et Vers. seq. pro ἐννόμως, ἐνιμότως. POSSIN.

(9) Idem cod, ante ἀποσπασθῆναι tollit τό, et vers. seq. similiter tollit εἰ ante ἀμφ. ID.

(10) Idem cod., ἐκκληθείς. ID.

desiderabat.) Primo quidem cum non dedisset operam virtuti, et tamen benedictionem velut hæreditate capere voluisset, qua se indignum præbuerat; deinde vero cum etiam id muneris vendidisset; tertio etiam a tempore merito exclusus fuisset. Nam si revera ac serio pœnitentiam egisset, et priores lapsus omnes posteriori strenuitate correxisset, non fuisset a Deo neglectus. Dives enim cum sit Deus, et aliis abundet pluribus coronis, aliter quoque ipsum ornare potuisset. Tametsi enim benedictiones, quas vendiderat, recuperare non potuisset, aliis tamen coronis ornatus fuisset: ac primum quidem illa, quod propitium habuisset Deum. Quia vero virtutis nulla tangebatur cura, sed tantum benedictiones sibi vindicabat, quæ tamen non nisi virtuti debentur, merito suis desideriis frustratus est.

A νατο. Εἰ γὰρ καὶ τὰς εὐλογίας, ἃς πέπρακεν, ἀνακομίσασθαι οὐχ οἷός τ' ἦν, ἀλλ' οὖν γε ἄλλοις ἂν στεφάνοις ἐκοσμήθη· καὶ πρῶτον μὲν τῷ τὸν Θεὸν ἵλεω ἔχειν. Ἐπειδὴ δὲ ἀρετῆς μὲν οὐκ ἐφρόντιζεν, εὐλογιῶν δ' ἀντεποιεῖτο τῶν τῇ ἀρετῇ χρεωστουμένων, εἰκότως ἀπέτυχεν.

XXVII. — OLYMPIODORO.

Græcos per ea ipsa argumenta, per quæ videntur Christianæ religionis dogmata extenuare, suasmet res evertere.

Miror equidem, qui fiat, quod non solum ii, qui inter Græcos rudes sunt atque expertes eruditionis, verum etiam illi qui sapientiam profitentur, et ornate dicendi peritia se jactant, et dialecticæ cognitione gloriantur, et syllogismis innituntur, et cum ea quæ ratiocinationibus adversantur videant, rerum tamen repugnantiam non animadvertunt; qui fiat, inquam, quod hi non sentiant, se, dum divinum præconium Evangelii oppugnant, eo ipso magis semetipsos pudefacere. Affert enim victis aliquid ambitionis et honoris, eorum a quibus victi sunt excellentia. At ipsi aiunt mortuum esse Jesum, ut ingens deorum gentilium multitudo hoc ipso declaretur etiam mortuo imbecillior. Illudunt cruci, ut ipsi magis etiam traducantur et ludibrio habeantur, quippe qui ignominiose a cruce expugnati victique sint. **428** Exprobrant nobis apostolorum ruditatem, ut tanto conspectius sit probrum, quod celeberrimis ipsorum sapientibus ingeritur, qui plebeiorum hominum doctrinæ manus dederint. Venerandum Christi sepulcrum cachinnis petulantibus excipiunt, ut eo magis risu digna fiant ipsorum illustria templa, quippe quæ deriso ab ipsis cesserint sepulcro. Atque, ut paucis absolvam, totum reprehendunt præconium Evangelii, ut rem vilem atque abjectam, ut quidquid apud ipsos est illustre, id omne magis videatur deridendum, quoniam rerum vilium (ut ipsi aiunt) naturæ succubuerit.

ΚΖ'. — ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡῼ.

B *Ὅτι Ἕλληνες, δι' ὧν τὰ Χριστιανῶν δοκοῦσι σμικρύνειν, διὰ τούτων τὰ ἑαυτῶν ἀνατρέπουσιν.*

Θαυμάζω, ὅπως οὐ μόνον οἱ παιδεύσεως ἄμοιροι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ οἱ σοφίαν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ οἱ ἐπὶ εὐγλωττίᾳ ἐναβρυνόμενοι, ἐπὶ διαλεκτικῇ τε αὐχοῦντες, καὶ συλλογισμοῖς ἐπερειδόμενοι, καὶ τὰς μὲν ἐναντιώσεις τῶν λογισμῶν ὁρῶντες, τὰς δὲ τῶν πραγμάτων μὴ καθορῶντες, οὐκ αἰσθάνονται, δι' ὧν τὸ κήρυγμα τὸ θεῖον κατατοξεύουσι, διὰ τούτων μᾶλλον ἑαυτοὺς καταισχύνοντες. Φέρει γάρ τινα (11) φιλοτιμίαν τοῖς κεκρατημένοις, ἡ τῶν κεκρατηκότων ὑπεροχή. Αὐτοὶ δὲ φάσκουσι νεκρὸν τὸν Ἰησοῦν, ἵνα νεκροῦ ἀποφανθῇ τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν ὁ δῆμος ἀδρανέστερος. Κωμῳδοῦσι τὸν σταυρὸν, ἵνα κωμῳδηθῶσι σφοδρότερον, ἀτίμως πεπορθημένοι καὶ νενι- C κημένοι σταυρῷ. Σκώπτουσι τὴν τῶν ἀποστόλων ἀμαθίαν, ἵνα λαμπρότερον οἱ θρυλλούμενοι παρ' αὐτῶν στηλιτευθῶσι σοφοὶ, ἰδιωτῶν ἀνδρῶν διδασκαλίᾳ ἡττηθέντες. Τὸν τοῦ Χριστοῦ προσκυνούμενον χλευάζουσι τάφον, ἵν' οἱ παρ' αὐτοῖς περιφανεῖς ναοὶ, γέλωτα ὀφλείωσι (12) μείζονα, χλευαζομένῳ παραχωρήσαντες τάφῳ. Παντὸς ἐπιλαμβάνονται ὡς εὐτελοῦς τοῦ κηρύγματος, ἵνα τὰ παρ' αὐτοῖς περιφανῆ πλέον ὀφθῇ καταγελαστότερα, τῇ τῶν εὐτελῶν ὑποκύψαντα φύσει.

XXVIII. — ÆSCULAPIO SOPHISTÆ.

De eadem re.

Fugit ratio Græcos, qui non animadvertunt, se per ea quæ (contra Christianos) afferunt, semetipsos evertere. Nam pro nihilo habendam aiunt

ΚΗ'. — ΑΣΚΛΗΠΙῼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

D *Περὶ τοῦ αὐτοῦ.*

Λανθάνουσιν Ἑλλήνων παῖδες, δι' ὧν λέγουσιν, ἑαυτοὺς ἀνατρέποντες. Ἐξευτελίζουσι γὰρ τὴν θείαν Γραφὴν, ὡς βαρβαρόφωνον (13), καὶ ὀνοματοποιίαις

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Sententia pulcherrima, ex qua illud manavit a summo poeta dictum pro solatio victi:
Æneæ magni dextra cadis.

(12) Pro ὀφλείωσι cod. Vat. legit ὀφλήσωσι. POSSIN.

(13) *Τὴν θείαν Γραφὴν, ὡς βαρβαρόφωνον.* Confer epist. 67, 91 et 140. Vulgatissimum olim convicium, quod sacris et divinis Litteris faciebant pagani et infideles, illud erat, barbarismis ac solœcismis eas scatere. Ab hoc igitur crimine veteres Ecclesiæ doctores Scripturam divinitus inspiratam ut liberarent, multa attulerunt quæ ex ipsorum libris est petere. Vide cum primis Arnobium lib. I *adversus gentes*, et Lactantium Firmianum lib. VI, cap. 21. et in Epitoma *Divin. instit.*, cap. 5, ubi pro *dubia*, quod in omnibus quas vidi editionibus est, procul dubio legendum *dulcia;* quam conjecturam meam facile probabit, qui totum locum accuratius inspexerit, et contulerit cum altero qui est lib. VI c. 21. Confer Isidor. ep. 4 et 5 lib. II. RITT.

ξέναις συντεταγμένην, συνδέσμων δὲ ἀναγκαίων ἐλλείπουσαν (14), καὶ περιττῶν παρενθήκῃ τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐκταράττουσαν. Ἀλλ' ἀπὸ τούτων μανθανέτωσαν τῆς ἀληθείας τὴν ἰσχύν. Πῶς γὰρ ἔπεισεν ἡ ἀγροικιζομένη τὴν εὐγλωττίαν (15); Εἰπάτωσαν οἱ σοφοί, πῶς βαρβαρίζουσα καὶ σολοικίζουσα νενίκηκε τὴν ἀττικίζουσαν πλάνην· πῶς Πλάτων μὲν, τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων ὁ κορυφαῖος, οὐδενὸς περιεγένετο τυράννου· αὕτη δὲ γῆν τε καὶ θάλατταν ἐπηγάγετο;

A Scripturam divinam, tanquam scilicet barbaris vocibus constantem, et peregrinis nominum fictionibus compositam, et necessariis conjunctionibus ac velut vinculis orationis destitutam, et superfluorum inculcatione sensum eorum quæ dicuntur perturbantem. Sed ab his discant vim veritatis. Qui enim factum est, ut rustica ac simplex ipsa eloquentiæ persuaserit assensum? Dicant sapientes, quomodo ipsa tantis laborans et barbarismis et solœcismis, tamen vincere potuerit errorem et falsitatem tam Attica instructam eloquentia? Qui factum sit, ut Plato, ille gentilium philosophorum facile princeps, ne unum quidem vincere et in suas partes traducere potuerit tyrannum; hæc autem, rustica scilicet ac barbara, et tot solœcismos faciens, veritas terram et mare sibi adjunxerit?

ΚΘ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ σταυρὸς, ὦ βέλτιστε, ὁ ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν κωμῳδούμενος, τὴν πολύθεον ἐσταύρωσε πλάνην· καὶ τὸ πάθος τοὺς ἀλιτηρίους ἐστηλίτευσε δαίμονας· καὶ ὁ θάνατος τὸν θάνατον ἀπέκτεινε· καὶ ἡ νέκρωσις τῆς σαρκὸς, τὰς τῶν σταυρωσάντων ἐνέκρωσεν ἐλπίδας· καὶ ὁ τάφος τὸν μὲν διάβολον κατέθαψε, πᾶσι δὲ πηγὴν ζωῆς ἀνώμβρησε. Διὸ καὶ ὁ θεῖος κήρυξ βοᾷ· « Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. » Εὐχῆς γὰρ ἡμῖν εὐαγγελίζεται κρείττονα

XXIX. — HERMINO COMITI.

B *De eadem re.*

Crux illa, o bone, quæ ab idololatris ludibrio habetur, errorem multos colentem deos crucifixit: et passio Christi noxios dæmones confecit: et mors ejusdem occidit mortem: et mortificatio carnis, eorum qui ipsam crucifixerunt, spes mortuas reddidit: et sepulcrum diabolum quidem sepelivit, omnibus autem (Christi fidelibus) fontem vitæ produxit. Quam ob causam divinus quoque præco exclamat: « Non enim pudet me Evangelii[22]; » nec immerito: nam bona nobis annuntiat majora quam quisquam ausus fuisset optare.

Λ'. — ΔΟΜΕΤΙΩ ΚΟΜΗΤΙ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Αὐτὸ τοῦτο, ὃ νομίζεις, ὦ βέλτιστε, ἀπόδειξιν εἶναι τοῦ μὴ εἶναι θεῖον τὸ κήρυγμα, δείκνυσιν αὐτὸ θεῖον καὶ ὑπερφυές. Ἵνα γὰρ παρῶ Πλάτωνα ὡς ὑπερβαίνοντά σου τὰς ἀκοὰς, φήσαντα, ὅτι φιλοσόφων μὲν ἀνάξιον ἡ εὐγλωττία, μειρακίων δὲ παιζόντων ἡ φιλοτιμία· ἐν οἷς τὸν διδάσκαλον ἑαυτοῦ εἰσήγαγε λέγοντα· « Οὐ γὰρ ἂν δήπου πρέποι (16), ὦ ἄνδρες, τῇδε τῇ ἡλικίᾳ, ὥσπερ μειρακίῳ, πλάττοντα (17) λόγους, εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι. » Ὅμηρον δὲ, ὃν ἐπὶ γλώττης ἔχεις, μάρτυρα προβαλοῦμαι, λέγοντα·

Αὐτοδίδακτός (18) *εἰμι· θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας*
Παντοίας ἐνέθηκεν,

ἤγουν ὤπασεν ὀμφάς. Εἰ τοίνυν ὁ ἐκθειαζόμενος παρὰ

XXX. — DOMITIO COMITI.

Eadem de re.

C Hoc ipsum, quod tu, bone vir, putas argumentum esse, quo convincatur, præconium Evangelii non esse divinum, ostendit ipsum omnino esse divinum et natura præstantius. Nam ut omittam auctoritatem Platonis, ut qui tuis auribus sit sublimior, dicentis, **429** comptam orationem philosophantibus quidem serio indignam esse, adolescentibus autem ambitiosis et ludentibus magis convenire; dum videlicet magistrum suum (Socratem) sic introducit loquentem: « Indecorum namque sit, o viri, huic ætati meæ qua nunc sum, ut instar adolescentis ficta comptaque oratione utar, dum ad vos sistor. » Homerum, quem in lingua perpetuo habes, testem producam, dum ait:

Me docui ipse: deus vero est mihi carminis auctor:
Omne genus, quo mentem animi præcellere fecit,

D sive divinas mihi voces præbuit. Quod si igitur

[22] Rom. I, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(14) Pro δὲ ἀναγκαίων ἐλλείπουσαν cod. Vat. 650 habet τε ἀναγκαίων ἐλλείψει. POSSIN.

(15) Pro εὐγλωττίαν idem cod. Vat. legit εὔγλωττος vers. post 3, ante τῶν apponit, ὁ, et vers. seq. ante κορυφαῖος delet ὁ. ID.

(16) *Οὐ γὰρ ἂν δήπου πρέποι*, etc. verba sunt Socratis apud Platonem in exordio *Apologiæ*, ubi tamen paululum variat lectio editionum ab hac Isidori citatione; nam pro οὐ γάρ, editi libri habent οὐδὲ γάρ et pro πλάττοντα, πλάττοντι. Nota hic, comptam orationem potius decere adolescentiam quam senectutem, aut virilem ætatem RITT.

(17) Pro πλάττοντα cod. Vat. 650 scribit πλάττοντι. vers. post 2 προβαλοῦμαι mutat in προβάλλομαι, et vers. post tertio, ἐνέθηκεν in ἐνέφυσεν, mox que ὀμφάς in ὀμφὴν et vers. 2 lit. B ἡμῖν in ἡμῶν. POSSIN.

(18) Apud Homerum *Odyss.* XXII, v. 347, est

Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί, θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας
Παντοίας ἐνέφυσεν.

Et si aut hic fons ingeniorum et parens eruditionis istud elogium pronuntiat sub persona Phemii musici, qui in convivio procerum in ædib. Ulyssis per vim ab ipsis jussus canere, interfectis procis Ulyssis factus supplex ita se commendat, obsecrans atque obtes-

poeta ille, quem tu pene Deum facis, astipulator, A vel potius revera (secundum nominis sui significationem), obses accedens iis quæ a nobis modo dicta sunt, hoc non dubitavit affirmare, eos qui res divinas annuntiant, non necessario vel mortalium hominum discipulos, vel talium doctrinarum peritos esse oportere : quare non credis, si per homines plebeios et rudes, cæterum ineffabili eruditos sapientia, sermo de divino præconio promulgatus est; sed, ut puto, non amplius fidem adhibere detrectabis. Nam ea ipsa res quæ tibi defectus esse videbatur, jam inventa est omnibus superior atque excellentior.

σοῦ ποιητὴς ἐγγυητὴς, μᾶλλον δὲ Ὅμηρος ὄντως ὢν τῶν παρ' ἡμῖν νυνὶ λεγομένων, ἀπεφήνατο, ὅτι οἱ τὰ θεῖα καταγγέλλοντες, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων φοιτηταὶ, οὔτε τοιούτων παιδεύσεων ἔμπειροι εἶναι δίκαιοι ἂν εἶεν· διατί ἀπιστεῖς, εἰ διὰ τῶν ἰδιωτῶν καὶ ἀμαθῶν ἀνδρῶν ἀῤῥήτῳ παιδευθέντων σοφίᾳ, ὁ περὶ τοῦ θείου κηρύγματος διηγγέλθη λόγος; Ἀλλ', οἶμαι, οὐκέτι ἀπιστήσεις. Ὃ γὰρ ἐνόμιζες ἐλάττωμα εἶναι, τοῦθ' εὗρες πλεονέκτημα.

XXXI. — ÆSCULAPIO SOPHISTÆ.

Disputatio digna auditu cum Græco habita, de resurrectione Salvatoris.

Memoria repeto me sapientem quemdam Græcum, B quique apud multos maximam eloquentiæ gloriam obtineret, mecum disserentem de rebus fidei, paucis verbis ita refutasse, ut mutire non auderet. Nam cum ipse proferret Christi passionem et crucem, inque risum super his effusum solveretur, ego ei modeste ac mansuete respondi in hæc verba : « Unde autem demonstrare potes, Christum esse crucifixum ? » Omnibus vero, qui hæc audiebant, admiratione perculsis, et cogitantibus, quidnam intendens conficere, hoc dixissem : respondit ille, quasi qui victoriam absque labore jam reportaturus esset : « In Evangeliis scriptum est. » Cui e vestigio regessi : « At in iisdem hoc quoque quod resurrexerit, et in cœlos redierit, scriptum habetur. Si ergo credis Evangeliis, tam hoc quam illud affir- C mantibus fidem habeto; sin minus, rem facis absurdissimam, dum alterum quidem amplecteris, alterum vero repudias. Numquid enim ad contumelias ac probra patulas et acutissimas habetis aures; ad splendida autem illa atque divina obturatas? Maximeque cum commentitii tui dii a crucifixo superati manus jam dederint. Si igitur crucifixus est, certum est etiam ad cœlos eumdem ascendisse. Sin autem splendida illa (quæ de Christo ibidem commemorantur) excludis, noli inde etiam probrosa proferre. 430 Alterum enim ab altero dependet, et divelli nequit. » His itaque dictis tantus exortus est applausus, ut et ego et ipse erubesceremus. Ego quidem, quod supra quam dignus essem laudarer; ipse autem, quod suismet verbis constrictus teneretur. Hoc tibi facto indicio, arbitror satis responsum esse perspicue ad ea, quæ a tua prudentia ad me fuerant perscripta.

ΛΑ'. — ΑΣΚΛΗΠΙῼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

Ἀντίθεσις ἀξιάκουστος πρὸς Ἕλληνα, περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος.

Οἶδά ποτε διαλεγόμενον πρός με δεινὸν Ἕλληνα, καὶ παρὰ πολλοῖς ἐπὶ δυνάμει λόγων μεγίστην δόξαν ἔχοντα, ἐν βραχέσιν ἐπιστομίσας. Προσφέροντος γὰρ αὐτοῦ τὰ πάθη, καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ πλατὺν καταχέοντος γέλωτα, ἀπεκρίθην ἐγὼ αὐτῷ πρᾴως· « Πόθεν γὰρ ἔχεις δεῖξαι ὅτι ἐσταυρώθη; » Πάντων δὲ τῶν ἀκροωμένων καταπλαγέντων, καὶ ἐννοούντων, τί ἄρα κατασκευάσαι βουλόμενος τοῦτο ἔφην, ἀπεκρίνατο ἐκεῖνος, ὡς δὴ τὴν νίκην ἀπονητὶ (19) ἀναιρησόμενος· « Ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις γέγραπται. » Ὧ εὐθὺς ἀντεπῆγον· « Οὐκοῦν ἐν αὐτοῖς, ὅτι καὶ ἀνέστη, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀνῆλθε, γέγραπται. Εἰ μὲν οὖν πιστεύεις τοῖς Εὐαγγελίοις, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο λέγουσι πίστευσον. Εἰ δὲ μὴ, ἀτοπώτατον ποιεῖς, τὸ μὲν ἐγκρίνων, τὸ δὲ εἰσβάλλων (20). Μὴ C γὰρ δὴ περὶ τὰς ὕβρεις ἀναπεπετασμένας καὶ ὀξυτάτας ἔχετε τὰς ἀκοὰς, περὶ δὲ τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα πεφραγμένας; Καὶ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ λεγόμενοί σου θεοὶ ὑπὸ τοῦ σταυρωθέντος ἡττήθησαν. Εἰ μὲν οὖν ἐσταυρώθη, δῆλον ὅτι καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν. Εἰ δὲ τὰ λαμπρὰ παραγράφῃ, μηδὲ τὰ ἐπονείδιστα πρόφερε. Θάτερον γὰρ θατέρου ἤρτηται, καὶ διαζευχθῆναι οὐκ ἀνέχεται. » Τούτων τοιγαροῦν εἰρημένων, τοσοῦτος ἐξεῤῥάγη κρότος, ὡς κἀμὲ κἀκεῖνον ἐρυθριᾶσαι· ἐμὲ μὲν, ὅτι ὑπὲρ τὴν ἐμὴν ἀξίαν ὁ ἔπαινος ἦν· ἐκεῖνον δὲ, ὅτι ταῖς οἰκείαις συνεδέθη φωναῖς. Ταῦτα μηνύσας, ἀποκεκρίσθαι οἶμαι σαφῶς πρὸς τὰ παρὰ τῆς σῆς συνέσεως ἀποσταλέντα.

XXXII. — DOROTHEO SPLENDIDISSIMO. D

De gloria venerandæ crucis.

Celeberrimam Christi crucem merito liceat ap-

ΛΒ'. — ΔΩΡΟΘΕῼ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ (21).

Περὶ δόξης τοῦ τιμίου σταυροῦ.

Τὸν ἀοίδιμον σταυρὸν δίκαιον προσειπεῖν, οὐ μόνον

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

tans eum, ut vitam sibi innocenti condonare velit : mihi tamen nullum fere dubium est, quin poeta sub alterius persona sic se ipsum laudare voluerit : quod et alii poetæ sine reprehensione, suas virtutes ac dotes agnoscentes, fecerunt. Isidorus certe ita hæc verba accepisse videtur, quasi de se ipso ea protulisset Homerus. Maximus Tyrius quoque, philosophus Platonicus, διαλέξει 28, versum Homericum refert, sed ad hunc modum :

Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· θεοὶ δέ μοι ὤπασαν ὀμφήν.

Nota etiam hic vestigium eruditionis sæcularis in Isidoro.

(19) Cod. Vat. ἀπονητί mutat in ἀκονιτί et vers. post 2 pro ἐν τοῖς οὐρανοῖς habet, εἰς οὐρανούς. Possin.

(20) Pro εἰσβάλλων idem cod. scribit ἐκβάλλων, et vers. inde 4, post ἐπειδή addit πάντες. Ult. verb. epist. non ἀποσ., sed ἐπισταλέντα scribit. Possin.

(21) Pro λαμπροτάτῳ cod. Vat. 650 ponit διακόνῳ. Id.

γῆς, ἀλλὰ καὶ οὐρανοῦ ἔρεισμά τε καὶ ἀγλάϊσμα. A Τὴν γὰρ κτίσιν πᾶσαν ἀνέσχε, τοῖς μὲν ὑπερκοσμίοις χαρὰν, τοῖς δ' ἐπιγείοις ἐλευθερίαν πρυτανεύσας, καὶ τὰ διεστῶτα συνάψας.

ΛΓ'. — ΘΕΟΔΩΡΩ͂ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ͂.

Περὶ πολιτείας.

Εἰ εὐγνωμόνως καὶ νουνεχῶς ἐντυχεῖν ἐθελήσειας ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, οὐ πρὸς τὸν ἔρωτα τῆς θείας φιλοσοφίας ὁρμήσειας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τῶν δογμάτων τὴν ἐπιθυμίαν, ἀφ' ἧς ἡ οὐρανῷ πρέπουσα πολιτεία ἔχει τὴν ὑπόθεσιν.

ΛΔ'. — ΠΑΥΛΩ͂.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ (id est, *περὶ πολιτείας*).

B Ὥσπερ τὸν φιλόσοφον οὐχ ἡ στολὴ καὶ βακτηρία δείκνυσιν, ἀλλ' ἡ παῤῥησία καὶ ἡ πολιτεία· οὕτω καὶ τὸν Χριστιανὸν οὐ σχῆμα καὶ λόγος, ἀλλὰ τρόπος καὶ βίος τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐφάμιλλος.

ΛΕ'. — ΗΡΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ͂.

Περὶ ζωοφθορίας, ἧς ὁ νομοθέτης ἐμνήσθη· καὶ εἰς τό· «Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν (22). »

Ὥσπερ ἡ μυθευομένη τῶν ἑτερογενῶν σύνοδος ἀλλόκοτα ἔτικτε σώματα, Μινώταυρόν τινα καὶ κενταύρους· ὧν ὁ μὲν τοὺς Ἀττικοὺς ἐθοινᾶτο παῖδας, οἱ δὲ τὰς ἀλλοτρίας ἥρπαζον γυναῖκας· οὕτως καὶ ἡ τῶν κακίστων ἀνδρῶν συνουσία, ἀλλόκοτα καὶ ἄτοπα ἤθη τίκτει, μικροῦ τὰ τῶν κενταύρων μιμούμενα τολμήματα. Δι' ὃ καὶ ὁ Μελῳδὸς τούτους ἀπήλαυνεν ὡς ποῤῥωτάτω, λέγων· «Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, C πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.» Οὐ γὰρ μικρὰν ἡ τούτων συνουσία τίκτει βλάβην, ἀλλ' εἰς αὐτὴν βλέπουσαν τὴν ψυχὴν, ἧς οὐδὲν τιμιώτερον. Εἰ μὲν οὖν, ὥς φασί τινες, ἔργα γεγόνασιν οἱ μῦθοι (δι' ὃ καὶ ὁ νομοθέτης τοῦθ', ὅπερ ἠθέλησας (23) μαθεῖν, ἐθέσπισε, τὴν πρὸς ζῶα κωλύων σύνοδον, καὶ θανάτῳ τοὺς συνιόντας κολάζων, ὥστε μὴ τερατώδη τίκτεσθαι σώματα, καὶ τραγῳδίας βλαστάνειν), θαυμαζέσθω τοῦ νομοθέτου ἡ προμήθεια. Εἰ δὲ, ὥς φασί τινες, καὶ αὐτὸς μᾶλλον πείθομαι, ἠθῶν ποικίλων ἐπιμιξίαν δηλοῦσιν οἱ μῦθοι (οὐδὲν γάρ, φασὶ, τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων ἐπιλεῖψαι ἠνέσχετο), καὶ οὕτως φυλαττέσθωσαν τὴν τῶν πονηρῶν συνουσίαν· ὅτι γὰρ τὰ μέγιστα βλάπτει (24), δηλοῖ μὲν καὶ τό· D

«Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.»

Δηλοῦσι δὲ καὶ Ἀμνὼν ὁ πρεσβύτατος, καὶ Ἀβεσαλὼμ ὁ νεώτατος υἱὸς (25) τοῦ Μελῳδοῦ, αἰσχρῶς

---

pellare non solum terræ, sed et cœli fulcrum et fulgorem. Nam creaturam omnem sustentavit, supramundanis quidem gaudium, terrestribus autem libertatem concilians, et dissidentia invicem sibi connectens.

XXXIII. — THEODORO SCHOLASTICO.

De vita cœlo digna.

Si cordate ac prudenter in sacris Scripturis versari volueris, non solum ad amorem divinæ sapientiæ ac meditationis ejus omni impetu ferri debes, verum etiam ad ipsorum dogmatum cupiditatem, a qua cœlo digna atque conveniens vivendi ratio, tanquam fundamento exsurgit.

XXXIV. — PAULO.

Eadem de re.

Quemadmodum philosophum non efficit pallium et baculus, sed libertas loquendi et vita proba atque honesta : ita et Christianum non facit habitus et oratio, sed vita et mores rectæ rationi consentientes.

XXXV. — HERONI SCHOLASTICO.

De coitu cum brutis, cujus meminit legislator. Et in illud : « Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem [24]. »

Quemadmodum coitus animalium diversi generis, de quo est in fabulis, monstrosa genuit corpora, minotaurum nescio quem, et centauros, quorum ille quidem Atticos devorabat pueros, isti autem alienas rapiebant mulieres, ita etiam improbissimorum hominum consuetudo, absurdos atque monstrosos mores parit, qui parum abest quin centaurorum facinora audacissima æmulentur. Quæ causa quoque est, cur Psalmorum scriptor eos quam longissime ab se abegerit, cum ait : « Recedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. » Non exiguam enim noxam gignit eorum consuetudo, sed talem, quæ ad ipsam spectet animam, qua nihil est pretiosius atque præstantius. Sive igitur, ut quidam perhibent, verba in opera transierunt (unde etiam legislator hoc, quod discere voluisti, sanxit, congressum cum brutis animalibus prohibens [25], **431** et morte multans eos qui congressi fuerint, ne videlicet monstrosa procreentur corpora, et tragœdiarum argumenta inde pullulent) : legislatoris providentia admirationi sit. Sive, ut alii dicunt, et mihi probabilius videtur, variorum morum commistionem verba illa indicant (nihil enim, inquiunt, eorum quæ ab initio exstiterunt, deficere sustinuit, atque eamdem sic conservat conditionem). Etiam ob hanc causam vitare studeant malorum commercium. Quod enim maximum detrimentum afferat, indicat hoc quoque :

Bonos corrumpunt mores congressus mali.

Indicant præterea et Amnon natu maximus, et Absalon natu minimus filius Psalmographi, qui et

[24] Psal. VI, 9. [25] Exod. XXII, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(22) Confer epist. 285 libri III. RITT.

(23) Pro ἠθέλησας cod. Vat. 650 habet ἐζήτησας. POSSIN.

(24) Hæc, φυλατ. usque ad μέγιστα βλάπτει omittebat ed. Paris.; adduntur ex codice Vaticano. EDIT.

(25) Pro υἱός cod. Vat. legit υἱοί. Vers. post tertio, pro καθ' ἑαυτήν habet idem καθ' ἑαυτῆς. Vers. 6. pro ὁ δέ scribit idem ὅς. Vers. 7 pro οὐδέ habet ὁ δέ. Vers. antepen. ep. post δίκην addit, ταχίστην. Vers. ult. pro τὴν ... ὁμιλίαν, scribit τὰς ὁμιλίας. POSSIN.

turpiter vixerunt, et miserabiliter vitam finierunt. Ille enim sororis suæ eodem patre genitæ amore captus, cum prohiberetur pudore, quominus naturam adeo sibi cognatam copularet, affectum amoris cum quodam eorum quos sibi amicos esse existimabat, communicavit. At is hunc affectum non modo non exstinxit, neque ipsum a flagitio avertit, neque deterrendi causa dixit : Noli nova in vitam humanam importare tragœdiarum argumenta ; verum etiam viam ac rationem ipsi excogitavit, quo pacto conceptum animo nefas perpetraret. Cum igitur id fuisset jam exsecutus, supplicium luit extremum, violatæ sororis fratre eadem matre nato injuriæ hujus auctorem per famulos nece oblata persequente. Sic ergo turpiter simul ac miserabiliter vitam finiit Amnon [96]. Alter autem, qui pœnas ab hoc repetiit (sive quod tyrannidem concupivisset, sive quod injuriarum memoriam adversus patrem conservaret apud animum, quod nimirum is non solum non vindicasset filiæ illatam contumeliam, sed etiam ultorem ejus aversatus a se repulisset, et quamvis rogatus monitusque de ipso in gratiam recipiendo, tamen ne sic quidem ipsum in conspectum admisisset, nisi tandem ducis militiæ astutia hoc effecisset), patri rebellavit, eique qui male ipsi consuluerat, ut et naturæ fœdera everteret, et commistionis leges contumeliose violaret, obsequentem se præbuit. Tantum mali affert improbissimorum hominum consuetudo et familiaritas. Sed neque hic, neque ille, qui nefarii auctor consilii fuerat, divinam animadversionem, quam nulla arte effugere licet, evasit : sed ambo pœnas dederunt [97]. Quare ne quid nos quoque simile vel perpetremus vel perpetiamur, sceleratorum hominum commercium velis remisque fugiamus.

A μὲν ζήσαντες, ἐλεεινῶς δὲ τὸν βίον καταστρέψαντες. Ὁ μὲν γὰρ τῆς ὁμοπατρίου ἀδελφῆς ἐρασθεὶς, καὶ αἰσχυνόμενος τὴν φύσιν καθ' ἑαυτὴν ἐπιφυομένην συνάψαι, ἐκοινώσατο τὸ πάθος τινὶ τῶν δοκούντων φίλων· ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔσβεσε τὸ πάθος, οὐδὲ ἀπεστρέψατο τοῦ ἄγους· οὐδὲ εἶπε· Μὴ καινὰ εἰσενέγκῃς εἰς τὸν βίον δράματα· ἀλλὰ καὶ μέθοδον αὐτῷ ἐφεῦρεν, ὅπως δράσειε τὸ ἄγος. Δράσας τοίνυν, δίκην δέδωκε τὴν ἐσχάτην, τοῦ ὁμομητρίου τῆς ὑβρισθείσης ἀδελφῆς διὰ τῶν οἰκετῶν σφαγῇ μετελθόντος τὸν ὑβριστήν. Οὕτω μὲν οὖν αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς ὁ Ἀμνὼν τὸν βίον κατέστρεψεν. Ὁ δὲ τοῦτον δίκας ἀπαιτήσας, εἴτε τυραννίδος ἐρῶν (εἴτε μνησικακῶν τῷ πατρὶ, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐξεδίκησε τῆς θυγατρὸς τὴν ὕβριν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀμυνάμενον ἀπ- B εστρέφετο, καὶ παρακληθεὶς, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἐδέχετο εἰς ὄψιν, εἰ μὴ ὕστερον ἡ τοῦ στρατηγοῦ σοφία τοῦτο κατεσκεύασεν), ἐπανίσταται τῷ πατρὶ, καὶ τῷ κακῶς αὐτῷ συμβουλεύσαντι, καὶ τοὺς τῆς φύσεως ἀνατρέψαι θεσμοὺς, καὶ τοὺς τῆς μίξεως ὑβρίσαι νόμους, ἐπείσθη. Τοσοῦτόν ἐστι κακὸν ἡ τῶν κακίστων συνουσία. Ἀλλ' οὐ διέφυγεν οὔθ' οὗτος, οὔτε ὁ παρασυμβουλεύσας, τὴν ἄφυκτον δίκην· ἀλλὰ δίκην ἔδοσαν. Ἵν' οὖν μηδὲν τοιοῦτον μήτε δράσωμεν, μήτε πάθωμεν, φεύγωμεν τὴν τῶν ἐναγῶν ὁμιλίαν.

XXXVI. — PETRO MONACHO.

In illud Pauli dictum, « Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes [98]. »

Est, o vir erudite, et bellum sanctum ac justum, et pax omni implacabili pugna difficilior, secundum illud (Psalmi dictum) : « Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns [99]. » Nam latrones quidem inter sese paciscuntur contra eos qui nulla re ipsos læserunt armati : 432 sed et lupi congregantur, quoties sanguinem sitiunt, et adulter cum adultera pacem colit, et scortator cum suo scorto. Noli igitur existimare, pacem ubique et per omnia bonam esse. Est enim sæpenumero quovis bello durior et deterior. Nam cum quis pacem colit cum ejusmodi hominibus, qui adversus Providentiam latrant, et cum iis qui vita nullius pretii atque improba communem vitam polluunt et vastant, fœdus ferit : hic longe longeque a pacis terminis submotus degit. Quæ causa quoque est cur Paulus dixerit : « Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes [1]. » Probe enim noverat, interdum fieri non posse.

C

ΛϚʹ. — ΠΕΤΡῼ ΜΟΝΑΧῼ.

Τό· « Εἰ δυνατὸν τὸ ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. »

Ἔστιν, ὦ σοφὲ, καὶ πόλεμος εὐαγὴς, καὶ εἰρήνη πάσης ἀσπόνδου μάχης ἀργαλεωτέρα, κατὰ τό· « Ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. » Λῃσταὶ μὲν γὰρ πρὸς ἀλλήλους σπένδονται κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων ὁπλιζόμενοι· λύκοι δὲ συναγελάζονται, ὅταν αἱμάτων διψῶσι· καὶ ὁ μὲν μοιχὸς εἰρηνεύει πρὸς τὴν μοιχευομένην· ὁ δὲ πόρνος πρὸς τὴν πορνευομένην. Μὴ τοίνυν πανταχοῦ τὴν εἰρήνην νόμιζε εἶναι καλόν. Ἔστι γὰρ πολλάκις παντὸς πολέμου χαλεπωτέρα. Ὅταν γάρ τις πρὸς τοὺς κατὰ τῆς προνοίας ὑλακτοῦντας εἰρηνεύῃ, καὶ πρὸς τοὺς D τοῖς βίοις ἀχρείους τὴν κοινὴν λοχῶντας καὶ λυμαινομένους πολιτείαν σπένδηται· οὗτος τῶν τῆς εἰρήνης ὅρων πόῤῥω που ἐσκήνωται καὶ μακράν. Δι' ὃ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν; « Εἰ δυνατὸν τὸ ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. » Σαφῶς γὰρ ἠπίστατο, ὅτι ἐστὶν ὅπου οὐ δυνατόν.

XXXVII. — EUTONIO DIACONO.

Ejusdem cum superiore argumenti.

Oportet non erga eos, qui in gratiam redire nolunt, implacabilem esse, sed potius, quantum qui-

ΛΖʹ. — ΕΥΤΟΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Ὅμοιον.

Χρὴ οὐ τοῖς μὴ σπενδομένοις ἄσπονδον εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον σπένδεσθαι, τόγε ἡμέτερον μέρος, καὶ τοῖς

[96] II Reg. xii, 1 seqq. [96*] II Reg. xiv et xv. [97] Rom. xii, 18. [98] Psal. LXXII, 3. [99] Rom. xii, 18.

ἀσπόνδοις, εἴγε μηδὲν ἡ εὐσέβεια παραβλάπτοιτο. Καὶ τοῦτ' ἔστιν ἅπερ ὁ θεσπέσιος Παῦλος παρεκελεύσατο, φράζων· « Εἰ δυνατὸν τὸ ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. » Ἅτε γὰρ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ εἰδὼς, ὅτι πολλοὶ τοῖς φιλαρέτοις διὰ μάχης ἀεὶ ἐλθεῖν οὐ παραιτοῦνται, τόγε ἧκον εἰς ἡμᾶς ἀπῄτησεν, εἴγε ἡμῶν πάντα ποιούντων, ἄλλοι πόλεμον ἀκήρυκτον, ἢ τῇ εὐσεβείᾳ ἀντιστρατευόμενοι, ἢ τῇ ἀρετῇ ἀντιπολιτευόμενοι, ἐπαγγέλλοιντο.

A dem in nobis est situm, etiam cum implacabilibus fœdus facere, si modo nullum inde pietati detrimentum inferatur. Et hoc sane est quod divinus Paulus monuit, cum ait: « Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. » Nam velut is qui exactissime cognitam perspectamque haberet rerum naturam (humanarum) et qui nosset, quam multi non dubitent hominibus virtutis studiosis adversari ac repugnare: id exegit, quod ad nos pertinet nostrique est muneris, etiamsi alii forte dum nos nihil reliqui facimus quod officium nostrum postulat, bellum iniquum nobis indicant, vel pietatem oppugnantes, vel alienam et abhorrentem a virtute vivendi rationem sectantes.

ΛΗ'. — ΠΕΤΡΩ.

Εἰς τὸ γεγραμμένον· « Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει. »

Οἱ μὲν θυμῷ πλέον στρατηγούμενοι, εἰς χαλεπὸν, ὡς τὰ πολλὰ, καταστρέφουσι τέλος· οἱ δὲ συνέσει μὲν στρατηγούμενοι, τὰ δὲ σώματα ὄργανα ταύτης ἡγούμενοι, οὐκ ἀμοιροῦσι τῆς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις δόξης. Καὶ τοῦτ' ἔστιν, ὅπερ ἔφη ὁ Παροιμιαστής· « Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει· » τὸ γὰρ ἀπερίσκεπτον, σφαλερόν.

XXXVIII. — PETRO.

B *In id quod scriptum est, « Omnia cum consilio age[1]. »*

Illi quidem, quibus iracundia magis imperat, plerumque difficilem exitum sortiuntur; qui vero prudentia quidem gubernantur, corpora autem habent pro instrumentis prudentiæ, hi rerum pulcherrimarum gloriæ non sunt expertes. Atque hoc est quod dixit Proverbiorum scriptor: « Cum consilio agit omnia. » Nam imprudenter agere atque incircumspecte, periculosum est.

ΛΘ'. — ΝΕΜΕΣΙΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χρὴ τὸν βουλόμενον καθαρὰν εὐθυμίαν καρπώσασθαι, πρῶτον βουλόμενον οὕτως ἥκειν ἐπὶ τὸ λέγειν τε καὶ πράττειν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε τὰ λεχθέντα ἢ πραχθέντα ἀνακαλέσασθαι ῥᾳδίως, χρὴ πειθόμενον τῷ Παροιμιαστῇ, λέγοντι· « Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει· » τὸν μὴ βουλόμενον διὰ τῆς μεταγνώσεως ἑαυτὸν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν μαστίζειν, τὴν παραίνεσιν διὰ πραγμάτων ἐπιδείξασθαι.

XXXIX. — NEMESIO.

Eadem de re.

Oportet eum qui pura animi defæcataque tranquillitate frui velit, primum habita deliberatione, sic deinde proficisci ad dicendum et agendum. Nam C quia sic est comparatum, ut dicta factave non facile revocari queant, obtemperandum est Proverbiorum scriptori, dicenti: « Cum consilio omnia age. » Si quis nolit pœnitentia semetipsum noctu atque interdiu velut flagello cædere, et hanc admonitionem oportet ipsis rerum argumentis exprimere.

Μ'. — ΙΣΙΔΩΡΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

Περὶ τῶν τριῶν Σολομῶντος βιβλίων, Παροιμιῶν, Ἐκκλησιαστικῶν (27), Ἀσμάτων.

Ἐπειδὴ περὶ τῆς τάξεως τῶν τριῶν βιβλίων Σολομῶντος ἠθέλησας μαθεῖν, ἴσθι, ὅτι τὸ μὲν ἠθικὴν παιδεύει ἀρετήν· τὸ δὲ δεικνύει τῶν περὶ βιωτικὰ ἐπτοημένων τὴν ματαιοπονίαν· τὸ δὲ τῆς ταῦτα πεπαιδευμένης ψυχῆς τὸν περὶ τὰ θεῖα ἔρωτα. Διὰ τοῦτο τὸ μὲν πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον

433 XL.—ISIDORO EPISCOPO.

De tribus Salomonis libris, Proverbiorum, Ecclesiasticorum, et Canticorum.

Quoniam significasti, te cupere cognoscere, quo ordine tres libri Salomonis legendi sint, nosse debes, unum illorum docere virtutem moralem; alterum ostendere, quam sit vanus atque irritus labor eorum qui rebus hujus vitæ quasi attoniti inhiant; D tertium denique amorem quo erga res divinas præ-

[1] Prov. XIII, 16; Eccli. XXXII, 24.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(26) Inscriptio ex cod. Vatic. 650 Edit.

(27) Ἐκκλησιαστικῶν. Notandum Ἐκκλησιαστικὰ vocari hic ab Isidoro scriptum illud Salomonis, quod Ecclesiastes alias dicitur. De ordine autem legendi tres Salomonis libros plane eadem in sententia est Theodoretus Cyri episcopus in præfatione Cantici canticorum. « Illud etiam, inquit, præfari necessarium est, tria Salomonis esse volumina, Proverbia, Ecclesiasten, et Canticum canticorum. Ac Proverbia quidem utilem de moribus disciplinam complecti; Ecclesiasten autem eorum quæ sensibus percipiuntur naturam indicare, vitæque præsentis docere vanitatem, ut ea fluxa et fragilia cognoscentes, tanquam fugacia ac prætereuntia spernamus, et quæ futura sunt, ut firma, permanentia atque æterna concupiscamus; Canticum vero canticorum mysticam Sponsi et Sponsæ necessitudinem et conjunctionem continere: ut universa Salomonis doctrina sit veluti scala quædam, quæ tribus gradibus constet, morali, naturali et divino. » Non est huic quæstioni absimilis multum illa inter Stoicos agitata quæstio. Quo ordine tractanda sint trina illa philosophiæ membra, quæ vulgo constituuntur, logica, physica, ethica: de qua vide Diogenem Laertium in Vita Zenonis. Ritt.

dita sit illa anima, quæ superiora jam didicit. Atque hæc ratio est ordinis, quare illud quidem primo loco, istud autem secundo, hoc denique tertio collocatum sit opus. Qui autem in ethicis probe se gessit, dum Proverbiorum scriptoris discipulus fuit et vitæ præcepta ab Ecclesiaste didicit, de eo metuendum non est, ne ad Canticum canticorum delatus, in carnalem et moralem amorem incidat : quin potius futurum est, ut ad purum ac divinum illum sponsum quasi quibusdam alis efferatur, qui beatos pronuntiat eos qui tali sunt amore vulnerati. Moneo itaque adolescentes, et auctor ipsis sum, ne prius tertium attingant opus, quam in prioribus duobus præclare se gesserint. Absurdum enim, vel potius nimis temerarium et audax est negotium, et a mysticis legibus abhorrens ut in adyta insiliant seseque penetrent, qui ne vestibulis quidem sint adhuc digni. Quemadmodum enim in templo ea quidem quæ foris erant, omnibus adire licebat : quæ vero intus erant sacra, quæ velo comprehendebantur obtecta, quamvis alioquin adiri poterant, tamen a vulgo non consecrato et profano adiri non poterant : quæ denique intima erant Sancta sanctorum, et sacratissima sacra, ad ea nec illis quidem patebat aditus, qui vitam agerent inculpatam, sed soli fas erat ingredi summo sacerdoti, qui nimirum seipsum consecrarat, et omnem mortalem rugam deposuerat : sic etiam erga hosce Salomonis libros affecti esse debent adolescentes : et primum quidem omnium splendere morum virtute, deinde vero rerum ad hanc vitam pertinentium nullitatem atque inanitatem condemnare : et sic demum ea attingere, quæ vulgus hominum assequi nequit. Nam qui cum extra septa esse debeant, si temerario ausu in sacra divina non initiati irruere præsumpserint, pœnas dabunt extremas.

τέτακται. Ὁ δὲ γὰρ τὰ ἠθικὰ κατορθώσας, τῷ μεμαθητεῦσθαι τῷ Παροιμιαστῇ, καὶ τὴν βιωτικὴν φαντασίαν καταπατήσας τῷ πεφοιτηκέναι παρὰ τῷ Ἐκκλησιαστῇ (28), οὐκ ἂν περὶ τὸ τῶν ᾀσμάτων Ἆσμα ἐλθὼν εἰς σαρκικὸν καὶ ἠθικὸν (29) ἔρωτα ὀλισθήσειεν· ἀλλὰ περὶ τὸν ἄχραντον καὶ θεῖον πτερωθείη νυμφίον, τὸν μακαρίους τοὺς τρωθέντας ἀποφαίνοντα. Παραινῶ τοιγαροῦν τοῖς νέοις, μὴ πρότερον ἅπτεσθαι τοῦ τρίτου συγγράμματος, πρὶν ἢ τὰ ἐν τοῖς δυσὶ κατορθώσειαν. Ἄτοπον γάρ, μᾶλλον δὲ ῥιψοκίνδυνον, καὶ παρὰ τοὺς μυστικοὺς θεσμούς, τοῖς ἀδύτοις ἐπιπηδᾷν, τοὺς μηδὲ τῶν προθύρων ἀξίους. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ναῷ τὰ μὲν ἔξω πᾶσίν εἰσι βάσιμα· τὰ δ' ἔνδον ἱερά, ὅσα τῷ περισχοινίσματι περιείληπτο, βατὰ ὄντα, τοῖς πολλοῖς ἀνιέροις καὶ βεβήλοις ἄβατα ἦν· τὰ δὲ ἔνδον ἱερῶν ἱερώτερα, καὶ ἁγίων Ἅγια, οἷς οὐδὲ τοῖς τὸν ἀνεπίληπτον ἔχουσι βίον ἐπιβῆναι ἦν θέμις, ἀλλὰ τῷ ἀρχιερεῖ μόνῳ, τῷ ἑαυτὸν δηλονότι ἀφιερώσαντι, καὶ πᾶσαν θνητὴν ἀποσεισαμένῳ κηλῖδα· οὕτω κἀπὶ τῶν βιβλίων τούτων διακεῖσθαι τοὺς νέους χρή, πρῶτον μὲν τῇ τῶν ἠθῶν λαμπρύνεσθαι ἀρετῇ· ἔπειτα καταγινώσκειν τῆς τῶν βιωτικῶν πραγμάτων οὐδενείας· καὶ οὕτως ἅψασθαι τῶν τοῖς πολλοῖς ἀνεφίκτων. Οἱ γὰρ ἔξω περιῤῥαντηρίων εἶναι ὀφείλοντες, εἰ φιλονεικήσειαν μὴ μεμυημένοι τῇ θείᾳ τελετῇ, ῥιψοκινδύνως ἐπικωμάσαι, δίκην δώσουσι τὴν ἐσχάτην.

XLI. — PETRO.

In illud, « Non esse eleemosynam coram hominibus exercendam [1]. »

Miror equidem tuam, quam debes, imprudentiam. Neque enim eo te dementiæ prolapsum esse arbitror ut existimes, eos qui misericordiæ opera exercent, sed ea ostentant, deteriores esse illis, qui ea plane non exercent. Ego vero, quid hac de re sentiam, exponam. **434** Ille proprie maxime que est misericors, qui beneficentiam quidem exercet; non tamen divulgat eorum quibus benefit calamitates ac miserias. Si quis id faciat ipsius honesti causa, is majorem habebit mercedem, eo, qui mercedis ergo idem facit ; si vero ob mercedem divinam, is in secunda classe collocabitur. Si quis autem laudis apud homines consequendæ gratia id facit, is hoc ipsum, cujus gratia faciebat, habebit. At qui neque ipsius honestatis causa, neque propter divinam mercedem, neque propter humanam laudem facit officium : is mihi ne homo quidem esse videtur,

ΜΑ'. — ΠΕΤΡΩ.

Εἰς τό· Μὴ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. »

Θαυμάζω σου τὴν κεχρεωστημένην (30) ἀφροσύνην. Οὐ γὰρ οἶμαί σε εἰς τοσαύτην ἄνοιαν ἐληλακέναι, ὡς νομίσαι, τοὺς ἐλεοῦντας μέν, ἐπιδεικνυμένους δέ, τῶν μὴ ἐλεούντων χείρους εἶναι. Ἐγὼ δὲ ὡς ἔχω γνώμης περὶ τούτων φράσω· ὅτι ἐλεήμων μέν ἐστι κυρίως ἐκεῖνος, ὁ εὐεργετῶν μέν, μὴ ἐκπομπεύων δὲ τὰς τῶν εὖ πασχόντων συμφοράς. Εἰ μὲν γὰρ δι' αὐτὸ τὸ καλόν τις πράξειε, μείζονα ἔχει τὸν μισθὸν τοῦ διὰ μισθὸν αὐτὸ ποιοῦντος· εἰ δὲ διὰ μισθὸν θεῖον, ἐν δευτέρᾳ τάξει τετάξεται· εἰ δὲ δι' ἔπαινον ποιεῖ, ἕξει τοῦτο δι' ὃ καὶ πεποίηκεν. Ὁ δὲ μήτε δι' αὐτὸ τὸ καλόν, μήτε διὰ τὸν θεῖον μισθόν, μήτε δι' ἀνθρώπινον ἔπαινον ποιῶν τὸ δέον, οὐδὲ ἄνθρωπος εἶναί μοι δοκεῖ, ἀλλ' ἀλιτήριος δαίμων. Δι' ἣν τοίνυν αἰτίαν σὺ τῶν θείων χρησμῶν ἀκούσας, παρακελευομένων μὴ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, οὐ διὰ φιλοδοξίαν

[1] Matth. VI, 3, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(28) Hæc, καὶ τὴν βιωτικὴν .... παρὰ τῷ Ἐκκλησιαστῇ, omittebat ed. Paris. Restituuntur e codice Vaticano ap. Possinum. Edit.

(29) Pro ἠθικόν idem cod. legit ὑλικόν. Possin.

(30) Vers. 1 ep. pro κεχρεωστημένην cod. Vat. 650 habet κεχρωσμένην. Possin.

ἀνεχόμενός τι ποιεῖν χρηστὸν, τοὺς διὰ φιλοτιμίαν ποιοῦντας αἰτιᾷ; Ὅσῳ γὰρ κρείττων ὁ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν σωφροσύνην ἀσκῶν, τοῦ μηδὲ διὰ ταύτην σωφρονοῦντος· τοσοῦτον ὁ διὰ φιλοδοξίαν εὖ ποιῶν, τοῦ μηδόλως εὖ ποιοῦντος ἀμείνων. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀνθρώπους, ὁ δὲ οὔτε τοὺς ἀνθρώπους οὐδὲ τὸν Θεὸν ᾐδέσθη.

A sed perniciosus quidam et noxius dæmon. Quare igitur, tu, qui divina oracula audivisti, admonentia ne faciamus eleemosynam coram hominibus, cum ipse ne quidem gloriæ cupiditate adductus quidquam boni facere sustineas, eos qui per ambitionem aliquid faciunt reprehendis? Quanto enim melior est is qui propter hominum gloriam colit castitatem et temperantiam, eo, qui ne quidem propter hanc temperans et castus est: tanto etiam is qui facit eleemosynam gloriæ consequendæ studio, altero qui plane non facit, melior est. Alter enim homines saltem; alter vero neque homines, neque Deum est reveritus.

ΜΒʹ. — ΜΑΡΚῼ.

Διὰ τί τὸν μέθυσον καὶ τὸν λοίδορον ὁ Ἀπόστολος μετὰ τῶν τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότων ἔταξεν.

Θαυμάζειν ἔφης, πῶς τὸν μέθυσον καὶ τὸν λοίδορον ὁ Ἀπόστολος μετὰ τῶν μοιχῶν καὶ τῶν ἡταιρηκότων ἔταξε. Φημὶ τοίνυν, ὅτι εἰ μὲν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔφησεν αὐτοὺς δώσειν δίκην, λύσιν ἐχρῆν ἐπιζητεῖν. Εἰ δὲ τῆς βασιλείας ὁμοίως ἐκείνοις ἐκπεσεῖσθαι ἔφη, δι' ἣν αἰτίαν αἴνιγμά σοι δοκεῖ τὸ ῥηθέν; Ἄλλο γὰρ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἔξω πάσης τιμῆς τε καὶ δόξης κείσονται, καὶ ἄλλο, τὸ φάναι· Τὴν αὐτὴν δώσουσι δίκην. Οὐ γὰρ εἶπεν· Τὴν ἴσην δώσουσι δίκην, ὃ σὺ ἴσως μὴ νοήσας τὸ ῥηθὲν ἐνόμισας εἰρῆσθαι, ἀλλὰ, « Βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. » Τῆς μὲν γὰρ δόξης, φησὶ, παντὶ τρόπῳ ἔξω κείσονται· πρὸς δὲ τὴν ποσότητα καὶ τὴν ποιότητα καὶ πηλικότητα (31) τῶν ἁμαρτημάτων κριθήσονται. Πολλὴ γὰρ τοῦ θείου δικαστηρίου ἡ ἀκρίβεια.

XLII. — MARCO.

Quare ebriosum et maledicum Apostolus inter eos, qui maxima commiserunt peccata, collocarit [a].

B Mirari te dicebas, qua ratione Apostolus ebriosum et maledicum in eodem quasi censu cum adulteris et scortatoribus collocarit. Aio itaque: Si eamdem cum his pœnam subituros eos dixisset, tum vero solutionem (hujus dubitationis) inquirere oporteret. Cum autem eos æque atque istos regno (cœlesti) frustratum iri dixerit: quid causæ est, cur id quod dictum est, obscurum tibi instar ænigmatis videatur? Aliud enim est, dicere, extra omnem honorem et gloriam eos fore constitutos, et aliud dicere, pari supplicio affectum iri. Non enim dixit: Pares dabunt pœnas (quod tu fortassis non intellecto Paulino) dicto putasti dictum esse, sed, « regnum Dei non possidebunt. » Nam extra gloriam quidem, inquit, omnino positi erunt; interea tamen secundum quantitatem et qualitatem et numerum peccatorum judicabuntur. Magna enim ac multiplex est divini judicii exquisitio.

ΜΓʹ. — ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤῼ.

Τίνος ἡ ἔννοια τοῦ διὰ κόρακος τρέφεσθαι τὸν Ἠλίαν.

Ἴσθι, ὦ σοφὲ, ὅτι ἡ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος τὴν δικαίαν τοῦ προφήτου κατὰ Ἰουδαίων ἀγανάκτησιν ἐκμάξαι (32) βουλομένη (λιμὸν γὰρ ἐπήγαγεν, ἵνα τὸν κόρον ὕβριν ὠδίνοντα σωφροσύνῃ σωφρονίσαι (33))· παρεσκεύασεν αὐτὸν διὰ κόρακος τρέφεσθαι, μισοτέκνου πτηνοῦ, καὶ τίκτοντος μὲν, οὐ τρέφοντος δέ· διὸ καὶ ὁ Μελῳδὸς καίτοι πάσης τῆς κτίσεως φυσικῷ λόγῳ εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀποβλεπούσης· « Οἱ ὀφθαλμοὶ γὰρ πάντων, φησὶν, εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· » κοράκων ἐμνημόνευσε, λέγων· « Τῷ διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων, τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. » Μάλιστα μὲν γὰρ πάντα ἡ θεία πρόνοια τρέφει, φησὶ, διαφερόντως δὲ τοὺς νεοσσοὺς τῶν κοράκων, τοὺς παρὰ τῶν τεκόντων ἀμελουμένους· ζωΰφια (34) γὰρ ταῖς χαλιαῖς περι-

C XLIII. — HIERACI ILLUSTRISSIMO.

Quid sibi velit, quod Elias per corvum pastus sit [b].

Scire debes, vir sapiens, fontem illum bonitatis, 435 cum vellet justam prophetæ adversus Judæos indignationem abstergere (famem enim induxit, ut saturitatem, quæ contumeliam parere solet, castigaret), curavit ipsum per corvum pasci, avem sobolis propriæ osorem, et quæ parit quidem atque excludit pullos, sed eos non alit. Quæ causa quoque est, quod Psalmorum scriptor, quamvis omnis creatura naturali quodam instinctu in opificem suum respiciat: « Oculi enim omnium, inquit, in te sperant, et tu das escam illorum in tempore opportuno [c]; in D specie corvorum mentionem fecerit, cum ait: « Qui dat jumentis alimentum ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum [d]. » Maxime quidem, inquit, omnia nutrit ac sustentat divina providentia; eximie vero et peculiari quodam modo pullos corvorum,

[a] I Cor. vi, 10. [b] III Reg. xvii, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Verba illa, καὶ πηλικότητα, non comparent in eo cod. idem vers. seq. pro δικαστηρίου scribit δικαστοῦ. Id.

(32) Pro ἐκμάξαι cod. Vat. 650 legit ἐκμαλάξαι. Id.

(33) Lacunam sic in edit. Paris. punctis notatam supplet cod. Vatic. 650 et Rittershusius in notis. Edit.

(34) Pro ζωΰφια γάρ idem cod. habet ζῶα γὰρ μικρά. Possin.

qui a parentibus suis negliguntur. Animalcula enim parva, quæ nidos circumvolitant, pabulum ipsis præbent, quoad volare possint. Per corvos igitur Deus tantum non suadere voluit Eliæ, ne nimium indignationi suæ indulgeret, neve magis inhumanus esse videretur, quam illud volatile animal, quod quantumvis in pullos suos crudele alioqui sit, tamen jam prophetæ humanitatem ipsi allato pabulo exhiberet. Nam hæc quidem, inquit, avis jam te meo jussu pascit : tu vero totus ira et indignatione occupatus jura humanitatis despectui habes.

A ιπτάμενα (35)· τροφὴ γίνεται τούτοις. Μονονουχὶ γὰρ συνεβούλευσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἠλίᾳ, μὴ ἄγαν τῇ ἀγανακτήσει χρήσασθαι, μηδὲ τῆς τοῦ μισοτέκνου πτηνοῦ φιλανθρωπίας ἀπάνθρωπον (36) ὀφθῆναι μᾶλλον. Τὸ μὲν γάρ σε διὰ τὴν ἐμὴν πρόσταξιν τρέφει· σὺ δὲ τῆς ἀγανακτήσεως ὅλος γενόμενος τὰ τῆς φιλανθρωπίας ὑπερεῖδες δίκαια.

XLIV. — DANIELI PRESBYTERO.

Quid sibi velit illud : « Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt [7]. »

Scire debes, o bone, non esse Scripturæ hoc pronuntiatum, sed judicii impiorum Judæorum calculum, id quod dictum est : « Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt. » Nam quod existimarent, a se pœnas exigi pro peccatis majorum suorum, quibus tamen ipsi multo graviora peccata committebant, idcirco hoc dicebant. At divinus et incorruptus Judex, opponens illis, quod non pro aliis, sed pro seipsis et suis admissis plecterentur, dixit : « Vivo ego, dicit Dominus, si amplius dicetur hæc parabola, » quam videlicet, sibimetipsis et illis qui audiebant imponentes, confinxerant. « Unusquisque enim ob suum ipsius peccatum morietur. Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur [8]. »

ΜΔ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Τί ἐστι τό· « Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ὠμοδίασαν. »

Ἴσθι, ὦ βέλτιστε, ὅτι οὐ τῆς Γραφῆς ἐστιν ἀπό- B φασις, ἀλλὰ τῶν ἀσεβησάντων (37) Ἰουδαίων κρίσεως ψῆφος, τὸ, « Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ὠμοδίασαν. » Ἐπειδὴ γὰρ μείζονα τῶν προγόνων πταίοντες, ᾤοντο ὑπὲρ ἐκείνων εἰσπράττεσθαι δίκας, τοῦτ' ἔλεγον· ὁ δὲ θεῖος καὶ ἀδέκαστος κριτὴς, παριστὰς, ὡς οὐχ ὑπὲρ ἄλλων, ἀλλ' ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀπῃτοῦντο δίκας, ἔλεγεν· « Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, εἰ ἔτι ῥηθήσεται ἡ παραβολὴ αὕτη, » ἣν φενακίζοντες ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπλάσαντο. « Ἕκαστος γὰρ τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται. Ψυχὴ γὰρ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται. »

XLV. — HIERACI ET DIONYSIO, PRESBYTERIS.

Ex Daniele [9], de casta Susanna.

Quando libidinosi illi et impotentes amatores desideriis cupiditatum immersi ad castissimam Susannam accesserunt (luxuria enim et ebrietas ipsos ad hanc contumeliam exercendam instituerant) 436 tunc sapientia, quæ in discipulis inerat, eos qui magistri esse videbantur divinum atque incorruptum docuit judicium. Quia vero cupiditas cædem machinata erat, et animi perturbatio rationem rectam non admittebat, exclamabat illa, sincerum atque integrum castitatis thesaurum conservare satagens. Postquam autem ipsa quidem, quod volebat, perfecit, illi vero frustrati sunt eo quo potiri non debebant : tunc accusatio adversus ipsos, qualem merebantur, instituta fuit : et ex inopinato superve-

C ΜΕ'. — (38) ΙΕΡΑΚΙ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙΣ.

Τοῦ Δανιὴλ· Περὶ τῆς σώφρονος Σωσάννης.

Ὅτε οἱ ἀκρατεῖς ἐκεῖνοι ἐρασταὶ βεβαπτισμένοι τῷ πόθῳ, ἧκον ἐπὶ τὴν σωφρονεστάτην Σωσάνναν (ἀκολασία γὰρ καὶ μέθη παροινεῖν αὐτοὺς ἐπαίδευσαν), τότε δὴ τοὺς δοκοῦντας διδασκάλους ἡ τελοῦσα ἐν τοῖς μαθητευομένοις (39) τὴν θείαν καὶ ἀδέκαστον ἐδίδασκε κρίσιν. Ἐπεὶ δὲ ὁ πόθος τὸν φόνον παρεγράψατο, καὶ τὸ πάθος τὸν λόγον οὐ παρεδέξατο, ἐβόησεν ἐκείνη, τὸ τῆς σωφροσύνης κειμήλιον ἀκέραιον καὶ ἀνέπαφον φυλάξαι ἐπειγομένη. Ὡς δ' αὐτὴ μὲν ἤνυσεν ὅπερ ἐβούλετο, ἐκεῖνοι δ' ἀπέτυχον, οὕπερ ἐπιτυχεῖν οὐκ ὤφελον· τότε δὴ ἐγράψαντο γραφὴν, ἣν γραφῆναι ἦσαν δίκαιοι, ἀλλ' ἡ παρά- D λογος (40) ψῆφος ἀντιπεριέστησεν εἰς ἑαυτοὺς τὸ ἔγκλημα. Εἰ τοίνυν καὶ Εὐσέβιος, ὡς γεγράφατε,

[5] Psal. CXLIV, 15. [6] Psal. CXLVI, 9. [7] Jerem. XXXI, 29 ; Ezech. XVIII, 2. [8] Jerem. XXXI, 30 ; Ezech. XVIII, 3, 4. [9] Dan. XIII, seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) *Περιιπτάμενα, τούτοις.* Inter hæc duo verba videtur interponendum tale quidpiam, τρέφει αὐτοὺς (vel τροφὴν αὐτοῖς παρέχει) μέχρις οὗ πτηνοὶ γένωνται (vel πτερωθεῖεν). Itaque verti, quasi hæc adessent, quæ a ms. aberant, *pabulum ipsis præbent, quoad volare possint*. RITT. — Post περιιπτάμενα adjunge ex cod. Vatic., τροφὴ γίνεται τούτοις· μονονουχὶ γὰρ συνεβ. POSSIN.

(36) Pro ἀπάνθρωπον idem legit ἀπανθρωπότερος. In fine ep. pro illis, τὰ τῆς φιλανθρωπίας, etc., sic is cod. habet, διὰ τῆς φιλανθρωπίας ὑπέριδε δίκαια. ID.

(37) Post ἀσεβησάντων, adde καὶ κολασθέντων ex cod. Vat. 650. Vers. post 2, pro ὠμοδίασαν idem habet ἠμωδίασαν. Vers. 8 et 9 ep. pro ἀπῃτοῦντο idem legit ἀπαιτοῦνται. ID.

(38) Titulus hujus ep. sic est in cod. Vat. 650, Διονυσίῳ πρεσβυτέρῳ. Idem vers. 3 non habet notam parenthesis. ID.

(39) Hæc verba, διδασκάλους ἡ τελοῦσα ἐν τοῖς μαθητευμένοις, non comparent in cod. Vat., qui pro iis ponit, ἡ εἰς τοὺς φοιτητὰς τελοῦσα. POSSIN. — De est, mea opinione, σοφία. RITT.

(40) Pro παράλογος, scribit idem παραλόγιστος. ID.

τῷ διδασκαλικῷ ἀξιώματι ὠφρυωμένος, καὶ τολμῶν ἃ μὴ θέμις, οὐδὲ συμβουλῆς ἀνέχεται, ἄνω καὶ κάτω τὸ τῆς ἐπισκοπῆς, οὐ τὸ τῆς ἀρετῆς προφέρων ἀξίωμα, μὴ ὀλιγωρεῖτε. Ἄξια γὰρ πάντων, ἢ ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖσε, τῶν δρωμένων ἀπαιτηθήσεται τὰ ἐπίχειρα.

A niens calculus in ipsos crimen convertit (quod falso intentarant innocenti). Si igitur Eusebius quoque, ut scripsistis, doctoris dignitate superbiens et altum gerens supercilium, nefandaque audens aggredi, neque consilium admittit ullum, sursum ac deorsum episcopatus, non autem virtutis, ostentans et jactans dignitatem : nolite id parvipendere. Dignæ enim omnium, vel hic, vel in altero sæculo pœnæ ab ipso reposcentur.

ΜϚʹ. — ΔΩΡΟΘΕΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Εἰς τὸ, « Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν. »

Ἴσως ἐπειδὴ ἀδελφοὺς ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς τοὺς ποιοῦντας τὸ πατρῷον θέλημα, καὶ ἔδειξε τὴν κατὰ σάρκα συγγένειαν (41), ἄνευ τῆς κατὰ πνεῦμά φημι (42)· καὶ εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· « Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν· » οἷον· Εἰ καὶ ἐσεμνυνόμεθα πρώην οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες τῇ κατὰ σάρκα αὐτοῦ συγγενείᾳ, νῦν οὐ ταύτῃ ἐναβρυνόμεθα, ἀλλὰ τῇ κατ' οἰκειότητα αὐτοῦ ἀγχιστείᾳ, ἣν διὰ τῆς ἀρετῆς καρπούμεθα. Διὸ καὶ ἔλεγε· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· » ὡσανεὶ ἔλεγε· Τῇ μιμήσει σεμνύνομαι μᾶλλον ἢ τῇ κατὰ σάρκα ἀγχιστείᾳ.

XLVI. — DOROTHEO LECTORI.

In illud Pauli dictum : « Etsi cognovimus Christum secundum carnem [10], etc. »

Fortassis quia Christus fratres suos appellavit eos qui voluntatem paternam faciunt, et hoc pacto demonstravit, carnalem cognationem parvi esse momenti (dico, si absit cognatio secundum spiritum), idcirco etiam Apostolus dixit : « Etsi co- B gnovimus Christum secundum carnem, at nunc non amplius novimus. » Quasi diceret, Quanquam nos, qui ex Judæis credidimus Christo, soliti sumus antea carnali propinquitate, qua cum ipso conjuncti sumus, gloriari, jam tamen non amplius ea nos efferimus, sed potius illa propinquitate, quæ nos ipsi similes efficit, qua per virtutem fruimur. Quam etiam ob causam dixit : « Imitatores mei estote, sicut et ego sum Christi [11]. » Quasi diceret, Imitatione magis glorior Christi, quam carnali cognatione.

ΜΖʹ. — ΠΑΥΛΩ (43).

Ὅτι χρὴ τὸ φρόνημα τῶν σφαλλομένων, μὴ οἰομένων δὲ σφάλλεσθαι, καθαιρεῖν· γνωσιμαχοῦσι δὲ συγγνώμην νέμειν.

Ἴσθι, ὦ βέλτιστε, ὅτι οὐ λήσεται οὐδεὶς τὸν φανότατον καὶ ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, οὐδ' εἰ ἐν παραβύστῳ τι δράσειε. Γυμνὰ γὰρ αὐτῷ πάντα, κἂν ἀπόκρυφα εἶναι δοκῇ. Διὸ καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας καὶ μὴ μετανοοῦντας, ποταμοί τινες ἀέναοι ὑποδέξονται, πῦρ φοβερὸν ἀναζέοντες, ὧν τὰ ῥεῖθρα φλόγες εἰς τιμωρίαν κυμαίνουσαι. Τοιγαροῦν φοβηθῶμεν (44) τὸ Θεῖον· φοβερὸν γάρ· καὶ σέβωμεν, ὅτι δὴ ἀγαθόν· αἰτῶμέν τε αὐτῷ πρέποντα δοῦναι, καὶ ἡμῖν συμφέροντα λαβεῖν· πρὸς γὰρ τοῦτο ἐπήκοον· καὶ γνωσιμαχῶμεν πταίοντες· καὶ εὐεργετικὸν γάρ, καὶ δεκτικὸν τῶν γνησίως μεταγινωσκόντων· μηδαμῶς δὲ ὀλιγωρῶμεν, ὅτι δὴ δυνατὸν καὶ ἀπαραλόγιστον, ἀλλ' ἐκθύμως ἀγαπῶμεν. Τοῖς γὰρ ποθοῦσιν (45) οἷς λόγοις (46) καὶ μειλίχιον.

XLVII. — PAULO.

Oportere superbiam eorum qui errant, nec tamen se errare putant, deprimere : pœnitentibus autem veniam indulgere.

C Scire debes, bone vir, quod nemo latebit illustrissimum illum ac pervigilem oculum, ne quidem si in occultissimis penetralibus aliquid patrarit. Aperta enim ac nuda ipsi sunt omnia [12], quantumvis operta et abdita esse videantur. Quamobrem etiam peccantes neque resipiscentes excipient fluvii quidam perpetui, ignem terribilem ebullientes, quorum flumina nihil sunt aliud quam flammæ ad supplicium fluctuantes. Metuamus igitur divinum numen 437
(est enim formidabile); et idem quoque venerabundi colamus (est enim bonum atque beneficum); et petamus ab ipso talia, quorum et datio ipsum deceat, et nobis salutaris sit acceptio (ad talia enim danda pronum est), et lapsi in peccata resipiscamus (nam et beneficum est, et vere resipiscentes ac serio recipit). Nullo autem modo negligentes aut securi simus (quia potens est, nec deceptionibus obnoxium) : sed toto pectore ipsum diligamus. Erga eos enim qui obtemperant ejus verbis dictoque audientes sunt, benignum est.

D

ΜΗʹ. — ΑΜΜΩΝΙΩ.

Εἰς τό· « Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. »

Ἵνα μὴ προλήψει, πάθει ἀργαλεωτάτῳ, καὶ

XLVIII. — AMMONIO.

In illud Christi dictum, « Surgite, eamus hinc [13]. »

Ne anticipatis opinionibus ac præjudiciis, malo

[10] II Cor. v, 16. [11] Philipp. III, 17. [12] Hebr. XIV, 13. [13] Joan. XIV, 31.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(41) *Καὶ ἔδειξε τὴν κατὰ σάρκα συγγένειαν.* Videtur addendum tale quid, οὐδὲν οὖσαν, vel μηδὲν ἰσχύειν. RITT.

(42) Cod. Vat. 650 pro φημὶ ponit, μικράν, et mox tollit καί· versu post quinto post ἀλλὰ addit ἐπί. POSSIN.

(43) Non Παύλῳ, sed Ἀλυπίῳ inscribitur hæc ep. cod. in Vat. 650. Vers. 2. epist. pro his, φανότατον καὶ ἀκοίμητον, idem cod. habet, τὸν ἀκοίμητον καὶ .... νότατον. ID.

(44) Pro φοβηθῶμεν idem cod. legit, ὀῤῥωδῶμεν. ID.

(45) *Τοῖς γὰρ ποθοῦσιν.* Leg. πείθουσιν. RITT.

(46) Cod. Vat. omittit hæc duo verba, οἷς λόγοις. POSSIN.

certe gravissimo et tali quod ægre expelli potest, in terra detenti occupatique, a cœlestium præmiorum societate excludamur, idcirco dixit Salvator : «Surgite, eamus hinc.» Emissæ namque voci suam admiscens potentiam, germanos discipulos suos tyrannicis perturbationibus liberatos, in senatum cœtumque mundo hoc sublimiorem transtulit.

A δυσχόλως ἀναμοχλευθῆναι (47) δυναμένῳ (48), κατεχόμενοι ἐν τῇ γῇ, τῶν οὐρανίων εἰργοίμεθα γερῶν, ἔφη ὁ Σωτήρ· « Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. » Τῇ γὰρ πεμφθείσῃ φωνῇ τὴν ἑαυτοῦ καταμίξας δύναμιν (49), τοὺς γνησίους αὐτοῦ φοιτητὰς τῶν τυραννικῶν παθῶν ἐλευθερώσας, εἰς τὴν ὑπερκόσμιον μετεκόμισε σύγκλητον.

XLIX. — ORIONI.

In illud, « Si vero est gustus in verbis inanibus. »

Scire debes, invalescente morbo, et vires luctatoris instar dejiciente, et ad finem impellente, et hoc agente, ut animam quidem (a corpore) separaret; corpus autem morti traderet, quod exigua meditationis adhibita cura, jam ea, quæ abs te scripta fuerant, interpretari simus aggressi. Dictum illud: « Si vero est etiam gustus in verbis inanibus, » arbitror equidem duo significare. Vel hoc, quod falso objectum probrum non ultra aures progrediatur (neque enim attingit audientis mentem) ; vel quod oporteat modicis salibus conditum esse sermonem, ut et suavis sit intelligentibus, et aptus ad nutriendum, et in animum auditorum penetret. Sales autem orationum monitoriarum et exhortatoriarum sunt divinorum oraculorum testimonium, et metus judicii (extremi) et regni [sive æternæ vitæ] ratio, quæ omnia fortiorem et efficaciorem et ad alendum aptiorem præstant admonitionem cohortationemque, et non solum bono præditis stomacho, verum etiam male affectis et male habitis aptum atque conveniens præbent nutrimentum.

ΜΘ'. — ΩΡΙΩΝΙ.

Εἰς τό· « Εἰ δὲ ἔστι γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς. »

Ἴσθι, ὅτι ἐῤῥωμένης τῆς νόσου, καὶ τὴν δύναμιν καταπαλαιούσης, καὶ εἰς τελευτὴν ἐλαυνούσης καὶ ἀπειλούσης (50) τὴν ψυχὴν μὲν χωρίσαι, τὸ δὲ σῶμα νεκρῶσαι, ὀλίγα φροντίσαντες, τὰ γραφέντα παρὰ σοῦ ἑρμηνεῦσαι προεθυμήθημεν νῦν· τό· « Εἰ δὲ
B καὶ ἔστι γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς, » οἶμαι δύο μηνύειν· ἢ ὅτι τὸ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται· οὐ γὰρ ἅπτεται τῆς τοῦ ἀκούοντος διανοίας· ἢ ὅτι χρὴ μετρίοις ἅλασι (51) τὸν λόγον ἠρτῦσθαι, ἵνα καὶ ἡδὺς ᾖ τοῖς εὐγνώμοσι, καὶ τρόφιμος, καὶ καθάπτηται τῆς τῶν ἀκουόντων διανοίας. Ἅλες δὲ τῶν παραινετικῶν λόγων ἡ τῶν θείων λογίων μαρτυρία, ὅ τε τῆς κρίσεως φόβος, καὶ τῆς βασιλείας λόγος, ἰσχυροτέραν καὶ δραστικωτέραν καὶ τροφιμωτέραν δημιουργοῦντες τὴν παραίνεσιν, καὶ οὐ μόνον τοῖς εὐστομάχοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς κακοσίτοις πρόσφορον καὶ κατάλληλον τροφὴν ὀρέγοντες.

L. — EUTONIO DIACONO.

In illud a populo dictum Herodi, « Vox Dei, et non hominis [14] ! »

Nosse debes, eos quidem qui te norunt, non fuisse miratos illa quæ prædicas; qui vero antea te non norant, eos jam te nosse cœpisse; qui denique invidebant tibi, eos magis quoque a morbo illo consumptos esse, et pœnas dedisse tantas, **438** ut majores ab ipsis exigere non facile possis. Si igitur vis (ut omnino velle debes) illos quidem lætitia denuo complere, alteris autem penitiorem tui notitiam conciliare, a tertio denique hominum genere pœnas repetere : tuam necesse est adaugeas virtutis præstantiam. Atque hæc quidem hactenus. Quoniam autem per epistolam ex me quæsivisti, quid causæ sit, quod cum alii Herodi ultra dignitatis modum

C Ν'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Πρὸς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ δήμου τῷ Ἡρώδῃ· « Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. »

Ἴσθι, ὅτι οἱ μὲν γινώσκοντές σε οὐκ ἐξενίσθησαν, ἐφ' οἷς ἀνακηρύττεις (52)· οἱ δὲ ἀγνοοῦντες, ἔγνωσαν· οἱ δὲ φθονοῦντες, ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τῆς νόσου κατεδαπανήθησαν, καὶ δίκην ἔδοσαν, ἧς μείζονα οὐκ ἂν δύναιο παρ' αὐτῶν λαβεῖν. Εἰ τοίνυν βούλει τοὺς μὲν πάλιν θυμηδίας ἐμπλῆσαι, τοῖς δὲ ἀκριβεστέραν γνῶσιν ἐνθεῖναι, τοὺς δὲ δίκας (53) ἀπαιτῆσαι, τῇ σαυτοῦ καλοκαγαθίᾳ πρόσθες. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. Ἐπειδὴ δὲ γέγραφας, δι' ἣν αἰτίαν, ἄλλων ὑπὲρ τὴν ἀξίαν κολακευσάντων τὸν Ἡρώδην, καὶ εἰπόντων· « Θεοῦ φωνὴν, καὶ οὐκ ἀνθρώπου, » αὐτὸς δίκην δέδωκε· φημὶ ὅτι οὐκ ἐπέπληξεν ἐκεῖνος, οὐδὲ
D τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν καὶ μαινομένην ἀπετρέψατο.

[14] Act. XII, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(47) Pro ἀναμοχλευθῆναι cod. Vat. 650 legit ἀναβακχευθῆναι. Vers. ult. cap. μετεκόμισε idem mutat in μετεκόσμησε. POSSIN.

(48) De vi ac pertinacia anticipatarum opinionum, quanta sit, idem Isidorus infra epist. 5C agit. Nec Galenus eam ignoravit, cujus ἐν τῷ *Περὶ δυσπνοίας* sunt ista : Οὐδεμία βαφὴ δευσοποιὸς οὕτως, ὡς τὸ τῶν ἄνευ λογισμοῦ πρὸς τὰ μοχθηρὰ δόγματα πάθος· οὐ γάρ ἐστι μεταπεῖσαι τοὺς ἐν αὐτοῖς τραφέντας. Et idem etiam vehementius lib. VIII. *De composit. pharmac. sec. gen.* : Ψευδεῖς δόξαι προκαταλαμβάνουσαι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, οὐ κωφοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τυφλοὺς ἀπεργάζονται. Exempla ubivis obvia sunt. RITT.

(49) Similiter loquitur epistol. 147 libri III, quæ ejus plane cum hac est argumenti. ID.

(50) *Καὶ ἀπειλούσης*. Add. ex cod. Vatic. vers. 3 lit. D. POSSIN.

(51) Pro ἅλασι cod. idem scribit, ἀλσὶ, et vers. post 4 pro λόγος, πόθος. ID.

(52) Pro ἀνακηρύττεις cod. Vat. 650 habet ἀνακηρύττῃ. ID.

(53) Post δίκας addit idem μεγίστας et vers. seq. πρόσθες mutat in προστίθει, itemque vers. 8 φωνὴν in φωνή. Vers. 9 post inter ὅτι et οὐκ inserit ἐπειδή. ID.

Τῷ γὰρ καταδέξασθαι, καὶ εἰς μείζονα αὐτοὺς ἀσέβειαν (54) ἐπαιδοτρίβησεν. Εἰκὸς δὲ κἀκείνους, εἰ καὶ μὴ παραυτίκα, ἀλλ' ὕστερον δεδωκέναι δίκην. Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα διέφυγον, τὰ ἐκεῖσε οὐ διαφεύξονται.

A adulati essent, dixissentque « vox Dei, et non hominis, » ipse pœnas luerit : aio (id propterea factum), quia ipse populum non reprehenderit, neque adulationem impiam et insanam repudiarit. Nam dum eam acceptavit, etiam ad majorem ipsos impietatem assuefecit atque erudivit. Credibile autem est, ipsos quoque (adulatores illos) si maxime non evestigio, at certe posterius pœnas persolvisse. Quod si etiam hic divinam animadversionem impuniti effugerunt, æterna alterius sæculi supplicia non evadent.

ΝΑ'. — ΘΕΩΝΙ.

Εἰς τὸ· « Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.

Ἡ θεία χάρις (55) τῇ ἀνθρωπίνῃ κιρνωμένη (56) προθυμίᾳ, σώζει τὸν ἄνθρωπον. Διόπερ καὶ ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα εἶπε· « Συνεργεῖ τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. » Οὐ γὰρ ἡ κλῆσις μόνον (πάντες γὰρ ἐκλήθησαν μὲν, οὐχ ὑπήκουσαν δέ)· ἀλλὰ καὶ πρόθεσις τῶν κεκλημένων τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο. Οὐ γὰρ ἠναγκασμένη γέγονεν ἡ κλῆσις, οὐδὲ βεβιασμένη, ἀλλ' ἑκούσιος.

LI. — THEONI.

In illud (Pauli dictum) : « Iis qui secundum propositum vocati sunt [15]. »

Divina gratia humanæ mista industriæ animique promptitudini, salvum facit hominem. Quocirca etiam Apostolus, qui Christum habebat in se loquentem, dicebat : « Cooperatur iis, qui secundum B propositum vocati sunt. » Non enim sola vocatio (omnes enim vocati sunt quidem, sed non obedierunt vocationi), verum etiam propositum voluntatis animique propensio et studium obsequendi in vocatis salutem operatur. Non enim coacta est vocatio, neque violenta, sed voluntaria ac spontanea.

ΝΒ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ (57).

Ὅτι ἡ ἁμαρτία τοῦ θανάτου χαλεπωτέρα. Εἰς τό· « Εἰ γὰρ τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος· » καί· « Μὴ βασιλευέτω ἐν ὑμῖν ἡ ἁμαρτία· » καὶ πάλιν· « Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. »

Ἡ ἁμαρτία πολλῷ τοῦ θανάτου ἐστὶ χαλεπωτέρα. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος, ὁ μάλιστα πάντων τὰ τοιαῦτα διασκέπτεσθαι δεινὸς (58), τὴν μὲν βασιλίδα εἶπε, τὸν δ' ὀψώνιον, ὡς τοῦτον ὑπ' ἐκείνην ταττόμενος (59). C Βασιλίδα δὲ, οὐ διὰ τὴν ἀξίαν (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς αἰσχρότερον)· ἀλλὰ διὰ τὴν σφοδρὰν τῶν ἁλόντων ὑπακοήν. Εἰ γοῦν τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, μὴ βασιλευέτω ἐν ὑμῖν ἡ ἁμαρτία, ἡ τοῦ θανάτου, τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ἀργαλεωτέρα. Εἰ γοῦν αἵρεσις προκέοιτο, καὶ δυνατὸν εἴη, ἑλοίμην ἂν ἀποθανεῖν μὴ ἁμαρτήσας, ἢ ἁμαρτήσας μὴ ἀποθανεῖν. Οὕτω τοῦτο ἐκείνου δεινότερόν ἐστι, παρ' ἐμοὶ κριτῇ. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος ὑπ' ἀναστάσεως σβεσθήσεται· ἡ δὲ ἁμαρτία καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τιμωρηθήσεται (60)· ὥστε οὐδὲν κερδάνῃ ὁ ἁμαρτάνων μὲν, μὴ ἀποθνήσκων δὲ (καθ' ὑπόθεσιν δὲ εἰρήσθω), εἴγε καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τιμωρίαν ὑφέξει. Καὶ ἄλλῳ δὲ παραδείγματι ἐναργεῖ τοῦτ' ἐποίησε δῆλον, εἰπών· « Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. » Ὥσπερ D τοίνυν ὄφιν ἢ σκορπίον ὀδόντας ἢ κέντρον μὴ ἔχοντας, δι' ὧν τὸν ἰὸν παραπέμψουσιν, οὐκ ἄν τις φοβη-

LII. — ATHANASIO PRESBYTERO.

Peccatum morte gravius esse. In dictum Pauli : « Stipendium peccati mors est [16]. » *Et : « Ne regnet in vobis peccatum* [17]. » *Et rursum : « Stimulus autem mortis est peccatum* [18]. »

Peccatum multo gravius est morte. Quocirca Paulus quoque, qui accuratissime omnium talia perspicere poterat, illud quidem reginam esse dixit ; istam vero, stipendium militare, quasi qui hanc (mortem) infra illud (peccatum) collocaret. Reginam autem peccatum fecit, non dignitatis ergo (nihil enim eo deformius cogitari aut fingi potest), sed propter vehemens obediendi studium, quo flagrant, quoscunque peccatum occupavit. Quare si peccati stipendium mors est, ne regnet in vobis peccatum, quod morte, apud eos quidem quibus sana mens est, gravius est. Si igitur optio detur, et fieri posset, equidem mori mallem, ita ut immunis a peccato manerem, quam admisso peccato mortem effugere. Tanto illud hac est gravius, me judice. Mors enim a resurrectione exstinguetur ; de peccato autem etiam post resurrectionem pœna exigetur. Nihil igitur lucri ferret is, qui peccaret, sed mortem effugeret **439** (ex hypothesi autem hoc dictum esto), si quidem etiam post resurrectionem supplicium subiturus esset. Alio quoque evidenti

[15] Rom. VIII, 28. [16] Rom. VI, 23. [17] ibid. 12. [18] I Cor. XV, 56.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) Pro ἀσέβειαν idem cod. scribit βλασφημίαν. POSSIN.

(55) *Ἡ θεία χάρις*. Confer epist. 13 supra hoc lib. et lib. II, epist. 2 ; et Irenæum lib. IV, cap. 71. RITT.

(56) Pro κιρνωμένη cod. Vatic. 650 legit κιρναμένη. Vers. 5 pro γὰρ ponit γοῦν. Vers. 6. post καὶ addit ἡ. Vers. ult. pro ἑκούσιος habet ἑκουσία. POSSIN.

(57) Inscriptio suppletur ex codice Vaticano. EDIT.

(59) Pro ταττόμενος cod. Vat. legit ταττόμενον. vers. seq. post αἰσχρότερος, addit καὶ ἀτιμότερος. POSSIN.

(60) *Ἡ δὲ ἁμαρτία .... τιμωρηθήσεται.* Hæc deerant in ed. Paris. et supplentur ex codice Vaticano ap. Possinum. EDIT.

exemplo hoc declaravit idem Apostolus, cum ait : « Stimulus autem mortis est peccatum. » Quemadmodum igitur serpentem aut scorpionem dentibus aut stimulo destitutos, quibus mordentes virus suum transfundant, nemo facile pertimescat : sic mors quoque, si non ob peccatum afferatur, imperterrito animo excipienda est; quod si etiam pro virtute, multo quoque libentiore. Fieri hoc non posse putas? Testes accipe martyres, qui non aliter mortem amplexi sunt, quam aditum quemdam ad immortalitatem.

A θείη, οὕτω καὶ τὸν θάνατον, εἰ μὴ δι' ἁμαρτίαν προσάγοιτο, ἀδεῶς καταδεκτέον· εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ ἀρετῆς, ἀσμενέστερον (61). Οὐχ ἡγῇ τοῦτο δυνατόν; Μάρτυρας δέχου τοὺς μάρτυρας (62), τοὺς καθάπερ προοίμιον ἀθανασίας τὸν θάνατον ἀσπασαμένους.

LIII. — DIONYSIO SCHOLASTICO.

« Quæcunque volueritis ut faciant vobis[19], etc. »

Laude quidem digni sunt illi, qui naturali lege instituti atque imbuti officium fecerunt. Habet enim in se natura ipsa virtutum exactum et incorruptum judicium : quod Christus quoque ipse exhortationis et consilii causa proposuit, cum dixit : « Omnia quæcunque volueritis, ut faciant vobis homines, vos etiam similiter facite illis. » Deinde cum demonstrasset, hanc esse omnis et pietatis et humanitatis regulam, addidit : « Hæc enim est lex et prophetæ. » Posteaquam vero claudicavit, et de statu integritatis delapsa est natura hominum, virtutisque notas oblitteravit : tum et lex scripta data est. Quia vero hæc quoque violata est hominum transgressione, tunc prophetarum cœtui commendata est generis humani correctio ac restitutio. At quia hic quoque abnegavit, dicens : « Medicinam fecimus Babyloni, et non est sanata[20]; » huc in terras venit is, qui et virtutis semina insevit naturæ, et per legem docuit eamdem, et per prophetas præconium fecit. Postquam igitur cœlorum Rex advenit in carnem, necessario et dogmata cœlo digna sancita sunt, eaque vivendi ratio ac norma, quæ angelis potius conveniat, quam hominibus placeat, in sanctis Evangeliis, non secus ac in regiis mandatis et edictis, est promulgata.

ΝΓ'. — ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

« Ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν. »

Εὐδόκιμοι μὲν οἱ τῷ ἐμφύτῳ νόμῳ παιδαγωγηθέντες, καὶ τὸ δέον πεποιηκότες· ἔχει γὰρ ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὲς καὶ ἀδέκαστον τὸ κριτήριον, ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν παραινέσεως μέρει καὶ B συμβουλῆς εἰσήγαγε, λέγων· « Πάντα, ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ὁμοίως ποιεῖτε αὐτοῖς. » Εἶτα δεικνὺς ὅτι κανών ἐστιν οὗτος καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας (63), ἔφη· « Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. » Ἐπειδὴ δ' ὤκλασεν ἡ φύσις, καὶ ἠμαύρωσε τοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτῆρας, ἐδόθη καὶ ὁ νόμος γραπτός. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς παρεβάθη, ὁ τῶν προφητῶν χορὸς ἐνεχειρίσθη τὴν διόρθωσιν. Ὡς δὲ καὶ οὗτος ἀπεῖπεν· « Ἰατρεύσαμεν, λέγων, τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη· » δεῦρ' ἐπεφοίτησεν ὁ καὶ τῇ φύσει ἐνθεὶς τὰ τῆς ἀρετῆς σπέρματα, καὶ διὰ τοῦ νόμου διδάξας, καὶ διὰ τῶν προφητῶν κηρύξας. Ἐλθόντος τοίνυν τοῦ τῶν οὐρανῶν Βασιλέως, ἀναγκαίως καὶ δόγματα οὐρανῷ πρέποντα ἐθεσπίσθη, καὶ πολιτεία C ἀγγέλοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις ἁρμόζουσα (64), ἀρέσκουσα (65), καθάπερ ἐν βασιλικοῖς διατάγμασιν, ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις διηγορεύθη.

LIV. — PAULO SUBDIACONO.

In eamdem rem.

Ineffabilis Dei sapientia, ne concertemus inter nos opinionibus, dum virtutis definitionem quærimus, perfectissimum opus suam cujusque voluntatem constituens dixit : « Omnia quæcunque volueritis ut faciant vobis homines, et vos facite ipsis. »

ΝΔ'. — ΠΑΥΛΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ ἄῤῥητος σοφία, ἵνα μὴ ζυγομαχῶμεν, τί ἐστιν ἀρετὴ ζητοῦντες, τελειότατον ἔργον (66) τὴν ἑκάστου βούλησιν πηξαμένη, ἔφη· « Πάντα ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. » Εἰ τοίνυν ἐν σεαυτῷ ἔχεις καὶ τὸν κανόνα

[19] Matth. VII, 12. [20] Jerem. LI, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(61) Pro ἀσμενέστερον et quæ seq. usque ad μάρτυρας, hic ponit idem cod. ἀσμενιστέον· εἰ δὲ οὐχ ἡγῇ τοῦτο δυνατὸν εἶναι, μαρ. Possin.

(62) Elegans πλοκὴ notanda in μάρτυρας quæ non potest in Latina interpretatione exprimi. Priori loco vulgari significatu accipitur vox pro quibusvis testibus; posteriore, pro illis qui veritatem cœlestem testimonio proprii sanguinis obsignarunt. Ritt.

(63) *Κανών ἐστιν οὗτος καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας*. Sic idem Christi præceptum, ut faciamus aliis quod nobis fieri ab aliis cuperemus epist. seq. vocat Isid. κανόνα τῶν ἀρετῶν, et κανὼν τῆς ἀρετῆς, epistol. 91 et alibi quoque pro compendio omnis justitiæ prædicat. Quo tamen bonitatis compendio aliud etiam compendiosius nobis subjicit Gregor. Nazianz. in *Tetrastich.*

D *Τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον,*
Τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας
Οἵους σεαυτῷ τοὺς δὲ τυγχάνειν θέλεις,
Καὶ συντομώτερόν τι τὰ Χριστοῦ πάθη. Ritt.

(64) Pro ἁρμόζουσα cod. Vat. scribit ἁρμόττουσα et omittit vocem seq. ἀρέσκουσα. Possin.

(65) *Ἁρμόζουσα, ἀρέσκουσα*. Posterius horum videtur redundare, nisi quibusdam transpositis legamus, ἀγγέλοις μᾶλλον ἁρμόζουσα, ἢ ἀνθρώποις ἀρέσκουσα. Et quasi ita legeretur, sic verti : *quæ angelis potius conveniat*, *quam hominibus placeat.* Ritt.

(66) Pro ἔργον ponit cod. Vat. 650, ὅρον εἰς. Vers. 3. pro ἐὰν habet ἄν· vers. antepen. ep. post ἔχεις addit τὸν γνώμονα. Vers. ult. pro οἰκείῳ scribit οἴκαδε. Possin.

τῶν ἀρετῶν, μὴ παρ' ἄλλοις τοῦτο ζήτει (67), ἀλλὰ χρῶ τῷ οἰκείῳ θησαυρῷ.

A Quare si in te ipso habes normam virtutum (sicut profecto habes), noli apud alios eam quærere, sed proprio thesauro utere.

ΝΕ'. — ΑΡΠΟΚΡᾼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

Ὅτι ἀπὸ φιλαρχίας ἢ προλήψεων φύονται αἱρέσεις.

Ἡ φιλαρχία ἁπάντων αἰτία τῶν κακῶν, ἣ καὶ τὰ καθεσθῶτα ἀνατρέπειν πειρωμένη, δεινοὺς πολέμους οὐ μόνον ἐφ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παλαιῶν ἐπικωμάσαι παρεσκεύασεν. Οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι σιγὴν ἠσκηκότες, τοὺς μέγα φρονοῦντας ἐπὶ εὐγλωττίᾳ ἀπεκήρυττον. Οἱ δὲ Ὁμηρίζοντες, τοὺς Πλατωνίζοντας διέσυρον· οἱ δὲ Πλατωνίζοντες τοὺς Ὁμηρίζοντας ἀσεβείας ἐγράφοντο· καὶ οἱ μὲν Ἀριστοτελικοὶ πρὸς τοὺς Πλατωνίζοντας ἐπαπεδύσαντο· οἱ δὲ Στωϊκοὶ πρὸς τοὺς Ἀριστοτελικοὺς ἐφράξαντο. Ἐπικουρείων δὲ, τῶν τῇ κακίᾳ ἐπικουρῆσαι τολμησάντων, καὶ μεμνῆσθαι ἀτοπώτατον. Καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς δὲ τὸ αὐτὸ ἐπηκολούθησαν. Οἱ μὲν γὰρ Λογικοὶ τοὺς Μεθοδικοὺς (68) ἐστηλίτευσαν· οἱ δὲ Μεθοδικοὶ κατὰ τῶν Λογικῶν ἐφράξαντο. Οἱ μὲν γὰρ πολλὰς καὶ ποικίλας ῥίζας ἔφασαν τῶν παθῶν· διὸ καὶ ποικίλοις ἐχρῶντο βοηθήμασι, τὰς ῥίζας πολυπραγμονοῦντες τῶν νοσημάτων, καὶ οὕτως ἀναστέλλοντες τὰς πηγὰς τῶν παθῶν. Οἱ δὲ δύο μόνας αἰτίας ὡρίσαντο, στέγνωσιν καὶ ῥύσιν· διὸ καὶ τὸ, ἢ κενωτέον, ἢ στακτέον, ἐδογμάτισαν. Οἱ δὲ Ἐμπειρικοὶ καὶ τούτους κἀκείνους ἔσκωπτον. Εἰ δὲ καὶ τὰς τῶν ῥητόρων, καὶ τὰς τῶν ποιητῶν, καὶ τὰς τῶν συγγραφέων πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς εἰπεῖν ἐθελήσαιμι, πολὺς καὶ λόγος καὶ χρόνος ἀναλωθήσεται. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Ὅπου γὰρ οἱ φιλοσοφίας ὀνόματι βρενθυόμενοι οὐκ ὤκνησαν διαπρύσιον καθ' ἑαυτῶν κινῆσαι πόλεμον, σχολῇ γ' ἂν τοῖς ῥήτορσι καὶ τοῖς ποιηταῖς ἐμέλησεν εἰρήνης, οἵ γε καὶ πρὸς τοὺς ἐγκράτειαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ σωφροσύνην ἐγκρίνοντας Σωκρατικοὺς διεφέροντο, οὓς Πλάτων ἐκκωμῳδήσας ἐν διαλόγοις, ἀνεκωμῳδήθη παρὰ τῶν Κυνικῶν, ὧν εἷς ἦν καὶ Λουκιανὸς, ὁ τοὺς διαλόγους κατὰ πάντων ὁμοῦ σχεδὸν τῶν τε εἰρημένων, τῶν τε παραλελειμμένων συντάξας. Ὃν οἱ μὲν Πλατωνικοὶ (69), διὰ τὸ τοὺς παρὰ τῶν ποιητῶν ἀναπλασθέντας θεοὺς τεθεατρικέναι, ἀπεδέξαντο. Οἱ δὲ τῶν ποιητῶν τρόφιμοι δύσφημον ἀπεκάλεσαν· δεινῶς γὰρ τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκθειαζομένους θεοὺς ἐξεκωμῴδησε. Τίς οὖν τολμήσει τὰ τῶν Ἑλλήνων πρε-

LV. — HARPOCRÆ SOPHISTÆ.

Ab ambitione aut anticipatis opinionibus nasci hæreses.

Ambitio et imperandi cupiditas, omnium causa malorum, quæ etiam bene **440** constituta evertere conatur, gravia bella non solum nostra memoria, sed etiam antiquis temporibus invexit in res humanas. Nam Pythagorei quidem, cum ipsi silentium colerent, alios qui eloquentia se magnifice efferebant, repudiabant: Homeri autem studiosi Platonis asseclas traducebant: Platonis vero sectatores Homeri studiosis impietatis dicam scribebant: et Aristotelici quidem adversus Platonicos (philosophos) B pugnabant: Stoici vero contra Aristotelicos armabantur. Epicureorum autem, qui vitiis patrocinari ausi sunt, etiam mentionem fieri indignum atque absurdum est. Sed et in arte medica idem sectati sunt studium. Nam Logici quidem Methodicos insectabantur, Methodici vero contra Logicos se armabant. Altera enim secta multas ac varias radices morborum esse aiebat; quapropter etiam variis utebantur auxiliis, sollicite radices morborum singulorum inquirentes, atque ita fontes morborum obstruentes. Altera vero, duas tantum causas definiebant: astrictionem sive constipationem, et fluxionem. Unde hoc dogma tradiderunt, aut evacuandum, C aut instillandum. Empirici autem tam hos quam illos deriserunt. Quod si et oratorum, et poetarum, et historicorum inter se contentiones et controversias oratione persequi vellem, multum et verborum et temporis mihi consumeretur. Et nihil adeo miri est. Quando enim illi, qui philosophiæ nomine se magnifice efferebant, non dubitarunt implacabile adversus se invicem movere bellum: vix potuit fieri, ut oratoribus et poetis pax curæ esset, qui etiam cum Socraticis, qui temperantiam et justitiam et modestiam in pretio habuerunt, contentiones susceperunt: quos Plato in Dialogis deridens, ipse quoque mutuo derisus est a Cynicis: quorum e numero Lucianus etiam fuit, qui dialogos contra omnes propemodum, tam eos qui jam sunt dicti, D quam eos qui omissi sunt, composuit. Quem Platonici quidem ob id quia a poetis confictos deos quasi

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) *Τοῦτο ζήτει*. Non esse quærenda aliunde, quorum ipsi domini sumus, quæque in potestate nostra habemus, sententia est etiam D. Basilii et Ambrosii in *Hexaemer*. Ritt.

(68) *Οἱ μὲν γὰρ Λογικοὶ τοὺς Μεθοδικούς*. Medicorum antiquitus tres erant sectæ: Logici, Methodici, Empirici. Ausonius Grypho ternarii:

Triplex quoque forma medendi:
Quot Logos, aut Methodos, cuique Experientia nomen,

B. Hieronymus ad Paulinum: « Taceo, inquit de medicis, quorum scientia mortalibus vel utilissima est, et in tres partes scinditur: τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν: id est decretum vel doctrinam, rationem et experientiam, ubi δόγμα vocat qui aliis est λόγος. Q. Serenus Sammonicus epilogo poematis *De re medica*. Ritt.

Quod Logos, aut Methodus, simplexque Empirica pandit.

Simplicem vocat Empiricam, ut quæ non sit sollicita de causis et rationibus, sed tantum observatione, collectione atque inductione exemplorum sive experientia (unde et nomen accepit) nitatur. Ritt.

(69) Conf. ep. 91 inf. hujus libri IV. Notandum ex fine hujus epist. saluberrimum nostris etiam temporibus exulceratissimis consilium, de via ac ratione orthodoxæ concordiæ sarciendæ et sanciendæ. Ritt.

in theatro deridendos propinavit atque traduxit, approbarunt; poetarum autem alumni infamem declararunt. Graviter enim perstrinxit illos, quos ipsi magnopere venerabantur, deos. Quis igitur eorum, qui paganismum amplectuntur, ausit nobis objicere, multas apud Christianos hæreses natas esse, cum tam multas videat etiam apud ipsos Græcos propter ambitionem et imperandi studium (vera enim dicere oportet) natas esse? Si vero hæc expelleretur ex rebus humanis, spes bona esset, fore ut omnes in divinum (Evangelii) præconium unanimi et orthodoxo consensu convenirent.

A σθευόντων εἰπεῖν, ὅτι πολλαὶ παρὰ Χριστιανοῖς αἱρέσεις ἐτέχθησαν, τοσαύτας ὁρῶν καὶ παρ' ἐκείνοις διὰ φιλαρχίαν (χρὴ γὰρ τἀληθῆ λέγειν) τεχθείσας; Εἰ δ' αὕτη ἐξοστρακισθείη ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ἐλπίς ἐστι χρηστὴ, πάντας εἰς τὸ θεῖον κήρυγμα ὁμοφώνως καὶ ὀρθοδόξως συνδραμεῖν.

441 LVI. — PETRO SCHOLASTICO.

Eadem de re.

Aut ex ambitione, aut ex anticipata aliqua opinione, duabus expugnatu difficillimis affectionibus, hæreses et sectas natas esse arbitror. Nam qui in subditorum classe vivere æquo animo non potuerunt, neque imperium excipere, novæ doctrinæ sementem sparserunt, in iis quæ constituta essent, permanere dedignati.

ΝϚʹ. — ΠΕΤΡΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἢ ἐκ φιλαρχίας, οἶμαι, ἢ ἐκ προλήψεως, δύο δυσκαταγωνίστων παθῶν, τὰς αἱρέσεις τετέχθαι. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπηκόοις μὴ ἀξιώσαντες εἶναι (70), B μηδὲ καταδεξάμενοι, νεωτέρας διδασκαλίας σπέρμα καταβεβλήκασι, τοῖς καθεστῶσιν ἐμμένειν μὴ καταξιώσαντες (71).

LVII. — ADAMANTIO.

Eadem de re.

Quid adeo miraris, si etiam post Salvatoris in carnem adventum multæ hæreses enatæ sunt, diabolo, quippe qui jam perspicue ac diserte audivisset, omnino se judicio et damnationi subjectum iri et pœnas daturum, eas disseminante, ut videlicet multos suppliciorum socios atque participes habeat, cum ante ipsius quoque adventum non paucæ exstiterint hæreses? Nam partim homines ne quidem esse Deum putarunt: partim esse quidem aliquod divinum numen, sed providentia rerum humanarum non esse præditum: partim vero, procurationem id quidem habere, sed cœlestium duntaxat rerum; alii autem non solum cœlestibus rebus, sed etiam terrenis providere, non tamen omnibus, verum duntaxat excellentibus: ut regum ac principum. Et alii quidem omnia temerario ac cæco casu ferri dixerunt; alii contra omnia fatali quadam necessitate fieri; alii denique ut fors tulit, omnia agi asseruerunt. Et alii quidem idola adorare fas piumque esse existimarunt; alii vero matrum connubia probarunt; alii humanas hostias; alii animalium cædes; alii boum mactationem, alii camelorum; alii mutuam hominum devorationem, alii ex herbis victum. Sed si omnia in medium proferre velim, fortassis fidem non invenero, nec tamen falsum dixisse argui queam. Quare si sem-

ΝΖʹ. — ΑΔΑΜΑΝΤΙΩ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τί θαυμάζεις, εἰ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἔνσαρκον παρουσίαν πολλαὶ αἱρέσεις ἐτέχθησαν, τοῦ διαβόλου, ἅτε δὴ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην ἀκούσαντος, ὅτι πάντα κρίσει καθυποβληθήσεται (72), καὶ δίκην δώσει, τοῦ ταύτας κατασπείραντος (73), ἵν' ἔχῃ πολλοὺς τοὺς συγκολασθησομένους, ὁπότε καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ οὐκ ὀλίγαι ἦσαν αἱρέσεις; Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μὲν μηδὲ εἶναι τὸ Θεῖον (74) ἐνόμιζον· οἱ δὲ εἶναι C μὲν, μὴ προνοεῖν δέ· καὶ οἱ μὲν προνοεῖν μὲν, τῶν δ' οὐρανίων μόνον· οἱ δ' οὐ μόνων τῶν οὐρανίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιγείων, οὐ πάντων δὲ, ἀλλὰ τῶν ἐξόχων, οἷον βασιλέων τε καὶ ἀρχόντων. Καὶ οἱ μὲν αὐτοματισμὸν, οἱ δ' εἱμαρμένην, οἱ δ' εἰκῇ φέρεσθαι τὰ πάντα ἀπεφήναντο. Καὶ οἱ μὲν τὰ εἴδωλα προσκυνεῖν εὐσεβὲς ἐνόμιζον· οἱ δὲ τὸ μητρογαμεῖν· καὶ οἱ μὲν τὸ ἀνθρωποθυτεῖν, οἱ δὲ τὸ ζωοθυτεῖν· οἱ μὲν τὸ βουθυτεῖν, οἱ δὲ χαμηλοσφαγεῖν· καὶ οἱ μὲν τὸ ἀλληλοφαγεῖν, οἱ δὲ τὸ ποηφαγεῖν (75). Ἀλλ' εἰ πάντα εἰς μέσον ἀγάγοιμι, ἴσως ἂν ἀπιστηθήσομαι μὲν, οὐκ ἐλεγχθήσομαι δέ. Εἰ τοίνυν ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸ ἐστασίαζε τὸ γένος (76), καὶ οὐ τὰ αὐτὰ ἐδόξαζε (κατὰ καιροὺς γὰρ ἄνθρωποι νεωτεροποιοὶ (77) ἢ καὶ στασιάζοντες, τὰ καθεστῶτα μὲν ἐκίνουν, ἐνο- D μοθέτουν δὲ τὰ δοκοῦντα)· τί θαυμάζεις, εἰ καὶ νῦν περὶ πρᾶγμα θεῖον καὶ λόγου κρεῖττον διαφωνεῖν προσποιοῦνται ὑπὸ φιλαρχίας ἐκβακχευόμενοι;

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ,

(70) *Ἐν τοῖς ὑπηκόοις μὴ ἀξιώσαντες εἶναι.* Exemplum præbet Arius. Ritt.

(71) *Τοῖς καθεστῶσιν ἐμμένειν.* Ὅπερ γενναίων εἶναι ἀνδρῶν, οὐκ οἶδ' ὅστις ἔγραψε. Huic contrarium, τὸ τὰ καθεστῶτα κινεῖν, infra epist. proxima. Id.

(72) *Ὅτι πάντα κρίσει καθυποβληθήσεται.* Verissima sententia, sed a mente Isidori hoc loco aliena, quæ postulat ut legamus πάντως. Ritt. [Cod. Vat. πάντως.]

(73) *Τοῦ ταύτας κατασπείραντος* Videtur omnino rejiciendum τοῦ, ut superfluum. Ritt. [Cod. Vatic. τοῦ non agnoscit.]

(74) *Οἱ μηδὲ εἶναι τὸ Θεῖον.* De variis ac multiplicibus hominum erroribus in rebus divinis vide similem locum infra ep. 99 et 163. Ritt.

(75) Hæc, οἱ δὲ τὸ ποηφ. omittebat ed. Paris. Edit.

(76) *Ἐστασίαζε τὸ γένος.* Videtur deesse ἀνθρώπινον, vel ἡμέτερον vel τῶν ἀνθρώπων.

(77) Cod. Vatic. addit, καὶ στασιαστὰς ἐπιπολάζοντες τὰ καθεστηκότα. Possin.

per inter homines fuerunt contentiones atque dissidia, nec eadem omnibus fuit sententia (nam pro temporum varietate homines novarum rerum et novorum morum cupidi, aut etiam seditiosi, præsentia quidem convellerunt, novas autem pro suo ingenio leges tulerunt), quid miraris, si nunc quoque circa negotium (religionis Christianæ) divinum et ratione humana superius contentiones affectant, et dissident animis homines ab ambitione tanquam furore bacchico agitati?

ΝΗ'. — ΙΩΑΝΝῌ ΔΙΑΚΟΝῼ.

A

Τῆς Ἰούδα Ἐπιστολῆς. Τί ἐστιν· «Ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται.»

Δύο φασὶν αἰτίας εἶναι, τοῦ (19) ἐπιγεγράφθαι Ἀθήνησι τῷ βωμῷ· « Ἀγνώστῳ Θεῷ. » Οἱ μὲν B γάρ φασιν, ὡς Φιλιππίδην ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι ἡμεροδρόμον πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι· διὸ κατὰ τὸ Παρθένειον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν, ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους ὡς ἀμελοῦντας αὐτοῦ καὶ ἄλλους θεοὺς θεραπεύοντας, βοηθεῖν δὲ ἐπηγγέλλετο. (20) Νικήσαντες οὖν, βωμὸν ᾠκοδόμησαν, καὶ ἐπέγραψαν· « Ἀγνώστῳ Θεῷ· » Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι λοιμὸς κατέσκηψεν (21) Ἀθήναζε, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἐξέκαυσεν, ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. Τοὺς νομιζομένους οὖν θεοὺς ἑαυτῶν θεραπεύοντες, οὐδὲν ἀπώναντο. Ἐννοήσαντες οὖν, ὅτι ἐστὶν ἴσως θεός τις, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραστον, ὁ τὸν λοιμὸν καταπέμψας, ναὸν δειμάμενοι καὶ βωμὸν, ἐπιγράψαντες, « Ἀγνώστῳ Θεῷ, » καὶ θύσαντες, εὐθέως ἐθεραC πεύθησαν. Ταῦτα λαβὼν ὁ Παῦλος ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων, τοὺς μέγα ἐπὶ σοφίᾳ φρονοῦντας Ἀθηναίους ἐχειρώσατο.

LXX. — URSENUPHIO LECTORI.

Hanc ob causam, optime virum, captu faciles sumus, et subactu, quod in nos invicem armemur,

Οʹ. — ΟΥΡΣΕΝΟΥΦΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Διὰ τοῦτο εὐχείρωτοί ἐσμεν, ὦ βέλτιστε, καὶ εὐάλωτοι, ὅτι κατ' ἀλλήλων ὁπλιζόμεθα (22), στρα-

[42] I Cor. x, 27. [43] Act. xvii, 23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ex quo hæc ascribo de sermone penult. Ὃ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ· ὅτι ὁ Θεὸς οὐχ οὕτω πρὸς τὴν ἀξίαν ὁρᾷ τὴν ἑαυτοῦ, ὡς πρὸς τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν· οὐδ' ὅπως τι μέγα φθέγξηται, ἀλλὰ D ὅπως δυνάμενον ἡμᾶς ἐπισπάσασθαι· διὰ τοῦτο τὰ μὲν ὑψηλὰ καὶ μεγάλα ὀλίγα αὐτὰ καὶ ἐγκεχρυμμένα· τὰ δὲ ταπεινὰ καὶ εὐτελῆ καὶ πολλὰ περιῤῥεῖ τοῖς αὐτοῦ λόγοις, etc. Sequuntur enim ibidem plura. Sic alter Basilius, quem Magnum vocant homilia *De fide :* Οὐ γὰρ ἡ πρὸς τὸ σὸν ἀσθενὲς συγκατάβασις, ἐλάττωσις ὀφείλει γίνεσθαι τῆς ἀξίας τοῦ δυνατοῦ, ἀλλὰ τὴν μὲν φύσιν νόει θεοπρεπῶς, τὰ δὲ ταπεινότερα τῶν ῥημάτων δέχου οἰκονομικῶς. Nec de Deo tantum, sed etiam de hominibus sancti Patres συγκατάβασιν usurpant, ut Gregor. Nazianz., Βελτίων τοῦ τάχους ἡ μακροθυμία, καὶ τῆς αὐθαδείας ἡ συγκατάβασις. RITT.

(17) Hæc. ἄλλο γὰρ τὸ κελ., ἄλλο τ. μ. κωλ., quæ sunt plane necessaria ad connexionem sequentium, omittebat ed. Paris. et supplentur ex cod. Vatic. 650. EDIT.

(18) Inscriptio deerat in edit. Paris. ; sumitur ex cod. Vat. 650. EDIT.

(19) Cod. Vatic., τῷ. Vers. 6 ep. pro διό idem scribit ᾧ. Vers. 7 post αὐτοῦ hæc addit.

(20) Deest aliquid ad integritatem sententiæ, ut vidit interpres. EDIT.

(21) Post κατέσκηψεν cod. Vat. addit, ποτὲ Ἀθηναίοις, sublato Ἀθήναζε. Vers. inde 3, pro οὖν legit δέ, et vers. antepen. epist. pro ταῦτα scribit τοῦτο. POSSIN.

(22) *Κατ' ἀλλήλων ὁπλιζόμεθα.* Similiter Chrysostomus *in Matthæum :* « Ὁπλιζόμεθα κατ' ἀλλήλων· καὶ πῶς οὐκ ἂν εἴημεν καὶ τῶν θηρίων χείρους; διά τοι τοῦτο ἡμεῖς μὲν ἀσθενέστεροι· ὁ δὲ πάντων ἡμῶν πολέμιος ἰσχυρότερος καθ' ἑκάστην γίνεται τὴν ἡμέραν. Οὐ γὰρ μετ' ἀλλήλων κατ' ἐκείνου φραττόμεθα, ἀλλὰ μετ' ἐκείνου κατ' ἀλλήλων ἱστάμεθα, καὶ αὐτῷ στρατηγῷ πρὸς τὰς τοιαύτας παρατάξεις κεχρήμεθα. Porro funesium hoc capitale Christianorum inter se odium (quod utinam non hodieque alicubi duraret!) quale sit, latius explicat Isidorus infra epist. 133, ubi vide notas. Confer ep. 139 lib. II. RITT.

τηγῷ τῷ κοινῷ ἐχθρῷ χρώμενοι. Δέον γὰρ μετ' ἀλλήλων κατ' ἐκείνου στρατεύειν, κατ' ἀλλήλων μετ' ἐκείνου ὁπλιζόμεθα, στρατηγῷ ἐκείνῳ χρώμενοι (23), τῷ ἀμφότερα τὰ μέρη ἀπολέσαι διψῶντι. Ἀλλὰ τὸ μὲν αἰτιᾶσθαι ῥᾴδιον, καὶ παντὸς εἴη (24)· τὸ δ' εἰπεῖν, ὅπως παυσαίμεθα πρὸς ἀλλήλους πολεμοῦντες, τοῦτ' ἔστι συμβούλου. Φημὶ τοίνυν, ὅτι, ἐπειδὴ καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ τὰ ἄλλα βιωτικὰ, τὰ χόρτου δίκην μαραινόμενα, μεγάλα εἶναι νομίζομεν (25). Εἰ γὰρ ἐκεῖνα φαῦλα καὶ εὐτελῆ, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, ἡγεῖσθαι ἑαυτοὺς ἐδιδάξαμεν, οὐκ ἂν περὶ αὐτῶν ἀσπόνδους ἔχθρας καὶ ἀκηρύκτους πολέμους πρὸς ἑαυτοὺς ἐκηρύξαμεν, ἀλλ' εἰρήνην ἂν καὶ ἀγάπην ἠσπασάμεθα, δι' ἣν ἅπας πόλεμος καὶ μάχη καὶ διαφορὰ οἴχεται.

A communi hoste utentes imperatore. Cum enim oporteat conjunctis viribus contra ipsum gerere bellum, nos vice versa cum ipso in nos invicem armamur, ipso principe militiæ utentes, qui nihil nisi utriusque partis perniciem sitit. Sed querelis uti facile, et cujusvis fuerit : at dicere, quo pacto desinere possimus invicem belligerare, hoc demum est consiliarii. Dico igitur, id inde accidere, quod et divitias et gloriam et alias hujus vitæ res, quæ instar herbæ tabescunt, magno in pretio habeamus. Nam si illas nihili et viles, quales etiam sunt, reputare nos ipsos doceremus, non utique super illis implacabiles inimicitias et non denuntiata bella nobis invicem indiceremus; sed pacem charitatemque amplecteremur, per quam omne bellum et pugna atque dissidium B tolleretur.

ΟΑ'. — ΚΑΣΙΑΝΩ.

Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός.

Πολλοὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος λάμψαντες ὥραν, καὶ κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διέλαμψαν. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, θέα τὸν σωφρονέστατον Ἰωσήφ. Καλὸς γὰρ ὢν τῷ εἴδει καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει σφόδρα, ὡς μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ἡ Γραφὴ, καὶ ἡ Αἰγυπτία αὐτῷ ἐπιλυττήσασα· ἀλλὰ τῇ τῆς σωφροσύνης ἀρετῇ πλεῖον ἤστραψε, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἔσβεσε φλόγα (οὐδὲ γὰρ λίθινος ἦν), καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κολακείας κατεπάτησε τυραννίδα. Φόβου δὲ κολακεία, παρ' ἐμοὶ κριτῇ, δυνατωτέρα. Ἐννοεῖν δὲ χρὴ, ὅτι καὶ δέσποινα ἦν ἡ κολακεύουσα, καλλωπιζομένη, καὶ τὸν χιτῶνα (26) τῆς ἡδονῆς ἀναρριπίζουσα, καὶ γυνὴ, δεινὸς καταγοητεῦσαι ῥήτωρ τοὺς μὴ προσέχοντας, καὶ παλαιὸν τοῦ διαβόλου ὅπλον, δι' οὗ πολλοὺς ἀνδρείους κατέβαλεν. Ἀλλ' ὅμως τούτων ἁπάντων τῶν μηχανημάτων ὑψηλότερος ὤφθη. Εἰ δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐθέλοις ἰδεῖν ἐν τούτῳ στεφανουμένην, θέα τὴν εὐγενεστάτην Σωσάνναν, τὴν ἐν νέῳ σώματι καὶ ἀφράστῳ κάλλει ἐλέγξασαν τῶν πρεσβυτέρων (27) τὴν ἀσέλγειαν, καὶ τὸ τῆς σωφροσύνης μὴ ἀπολέσασαν κειμήλιον. Εἰ δὲ πολλοὶ διασύρουσι τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, μὴ θαυμάσῃς. Πρῶτον μὲν γὰρ διὰ τοὺς κακῶς κεχρημένους τῇ ὥρᾳ δοκοῦσι διασύρειν. Δεύτερον δὲ, ὅτι πολλοὶ ἔργον τίθενται τὸ κατηγορεῖν (28). Τρίτον, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ αὐτῆς τῆς ψυχῆς καθικέσθαι

LXXI. — CASIANO.

Deum non esse malorum auctorem.

Multi, qui corporis forma eximia emicuerunt, **451** etiam animi pulchritudine splenduerunt. Quod si fidem mihi non habes, specta castissimum Josephum. Cum enim esset formosus aspectu, et pulcher visu, ut Scriptura de ipso testatur [44], et Ægyptia femina quæ in ipsum insaniit : at castitatis ac temperantiæ virtute etiam amplius fulgebat, et flammam ab ætate adolescentiæ excitatam exstinguebat (neque enim lapideus erat), et tyrannicam vim adulationis muliebris conculcavit. Major autem, si quid mei est judicii, vis est adulationis quam timoris. C Cæterum cogitare quoque oportet, quod et hera fuerit ea quæ adulabatur, et ornata eximie, et tunicam voluptatis deposuerit, et mulier, gravis atque efficax orator, ad dementandum eos qui non sibi cavent, et antiquum diaboli instrumentum, per quod multos fortes viros dejecit. Veruntamen hisce omnibus machinis ille superior exstitit. Quod si etiam femineum sexum videre volueris hac in re coronatum, specta nobilissimam Susannam [45], quæ in juvenili corpore, et forma quæ verbis sat explicari non possit, refutavit ac repulit seniorum libidinem, et castitatis pretiosum thesaurum non perdidit. Quod autem multi traducere solent formosos et bonos, noli mirari. Primum enim videntur eos

[44] Gen. XXIX, 17. [45] Dan. XIII, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(23) Quæ exstant in edito hæc verba, στρατηγῷ ἐκείνῳ χρώμενοι, non comparent in cod. Vat. 650, idemque pro τῷ ἀμφότερα, quod statim sequitur, scribit, τοῦ ἑκάτερα. Tum vers. seq. pro διψῶντι habet διψῶντος et versu consequenti, pro εἰπεῖν scribit ἰδεῖν. POSSIN.

(24) *Παντὸς εἴη*. In medio deesse puto ἄν. Est autem hic quoque, ut alibi, manifesta imitatio Demosthenis : cujus ista verba Isidorus noster ante oculos habuit, quæ exstant *Olynthiaca* I : Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν ἴσως ἂν φήσαι τις ῥᾴδιον, καὶ παντὸς εἶναι, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων, ὅτι δεῖ πράττειν, ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Cui similia habet idem orat. 2 in Aristogitonem. RITTER.

(25) Post νομίζομεν hæc cod. Vatic. supplet, διὰ τοῦτο τῶν ὄντως μεγάλων ὀλιγωροῦμεν. Vers. antepen. ep. pro ἐκηρύξαμεν idem legit ἐκινήσαμεν. POSSIN.

(26) Pro χιτῶνα idem legit χειμῶνα. ID.

(27) Pro τῶν πρεσβυτέρων scribit idem, τῷ πρεσβυτέρῳ. Vers. inde 3, pro κακῶς habet μὴ καλῶς, et paulo post διασύρειν mutat in διασύρεσθαι. Vers. post 3, κατηγορεῖν vertit in κακηγορεῖν. Vers. 4 ante finem, inter ἀλλ' et ἀδέκαστος inserit ὁ. ID.

(28) *Πολλοὶ ἔργον τίθενται τὸ κατηγορεῖν*. Talem fuisse accepimus Brutum, qui ex crebritate accusationum accepit cognomentum, ut Accusator diceretur. Cæterum hic malim legere κακηγορεῖν. RITT.

traducere propter illos, qui pulchritudine corporis abusi sunt ad nequitiam. Deinde, quia multi hanc velut artem factitant, ut hominibus maledicant et obtrectent. Tertio, multi mortales, quia ipsam attingere animam non potuerunt, exterius appositum ornatum vulnerare aggrediuntur. Et attestantur hoc (nihil enim vetat quominus iterum iisdem exemplis utamur), cum Josephus ipse, qui et fratrum et heræ calumniis appetitus est : tum Susanna a senioribus condemnata. Sed incorruptus judex et illum et istam coronavit. Quare noli in formam conferre culpam, sed potius in turpem ac deformem animam, quæ in pulcherrimo corpore habitat, idque dehonestat, probro affectum.

A οὐκ ἠδυνήθησαν, τὸν γοῦν ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενον κόσμον τρῶσαι ἐπιχειροῦσι. Καὶ μαρτυροῦσιν (οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν τοῖς αὐτοῖς παραδείγμασι χρήσασθαι) αὐτός τε ὁ Ἰωσήφ, ὁ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῆς δεσποίνης συκοφαντηθείς· αὕτη τε (29) ἡ Σωσάννα, ἡ ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων κατακριθεῖσα. Ἀλλ' ἀδέκαστος κριτὴς κἀκεῖνον καὶ ταύτην ἐστεφάνωσε. Μὴ τοίνυν τὸ κάλλος αἰτιῶ, ἀλλὰ τὴν αἰσχρὰν ψυχὴν, τὴν ἐν τῷ καλλίστῳ σώματι οἰκοῦσαν, καὶ τοῦτο ἐνυβρίζουσαν.

LXXII. — HERONI SCHOLASTICO.

Eadem de re.

Illa quidem felicitas, quæ alicui præter rationem contigit, solet plerumque in contumeliam procedere. Quæ vero secundum rationem obvenit, sæpenumero bonum parit exitum. Verumtamen non desunt etiam aliqui ex eorum numero, qui præter rationem ac meritum suum nacti potentiam, prosperitatis auram moderate tulerint, atque ita laudem fuerunt consecuti : contra ex iis qui nobili prosapia et splendidis parentibus orti fuerunt, nonnulli exstiterunt, qui honorem suum in contumeliam verterent. Quapropter oportet animi propositum ac voluntatem potius accusare eorum, qui potentia ac opibus suis ultra rectæ rationis modum utuntur.

ΟΒ'. — ΗΡΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Περὶ [τοῦ] *αὐτοῦ.*

B Ἡ μὲν ἄλογος (30) εὐπραγία ὡς τὰ πολλὰ εἰς ὕβριν χωρεῖ· ἡ δὲ κατὰ λόγον, πολλάκις ἀγαθὸν ὠδίνει πέρας. Πλήν τινες καὶ τῶν παραλόγως δυναστευσάντων τὴν τῆς εὐπραγίας αὔραν μετρίως ἐνεγκόντες, ἐπαίνων τετυχήκασι· καὶ τῶν εὐπατριδῶν καὶ εὐπρογόνων λαμπρῶν εἰς ὕβριν τιμὴν ἔτρεψαν. Διὸ χρὴ τὴν προαίρεσιν μᾶλλον αἰτιᾶσθαι τῶν πέρα τοῦ μετρίου ταῖς δυναστείαις χρωμένων.

452 LXXIII. — EUSEBIO EPISCOPO.

In arcam fœderis, et propitiatorium, et cherubim, et manna, et virgam Aaronis.

Arca quidem, et propitiatorium, quod erat arcæ operculum, imago ac typus fuit hominis divina oracula custodientis, et propitium habentis Deum, et a divinis virtutibus (id est, angelis) custoditi : ut Psalmorum scriptor ait : « In corde meo abscondi oracula tua [46]. » Quam etiam ob causam dicebat : « In umbra alarum tuarum proteges me [47] : » quomodo scilicet ex divinis virtutibus (angelis) cherubim alis protegebant et arcam et propitiatorium, vel potius Christi, qui legem implevit, quique factus est propitiatio pro peccatis nostris [48], signa ostendit evidentissima : qui, legem implens, sic expiaturus erat peccatum omne mundi. Proposuit namque ipsum Deus (ut ait Dominicorum oraculorum promus condus ille Paulus [49]) propitiatorium, ut in ipsius san-

ΟΓ'. — ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ (31).

Εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ τὰ χερουβὶμ, καὶ τὸ μάννα, καὶ τὴν ῥάβδον Ἀαρών.

C Ἡ μὲν κιβωτὸς, καὶ τὸ ἱλαστήριον, ὅπερ ἦν τῆς κιβωτοῦ ἐπίθεμα (32), ἀνθρώπου (33) φυλάττοντος τὰ θεῖα λόγια, καὶ ἵλεων ἔχοντος τὸν Θεὸν, καὶ φυλαττόμενον ὑπὸ τῶν θείων δυνάμεων, καθώς φησιν ὁ Μελῳδός· « Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου· » διὸ καὶ ἔλεγεν· « Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με· » οἷον τῶν δυνάμεων τὰ χερουβὶμ τοῖς πτέρυξι καὶ τὴν κιβωτὸν ἐφύλαττον (34), καὶ τὸ ἱλαστήριον· φυσικώτερον δὲ, τοῦ τὸν νόμον πληρώσαντος Χριστοῦ, τοῦ γενομένου ἱλασμοῦ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐδήλου ἐναργῆ τεκμήρια· ὅστις τὸν νόμον πληρῶν, οὕτως ἱλάσεται τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν. Προέθετο γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὥς φησιν ὁ τῶν Δεσποτικῶν χρησμῶν ταμίας, ἱλαστήριον· ὥστε ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι ἐνδείξασθαι τὴν οἰκείαν δικαιο-

[46] Psal. CXVIII, 11. [47] Psal. XVI, 9. [48] I Joan. II, 2. [49] Rom. III, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(29) Αὔτη τε. Malim, αὐτή τε, quia præcessit αὐτός τε. Ad hanc porro epist. operæ pretium est conferre non modo Isidori epist. 78, infra et alias, sed etiam quæ de utriusque castitate, et Josephi et Susannæ, præclare scripsit auctor libri *De disciplina et bono pudicitiæ*, qui cum Cypriani operibus conjungi solet. RITTER.

(30) Cod. Vat. 650 pro ἄλογος legit παράλογος. Vers. 6. εὖ ante προγόνων idem mutat in ἐκ., et vers. seq. ante τιμὴν ponit τήν. POSSIN.

(31) In titulo pro ἐπισκόπῳ idem cod. habet πρεσβυτέρῳ. ID.

(32) Post ἐπίθεμα idem cod. addit ὡσανεὶ πῶμα, sed in margine e regione ascribit, ὡς ἂν εἴποιμι.

D Vers. 4 pro φυλαττόμενον, idem habet φυλαττομένου. Vers. 7 inter τῶν et δυνάμεων idem inserit θείων. ID.

(33) Ἀνθρώπου. Ne quis forte putet, ante hoc nomen deesse aliquid tale, εἰκών ἐστιν, vel τύπος ἦν (id quod mihi prima fronte videbatur), is sciat, ἀπὸ κοινοῦ repetenda et aptanda omnibus præcedentibus illa (vers. 11), ἐδήλου ἐναργῆ τεκμήρια. RITT.

(34) Pro ἐφύλαττον cod. Vat. 650 habet ἐκάλυπτον, et mox pro τοῦ τὸν legit τοῦτον τόν. Vers. post 2, post ἐδήλου addit γάρ. Vers. seq. pro ὅστις scribit idem ὅτι ὁ. Vers. inde quinto, ante λύτρον tollit γάρ. POSSIN.

σύνην. Ἀντεισήγαγε γὰρ λύτρον τὸν Μονογενῆ, ἵνα ἔχῃ λόγον ἡ χάρις. Ἓν γὰρ ὑπὲρ πάντων, καὶ ὑπὲρ τὴν πάντων ἀξίαν ἱερεῖον δεξάμενος, καὶ τὴν ἔχθραν ἔλυσε, καὶ τὴν καταδίκην ἀφῆκε, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἀνῆγε (35), καὶ μυρίοις ἀγαθοῖς ἐκόσμησε. Τὰ δὲ χερουβὶμ, θρόνος ὄντα καὶ ἅρμα τοῦ Θεοῦ (« Ὁ καθήμενος γὰρ ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι »), ἐδήλου τὸν ᾧ κατεσκεύασται ὁ ναὸς, ὅτι ἀχώριστός ἐστι καὶ ἀσχημάτιστος. Τῆς δὲ βασιλείας αὐτοῦ σύμβολον ἔκειτο ταῦτα. Ἐπειδὴ γὰρ ναοῦ λόγος οὐδεὶς, ὃν μὴ στέφει ἄγαλμα· ὁ δὲ τούτων ἡγεμὼν καὶ ποιητὴς ἐπέκεινα πάσης φύσεώς ἐστι καὶ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας, διὰ τοῦ θρόνου (36) τοῦ παμβασιλέως Δεσπότου ἐχαρακτήρισε (37). Τὸ δὲ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, μηνύει, τὸ μὲν, ὅτι θείας ἀπολαύσεώς τε καὶ τροφῆς ὁ τῶν θείων θεσμῶν φύλαξ κοινωνήσειεν· ἡ δὲ, ὅτι οἱ παραβαίνοντες αὐτοὺς, καὶ οἱ τῇ ἱερωσύνῃ οὐ δεόντως ἐπιπηδῶντες, σωφρονισθήσονται.

A guine suam ostenderet justitiam. Introduxit enim pretium redemptionis unigenitum Filium suum, ut locum ac rationem justam haberet gratia ac venia. Unica enim pro omnibus recepta victima, quæque omnium dignitatem ac pretium longe superaret, et inimicitiam dissolvit, et condemnationem remisit, et in adoptionem filiorum nos reduxit, et infinitis bonis exornavit. Cherubim vero, quæ erant thronus et currus Dei (scriptum est enim : « Qui sedes super cherubim, manifestare [80] »), illum ostendebant, cui conditum erat templum, quod loco capi et figura exprimi non possit. Regni autem ipsius hæc erant posita symbola. Quia enim nulla habetur ratio ejus templi, quod nullum coronat simulacrum : ille vero horum præses et conditor ultra omnem naturam B positus est, supraque omnem humanæ mentis conceptum, per thronum omnibus imperitantis Domini ipsum repræsentarunt. Manna vero, et virga Aaronis quæ germinarat, significat, illud quidem quod divinarum legum custos particeps etiam futurus sit fructus et alimenti divini : ista vero, quod eorumdem transgressores, quique in sacerdotium non convenienter insiliunt, puniendi sint.

ΟΔ'. — ΜΗΝᾼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας.

Ἡνίκα τὸν πολυθρύλλητον ἐκεῖνον ναὸν, καὶ τὴν περιβόητον καὶ πολλοὺς πολέμους ἀναιμακτὶ νικήσασαν τῶν Ἰουδαίων μητρόπολιν πῦρ Ῥωμαϊκὸν, διὰ τὸ τετολμῆσθαι ἐν αὐτῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ ἀτόλμητα, ἔκλινε· τότε δὴ καὶ αὐτοὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰχμαλώτων τρόπον διεσπάρησαν. Δυνάμενος γὰρ αὐτοὺς ἀνελεῖν αὐτὸς ὁ παροινηθεὶς, διὰ πολλὰ τοῦτο οὐ πεποίηκε· πρῶτον μὲν καιρὸν αὐτοῖς μετανοίας διδούς· δεύτερον δὲ ἵνα καὶ τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ (38) ἴδωσιν εἰς ἔργον ἐκβεβηκυίας. Ἡ μὲν γὰρ ἦν· « Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· » ἡ δὲ, « Οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται· » τρίτον, ἵνα πανταχοῦ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαλάμπουσαν θεώμενοι, παρακνίζωνται, καὶ ἐννοήσαντες ὅτι ἐπὶ τῶν προγόνων καὶ εἰδωλολατροῦντες, καὶ παιδοκτονοῦντες, καὶ προφήτας σφάζοντες, οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθον, ἀλλὰ σωφρονιζόμενοι, πάλιν οἴκαδε ἐπανήγοντο· νῦν δὲ αἰχμαλωσίαν ὑπομένουσιν ἀνακλήσεως ἄμοιροι· καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνοῖεν. Εἰ δὲ μὴ ὑπὸ τῶν πραγμάτων παιδευθεῖεν, διὰ τῶν ἐκεῖσε τιμωριῶν καὶ ἄκοντες ὁμολογήσουσιν, ὅτε αὐτοῖς τῆς μεταγνώσεως ὄφελος οὐδέν.

LXXIV. — MENÆ DIACONO.

De Judæorum captivitate [*et excidio finali*].

Quando celeberrimum illud templum, et famigeratissimam Judæorum metropolim, quæ multis in bellis absque sanguine victrix olim exstitit, ignis Romanus ad terram inclinavit, quod in ipsa contra Christum infanda illa fuerint perpetrata : tunc sane et ipsi per totum orbem terrarum instar mancipiorum dispersi sunt. Cum enim eos ipse qui injuria C tam enormi affectus fuerat, tollere de medio potuisset, multis de causis id non fecit : **453** primo quidem tempus ipsis concedens ad pœnitentiam agendam ; deinde vero, ut et prædictiones ipsius viderent in opus productas. Alia enim erat : « Ecce relinquitur domus vestra deserta [81]. » Alia erat hæc : « Non manebit lapis super lapidem, qui non destruetur [82]. » Tertio, ut ubique locorum gloriam ipsius fulgentem conspicientes, urantur : et dum cogitant se, majorum suorum temporibus, quamvis et idololatriam exercerent, et liberos proprios occiderent, et prophetas mactarent, nihil tale tamen passos esse : sed castigatos, domum tandem reductos fuisse ; nunc autem captivitatem sustinere D revocationis prorsus expertem : hæc, inquam, dum apud animum reputant, ut veritatem quoque agnoscant. Quod si ab ipsis rerum argumentis sese erudiri non patiantur, tormentis suppliciorum in altera vita propositorum vel inviti ad confessionem veritatis adigentur, quando nullam ipsis pœnitentia utilitatem afferet.

[80] Psal. LXXIX, 2. [81] Luc. XIII, 35. [82] ibid. 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Idem cod. ἀνῆγε mutat in ἀνήγαγε. Vers. seq. pro ὄντα legit ὤν. Vers. post 3, ἀχώριστος mutat in ἀχώρητος, et vers. secundo post στέφει addit τό. Vers. seq. pro τούτων, habet τῶν πάντων. POSSIN.

(36) Post θρόνου cod. Vat. addit τήν, et mox pro δεσπότου habet δεσποτείαν. Vers. inde 2, pro ἀπολαύσεώς τε καὶ, solum ponit ἀπολαύσεται. Vers. eodem et seq. quod exstat in edito κοινωνήσειεν abest a codice Vatic. 650. ID

(37) *Δεσπότου ἐχαρακτήρισε*. Videtur in medio deesse αὐτὸν, sc. τὸν ἡγεμόνα καὶ ποιητήν. Et ἐχαρακτήρισε, δηλονότι τὰ χερουβὶμ, nisi quis malit leg. ἐχαρακτηρίσθη. RITT. — Sed vide superiorem notam.

(38) Pro αὐτοῦ cod. Vat. 630 habet αὐτοῖς. POSSIN.

LXXV. — ADAMANTINO.

In idem.

Si cognoscere aves quibusnam pœnis scelerati Judæi, qui contra Christum insanierunt, affecti sint, in manus sume Josephi, Judæi quidem, at veritatis studiosi viri, historiam de excidio, ut videas divinitus actam historiam, qualem nec tota series temporum vidit, ex quo et quandiu homines exstiterunt. Nam ne quisquam denegaret fidem ipsorum calamitatibus, quamvis et fidem et exemplum ac consuetudinem omnem superantibus, idcirco non extraneum aliquem (fortassis enim vel potius necessario, non invenisset fidem), sed hominem ex eadem gente oriundum et institutorum patriorum servantissimum paravit et instruxit veritas, ut stupenda illa gesta quæ Judæis evenerunt, tragico stylo describere:.

ΟΕ'. — ΑΔΑΜΑΝΤΙΝῼ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰ τὰ ἐπίχειρα τῶν ἀλιτηρίων Ἰουδαίων, τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐπιλυττησάντων, γνῶναι βούλει, ἔντυχε τῇ Ἰωσήπου, ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, φιλαλήθους δὲ, περὶ τῆς ἁλώσεως ἱστορίᾳ, ἵνα ἴδῃς θεήλατον ἱστορίαν (39), οἵαν οὐδὲ ὁ σύμπας εἶδε χρόνος, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐφ' ὅσον ἄνθρωποι. Ἵνα γὰρ μηδεὶς ταῖς ἀπίστοις αὐτῶν καὶ παραλόγοις ἀπιστήσῃ συμφοραῖς, οὐχ ἀλλόφυλόν τινα (ἢ γὰρ ἂν ἴσως, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως ἠπιστήθη), ἀλλ' ὁμόφυλον αὐτὸν (40) καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ ἀλλόκοτα ἐκεῖνα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη.

LXXVI. — HERONI PRESBYTERO.

B

In id quod dictum est, « Simile est regnum cœlorum grano sinapis [53]. »

Enuntiationis vis ac gravitas, id quod dicitur, velut ob oculos ponit clarioribus quibusdam et in oculos incurrentibus rebus adhibitis : quo fit ut etiam auditores quasi cujusdam lyræ sono deliniti detineantur : et maxime quidem, quando instituitur tractatio de rebus quæ neque admodum consuetæ sunt, neque nimis vulgares atque protritæ, sed vulgo hominum abditæ, et quarum sapientia est penes eos qui de illis verba faciunt, a qua etiam audientium vehemens exsistit cupiditas ac studium cognoscendi. Alliciendi namque vim habet, quod non valde familiare est. Hæc autem ea occasione dixi, quia scripsisti mihi : Quid sibi velit, quod regnum cœlorum grano sinapis comparetur. Exilis quidem est, cum seminatur, divini præconii sermo, si cum illis conferatur dogmatibus, **454** quæ unquam tradita sunt ab iis qui sapientiæ fama et opinione celebres fuerunt, et brevissimis annuntiatur verbis, non solum ob compendium orationis, sed etiam ob plebeium genus dicendi. Si vero excolatur, crescit atque diffunditur latissime et superior invenitur omnibus qui unquam in admiratione fuerunt, sermonibus; nec immerito : quippe qui veritatem pariat, nec in exornando mendacio occupetur. Veritate autem majus est nihil. Unde etiam effectum est, ut qui philosophiæ se nomine jactabant, suis dogmatibus longum valere jussis, divinam illam umbram expetant, et ad ipsam confugiant. Quam multi enim Pythagorei, cum antea fastus ac despicientiæ fuissent magistri, hujus divini verbi facti sunt discipuli? Quam multi item Platonici supercilium, quod ipsis extulerat suum ornate dicendi studium, demittentes contrahentesque, sub illius umbra consederunt? Quam multi denique Aristotelici et Stoici,

ΟϚ'. — ΗΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον, « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως. »

Ἡ περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότης ἐμφάσεσι τρανοτέραις παρίστησι τὸ λεγόμενον, καὶ οἷον ὑπ' ὄψιν ἄγει τὸ λανθάνον (41)· δι' ἣν καὶ οἱ ἀκροαταὶ ὥσπερ ὑπὸ λύρας ἔχονται (42), καὶ μάλισθ' ὅταν μηδὲ περὶ τῶν συνήθων ἡ βάσανος, ἢ μηδὲ τῶν κατημαξευμένων, ἀλλὰ τῶν τοῖς πολλοῖς ἀδήλων, καὶ ἡ σοφία τῶν φραζόντων, ἀφ' ἧς καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ἀκουόντων ἐναργής· ἑλκτικὸν γὰρ τὸ μὴ σφόδρα σύνηθες. Ταῦτα δὲ ἔφην, ἐπειδήπερ μεμήνυκας· Τί ἐστι τὸ ὡμοιῶσθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως; Βραχὺς μέν ἐστι σπειρόμενος ὁ τοῦ θείου κηρύγματος λόγος,
C καὶ τῶν πώποτε λεγομένων παρὰ τῶν δοξάντων σοφῶν δογμάτων, καὶ ἐν βραχυτάτοις ἐπαγγέλλεται ῥήμασιν, οὐ μόνον διὰ τὴν συντομίαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἰδιωτικὴν λέξιν. Γεωργούμενος δ' αὔξει, καὶ πλατύνεται, καὶ ὑπὲρ πάντας τοὺς πώποτε θαυμασθέντας λόγους εὑρίσκεται, ἅτε δὴ ἀλήθειαν ὠδίνων, καὶ οὐ τὸ ψεῦδος κοσμῶν. Μεῖζον δὲ ἀληθείας οὐδέν. Διὸ καὶ οἱ τῷ τῆς φιλοσοφίας ἐναβρυνόμενοι ὀνόματι, τοῖς οἰκείοις δόγμασι πολλὰ χαίρειν φράσαντες, ἐφίενται τῆς τοῦ Θεοῦ σκιᾶς, καὶ καταφεύγουσι πρὸς αὐτὴν (43). Πόσοι γὰρ Πυθαγόρειοι τύφου καὶ ὑπεροψίας πεφηνότες διδάσκαλοι, φοιτηταὶ γεγόνασι τοῦ λόγου! πόσοι δὲ Πλατωνικοὶ, τὴν ὀφρὺν τὴν ἀπὸ τῆς καλλιεπείας κατασπάσαντες, ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ἱδρύνθησαν! πόσοι Ἀριστοτελικοὶ καὶ Στοϊκοὶ, τὴν
D ἐφ' ᾗ ἐσεμνύνοντο, σοφίαν ἀτιμάσαντες ἠγάπησαν ἐν τοῖς ὑπηκόοις τετάχθαι!

[53] Matth. XIII, 31 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Pro ἱστορίαν idem cod. legit τιμωρίαν. POSSIN.

(40) *Ὁμόφυλον αὐτόν*. Lege αὐτῶν, et intellige, τῶν Ἰουδαίων. Notandum ex hac epistola insigne elogium Josephi, cui tribuit laudem veritatis, quæ prima lex est historiæ. Esse namque debet lux veritatis, testis temporum. Confer epist. 225. RITT.

(41) Hæc, καὶ οἷον... λανθάνον omittit ed. Paris. et supplentur ex cod. Vatic. EDIT.

(42) Pro ἔχονται, cod. Vat. legit ἄγονται. POSSIN.

(43) Pro αὐτὴν, idem habet αὐτὸν, et mox post πόσοι addit τοιγαροῦν, omittens γάρ. ID.

spreta illa, qua prius gloriabantur et se magnifice efferebant, sapientia, præclare secum actum existimarunt, si inter auditores verbo obsequentes collocarentur ?

ΟΖ'. — ΕΥΤΟΝΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Περὶ ἀρετῆς τοῦ Ἰωσήφ.

Ἡ μὲν Αἰγυπτία τοῦ νέου ἤρα· ὁ δὲ νέος τῆς σωφροσύνης. Διὸ καὶ ἡ μὲν θηρῶσα αὐτὸν, οὐκ ἐπέτυχε τῆς θήρας, καίτοι πάντα τὰ λῖνα τῆς θήρας ἀναπετάσασα· ὁ δὲ ἐπέτυχε τῆς θήρας, πάντων (44) δικτύων ἐκείνης ὑπερενεχθείς. Τῇ μὲν γὰρ ὁ ἐχθρὸς, τῷ δὲ ὁ νομοθέτης, τῆς σωφροσύνης ἠγωνίζετο (45).

LXXVII. — EUTONIO DIACONO.

De virtute Josephi[84].

Ægyptia quidem illa mulier juvenem amabat : juvenis autem (Josephus) majore castitatis amore flagrabat. Unde etiam factum ut illa quidem ipsum captans præda non potiretur, quamvis omnia venaturæ retia explicuisset : iste vero compos fieret eo quod ipse venabatur, omnibus illius retibus superior evadens; neque id mirum. Cum illa enim castitatis hostis, cum isto autem ejusdem legislator faciebat, et certaminis socium se conjungebat.

ΟΗ'. — ΑΡΣΕΝΟΥΦΙΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Περὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ Ἰωσήφ.

Λίαν χαίρω, ὅτι χαίρεις τοῖς περὶ τοῦ Ἰωσὴφ διηγήμασιν. Ὁ γὰρ τοὺς σώφρονας ἀνακηρύττων, δῆλός ἐστι σωφροσύνης ὢν ἐραστής. Ἐκεῖνα γὰρ μάλιστα τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς ἐπαινεῖν εἰώθαμεν, περὶ ἃ γνησίως μάλιστα διακείμεθα. Σὺ δὲ μετὰ τοῦ ἐραστὴς εἶναι τῆς ἁγνείας, κἀκεῖνο θέα, ὅπως (46) ἡ ἀρετὴ ἀρχικόν ἐστι χρῆμα, κἂν ὁ ταύτης ἀσκητὴς εἰς δουλείαν περιπέσῃ· ἦρχε μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ πατρῴᾳ ἑστίᾳ, τῷ ἔχειν τὸν γεννήτορα τῶν τρόπων ἐραστήν· ἦρχε καὶ ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ δουλείᾳ, καίτοι πραθείς· εἶχε γὰρ τοῦ πριαμένου διὰ τρόπων κοσμιότητα τὴν εὐμένειαν, ἣν ἡ θεία χάρις αὐτῷ ἐνέχεεν. Ἦρξε καὶ τῆς δεσποίνης, μᾶλλον δὲ τῆς ἡδονῆς, τῆς πολλῶν νέων βασιλικῶς κρατησάσης. Ἦρξε καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καίτοι ἐπὶ μοιχείᾳ αἰτιαθείς· εἶχε γὰρ τὴν τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος εὔνοιαν, ἐπιτροπεύουσαν (47) αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῶν ἐκεῖσε καθειργμένων, οἷς καὶ ἰατρὸν οἶμαι ἐκεῖσε πεπέμφθαι τῶν συμφορῶν. Πῶς γὰρ ὁ ὠμὸς καὶ ἀμείλικτος, καὶ τὰς ἀλλοτρίας πραγματευόμενος συμφορὰς (τοιοῦτοι γὰρ σχεδὸν πάντες οἱ δεσμοφύλακες), τῷ ἡμερωτάτῳ καὶ πρᾳοτάτῳ δεσμωτήριον ἐπέτρεπε, τῷ κέρδος μὲν μηδὲν περιποιουμένῳ ἐκ τούτου, τὰς δὲ ἀλγηδόνας τῶν εἴτε δικαίως εἴτε ἀδίκως ἐμβληθέντων λόγῳ χρηστῷ καὶ παραινέσεσι μειλιχίοις ἰωμένῳ; Ἀλλὰ δήλη κἀνταῦθα ἡ θεία χάρις, ἡ τὴν ἀρετὴν πανταχοῦ στεφανοῦσα. Ἦρξεν ἐν τοῖς βασιλείοις, ὅτε ὁ τῆς Αἰγύπτου τύραννος τὴν τυραννίδα εἰς βασιλείαν μετέστησε (48)· πάντα γὰρ αὐτῷ παρεχώρησε πλὴν ὀνόματος. Ἦρξε καὶ τῶν ἀδελφῶν δεύτερον, ὅτε καὶ ἀγνοούμενος ὡς ἀδελφὸς, προσεκυνήθη ὡς βασιλεύς. Ἦρξε καὶ τῆς Αἰγύπτου· μέλλουσαν γὰρ λιμῷ διαφθείρεσθαι, τὴν τῶν ἄλλων χωρῶν τροφὸν (49), θείᾳ προμηθείᾳ διέθρεψεν. Ἦρξε καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν μεγίστην ἀρχὴν, ἐν μὲν τοῖς ταπεινοῖς ὑψηλὸς

LXXVIII. — ARSENUPHIO LECTORI.

Iterum de virtute Joseph.

Vehementer lætor, te gaudere narrationibus de
B Josepho. Nam qui castos homines ac temperantes præconiis effert, is hoc ipso ostendit se castitatis amatorem esse. Illa enim virtutis genera maxime solemus laudare, erga quæ maxime germano ac sincero amore ducimur. Tu vero prælerquam quod amator es castitatis, hoc quoque contemplare, sodes, quomodo virtus imperatoria quædam res sit, utut ejus cultor forte in servitutem inciderit. Nam et in paternis laribus imperium in fratres obtinebat, dum patrem suorum morum amatorem habebat. Imperabat quoque in Ægyptiaca servitute, quamvis esset venditus pro mancipio. Obtinebat enim emptoris et heri sui benevolentiam, quam divina gratia ipsi infundebat. Imperabat etiam dominæ, imo voluptati magis, quæ multos sibi juvenes regium in morem
C subjecit. **455** Imperabat etiam in carcere, quamvis esset in crimen vocatus adulterii. Adjunxerat enim sibi benevolentiam præfecti carceris sive commentariensis, quæ ipsi commisit imperium in eos qui ibi inclusi detinebantur : quibus etiam eum quasi quemdam medicum calamitatum suarum missum fuisse divinitus existimo. Quomodo enim alioquin fieri potuisset, ut crudelis atque immitis ille, quique ex alienis calamitatibus quæstum facere solebat (tales enim fere omnes sunt commentarienses), carceris curam ei commendaret, qui esset mansuetissimus atque mitissimus, quique nullum ex hoc quæstum sibi compararet; sed potius id ageret, ut dolores eorum qui illuc, sive juste, sive injuste, conjecti essent, oratione commoda et consolatione
D blanda sanaret? Sed conspicua fuit hic quoque divina gratia, quæ virtutem ubivis locorum coronare solet? imperium quoque obtinebat in regia, quando videlicet Ægyptius tyrannus tyrannidem in regnum

[84] Gen. XXIX, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(44) Post πάντων cod. Vat. 650 addit τῶν. Possin.

(45) Lege συνηγωνίζετο. Ritt. — Et sic cod. Vat. ap. Possinum.

(46) Cod. Vat. 650 mutat ὅπως in πῶς. Vers. inde 4, pro δουλείᾳ, idem ponit οἰκίᾳ. Vers. seq. pro ἐνέχεεν, legit idem κατέχεεν. Possin.

(47) Idem cod. ἐπιτροπεύουσαν breviat in ἐπιτρέπουσαν. Id.

(48) Idem cod., μετερρύθμισε. Vers. seq. post πλὴν addit τοῦ. Id.

(49) *Τὴν τῶν ἄλλων χωρῶν τροφόν.* Hinc Ægyptus inter tria populi Romani horrea numerari solita. Ritt.

commutavit. Omnia enim ipsi commisit, solo excepto nomine regio. Imperabat deinde fratribus suis iterato, quando vel incognitus ut frater, adorabatur ut rex. Imperabat quoque Ægypto. Nam cum in eo esset ut fame consumeretur ea regio, quæ aliarum regionum nutrix esse solebat, divina consilii providentia eam aluit et conservavit. Imperavit denique et ipsemet sibi, quod est imperii genus omnium maximum, quando et in humilibus sublimis conspectus est, et in sublimibus humilis : et in rebus quidem turpissimis servitutis expers planeque liber, in decoris autem et honestis promptissimus atque impigerrimus. Nam neque in paterna domo, neque in Ægyptiaca unquam elatus est superbia, cum se ab omnibus diligi videret. Neque illius mulieris libidinem accusavit, cum quidem locupletem haberet testem impudici amoris egregiam formam, haberet quoque benevolentiam heri sibi assistentem : qui, cum accusatio istius criminis pœnam capitis afferat, ne quidem loris cæsum in carcerem tantum conjecit. Quod si quis sit qui sic existimet, ipsum (talia perpessum esse), quoniam se ulcisci non poterat, is velim cogitet, eum philosophiæ operam dedisse. Deinde jam regiam potestatem adeptus, poterat certe injuriam vindicare. Sed neque calumniis gravatus accusavit, neque in custodiam conjectus, imperio sibi in illos qui inibi conclusi detinebantur commisso, superbivit, et alios conculcavit; sed potius, quantum in se erat, ipsorum onus mœroris allevavit, procul dubio, quod ipse injuste eo conjectus esset, ex suis eventis conjecturam faciens etiam de ipsorum casibus. Solent enim plerique omnes mortales ex suis rebus atque eventis, de aliis quoque sententiam ferre : inque primis id fecit ipse, qui ubique præclara virtutis specimina dedit, **456** et tanquam aurum in igne exploratus probatusque fuit, suæque æquitatis animi indicia satis manifesta præbuit. Et quid dico in carcere (non fuisse superbum), ubi etiam illis quoque humilitas et modestia animique submissio aliqua ingeneratur, qui non sunt alioqui valde alieni a dolore, eaque vel ex conscientia, vel ex ipsius loci squalore nata? Cum neque in ipso regno reprehensioni fuerit obnoxius : sed ibi quoque eamdem mansuetudinem declararit, dum et Ægyptios aleret, et iis qui variis ex locis adveniebant, manum salutarem præberet; et in fratres non solum non animadverteret, verum etiam beneficia conferret. O incredibilem virtutis vim! quæ et servum magnanimum exhibuit, et regem humilem atque demissum! O virtutem, quæ ubivis locorum manifesta sui signa edidit! O virtutem, quæ in calamitatibus quidem minime abjectam se præstitit; in eminentia vero mitem et animæquam! O virtutem,

A ὀφθεὶς, ἐν δὲ τοῖς ὑψηλοῖς ταπεινός· καὶ ἐν μὲν τοῖς αἰσχίστοις ἀδούλωτος καὶ ἐλεύθερος, ἐν δὲ τοῖς πρέπουσι προθυμότατος καὶ ἀοκνότατος. Οὔτε γὰρ ἐν τῇ πατρῴᾳ, οὔτε ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ οἰκίᾳ, ἤρθη εἰς ἀτασθαλίαν, ὁρῶν ἑαυτὸν παρὰ πάντων ἀγαπώμενον· οὐδὲ ἤλεγξεν ἐκείνης τὴν λαγνείαν, ἔχων τὸ μὲν κάλλος τοῦ ἔρωτος ἐκείνης ἀξιόπιστον μάρτυρα, τὴν δὲ εὔνοιαν τοῦ δεσπότου συναγωνιζομένην. Ὅς δὴ, τῆς κατηγορίας σφαγὴν ὠδινούσης, οὐδὲ μαστίξας εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν. Εἰ δέ τις νομίζει, διὰ τὸ μὴ δεδυνῆσθαι ἀμύνασθαι, πεφιλοσοφηκέναι ἐννοείτω, ὅτι οὐδὲ βασιλεύσας αὐτὴν (50) ἠμύνατο. Οὔτε οὖν συκοφαντηθεὶς ἤλεγξεν, οὔτε εἰς τὸ οἴκημα ἐμπεσὼν, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ἐκεῖσε ἐμπιστευθεὶς (51), μέγα ἐφρόνησε, καὶ τοὺς ἄλλους κατεπάτησεν· ἀλλὰ B καὶ ἐκούφισεν αὐτῶν, ὡς ἐνεδέχετο, τὸ τῆς λύπης ἄχθος, ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἴσως, ὅτι ἀδίκως ἐϐέϐλητο, καὶ περὶ ἐκείνων λογισάμενος. Εἰώθασι γὰρ ἅπαντες ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς, καὶ περὶ τῶν ἄλλων τὰς ψήφους φέρειν· μάλιστα δ' ἐκεῖνος, ὁ πανταχοῦ δοκίμια τῆς ἀρετῆς δεδωκὼς, ὡς χρυσὸς ἐν πυρὶ βασανισθεὶς, καὶ τῆς οἰκείας δείξας (52) τὰ γνωρίσματα. Καὶ τί λέγω, ἐν τῷ οἰκήματι; Ἔνθα καὶ τοῖς μὴ λίαν ἀναλγήτοις τίκτεταί τις ταπεινοφροσύνη καὶ ἐπιείκεια, ἢ ἐκ τοῦ συνειδότος, ἢ ἐκ τοῦ τόπου φυομένη, ὁπότε οὔτε ἐν τῇ βασιλείᾳ ἠλέγχθη· ἀλλὰ κἀκεῖ τὴν αὐτὴν πραότητα (53) ἐπεδείξατο, τρέφων μὲν Αἰγυπτίους, καὶ τοῖς πανταχόθεν ἥκουσι χεῖρα σωτηρίας (54) ὀρέγων· τοὺς δὲ ἀδελφοὺς οὐ μόνον οὐκ C ἀμυνόμενος, ἀλλὰ καὶ εὐεργετῶν. Ὢ τῆς ἀρετῆς, καὶ δοῦλον μεγαλόφρονα ἐπιδειξάσης, καὶ βασιλέα ταπεινόφρονα! ὢ (55) τῆς ἀπανταχοῦ τὰ οἰκεῖα τεκμήρια σημηναμένης! ὢ τῆς ἀταπεινώτου μὲν ἐν συμφοραῖς, ἐπιεικοῦς δὲ ἐν ὑπεροχαῖς! ὢ τῆς μήτε τῇ ἀσελγείᾳ ἡττηθείσης, μήτε ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ δυσχερανάσης! ὢ τῆς πᾶσι μὲν βασιλικῶς, τῇ δ' ἡδονῇ τυραννικῶς χρησαμένης! ὢ τῆς καὶ εἰς ἀνάγκην ἐμπεσούσης διηγήσασθαι τὰ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἐρυθριασάσης τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, ἵνα μὴ δόξῃ στέφανον σωφροσύνης ἑαυτῇ περιτιθέναι! Οὔτε γὰρ τῶν ἀδελφῶν τὴν ἐπιϐουλὴν ἐξέφηνεν, οὔτε τὸν τῆς Αἰγυπτίας ἔρωτα· ἀλλ' ἔφη· « Κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑϐραίων, καὶ ὧδε ἐποίησα οὐδὲν κακόν· ἀλλ' ἐνέϐαλόν με εἰς τὸν τόπον τοῦ λάκκου τούτου. » Δι- D καίως ἄρα ὁ τῆς σωφροσύνης νομοθέτης καὶ πρύτανις ἐϐράϐευσεν αὐτῷ τὸν στέφανον, ἀπόϐλεπτον μὲν τοῖς πάλαι, ἀοίδιμον δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα ἀποφήνας.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(50) Ed. Paris. ὅπου δὲ βασιλεὺς ἀμυνάτω αὐτή. Sequimur lectionem codicis Vaticani. EDIT.

(51) Pro ἐμπιστευθεὶς idem habet ἐγχειρισθείς. Vers. seq. ἐκούφισεν auget in ἐπεκούφισεν et vers. inde 2 pro ἐϐέϐλητο scribit ἐμϐέϐλητο. POSSIN.

(52) *Τῆς οἰκείας δείξας*. Videtur aliquod nomen substantivum deesse, cui adjiciatur οἰκείας, nisi forte pro eo legendum ἐπιεικείας. RITT. — Inter οἰκείας et δείξας cod. Vat. inserit εὐγενείας. POSSIN.

(53) Post πραότητα cod. Vat. addit καὶ ἡμερότητα. POSSIN.

(54) *Χεῖρα σωτηρίας*. F. legend. σωτήριον. Illud *manum salutis præbere* Hebraismum sapit. RITT.

(55) Cod. Vat. ὢ mutat in ὡς, et vers. seq. σημηναμένης auget in κατασημην. POSSIN.

quæ neque libidine superata est, neque calumniam indigne tulit! O virtutem, quæ cæteris quidem omnibus regum in morem, sola autem voluptate tyrannice usa est! O virtutem, quæ etiam postquam in extremam incidit necessitatem, erubuit ea commemorare quæ sibi acciderunt, atque ita veritatem dicere, ne coronam castitati debitam sibi ipsi imponere velle videatur! Nam neque fratrum insidias exposuit: neque ut esset ab Ægyptia impudice amatus: sed hoc tantum dixit: « Furto subreptus sum ex terra Hebræorum, et hic non feci quidquam mali; sed conjecerunt me in locum lacus hujus [55]. » Quæ cum ita sint, castitatis legislator et præses ac remunerator, jure ac merito ipsi contulit præmii loco coronam, quæ et iis qui olim ante nos vixerunt, conspicua fuit, et erit celebris etiam ad omnem quæ futura est posteritatem.

Π'. — ΑΡΣΕΝΟΥΦΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Περὶ τοῦ Ἀποστόλου, ὅτι « Σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος. »

« Σκεῦός ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, » περὶ Παύλου φησὶν ὁ Χριστὸς, ὅτε τὸ ἀποστολικὸν αὐτῷ κήρυγμα (56) ἐνεχείρισεν. Οὐ γὰρ ἂν, ὑπὲρ ἧς τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα ἐξέχεεν Ἐκκλησίας, ταύτην φέρων παραδέδωκε διδασκάλῳ μὴ μέλλοντι τὴν ἀρετὴν ἀντίῤῥοπον συνοίσειν τῇ χάριτι· ἀλλ' οὐδὲ ταύτην ἐποιεῖτο τὴν μαρτυρίαν, μὴ συμβαίνουσαν ὁρῶν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος. Τρέχειν γὰρ τὸ κήρυγμα πανταχοῦ ἐβούλετο, οὐ μόνον τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τῶν κηρυττόντων νευρούμενον. Τὰ μὲν γὰρ σημεῖα καὶ ὑπόνοιαν δύναται δέξασθαι πονηράν (57)· βίος δὲ ὀρθὸς, καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου ἐμφράττει τὸ στόμα. Μὴ τοίνυν ἐκ τῶν σημείων μόνον νομιζέσθωσαν (58) κεκρατηκέναι τὸ κήρυγμα, οἱ μηδεμίαν βίου ὀρθοῦ βουλόμενοι ποιεῖσθαι πρόνοιαν. Συνέπραττε γὰρ τοῖς γινομένοις καὶ λεγομένοις καὶ ὁ τῶν κηρυττόντων βίος, μηδεμίαν λαβὴν διδούς. Εἰ τοίνυν καὶ νῦν ὁ τῶν ὑφηγητῶν βίος ἡμιλλᾶτο τῇ ἀποστολικῇ πολιτείᾳ, ἴσως μὲν καὶ σημεῖα ἐγίνετο ἄν. Εἰ δὲ καὶ μὴ ἐγίνετο, ἤρκει πρὸς φωτισμὸν τῶν ὁρώντων.

LXXX. — ARSENUPHIO LECTORI.

De Apostolo, « Vas electionis mihi est iste [56]. »

« Vas electionis (id est electum) mihi est iste, » de Paulo inquit Christus, quando apostolicum ipsi præconium committebat. Neque enim Ecclesiam, pro qua pretiosum sanguinem suum effuderat, magistro temere tradidisset tali, qui virtutem industriamque suam parem et respondentem gratiæ allaturus non esset: sed neque hoc testimonium ei perhibuisset, si non vidisset paribus velut passibus progredientem ipsius animi promptitudinem cum ipsa rei magnitudine. Ubique enim locorum currere volebat præconium, non solum sermone, sed et moribus præconium facientium velut quibusdam nervis compactum. **457** Nam miracula quidem etiam suspicionem pravam recipere possunt (quasi scilicet a dæmone potius quam a Deo patrentur). Vita autem recta ipsius etiam diaboli os obturat. Quare qui nullam vitæ probæ curam suscipere volunt, non est quod existiment, per sola mira effectum fuisse, ut præconium (Evangelii) obtineret. Cooperabatur enim illis quæ fiebant ac dicebantur, etiam vita præconium illud facientium, nemini ullam reprehendendi ansam præbens. Si igitur hodieque vita doctorum Ecclesiæ apostolicam illam vivendi rationem æmularetur, fortasse miracula etiam fierent. Sin autem et nulla fierent, sufficeret ad illuminandos spectatores vel sola vita.

ΠΑ'. — ΝΕΜΕΣΙῼ ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝῼ.

Εἰς τὸ, « Πάντα, ὅσα ἂν εἴπῃ ὁ Κύριος, ποιήσομεν, καὶ ἀκουσόμεθα (58). » Καὶ εἰς τὸ, Ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. » Καὶ εἰς τὸ, « Οὐ δύναται δένδρον πονηρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. »*

Σὺ μὲν ἴσως ἀλλόκοτον νομίζεις τὴν φωνὴν, ἅτε παρὰ Ἰουδαίων, τῶν μηδὲν ὀρθὸν μήτε λεγόντων μήτε πραττόντων, ῥηθεῖσαν· ἐγὼ δὲ, ἐπειδὴ ὁ νομοθέτης αὐτοὺς εἰς τοῦτο οὐ κατεμέμψατο, ἡγοῦμαι, ὅτι (59) ἃ χρὴ μανθάνοντας πράττειν, ταῦτα διὰ τοῦ

LXXXI. — NEMESIO MAGISTRIANO.

In illud: « Omnia quæcunque dixit Dominus, faciemus, et audiemus [57]. » Nec non in illud Pauli dictum: « Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus [58]. » Item in illud Christi: « Non potest arbor mala fructus bonos facere [59]. »

Tu quidem fortassis absurdam existimas esse vocem, tanquam a Judæis, nihil recti sanique vel dicentibus vel facientibus, prolatam. At ego, quia legislator ipsos in eo non reprehendit, sic arbitror: quoniam quæ discendo facere oportet, ea faciendo

[55] Gen. XL, 15. [56] Act. IX, 15. [57] Deut. V, 27. [58] I Cor. II, 14. [59] Matth. VII, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56) Pro κήρυγμα idem cod. legit χάρισμα et vers. post 3 ἀντίῤῥοπον mutat in ἀντίπαλον. POSSIN.

(57) Jac. Cujacius ad c. 52, *Venerabili*, ex l. *De testib.* distinguit inter miracula et mira, seu mirabilia, ut illa sint solius Dei opera, quæ vel per se vel per homines contra naturam facit; ista vero etiam a dæmone aut homine præstigiatore patrari possint. RITT.

(58) Idem scribit νομιζέτωσαν pro νομιζέσθ. et vers. inde 3 post μηδεμίαν addit μηδενί. POSSIN.

(58*) *Καὶ ἀκουσόμεθα*. Neque in Hebræis fontibus hoc habetur, neque in Latino interprete. Qualia plura in Græc. Bibl. lectione notavi. Et est illustre exemplum etiam Proverb. Salom. c. XXVII, v. 19, de quo vide infra epist. 114. RITT.

(59) Inter ὅτι et ἃ χρὴ cod. Vat. 650 inserit τάχα ἐπειδή. Vers. post quinto, προηγούμενοι recte mutat idem in προῃρημένοι. POSSIN.

discimus; idcirco bene dictum esse: « Omnia quæcunque dixit Deus, faciemus, et audiemus. » Nam illi quidem, qui aliam quampiam rem discunt, probabili ordinis ratione prius audiunt, deinde faciunt; qui vero divina præcepta in opus actumque producere student, ab ipsa actione discunt, non tam oratione, quam actione et opere cognitionem pariente. Re enim vera virtutis cultor per ipsam exercitationem instituitur ad virtutem, et quodammodo discit, eam et utilissimam esse, et decentissimam honestissimamque, et maxime conservantem naturæ, et utiliter sancitam. Atque hac quidem de re hactenus dixisse sufficiat. Illud autem: « Non potest arbor mala fructus bonos facere, » non tollit pœnitentiam; sed redarguit commorationem in consuetudine vitiorum. Nam dum mala est, non potest fructus ferre bonos: ubi vero mutata fuerit atque conversa ad virtutem, tunc feret. Si enim de arboribus (naturalibus) sermo fuit Salvatori, tua vincat ratio. Sin autem de hominibus loquitur, ac exemplo sive similitudine usus est (nam quod arboribus est natura, id nobis est libera voluntatis electio) evertatur, et accedat veritati, tua suspicio. Nam qualis arbor esse tibi videtur Petrus? Bona. At quomodo (Christum) abnegavit? Malane? At quo pacto omnis terra et nullum non mare ipsius certamina et tropæa canit? Qualis deinde arbor tibi videtur Judas? Mala? At quomodo apostolico honore dignus est habitus? Bona? At quo pacto (Christum) prodidit? **458** Verum si omnes, quæ in hominibus contigerunt, mutationes in medium producere coner, imprudens magnam orationis copiam produxero. Quocirca tibi (exempla) illa (mutationum) relinquens ex sacris Litteris privato studio colligenda, ad interpretationem apostolici dicti me conferam: « Animalis (homo) quamvis inpræsentiarum (quatenus scilicet et quandiu talis manet) non percipiat ea quæ sunt spiritus; » at certe percipiet (tunc nimirum, ubi animalis esse desierit). Et rursum: « Non potest intelligere. » Non dixit, Non poterit. Quemadmodum enim si quis ferrum ignitum videat, et dicat: Non potest frigidum esse; poterit autem frigidum fieri: sic etiam res habet in iis quæ dicta sunt. Alterum enim præsentis est temporis; alterum futuri.

A πράττειν μανθάνομεν, διὰ τοῦτο εὖ εἰρῆσθαι· « Πάντα ὅσα εἶπε Κύριος, ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα. » Οἱ μὲν γὰρ ἄλλο τι μανθάνοντες εἰκότως ἀκούουσι, καὶ τότε ποιοῦσιν· οἱ δὲ τὰς θείας ἐντολὰς εἰς ἔργον φέρειν προηγούμενοι, ἀπὸ τῆς πράξεως μανθάνουσιν, οὐ τοῦ λόγου τοσοῦτον, ὅσον τῆς πράξεως τὴν γνῶσιν τικτούσης (60). Τῷ ὄντι γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς ἀσκητὴς δι' αὐτῆς τῆς ἀσκήσεως παιδεύεται τὴν ἀρετὴν, καὶ τρόπον τινὰ μανθάνει, ὅτι χρησιμωτάτη καὶ πρεπωδεστάτη καὶ φυλακτικωτάτη ἐστὶ, καὶ συμφερόντως νενομοθέτηται. Καὶ περὶ μὲν (61) τούτου ἅλις. Τὸ δὲ, « Οὐ δύναται δένδρον πονηρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν, » οὐ τὴν μετάνοιαν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ διατριβῇ τῆς κακίας διαμονὴν (62) κωμῳδεῖ. Πονηρὸν γὰρ ὄν, οὐ δύναται καρποὺς φέρειν ἀγαθούς· μεταβληθὲν δὲ εἰς ἀρετὴν, οἴσει. Εἰ μὲν γὰρ περὶ δένδρων B ἦν ὁ λόγος τῷ Σωτῆρι, κρατείτω ὁ σὸς λόγος· εἰ δὲ περὶ ἀνθρώπων, ὑποδείγματι δὲ ἐχρήσατο (ὅπερ γὰρ ἡ φύσις ἐκείνοις, τοῦθ' ἡμῖν ἡ προαίρεσις), ἀνατρεπέσθω ἡ ὑπόνοια· ὁποῖον γὰρ εἶναί σοι δοκεῖ δένδρον ὁ Πέτρος; Καλόν; Καὶ πῶς ἠρνήσατο; Κακόν; Καὶ πῶς πᾶσα γῆ τε καὶ θάλασσα τοὺς ἄθλους αὐτοῦ ᾄδει καὶ τὰ τρόπαια; Ὁποῖον δὲ Ἰούδας; Κακόν; Καὶ πῶς τῆς ἀποστολικῆς (63) ἠξιώθη τιμῆς; Καλόν; Καὶ πῶς προὔδωκεν; Ἀλλ' εἰ πάσας τὰς γεγενημένας μεταβολὰς ἐν ἀνθρώποις εἰς μέσον ἀγάγοιμι, λάθοιμι πλῆθος λόγων ἐπεισαγαγεῖν. Διόπερ ἐκεῖνά σοι (64) παρεὶς ἀναλέξασθαι ἐκ τῶν Γραφῶν, ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ χωρήσω· « Ὁ ψυχικὸς, εἰ καὶ μὴ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, » ἀλλὰ δέξεται· οὐ γὰρ C εἶπεν· Οὐ δέξεται, ἀλλ', « Οὐ δέχεται. » Καὶ πάλιν· « Οὐ δύναται γνῶναι· » καὶ οὐχ εἶπεν, Οὐ δυνήσεται. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις σίδηρον πεπυρακτωμένον ἴδοι, καὶ εἴποι· Οὐ δύναται ψυχρὸς εἶναι, δυνήσεται δέ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων· τὸ μὲν γὰρ ἐνεστῶτός ἐστι χρόνου, τὸ δὲ μέλλοντος.

LXXXII. — ATHANASIO.

Non fuisse ex usu nostro, omnium rerum cognitionem nos habere.

Equidem hoc ipsum quoque quod tu absurdum esse dicis, magnæ et singularis cujusdam sapientiæ opus esse censeo. Nam si omnia fuissent clara ac

ΠΒ'. — ΑΘΑΝΑΣΙΩ.

Ὅτι οὐκ ἦν συμφέρον, τῶν πάντων γνῶσιν ἔχειν ἡμᾶς.

D Σοφὸν ἔγωγε καὶ τοῦτ' εἶναι ἡγοῦμαι, ὃ σὺ φῂς παράλογον. Εἰ μὲν γὰρ πάντα ἦν δῆλα (65), ποῦ τῇ συνέσει ἐχρησάμεθα, μὴ οὔσης ζητήσεως; Εἰ δὲ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(60) *Τῆς πράξεως τὴν γνῶσιν τικτούσης.* Eodem sensu Greg. Nazianz. auream hanc nectit catenam in oratione *Εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον*· Χρυσῆ ὄντως σειρὰ πλέκεται ὅταν τις βίῳ μὲν ὁδηγῷ, θεωρίᾳ δὲ σφραγῖδι βίου χρῆται. Idemque Theologus alibi τὴν πρᾶξιν θεωρίας πρόξενον appellat. Sic habet ordo in rebus divinis: credendum prius, et faciendum, quam intelligentiam earum liceat consequi. Ritt.

(61) Cum sequentib. confer ep. 72 lib. ii. Id.

(62) Pro διαμονὴν scribit idem παραμονήν. Possin.

(63) Ἀποστολικῆς mutat idem in ἀποστολῆς et post ἠξιώθη omittit τιμῆς. Id.

(64) *Ἐκεῖνά σοι.* Malim ἐκείνας, nisi quis dicat saltum fieri ex gen. fem. in neut. Sed præstare videtur ἐκείνας, ut referatur ad μεταβολάς. Ritt.

(65) *Εἰ μὲν γὰρ πάντα ἦν δῆλα.* De sapientissimo temperamento quo Deus in Scripturis usus est, dum neque omnia plana atque obvia cuivis esse voluit, neque rursum omnia æque obscura, abdita atque abstrusa, præclare monent et alii SS. Patres, ex quibus nunc laudare placet Clementem Alex., Joann. Chrysostomum, Augustinum, et ejus discipulum Prosperum Aquitanicum. Ritt.

πάντα ἄδηλα, καὶ οὕτως ἀναπεπτώκειμεν ἄν, μὴ οὔσης εὑρέσεως. Νῦν δὲ διὰ τῶν δήλων, καὶ τὰ ἄδηλα τρόπον τινὰ καταλαμβάνεται. Εἰ δὲ διαφύγοι, καὶ οὕτως ἡμᾶς ὠφελεῖ, τὸ φύσημα ἡμῶν καταστέλλοντα.

A manifesta (in divinis Litteris), ubi prudentia usi fuissemus, remota inquisitione? Sin autem omnia fuissent obscura, sic quoque excidissemus (cognitione), cum nulla sit inventio. Nunc autem per ea quæ sunt clara, quodammodo etiam ea comprehenduntur, quæ sunt obscura et abdita. Quod si nostram illa cognitionem effugiant, sic quoque nobis utilitatem ea res affert (non pœnitendam) dum nimirum fastus noster hac ratione comprimitur.

ΠΓ'. — ΕΥΛΟΓΙῼ.

Περὶ ἀκαταλήπτου (66).

Τὰ μὲν ἐφικτὰ ῥᾴδιον θηρᾶται, ἅτε οὐ πολλῆς δεόμενα πραγματείας· τὰ δὲ δυσέφικτα, εἰ καὶ ἐργωδέστερα, ἀλλ' ὅμως ἁλωτὰ καθέστηκε· τὰ δὲ ἀνέφικτα, οὐδαμῶς ἁλώσιμα ὄντα, πόνον μὲν προξενεῖ τοῖς τολμῶσιν ἐπὶ θήραν ἐξελθεῖν· καὶ οἱῳδήποτε καιρῷ (67) πρᾶγμα πάσης θήρας κρεῖττον θηρᾷν ἐπιχειροῦντες, τοῦ τέλους διαμαρτάνουσιν.

LXXXIII. — EULOGIO.

De incomprehensibili.

Eæ quidem res, quæ comprehendi possunt, facilius investigantur, utpote non multo negotio indigentes; quæ vero ægre comprehendi queunt, tametsi operosiores sint, attamen ejusmodi sunt, ut capi tandem possint; quæ vero plane comprehendi nequeunt, B ejus videlicet naturæ, ut captum omnem effugiant, eæ laborem quidem ac molestiam illis conciliant, qui ad earum investigationem sese contulerint: at qui quovis tempore rem omni captu superiorem venari aggrediuntur, fine (ac voto suo) excidunt.

ΠΔ'. — ΛΟΥΚΙΑΝῼ (68).

Κακὸν μὲν τὸ ἀδικεῖν· κάκιον δὲ τὸ ἀδίκως ψηφίζεσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ἐλπίδα βοηθείας καταλιμπάνει τῷ ἀδικηθέντι· τὸ δὲ καὶ ταύτην ἀφαιρεῖται, βεβαιῶσαν τὸ ἀδίκημα. Μήτ' οὖν ἀδικῶμεν· μήτ', ἂν κριταὶ εὑρεθείημεν (69), ἀδίκως ψηφιζώμεθα.

LXXXIV. — LUCIANO.

Malum quidem est injuste agere: sed injustam ferre sententiam, id vero longe est deterius. Alterum enim spem auxilii relinquit ei qui injuria affectus est; alterum vero hanc ipsam spem aufert, et injustum factum corroborat. Quapropter neque injuste agamus, neque, si forte judices eligamur, injuste calculum feramus.

ΠΕ'. — ΗΡΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Εἰς τὸ, « Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι· τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. »

Κινδυνεύεις, ὦ σοφὲ, ἀγνοεῖν, ὃ πάντες ἴσασι· γέγραφας γάρ· Τί ἐστι, « Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται; » Ὅτι γὰρ πάντες τοῦτο ἴσασιν, οὐ μόνον οἱ τῶν ἱερῶν χρησμῶν τρόφιμοι, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδαμῶς τούτων (70) ἐντετυχηκότες, μαρτυρεῖ καὶ Δημοσθένης λέγων· Ὡς ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπόντα ἔργα ἔχῃ, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν (71). Καὶ οἱ ἔξωθεν δὲ νομοθέται οὐκ ἀπὸ ῥημάτων, ἀλλὰ ἀπὸ πραγμάτων τοὺς ἐπὶ καθοσιώσει κρινομένους κολάζουσιν (72). Ὁ δὲ Χριστὸς δύο προ-

LXXXV. — HERONI SCHOLASTICO.

C *In illud Pauli dictum, « Profitentur se nosse Deum, factis autem negant* [60]. *»*

Tu vero, o sapiens, ignorare mihi videris id quod omnes norunt. Per litteras enim quæsivisti, quid sibi velit illud: « Deum se nosse profitentur; factis autem negant? » Nam quod omnes hoc sciant, non solum sacrorum oraculorum alumni, sed etiam illi quibus hæc nullo modo contigit cognoscere, etiam Demosthenes suo confirmat testimonio, dum ait: **459** Quam omnis oratio, si absint facta, vanum quiddam atque inane est. Quid, quod etiam qui extra Ecclesiam sunt legislatores in eos qui judicium

[60] Tit. I, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(66) *Περὶ ἀκαταλήπτου.* Confer Joannem Chrysostomum *De incomprehensibili Dei natura.* Ritt.

(67) *Καὶ οἱῳδήποτε καιρῷ.* Malim, οἱ δὲ οἱῳδήποτε. Ritt.—Verba καὶ οἱῳδήποτε καιρῷ cod. Vat. omittit, loco illorum hæc ponens, κέρδος δὲ οὐδὲν πρ. Possin.

(68) Non Λουκιανῷ sed Λουκᾷ λαμπροτάτῳ hæc ep. inscribitur in cod. Vat. 650. Possin.

(69) *Εὑρεθείημεν.* F. legend. αἱρεθείημεν. Ritt.

(70) Pro τούτων scribit τούτοις cod. Vat. 650. Id. Versu post secundo, pro ἂν ἀπόντα ἔργα ἔχῃ cod. idem scribit ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα. Possin.

(71) Demosthenica hæc sententia totidem fere verbis exstat *Olynthiaca* 2: Ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. Et brevius extrema oratione ad epistolam Philippi: Ἅπας λόγος μάταιός ἐστι πράξεων ἄμοιρος γενόμενος. Nec mihi dubium est, quin ex iisdem Demosthenicis etiam suum hoc distichon fecerit, quisquis ejus auctor est, quod exstat lib. I *Antholog.*, tit. 44, *Εἰς λογογραφίαν*, ἤτοι ἐποποιίαν·

D Πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος, ὁ μὴ τετελεσμένος ἔργῳ,
Καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.

Quod sic reddidi:

Omnis inanis abit viduata oratio factis:
Tu vero, o sapiens, ignorare mihi videris id quod omnes norunt. Per litteras enim quæsivisti, quid sibi velit illud: « Deum se nosse profitentur; factis autem negant? » Nam quod omnes hoc sciant, non solum sacrorum oraculorum alumni, sed etiam illi quibus hæc nullo modo contigit cognoscere, etiam Demosthenes suo confirmat testimonio, dum ait: **459** Quam omnis oratio, si absint facta, vanum quiddam atque inane est. Quid, quod etiam qui extra Ecclesiam sunt legislatores in eos qui judicium

[60] Tit. I, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(66) *Περὶ ἀκαταλήπτου*. Confer Joannem Chrysostomum *De incomprehensibili Dei natura*. RITT.

(67) *Καὶ οἱῳδήποτε καιρῷ*. Malim, οἱ δὲ οἱῳδήποτε. RITT.—Verba καὶ οἱῳδήποτε καιρῷ cod. Vat. omittit, loco illorum hæc ponens, κέρδος δὲ οὐδὲν πρ. POSSIN.

(68) Non Λουκιανῷ sed Λουκᾷ λαμπροτάτῳ hæc ep. inscribitur in cod. Vat. 650. POSSIN.

(69) *Εὑρεθείημεν*. F. legend. αἱρεθείημεν. RITT.

(70) Pro τούτων scribit τούτοις cod. Vat. 650. ID. Versu post secundo, pro ἂν ἀπόντα ἔργα ἔχῃ cod. idem scribit ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα. POSSIN.

(71) Demosthenica hæc sententia totidem fere verbis exstat *Olynthiaca* 2: Ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. Et brevius extrema oratione ad epistolam Philippi: Ἅπας λόγος μάταιός ἐστι πράξεων ἄμοιρος γενόμενος. Nec mihi dubium est, quin ex iisdem Demosthenicis etiam suum hoc distichon fecerit, quisquis ejus auctor est, quod exstat lib. I *Antholog.*, tit. 44, *Εἰς λογογραφίαν*, ἤτοι ἐποποιίαν·

D Πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος, ὁ μὴ τετελεσμένος ἔργῳ,
Καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.

Quod sic reddidi:

Omnis inanis abit viduata oratio factis:
Et ducit quævis actio verba in opus.

Priorem versum variata oratione sic quoque possis exprimere:

Pondere verba carent, nisi vocem facta sequantur.
vel:
Omnis, cui desunt res, est oratio vana.
vel:
Verba, quibus desunt res factaque, cassa feruntur.

Eodem pertinet ista quoque ejusdem summi oratoris sententia IV Philippica mox ab initio: Εἰκότως τὰ ἔργα τοὺς λόγους παρέρχεται, καὶ προσέχουσιν ἅπαντες, οὐχ οἷς εἶπέ ποτέ τις δικαίοις, ἀλλ' οἷς ποιεῖ. Confer Isidor. ep. 342 libri I et passim alibi. RITT.

(72) Læsæ majestatis crimen non verbis, sed fa-

imminutæ majestatis subierunt, non ob verba dictaque, sed ob facta animadvertunt: Christus autem cum duos unius patris filios proposuisset, quorum unum, cum audivisset (mandatum paternum) in vineam abeundum, et ibi opus faciendum esse, qui promiserat quidem se iturum, non tamen ivit, reprehendit: alterum autem, qui non promiserat, sed tamen opus fecit, approbavit. Non enim verbis melius, quam factis sententiæ animorum æstimantur. Verbi gratia, Deum esse confiteris. Recte tu quidem dixisti. Est enim revera Deus. Sed exiguum quiddam est oratio, nisi ab operibus accedat testimonium. Nam si Deum verbis professus, ea tamen facias, quæ quis fecerit, qui cogitet Deum nullum esse, quomodo, quæso, non ipsum opus redarguet dictum, et mores, falsitatis convincent orationem? Quare per ea quæ facis, Deum esse profitere, ut et sermo et mores hoc prædicent, et qui audiunt, persuadeantur. Quod si usque ad orationem constiteris, actionis autem et officii parvam duxeris, equidem non capio orationem, quæ absque tua effectione ejus quod deceat, auditoribus possit persuadere.

θεὶς ἑνὸς πατρὸς παῖδας, τὸν μὲν ἀκούσαντα, εἰς τὸν ἀμπελῶνα ἀπελθεῖν, καὶ ἐργάσασθαι, ὑποσχόμενον μὲν, μὴ ἀπεληλυθότα δὲ, ἐμέμψατο· τὸν δὲ μὴ ἐπαγγειλάμενον (73), ἐργασάμενον δὲ, ἀπεδέξατο. Οὐ γὰρ τοῖς ῥήμασιν αἱ γνῶμαι, τοῖς δὲ δρωμένοις ἄμεινον κρίνονται. Οἷον, Θεὸν ὁμολογεῖς εἶναι· καλῶς μὲν ἔφης· ἔστι γάρ. Ἀλλὰ μικρὸν ὁ λόγος, μὴ τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων μαρτυρίας προσούσης. Ἐὰν γὰρ Θεὸν ὁμολογῶν εἶναι, πράττῃς ἅπερ ἂν τις πράξῃ ἐννοῶν μὴ εἶναι Θεὸν, πῶς οὐ τὸ ἔργον ἐλέγξει τὸ ῥῆμα, καὶ ὁ τρόπος παραγράψεται τὸν λόγον; Δι' ὧν τοίνυν πράττεις, ὁμολόγει Θεὸν εἶναι· καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ τρόπος τοῦτο κηρύττῃ, καὶ οἱ ἀκούοντες πείθωνται· ἐὰν δὲ ἄχρι τοῦ λόγου σταίης, περὶ δὲ τὸ πράττειν τὸ δέον (74) ὀλιγωροίης· οὐ χωρῶ λόγον, ὅστις, ἄνευ τοῦ ποιεῖν σε ἃ προσήκει, δυνηθήσεται τοὺς ἀκούοντας πεῖσαι.

LXXXVI. — PAULO.

In illud, « Oculum pro oculo, » et quæ sequuntur[61].

Prope est, ut ignores, etiam illa legis capita, quæ crudelitatis plena esse videntur, humanitatem atque mansuetudinem spirare. Nam quod lege cautum est, ut oculus pro oculo excludatur, non est crudele, neque immane; sed siquidem is sensus, qui prima fronte apparet, accipiatur, justitia plenum est; si vero interior sensus expendatur, etiam humanitate, ut aiebam, refertum est. Nam ut eum, qui alteri quid inique facere meditatur, compescat metu similis perpessionis, et ita improbitatem reprimat, ideo hoc jure meritoque ita sancivit.

ΠϚʹ. — ΠΑΥΛῼ.

Εἰς τὸ, « Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ὅτι καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἀπάνθρωπα τοῦ νόμου, ἡμερότητα πνεῖ· τὸ γὰρ νενομοθετῆσθαι· « Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ » ἐκκολάπτεσθαι (75), οὐκ ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον, ἀλλὰ δικαιοσύνης μὲν γέμει ἐκ τοῦ προχείρου λαμβανόμενον· νοούμενον δὲ, καὶ φιλανθρωπίας, ὡς ἔφην. Ἵνα γὰρ τῷ φόβῳ τοῦ παθεῖν τὸν μέλλοντα δρᾷν σωφρονίσῃ, καὶ ἀναστείλῃ τὴν κακίαν (76), τοῦτο εἰκότως διηγόρευσεν.

LXXXVII. — PANELLENIO.

Ex lib. qui Exodus inscribitur: « Petat unusquisque a vicino vasa argentea et aurea[62], *» etc.*

Illud ipsum quoque, quod objectum ais tibi fuisse ab illo qui tecum disputavit, summam spirat justitiam. Quia enim Ægyptii Hebræis longo tempore servientibus nullam reddiderunt mercedem, idcirco fons justitiæ effecit, ut ea ab invitis exigeretur. « Propterea, inquit, unusquisque commodato sumat

ΠΖʹ. — ΠΑΝΕΛΛΗΝΙῼ.

Τῆς Ἐξόδου. « Αἰτησάσθω ἕκαστος παρὰ τοῦ πλησίον σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, » καὶ τὰ λοιπά.

Καὶ αὐτὸ, ὃ φῂς προβεβλῆσθαι τὸν πρὸς σὲ διενεχθέντα, δικαιοσύνης ἀκροτάτης πνεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς Ἑβραίοις (77) μακρὸν δουλεύσασιν οἱ Αἰγύπτιοι χρόνον τὸν μισθὸν οὐκ ἀπέδοσαν, ἄκοντας αὐτοὺς εἰσπραχθῆναι παρεσκεύασεν ἡ τῆς δικαιοσύνης πηγή. Διὰ τοῦτ', ἔφη, χρησάσθω ἕκαστος παρὰ τῆς γείτονος

[61] Exod. xxi, 24. [62] Exod. iii, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ctis committitur: facta, inquam, hic puniuntur, non verba. Vid. l. unica. C. *Si quis imperatori maledixerit*. Cornel. Tacitus lib. i *Annal.* de Tiberio: « Legem majestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem; sed alia in judicium veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica majestatem pop. Rom. minuisset, facta arguebantur, dicta impune erant. » RITT.

(73) Cod. Vat. post ἐπαγγειλάμενος addit μέν. Vers. post 3, μικρὸν mutat in μικρός. Vers. inde 5, inter εἶναι et καὶ idem inserit ἵνα. POSSIN.

(74) Idem τὸ δέον vertit in τὰ δέοντα. ID.

(75) Cod. Vat. 650 pro ἐκκολάπτεσθαι suggerit ἐκκόπτεσθαι. Vers. antep. τῷ mutat in τό. ID.

(76) Similiter Isidor. noster ep. 133 lib. ii et inf. ep. 209, ἐν τῷ φόβῳ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν προαναστέλλων τὸ κακόν. RITT.

(77) *Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς Ἑβραίοις*. Confer Isidor. lib. i epist. 196. Sic et alii SS. Patres excusant, imo justum pronuntiant illud Hebræorum ab Ægyptiis ablatum spolium. ID.

αὐτοῦ καὶ συσκήνου σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ. » Εἰ μὲν γὰρ μὴ δουλεύσασι τοῦτο προσέταξεν, ἴσως ἄν τις ἄδικον τοῦτο ἐνόμισεν εἶναι. Εἰ δὲ τοὺς τὴν ἐλευθερίαν ἀφελομένους χρήμασιν ἀμύνασθαι ἐκέλευσεν, οὐ μόνον μὴ ἠδικῆσθαι ἐκείνους ἂν ἔγωγε φαίην, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἴσην τιμωρίαν ἀπῃτῆσθαι· ποῦ γὰρ ἴσον, χρημάτων στέρησις, καὶ ἐλευθερίας, ὑπὲρ ἧς οὐ μόνον τὰς οὐσίας προΐεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποθνήσκειν οἱ νῦν ἔχοντες ἐθέλουσιν;

A a vicina sua et contubernali vasa argentea et aurea. » Nam si quidem id præcepisset (Deus Hebræis) cum non serviissent, fortassis rem hanc injustam aliquis existimare potuisset. Sin autem eos qui libertate spoliati fuerant jussit vindicare hanc injuriam ablatis pecuniis, equidem illos (spoliatores libertatis) non solum non injuria ulla, sed ne quidem 460 sat gravi parique pœna affectos fuisse dixerim. Qui enim inter se comparari possint, pecuniarum ablatio, et libertatis spoliatio? pro cujus conservatione illi quibus cor sapit, non tantum opes, sed etiam vitam ac sanguinem profundere non recusant.

ΠΗ'. — ΖΩΙΛΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Περὶ λήθης.

Καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, καίτοι πνευματικοῖς κομῶν χαρίσμασι, τῆς ἀναγνώσεως οὐ μικρὰν ἐποιεῖτο σπουδήν. Διὸ καὶ τῷ θρέμματι αὐτοῦ τῷ περιβλέπτῳ ἔγραφε· « Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει. » Δεινὸν γὰρ μάλιστα τῷ γευσαμένῳ τῆς θείας σοφίας ἐστερῆσθαι ταύτης, οὐ μόνον τῆς μνήμης οὐ προσγινομένης, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπαρχούσης λήθῃ διολλυμένης. Αὕτη γὰρ μάλιστα ἡ δύναμις, εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν θεραπεύηται, ἀποφοιτᾷν πέφυκεν, ἀργίας καὶ ῥᾳθυμίας καὶ σκήψεως μὴ ἀνεχομένη (78). Ὅπερ οἱ πολλοὶ (78*) ἀγνοοῦντες, μᾶλλον δὲ τὴν οἰκείαν ἀμαθίαν περιστέλλοντες, κωμῳδοῦσι τοὺς φιλολόγους καὶ σοφούς, οὐκ εἰδότες ὅτι ἡ σοφία σοφοῖς φοιτηταῖς μάλιστα χαίρει.

LXXXVIII. — ZOILO PRESBYTERO.

De oblivione.

Ipse quoque Paulus, divinus ille vir, quantumvis B spiritualibus donis ornatus esset, lectioni tamen non parvam dedit operam. Quamobrem etiam conspicuo illi alumno suo scripsit : « Attende lectioni [63]. » Grave enim atque acerbum est ei qui divinam sapientiam gustavit, hac privari, memoria non solum nulla nova accessione aucta, sed etiam illa quæ fuit per oblivionem oblitterata ac pereunte. Hæc enim facultas vel maxime præ cæteris, nisi in dies singulos excolatur, abire solet, ignaviæ et socordiæ atque cunctationis impatiens. Quod cum ignorent multi, ac potius suam ruditatem foveant, litterarum studiosos ac sapientes derident ac traducunt, nescientes sapientiam sapientibus discipulis maxime gaudere.

ΠΘ'. — ΦΙΛΙΤΡΩ (79).

Εἰς τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ, « Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. »

Καὶ τῆς δυναστείας τὴν ἀπληστίαν, καὶ τῆς πενίας τὴν φιλοπραγμοσύνην κολάζων ὁ νομοθέτης, ἐθέσπισε· « Μὴ ἐλεήσεις πένητα ἐν κρίσει » οὐκ ἀπανθρωπίαν διδάσκων, ἀλλὰ τὴν κακουργίαν ἀναστέλλων, ἵνα μὴ τῇ πενίᾳ εἰς φιλοπραγμοσύνην καταχρήσωνται. Εἰ δὲ τὸν πτωχόν, τὸν τῷ δυσνουθετήτῳ θηρίῳ μαχόμενον τῇ πενίᾳ, ἀπεῖπεν ἐλεεῖσθαι, πολλῷ μᾶλλον τῶν πλουσίων τὴν ἀπληστίαν ἐκόλασεν.

C LXXXIX. — PHILITRO.

In id quod scriptum est in lege, « Pauperem non misereberis in judicio [64]. »

Et potentiæ inexplebilem cupiditatem, et paupertatis curiositatem castigans legislator, sanxit : « Non misereberis pauperem in judicio ; » non quasi qui crudelitatem doceat, sed qui maleficium reprimat et coerceat, ne homines paupertate ad curiositatem abutantur. Si autem pauperi, qui cum bellua non facile rationis imperium sequente colluctatur, misericordiam (in judicio) tribui interdixit : multo certe magis divitum insatiabiles cupiditates (eodem præcepto) compescere voluit.

Ϙ'. — ΑΛΥΠΙΩ.

Περὶ ἀναγνώσεως. Κατὰ Ἑλλήνων. Περὶ τῆς χάριτος τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας.

Καὶ τοῖς ἕως τῶν τῇδε ὁριζομένοις εἶναι τὰ πράγματα, μετριωτέρα (80), οἶμαι, ἡ τοῦ βίου τελευτὴ

XC. — ALYPIO.

De lectione (sacrarum Litterarum), contra paganos. D — De gratia divinitus inspiratarum Scripturarum, et de utilitate ex illis capienda.

Etiam ab iis, qui omnia hujus vitæ spatiis includunt, et cum ea terminari putant, tolerabilior vitæ

[63] I Tim. IV, 13. [64] Exod. XXIII, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(78) Præclarus locus de memoria, eam quotidianis exercitiis indigere quibus alatur et confirmetur, sine quibus perdatur. Quintil. lib. XI *Orator. instit.*, c. 2 : « Si quis, inquit, unam maximamque a me artem memoriæ quærat, exercitatio est, et labor : multa ediscere, multa cogitare, et, si fieri potest, quotidie, potissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. » RITT.

(78*) *Ὅπερ οἱ πολλοί.* Ita Græci vocant vulgus hominum : quibus οἱ χαρίεντες opponuntur, qui hic Isidoro sunt οἱ φιλολόγοι καὶ σοφοί. ID.

(79) Inscribitur in cod. Vat. 650 Φιλιτρίῳ, *Philitrio*. Vers. 3 cp. idem πένητα mutat in πτωχόν. POSSIN.

(80) Cod. Vat. μετριωτέρα mutat in μετριώτερον et vers. seq. pro ἐν τῇ ζωῇ scribit ἐν τῷ ζῆν, et mox post εἰς addit ἕτερος. ID.

exitus habetur, ut opinor, quam ruditas atque imperitia in vita. Quod si illis, multo magis nobis ita videri debet, qui in æternitatem tanquam scopum intenti sumus, et prudentiam in dies divinis oraculis acuere debemus.

A τῆς ἐν τῇ ζωῇ ἀμαθίας. Εἰ δ' ἐκείνοις, πολλῷ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς εἰς αἰῶνα τὸν σκοπὸν ἔχουσι, καὶ τὴν σύνεσιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀκονᾷν ἐκ τῶν θείων λογίων ὀφείλουσιν.

XCI. — HARPOCRÆ SOPHISTÆ.

De eadem re.

Varia ac multiplicia sunt hominum studia etiam circa dicendi genera. Nam alii quidem adamarunt atticismum veterem, alii vero perspicuam orationem atticismo potiorem ducunt. Aiunt enim : Quid utilitatis affert Attice loquendi studium **461** quando ea quæ dicuntur velut tenebris occultantur, aliisque indigent, qui ea in lucem proferant? Alii vero epopœia, id est heroico carmine, delectantur; alii gravitate tragœdiæ; alii blanditiis ac lenociniis comœdiæ; alii copia rhetoricæ capiuntur. Sed nec hi inter se consentiunt. Sunt enim qui sublimitatem Platonis amplectuntur; sunt qui Thucydidis gravitatem; sunt qui Isocratis tenuitatem; sunt qui Demosthenis vehementiam præferunt. Sic enim existimant omnes dicendi artes ipsum depastum esse, et gravitate, et acerbitate, et vehementia, et contentione certaminis, omnes quotquot unquam exstiterunt superasse. Rursum alii quidem Lysiæ genus dicendi apertum et protritum amant : alii contra Isæi orationem, quæ Isocratis quidem dictione convenientior est judiciis, sublimior autem quam Lysiæ. Alii denique Æschinis perspicuum et candidum dicendi genus probant. Cum igitur tam variæ sint ac dissentientes hominum opiniones, equidem non habeo dicere qui fieri possit, ut scriptor aliquis omnibus placeat. Itaque illi, ut qui ad gloriam respiciant, scribant ut ipsis libet. At sacra et cœlestia oracula, quoniam ad universi generis humani utilitatem pronuntiata scriptaque sunt, perspicuitate sunt temperata. Ex hac enim et illi qui aliis virtutibus orationum delectantur (sunt autem hi perquam rari) nihil quidquam detrimenti patiuntur, semel intelligentes ea quæ oraculis illis continentur : et omnes qui agriculturæ dant operam et artificiis et cæteris occupationibus vitæ distinentur, perspicuitate plurimum juvantur, dum et quid deceat, et quid justum et quid utile sit, in momento temporis discunt. In tantum enim compendium divina institutio contracta est, ut id quod quisque voluerit, virtutis esse terminum definierit. Sic enim ait : « Omnia quæ volueritis ut faciant vobis homines, et vos facite ipsis similiter.

ϞΑ'. ΑΡΠΟΚΡᾼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Πολύτροποι τῶν ἀνθρώπων καὶ αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀγαπῶσι τὸ παλαιῶς Ἀττικίζειν, οἱ δὲ τὸ σαφῶς εἰπεῖν τοῦ Ἀττικισμοῦ πρότερον ἄγουσι, λέγοντες· Τί τὸ κέρδος ἐκ τοῦ Ἀττικίζειν, ὅταν τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐν σκότῳ κρύπτηται, καὶ ἄλλων δέηται τῶν εἰς φῶς αὐτὰ ἀξόντων; Ἄλλοι δὲ χαίρουσι τῇ ἐποποιΐᾳ· καὶ ἕτε-
B ροι μὲν τῇ σεμνότητι τῆς τραγῳδίας, ἄλλοι δὲ τῇ στωμυλότητι τῆς κωμῳδίας· καὶ ἄλλοι τῇ ἁδρότητι τῆς ῥητορικῆς. Ἀλλ' οὐδὲ οὗτοι συμβαίνουσιν. Οἱ μὲν γὰρ τὸ ὕψος τοῦ Πλάτωνος ἀποδέχονται, οἱ δὲ τὴν Θουκυδίδου σεμνότητα (81)· καὶ οἱ μὲν τὴν Ἰσοκράτους λιτότητα (82), οἱ δὲ τὴν Δημοσθένους δεινότητα. Πάσας γὰρ αὐτῶν σεσιτῆσθαι (83) τὰς τῶν λόγων τέχνας οἴονται, καὶ ἐν τῷ δεινῷ καὶ πικρῷ καὶ παθητικῷ καὶ ἐναγωνίῳ πάντας ὑπερβάλλεσθαι (84). Καὶ οἱ μὲν τὴν Λυσίου φανερὰν ἅπασι καὶ τετριμμένην λέξιν ἀγαπῶσιν· οἱ δὲ Ἰσαίου, τὸ δικανικώτερον μὲν Ἰσοκράτους, ὑψηλότερον δὲ Λυσίου· οἱ δὲ Αἰσχίνου τὸ σαφὲς καὶ τὸ λευκόν. Τοσούτων οὖν ὄντων τῶν διαφερομένων, πῶς
C τις συγγραφέων πᾶσιν ἀρέσειεν, οὐκ ἔχω λέγειν. Οἱ μὲν οὖν πρὸς δόξαν ὁρῶντες, ὡς βούλονται γραφέτωσαν· οἱ δὲ ἱεροὶ καὶ οὐράνιοι χρησμοὶ, ἐπειδὴ πρὸς ὠφέλειαν πάσης τῆς ἀνθρωπότητος ἐῤῥέθησαν καὶ ἐγράφησαν, τῇ σαφηνείᾳ ἐκράθησαν. Ἐκ μὲν γὰρ ταύτης, οἱ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς τῶν λόγων χαίροντες (ὀλίγοι δ' εἰσὶν οὗτοι), οὐδὲν παραβλάπτονται, ἅπαξ νοοῦντες τὰ χρησθέντα· πάντες δ' οἱ γεωργίαις καὶ τέχναις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀσχολίαις τοῦ βίου σχολάζοντες, ὠφελοῦνται ἐκ τῆς σαφηνείας· καὶ τὸ πρέπον, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ συμφέρον ἐν ἀκαριαίᾳ καιροῦ ῥοπῇ μανθάνοντες. Εἰς τοσαύτην γὰρ συντομίαν ἡ θεία συνετμήθη παίδευσις, ὡς τὸ ἑκάστου βούλημα ὅρον εἶναι τῆς ἀρετῆς ἀποφήνασθαι· « Πάντα γὰρ, φησὶν, ὅσα ἂν
D θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. » Τί πρὸς ταύτην τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν συντομίαν καὶ τὴν σαφήνειαν οἱ Πλατωνικοὶ διάλογοι, ἢ [ἡ] Ὁμηρικὴ δέλτος, ἢ οἱ τῶν νομοθετῶν κώδικες, ἢ αἱ Δημοσθένους βίβλοι, ἢ ἡ τῆς τραγ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(81) *Τὴν Θουκυδίδου σεμνότητα.* Suidas : Χαρακτῆρες λόγων φραστικῶν, ὑψηλὸς, ἰσχνὸς, μέσος· ὁ δὲ Θουκυδίδης τὸν ὑψηλὸν ἐζήλωσεν, ὡς πρόσφορον τῇ οἰκείᾳ φύσει. Notum est illud de Thucydide : *Semel risit leo.* Cum Thucydide autem Demosthenem quoque confert Ulpianus cum alibi, tum in prolegom. ad *Olynthiacas* et *Philippicas*. Et quid mirum Demosthenem ipsius gravitatem expressisse, qui octies eum sua manu descripserit? Vide et Demetrium Phalereum *Περὶ ἑρμηνείας*. Ritt.

(82) Cod. Vat., λειότητα. Vers. seq., αὐτῶν in αὐτὸν mutat. Possin.

(83) *Αὐτῶν σεσιτῆσθαι.* Leg. αὐτὸν σεσιτῆσθαι. Ritt.

(84) *Πάντας ὑπερβάλλεσθαι.* Malim ὑπερβαλέσθαι. Id.

ῳδίας περιπέτεια, ἢ ἡ τῆς κωμῳδίας ὑπόθεσις; Κρινάτωσαν ὀρθῶς οἱ χλευάζοντες τὴν ἰδιωτείαν τῶν ῥημάτων, καὶ τὴν ψῆφον ἀδέκαστον οἴσουσι. Πόσους διαλόγους συνέγραψεν ὁ ἐλλογιμώτατος Πλάτων, δεῖξαι ἐθέλων, τί τὸ δίκαιον, καὶ μηδὲν σαφὲς φράσας, μηδὲ πείσας τινάς, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσὼν ἐτελεύτησε; Πόσα συνέγραψεν Ἀριστοτέλης, ἐναντιούμενος Πλάτωνι, καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ κωμῳδῶν; Ἀλλ' οὐδὲ αὐτός τι ὤνησε, πλὴν τοῦ μάχην λόγων τῷ βίῳ γεννῆσαι. Πόσα οἱ Στοϊκοὶ πρὸς Ἀριστοτέλην φραξάμενοι (85), συνέγραψαν; Ἀλλ' ἐσβέσθη κἀκείνων τὰ δόγματα. Συγκρινέτωσαν τοίνυν τοῖς λεγομένοις σοφοῖς τὴν τῶν θείων λογίων σαφήνειαν, καὶ παυέσθωσαν φλυαροῦντες, καὶ τὴν θείαν τῶν χρησμῶν φράσιν ἀποδεχέσθωσαν, οὐ πρὸς φιλοτιμίαν, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων βλέψασαν.

A Hæc enim est lex et prophetæ [65]. » Quid, quæso, sunt vel Platonici dialogi, vel Homericæ tabulæ, vel legislatorum codices, vel Demosthenis libri, vel tragœdiæ varii atque inopinati casus, vel comœdiæ argumentum, si ad hanc virtutem et brevitatem perspicuitatemque conferantur? Recte judicent, qui simplicitatem verborum in ludibrium trahunt: et calculum incorruptum ferent. Quot dialogos conscripsit eruditissimus Plato, dum conatur demonstrare, quid sit justitia? nec tamen quidquam potuit proferre quod esset perspicuum, aut persuadere quibusdam: quin etiam ipsa libertate cum excidisset, vita excessit. Quam multa scripsit Aristoteles, Platoni se opponens, ejusque dogmata traducens velut in comœdia? B Sed nec ipse quidquam utilitatis contulit, nisi quod pugnam verborum vitæ humanæ generavit. Quam multa Stoici adversus Aristotelem armati conscripserunt? **462** Sed horum quoque exstincta sunt dogmata. Comparent igitur cum iis qui sapientes perhibentur, divinorum oraculorum perspicuitatem, et desinant nugari, divinamque oraculorum dictionem amplectantur, quæ non ad ambitionem, sed ad utilitatem audientium respexit.

ϞΒ'. — ΠΕΤΡΩ.

Μὴ σκιαμάχει (86), ὦ φίλος· μηδὲ περὶ (87) τῶν τυχόντων φιλονεικῶν, ἐν τοῖς μεγίστοις καὶ καιρίοις σαυτὸν κατάβλαπτε· μηδὲ ζήλου τοὺς τὴν κάμηλον καταπίνοντας, καὶ τὸν κώνωπα διυλίζοντας.

XCII. — PETRO.

Noli, mi amice, cum umbris digladiari; noli, dum de rebus futilibus contentiones excitas, teipsum in maximis et capitalibus lædere: noli denique eos, qui camelum deglutiunt, et culicem percolant, æmulari.

ϞΓ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ (88).

Εἰς τὸ, « Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Μάλιστα μὲν πᾶσαι αἱ ὕβρεις οὐ (89) διὰ τὸν Χριστὸν γίνονται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ δι' ἡμᾶς αὐτούς, ἢ ἀδικοῦντας ἢ ἄλλο τι δρῶντας. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ δι' αὐτὸν μὲν γίνονται· ἀληθεῖς δέ εἰσι, καὶ οὐ πεπλασμέναι. Δύο τοίνυν ζητεῖ ὁ ἀκρότατος τῆς εὐδοκιμήσεως ὅρος, καὶ τὸ ψευδεῖς εἶναι τὰς ὕβρεις, καὶ τὸ δι' αὐτὸν γίνεσθαι. Εἰ δὲ θάτερον ἀπολειφθείη (90), θάτερον οὐκ ἀναιρεθήσεται μέν, οὐδ' ἀργήσει· ἄτοπον γὰρ τοῦτο· εἰς δὲ τὴν ἀκροτάτην μακαριότητα οὐ καταλήξει. Εἰ μὲν γὰρ διὰ τὸν Χριστὸν λοιδορούμεθα, ἀληθεῖς δέ εἰσιν αἱ ὕβρεις, ὑποτέμνεται ὁ μισθός. Εἰ δὲ μὴ διὰ Χριστὸν μέν, ψευδεῖς δ' εἰσί, πάλιν ὁ μισθὸς οὐ κορυφαιότατος. Ἔχει μὲν γὰρ ἑκάτερον μισθόν, ἀλλ' οὐ τοσοῦτον, ὅσον εἰ συναφθείη ἀμφότερον. Τὸ δέ, « Ἕνεκεν ἐμοῦ, » λέγων, οὐ ταπεινὰ περὶ ἑαυτοῦ παρίστησι νοεῖν,

XCIII. — DANIELI PRESBYTERO.

C *In illud, « Beati estis, cum probra vobis ingesserint homines [66], » etc.*

Primum quidem non omnes contumeliæ propter Christum inferuntur, sed aliquando etiam propter nosmetipsos, vel inique agentes, vel quid aliud facientes. Interdum vero propter Christum quidem inferuntur probra; sed tamen vera sunt, non conficta. Duo igitur (conjunctim) requirit supremus beatitatis et gloriæ terminus, nempe ut et falsæ sint contumeliæ, et propter ipsum fiant. Sin vero alterutrum horum desit, alterum non adolebitur sane, neque otiosum erit (absurdum enim hoc sit): verumtamen ad supremam beatitudinem non pertinget. Nam si quidem propter Christum convicia patimur, D sed vera tamen sunt probra, merces resecatur: sin autem non Christi quidem causa, sed tamen falsa sunt quæ nobis objiciuntur, rursum non erit suprema merces. Alterutrum enim (si sit

[65] Matth. VII, 12. [66] Matth. V, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(85) *Πρὸς Ἀριστοτέλην φραξάμενοι.* Confer locum plane geminum epist. 3 lib. II et ep. 55 h. lib. VI. RITT.

(86) *Μὴ σκιαμάχει.* Demosthenes extrema oratione *De pace*: Εὔηθες καὶ κομιδῇ σχέτλιον πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς πολεμῆσαι. Vide explicationem proverbii: *De umbra digladiari.* RITT.

(87) Cod. Vat., ὑπὲρ et vers. 3 pro κατάβλαπτε, κατάβλεπτε legit. POSSIN.

(88) Confer epist. 190, infra. RITT.

(89) Vers. 1 epist. οὐ quod erat post ὕβρεις cod. Vat. transfert, collocans inter μὲν et πᾶσαι. POSSIN.

(90) Idem cod. post ἀπολειφθείη addit θατέρου. Vers. post 2, pro καταλήξει habet κατατάξει. Vers. seq. εἰσιν mutat in ὦσιν· mox pro εἰσι scribit iterum ὦσι. ID.

solum) habebit mercedem, non tamen tantam, quanta foret, si utrumque conjungeretur. Dum autem ait: « Mea causa, » de se non humilia proponit sentienda, neque omnino mediocria, et creaturæ habentia dignitatem. Res enim despectui habenda est, talibus omnibus non ipsum Deum proponere tanquam scopum, sed propter ipsos talia facere, quasi qui per maxima certamina extremaque pericula studio digni sint.

A οὐδὲ δλως μέτρια, καὶ κτίσεως ἀξίαν ἔχοντα· ὑπέροπτον γὰρ, τοῖς τοιούτοις ἅπασι τὸ μὴ Θεὸν προτίθεσθαι σκοπὸν, ἀλλὰ δι' αὐτοὺς, ὡς καὶ δι' ἀγώνων μεγίστων καὶ ἐσχάτων κινδύνων ἀξιοσπουδάστους.

XCIV. — HELIÆ DIACONO.

In illud (Pauli dictum), « Itaque nolite ante tempus judicare [67]. »

Novi ego quosdam, qui cupiditate alterius cujusdam luxuriosæ voluptatis temperantiæ studerent; alios autem, qui insita naturæ vi ad eam partem cogitationes suas inclinarent. Et alios quidem, qui copiæ rerum felicitatisque impetrandæ causa Deum invocarent: alios vero qui solius pietatis ergo sanctimoniam colerent. Et alios quidem, qui quamvis ad injustitiam essent intenti, tamen justitiam tanquam velum quoddam iniquitati obducerent; alios vero, qui inclinationi propensionique ad justitiam ducem præficerent **463** rationem. Si igitur ego, cum sim ego vilis, et ad intelligentiam tardus, potui animadvertere quod multi mortales honestatis radices non in virtute fixerunt, sed ad aliud quippiam respicientes, honestatem coluerunt: quid de illa ineffabili sapientia (divina) existimabimus? Num illa indicibilis intelligentia, quæ omnes res novit antequam exsistant, sustinebit calculos ferre ex ramis tantum, radice contrarium in modum affecta? Equidem non sic existimo; sed et radices, et primitias fructuum, et impetus motusque et inclinationes animorum ad accuratum adducens examen, ex proprio suo, eoque incorrupto, judicio calculum feret. Jam expositum tibi satis arbitror apostolicum illum abs te propositum locum: « Itaque nolite ante tempus judicare. » Intellige, aut de rebus obscuris, quæ nec facile possunt investigari, aut de rebus indifferentibus, verbi gratia cibis: de quibus etiam Romanis scribens, multum verborum fecit. Nam de rebus manifestis et judicavit (Paulus), et judicare nobis præcepit:

ΡΔ'. — ΗΛΙᾼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ, « Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ κρίνετε. »

Οἶδα ἐγὼ τινὰς μὲν ἀκολασίας ἑτέρας ἐπιθυμίᾳ μελετῶντας σωφρονεῖν (91)· τινὰς δὲ, αὐτοφυεῖς πρὸς τὴν τούτου ῥοπὴν (92) τοὺς λογισμοὺς ἐπι-
B κλίναντας· καί τινας μὲν, εὐημερίας χάριν δεομένους (93) τὸ Θεῖον· τινὰς δὲ, εὐσεβείας ἕνεκα μόνης τὸ ἁγνὸν μετερχομένους· καί τινας μὲν εἰς ἀδικίαν βλέποντας, προκάλυμμα τῆς ἀδικίας τὴν δικαιοσύνην ἐπανῃρημένους· τινὰς δὲ, τῆς ἐπὶ τὸ δίκαιον φορᾶς ἡγεμόνα τὴν γνώμην ἔχοντας. Εἰ τοίνυν ἐγὼ, ἄνθρωπος ὢν εὐτελὴς, καὶ πρὸς σύνεσιν βραδὺς, ἐδυνήθην (94) καταλαβεῖν, ὅτι πολλοὶ τοῦ καλοῦ τὰς ῥίζας οὐκ ἀπὸ ἀρετῆς ἐπήξαντο, ἀλλὰ πρός τι βλέποντες ἕτερον, τὸ καλὸν ἐτίμησαν· ἡ ἄῤῥητος σοφία, ἡ ἄφραστος σύνεσις, ἡ ἐπισταμένη πάντα πρὶν γενέσεως, ἀνέξεται ἀπὸ τῶν κλάδων ἐνέγκαι τὰς ψήφους, τῆς ῥίζης ἐναντίως διακειμένης; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ καὶ τὰς ῥίζας καὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς ῥοπὰς καὶ τὰς ὁρμὰς τῆς ψυχῆς εἰς ἀκριβῆ βάσανον παρ-
C άγουσα, ἐκ τῆς οἰκείας κρίσεως τῆς ἀδεκάστου τὴν ψῆφον οἴσει. (95) Οἶμαι σεσαφηνίσθαι τὸ παρὰ σοῦ προβληθὲν ἀποστολικὸν χωρίον, « Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε. » Δῆλον δὲ, ὅτι ἢ περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀνιχνευομένων (96), ἢ περὶ τῶν ἀδιαφόρων βρωμάτων (97), περὶ ὧν καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων πολὺν ἀνάλωσε λόγον. Περὶ γὰρ τῶν δήλων καὶ ἔκρινε καὶ κρίνειν προσέταξε, καὶ ἐξέβαλε, καὶ ἐκβάλλειν τῆς Ἐκκλησίας ἐκέλευσε· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἀναμένειν παρεκελεύσατο, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος· ἄτοπον γὰρ, ἁρπάζειν τοῦ κριτοῦ τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν ψῆφον ἀκρίτως φέρειν, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν ταύτην τῷ κανόνι τῆς ἀληθείας (98).

[67] I Cor. IV, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(91) Pro σωφρονεῖν cod. Vat. habet τὸ σωφρον. Mox pro αὐτοφυεῖς scribit αὐτοφυῶς. POSSIN.

(92) *Τὴν τούτου ῥοπήν.* Malim τὴν τοιαύτην ῥ.

(93) Δεομένους idem cod. mutat in ἱλεουμένους. Vers. seq. pro τὸ ἁγνὸν, ponit τὸ ὅσιον. Vers. seq. pro ἀδικίας substituit παρανομίας. POSSIN.

(94) Pro ἐδυνήθην scribit idem cod. Vatic. 650 ἠδωρήθην. Vers. inde 4, inter πάντα et πρὶν inserit καί. POSSIN.

(95) Inter οἴσει et οἶμαι inserit idem cod. Εἰ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει. ID.

(96) *Ἢ περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀνιχνευομένων.* De temerariis atque intempestivis judiciis cavendis præclare Beda: « Sunt autem quædam facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant quæ et bono et malo fieri possunt: de quibus temera-
D rium est judicare, maxime ut condemnemus. » Et mox: « Duo sunt autem in quibus temerarium judicium cavere debemus: cum incertum est quo animo quidque factum sit, vel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nunc vel bonus vel malus appareт. » Admonitio, si unquam, hoc certe sæculo vel maxime necessaria. Similia vide apud Gregor. Nazianz. RITT.

(97) *Ἀδιαφόρων βρωμάτων.* Legendum forte et distinguendum ita, ἀδιαφόρων, οἷον βρωμ. ID.

(98) *Τῷ κανόνι τῆς ἀληθείας.* Intelligit Christum, cui Pater omne judicium tradidit: quique est via, veritas et vita. Alibi sacram Scripturam sic vocat, nimirum quia hæc de Christo testimonium perhibet ac salutis per ipsum consequendæ viam ac rationem tradit. ID.

et ejecit ex Ecclesia, et ejicere mandavit. At de rebus occultis exspectare jussit, quoad venerit Dominus. Absurdum enim est judicis dignitatem ac munus arripere atque invadere velle, et calculum absque judicio ferre, et non permittere eum regulæ veritatis.

ΡΕ'. — ΠΑΥΛΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Εἰς τὸ, « Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; »

Εἰ καί τις, ὡς γέγραφας, τὴν ψυχὴν ἐπιθυμίᾳ τῶν ἀλλοτρίων εἰς ἀπόνοιαν ἐρεθίζει (99), οὐ μόνον ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ φλυαρεῖν διεγνωκώς· Γέγραπται· « Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; » ἀκουέτω, εἴ γε ὦτα ἔχει, καὶ μὴ ταῦτα ἡ φιλοχρηματία ἀπέφραξεν, ὅτι Εἰ καὶ τοῦτο ἐμοὶ γέγραπται, σοὶ οὐ γέγραπται ἀποστερεῖν. Μὴ τοίνυν σοι γινέσθω πλεονεξίας πρόφασις ἡ ἀποστολικὴ παραίνεσις· μηδ' ἐπειδὴ παρῄνεσεν ἐμοὶ ἀποστερεῖσθαι, σοὶ χώραν νόμιζε δεδόσθαι τοῦ ἀδικεῖν· ἐμοὶ γὰρ σωτηρίαν τὸ ἀδικεῖσθαι, σοὶ δὲ τιμωρίαν τὸ ἀποστερεῖν, φέρει[ν].

A

XCV. — PAULO PRESBYTERO.

In illud Pauli dictum, « Quare non magis injuriam patimini [68]*? »*

Quanquam, ut scripsisti, quidam est, qui animum suum cupiditate rerum alienarum ad vecordiam titillat, non solum inique agere ac defraudare alios, verum etiam (ad defensionem facti ejus) nugari certum ac deliberatum habens: Scriptum est (inquit): « Quare non magis injuriam patimini? » tamen audiat, modo aures habeat, nec has avaritia obstruxit. Quamvis enim hoc scriptum sit, at tibi non est scriptum aut præceptum, ut me (alios) re defraudes. Quare ne tibi iniquitatis prætextus fiat apostolica admonitio: neque ideo, quia mihi auctor fuit ut, æquo animo paterer me defraudari, tu tibi locum esse datum inique agendi existima. Nam ut mihi salutem affert injuriam æquo animo tolerare, ita e contrario tibi defraudatio supplicium parit.

ϞϚ'. — ΜΑΡΤΙΑΝΩ (1) ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Περὶ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου, καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ τῆς Ἡρωδιάδος.

Οὐκ ὀλίγα, οὐδὲ μικρὰ, ἀλλὰ καὶ πολλὰ, καὶ μεγάλα, (2) τῷ τετράρχῃ πεπλημμέλητο. Ὠμοῦ γὰρ λέοντος ἦν δυσγενὲς βλάστημα (3). Ὥσπερ γὰρ ὁ δεδιὼς μὴ νόθος υἱὸς τοῦ οἰκείου πατρὸς νομισθείη, τοῦ τὰ βρέφη τὰ ἐν Βηθλεὲμ ἀνελόντος, τοιαύτην ἔπλεξε τραγῳδίαν, ὡς ἂν ἁμιλληθῇ σχεδὸν τῷ τεκόντι, καὶ οἶμαι τετράρχης καὶ διὰ τοῦτο λελέχθαι, οὐχ ὅτι τετάρτην μοῖραν τῆς πατρῴας βασιλείας μόνον διεῖπεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν τεσσάρων γενικῶν εἰδῶν τῆς κακίας ἤρχθη. Πρῶτον μὲν γὰρ παρανόμως ἄγεται τὴν Ἡρωδιάδα· εἶτα ἐλεγχθεὶς παρὰ τοῦ Βαπτιστοῦ, δέον σωφρονισθῆναι, εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλει οὐ παρανομοῦντα, ἀλλὰ παρανομίαν ἐλέγχοντα. Ἔπειτα, βουλόμενος ἀποκτεῖναι, φοβεῖται τὸν ὄχλον, τὸν ἀδέκαστον ὀφθαλμὸν μὴ φοβηθείς. Εἶτα ἀπερισκέπτως καὶ ἀορίστως ὀμνύει, τῇ θυγατρὶ τῆς τὸ δρᾶμα συνθησάσης (4), καὶ ἄξια τὰ μέρη τοῦ γάμου παρασκευάσαι οἰηθείσης, πᾶν ὅπερ ἂν αἰτήσηται, παρασχεῖν· τὸ δὲ ὀρθὰ καὶ δίκαια δώσειν, οὐ προσδιώρισεν· ἀλλ' οὕτως ἀπροβούλευτον ἔχει τὸν λογισμὸν, ὡς καὶ τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας ἐπαγγεῖλασθαι· οὐ λογισάμενος, ὅτι ἀργαλεώτερόν ἐστι δικαιοσύνης ἐκπεσεῖν ἢ βασιλείας. Εἶτα εὐορκίας προσχήματι πᾶσαν ἐπιορκίαν ὑπερβαίνει.

B

XCVI. — MARTIANO PRESBYTERO.

De Herode tetrarcha, et (Joanne) Baptista, et Herodiade [69].

Neque pauca, neque exigua, sed et multa et magna scelera commisit tetrarcha (Herodes). Crudelis enim leonis ignobile germen erat. Nam proinde quasi metueret, ne degener ac parum genuinus sui patris filius esse putaretur, ejus dico, qui infantes Bethleemiticos sustulit, talem texuit tragœdiam, ut ferme certaret cum suo patre de facinorum atrocitate, meaque opinione illam quoque ob causam tetrarcha **464** diceretur, non solum quod quartam regni portionem obtineret, verum etiam quod a quatuor generalibus ac præcipuis vitiorum formis regeretur. Nam primo quidem injuste et contra leges ducit Herodiadem: Deinde a Joanne Baptista reprehensus, cum oporteret eum corrigi, in carcerem conjicit non peccantem aut quidquam injuste agentem, sed eum, qui iniquitatem redarguebat. Præterea, cum vellet eum occidere, timet plebem, qui tamen incorruptum illum oculum nihil metuerat. Ad hæc improvide atque indefinite jurat filiæ ejus feminæ, quæ infelix illud drama adornaverat, quæque digna matrimonii ejus præmia se conciliavisse putabat, quidquid petiisset, se præbiturum: non autem addiderat hanc limitationem, recta se justaque petenti daturum: sed adeo

C

[68] I Cor. vi, 7. [69] Marc. vi, 17-29.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(99) Ἐρεθίζει cod. Vat. 650 mutat in ἐρεθίζων, et vers. 3 ἀδικεῖν in ἀπειλεῖν, moxque διεγνωκὼς in διέγνωκας. Possin.

(1) In cod. Vatic. inscriptio hujus ep. nihil habet aliud nisi Μαρκιανῷ sine adjuncto. Vers. 2 post τετράρχῃ adjungit idem Ἡρώδῃ. Vers. 3 post apparet in edito δυσγενὲς idem omittit. Vers. 6 post ὡς tollit ἂν et ἁμιλληθῇ producit addito, vel. Vers. 7, τετράρχης in quartum inflectit casum scribens τετράρχην. Id.

D

(2) Καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Illud καὶ μεγάλα non erat in ms.; necessarium tamen, ut videtur. Ritter.

(3) Nempe vulpes, ut Christus eum appellavit. Porro de pœna divinitus huic Herodi ob interfectum Joannem Baptistam immissa videndus est Josephus lib. xviii *Archæolog.*, cap. 7. Id.

(4) Pro συνθησάσης idem cod. habet συνθείσης. Vers. inde 4, ἔχει mutat in εἶχε. Possin.

inconsideratum et incircumspectum habet judicium, ut etiam regni mediam partem ipsi promitteret: non cogitans, gravius esse justitia, quam regno excidere. Insuper sub liquidi jurisjurandi prætextu omnes perjurii terminos excedit. Præstat enim in iis, quæ habent atrocitatem facinoris, male promissa bene rescindere, quam male videri servantem esse jurisjurandi. Erat autem hoc magis velamentum quoddam timoris quo erat præpeditus. Nam sicut famulus improbus herilem reprehensionem metuens, ita hic quoque Baptistam metuebat. Verus enim is est dominus, qui officium facit, non is qui purpuram gestat, et armorum robore præditus est. Cum igitur timori suo quasi quoddam velum obtendisset jurisjurandi religionem, suæque improbæ voluntati præstruxisset periculum quod ex eo impenderet, si perjurium committere videretur, ad cædem processit. Neque enim figuram ac strepitum judicii, sicut a multis (in causa simili) factum est, proposuit; neque accusatores constituit; neque testes mercede conduxit, aut subornavit. Norat enim se non eum hominem punire qui inique ageret, sed qui injustitiam insectaretur. At ipse quidem eo fine, ut reprehensionem occultaret, improvide et absque judicio scelus illud perpetravit: Joannes autem non tacuit, sed clarius multo prædicat. Nam hodieque, per omnem terrarum orbem, ubicunque sol splendet, clamat: « Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui[70]. » Quia vero causam cupis cognoscere (multiplex autem esse perhibetur). Alii quidem eum aiunt profanasse legem Mosis. Cum enim frater suus semen (sive sobolem) haberet, conjugem ejus duxit: quod fas non erat. Nam si frater sine liberis decessisset, permittebat lex fratri ejus uxorem ducere, quoad semen suscitasset defuncto[71]: cum orbitas maximum malum esse duceretur, utpote per quam memoria defunctorum penitus aboleretur. Quomodo autem etiam filia genitore suo relicto, et cum adultero et adultera vivebat, et sermonem de patre confictum tollere satagebat? **465** Concedatur enim, quod mater (adulteri) desiderio cupiditateque ebria fuerit: quo pacto etiam filia facinus adjuvit? Alii autem (quorum e numero Josephus quoque est) dicunt, quod vivo etiam viro, et filiam habente, Herodes uxorem ejus habuerit. Ait igitur Josephus octavo decimo historiæ suæ libro, quod post editam Salomon He-

A Ἄμεινον γὰρ ἐν τοῖς ἐναγέσι τὰ κακῶς ἐπαγγελθέντα λύειν καλῶς, ἢ τὸ δοκεῖν εὐορκεῖν κακῶς (5)· μᾶλλον δὲ τοῦτο σκῆψις ἦν τοῦ φόβου. Ὥσπερ γὰρ οἰκέτης πονηρὸς δεδιὼς τὸν δεσποτικὸν ἔλεγχον, οὕτω καὶ οὗτος ἐδεδοίκει τὸν Βαπτιστήν. Ἀληθὴς γὰρ δεσπότης, ὁ τὰ δέοντα πράττων τε καὶ προστάττων, οὐχ ὁ τὴν ἀλουργίδα περικείμενος, καὶ τῶν ὅπλων τὸ κράτος ἔχων. Παραπέτασμα οὖν τοῦ φόβου τὸν ὅρκον προβαλλόμενος, καὶ ἐπιτειχίσας τῇ προαιρέσει τὸν ἐκ τοῦ δοκεῖν ἐπιορκεῖν κίνδυνον, ἐπὶ τὸν φόνον ὥρμησεν. Οὐδὲ γὰρ σχῆμα δικαστηρίου, οἷα πολλοὶ πεποιήκασι, προὔθηκεν, οὐδὲ κατηγόρους ἔστησεν, οὐδὲ μάρτυρας ἐμισθώσατο· ᾔδει γὰρ κολάζων οὐκ ἀδικοῦντα, ἀλλ' ἀδικίαν στηλιτεύοντα. Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς κρύψων τὸν ἔλεγχον, ἀκρίτως τὸ ἄγος εἰργά- B σατο. Ὁ δὲ οὐκ ἐσιωπήθη, ἀλλὰ λαμπροτέρως κηρύσσεται. Κατὰ πᾶσαν γὰρ τὴν ὑφ' ἥλιον ἔτι καὶ νῦν βοᾷ· « Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου. » Ἐπειδὴ δὲ τὴν αἰτίαν ἐθέλεις μαθεῖν (πολύτροπος δὲ εἶναι λέγεται), δῆλον ὅτι οἱ μὲν τὸν Μωσέως φασὶ βεβηλωκέναι (6) νόμον. Ἔχοντος γὰρ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ σπέρμα, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἠγάγετο, ὅπερ οὐκ ἐξῆν. Ἀτέκνου γὰρ ὄντος, ἐπέτρεψεν ὁ νόμος λαβεῖν, ἕως ἀναστήσει σπέρμα τῷ τετελευτηκότι· ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἀτεκνία μέγιστον κακὸν εἶναι ἐνομίζετο, ὡς παντελῶς σβεννυμένης τῆς μνήμης τῶν τεθνεώτων. Πῶς δὲ καὶ ἡ θυγάτηρ τὸν γεννήτορα ἀφεῖσα, καὶ τῷ μοιχῷ καὶ τῇ μοιχαλίδι συνῆν, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ τεκόντος λόγον πεποιημένον ἀνελεῖν ἐσπούδαζε (7); C Δεδόσθω γὰρ, ὡς (8) μήτηρ τῷ πόθῳ ἐμέθυε· πῶς καὶ ἡ θυγάτηρ συγκατεσκεύαζε τὸ δρᾶμα; Οἱ δὲ, ὧν ἐστι καὶ Ἰώσηπος, λέγουσιν ὅτι, ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ θυγάτριον ἔχοντος, ἔσχε τὴν γυναῖκα· λέγει γοῦν ὁ Ἰώσηπος, ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ ἱστορίᾳ, ὅτι μετὰ Σαλώμης γονὰς Ἡρωδιὰς ἐπὶ συγχύσει φρονήσασα τῶν πατρίων, Ἡρώδῃ γαμεῖται, τῷ ὁμοπατρίῳ ἀδελφῷ διαστασιάζοντι ᾧ ἀπαντῆσαί τις δύναται, λέγων· Πῶς οὖν οὐχ ὡς μοιχῷ, ἀλλ' ὡς παρανόμως γήμαντι ἐνεκάλει ὁ Ἰωάννης; Πρὸς ὃν τις δύναται ἀπαντῆσαι λέγων· Ἴσως διὰ βιβλίον ἀποστασίου ἦν ἀποστᾶσα. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἀπαντήσει· Πῶς οὖν τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου συγκεχωρημένον, παράνομον καλεῖ (9) ὁ Ἰωάννης; Οὐδέπω γὰρ ἦν ὁ τοῦ Εὐαγ- D γελίου χρησμὸς δοθεὶς, ὁ τὴν τοιαύτην συνάφειαν μοιχείαν ἀποφαίνων. Οἱ δέ φασιν, ὅτι φονεύσας τὸν ἀδελφὸν δι' ἐπιθυμίαν τῆς βασιλείας, καὶ τὴν γυναῖκα (ἤρα γὰρ αὐτῆς ἐκ πολλοῦ) προσαφείλετο·

[70] Marc. vi, 18. [71] Deut. xxv, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Multa SS. Patrum dicta in hanc sententiam exstant: in malis promissis, etiamsi jurejurando vallata sint, præstare fidem rescindere, quam implere, neque hoc esse perjurium. Vide Amsium, Augustinum, Isidorum Hispalensem, Bedam, etc., relatos a Gratiano causa 22, quæst. 4, in II part. *Decreti*. Et ratio est, quia jusjurandum non debet esse vinculum iniquitatis. Ritt.

(6) Pro βεβηλωκέναι cod. Vat. legit παραβεβηκέναι. Possin.

(7) Idem ἐσπούδαζε mutat in ἐσπούδασε. Id.

(8) Idem omittit ὡς post γάρ. Vers. postea septimo, pro διαστασιάζοντι habet, τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς διαστασιάζοντος.

(9) Pro καλεῖ idem cod. ponit ἐκάλει, et vers. seq. διαδοθεὶς pro δοθείς. Id.

οἷς εὐτρεπὴς ὁ ἔλεγχος προβεβλήσεται· Πῶς (10) οὖν τὸν φόνον αὐτῷ οὐκ ὠνείδισεν ὁ Βαπτιστής; Τοσοῦτον γὰρ χαλεπώτερον εἶναι δοκεῖ, ὅσῳ καὶ ἀδελφοκτονία φόνου ἐναγεστέρα. Εἴτε οὖν τὴν πρώτην, ὡς ἔγωγε οἶμαι, εἴτε τὴν δευτέραν, εἴτε τὴν τρίτην αἰτίαν εἶχεν ὁ ἔλεγχος, ὁ ἀνδρεῖος καὶ γενναῖος (11) καὶ ἐλέγξας καὶ ἀποθανὼν, ὡς τοῖς θείοις νόμοις συνηγορήσας, ᾀδέσθω. Εἰ δέ τις φαίη· Διὰ τί οὖν συνεχωρήθη τοῦτο παθεῖν; φήσαιμι, ὅτι αὐτὸς μὲν ἐβλάβη οὐδέν. Εἰ γὰρ πάντως χρὴ τὸν βίον ἐξελθεῖν (12), ὁ λαμπρῶς διεξιὼν (13), μακαριστότερος ἂν εἴη. Ἔπειθ' ὅτι ἡ θεία (14) ἐνδίδωσι τοῖς πλημμελοῦσι καιρὸν μετανοίας. Εἰ δὲ μηδ' οὕτως μετανοήσαιεν, χαλεπωτέρας ὁριεῖ τὰς τιμωρίας· καὶ γὰρ, ὥς φασί τινες, ἡ κακία ἐν κόσμῳ βασιλεύουσα ἀντικαθίσταται πρὸς τὸ ἀγαθὸν, φέρειν τὴν ἐπιφάνειαν ὀνειροπολοῦσα· διὸ ἀρίστῳ ἀνδρὶ φαῦλος πολεμεῖ, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἁλίσκεται. Ἵνα γὰρ τὰ λαμπρὰ (15), ὡς δι' ἑνὸς ἅπαντα μηνύσω, τῷ γὰρ βασιλεῖ (16) τῆς δικαιοσύνης δεῦρ' ἐπιφανέντι προσεπολέμησαν οἱ τῆς ἀδικίας ὑπασπισταί· ἀλλὰ γὰρ τοσοῦτον ἑάλωσαν καὶ ἐσβέσθησαν, ὡς ἐκεῖνον μὲν πανταχοῦ ἀνυμνεῖσθαι· τοὺς δὲ νομίσαντας τὴν ζωὴν ἄπρακτον εἶναι, πάσαις ταῖς ψήφοις ἡττᾶσθαι.

A rodias meditata confusionem juris paterni nupserit Herodi, qui cum fratre eumdem patrem habente inimicitias alebat. Cui quis occurrere potest, dicens: Quomodo Joannes non tanquam adulterum, sed tanquam eum qui contra legem duxisset, accusavit? Cui ex altera parte potest quis respondere, dicens: Fortasse per libellum repudii a marito discesserat. Sed et hic vice versa occurret quispiam: Quanam igitur ratione id quod a lege concessum erat, Joannes dicit contra legem fieri? Nondum enim datum erat oraculum Evangelii, quod talem conjunctionem pronuntiat esse adulterium. Alii autem dicunt, quod Herodes, occiso fratre per cupiditatem regni, uxorem quoque ejus (ut quam longo tempore amasset) abduxerit. Quibus in promptu est quæ ob- B jiciatur refutatio: Quomodo igitur Baptista cædem ipsi non exprobravit? Tanto enim gravior ea esse videtur, quanto magis est nefarium parricidium in fratre commissum, quam vulgaris cædes. Sive igitur primam, ut ego arbitror, sive secundam, sive tertiam causam habuit ea reprehensio: omnino is qui fortiter ac generose tum redarguit regem, tum mortem oppetiit, ita celebretur, ut par est eum celebrari, qui divinarum legum patrocinium defensionemque suscepit. Quod si quis dicat: Cur igitur hoc permissum est, ut pateretur? Huic ego responderim: Ipsi quidem nihil ea re nocitum esse. Si enim omnino e vita excedendum est, is, qui gloriosa ac splendida morte decessit, beatior cæteris existimandus erit. Deinde divina bonitas peccantibus tempus resipiscentiæ concedit. Quod si ne sic quidem resipuerint, graviora ipsis irrogabit supplicia. Nam, ut quidam aiunt, improbitas in mundo regnum obtinens resistit bono, nunquam id unum non agitans apud se, ut primas ferat ac supernatet. Quæ causa est cur optimo viro vir improbus bellum moveat et adversetur; sed cito ac facile capiatur. Nam ut, quæ omnia per se manifesta sunt, unico tantum exemplo declarem, Regi justitiæ (Christo) cum in terris apparuisset, injustitiæ satellites ac propugnatores (Judæi) sunt adversati. Sed adeo capti exstinctique sunt, ut ipse quidem ubivis terrarum celebretur et cantetur: illi vero, qui vitam ejus otiosam ac nihili esse rebantur, omnibus calculis atque suffragiis succumbant.

ϞΖ'. — ΜΑΡΤΙΑΝῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ (16').

Διὰ τί ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος ὁ Χριστὸς ταῖς κοπτομέναις γυναιξὶν ἐπετίμησεν.

Ἐπειδὴ γέγραφας, δι' ἣν αἰτίαν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος ἢ ἀπαγόμενος, ἐπετίμησε ταῖς κοπτομέναις αὐτὸν γυναιξὶν (εἰ γὰρ καὶ ἀγνοίας τὸ πρᾶγμα ἦν, ἀλλ' οὖν γε καὶ ἐννοίας εἶχε γνώρισμα)· φημὶ, ὅτι ἐπειδὴ μὴ ἀκούσιον μηδ' ἀβούλητον ἦν αὐτῷ τὸ πάθος, ὕβρεως αὐτῷ εἶναι εἰκότως τὸ συμπαθὲς ἔδοξεν. Οὐχ ἡδὺ γὰρ, οὐδ' ἀποδοχῆς ἄξιον τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ πάθος ἀβούλητον τὸ πάθος.

C 466 XCVII. — MARTIANO PRESBYTERO.

Quare ad crucem proficiscens, Christus mulieres lugentes objurgarit [72].

Quoniam per litteras quæsivisti, quam ob causam Christus ad crucem proficiscens, aut abductus, mulieres, quæ ipsum lugebant, objurgarit (aiebas enim, tametsi ignorantiam quamdam in se illa res habuerit, tamen certe benevolentiæ singularis signum fuisse); respondeo: Quia non invito atque nolenti ipsi passio contingebat, ideo injuriam quamdam ipsi inferre videbantur, quod vicem ejus dolebant. Nam ejus dolere vicem, cui id quod patitur non præter contrave voluntatem evenit, non est res illi jucunda, neque accepta.

[72] Luc. XXIII, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(10) Πῶς mutat in διότι et vers. seq. χαλεπώτερον in χαλεπώτερος. POSSIN.

(11) *Ὁ ἀνδρεῖος καὶ γενναῖος*. F. leg. ὁ ἀνδρείως καὶ γενναίως. ID.

(12) *Τὸν βίον ἐξελθεῖν*. Forte τοῦ βίου. Porro similis est sententia Ciceronis in *Philippic.* imitatione Demosthenis prolata. RITT.

(13) Cod. Vat. διεξιὼν vertit in ἐξελθὼν et vers. seq. μακαριστότερος in μακαριστότατος. Vers. seq. pro μετανοήσαιεν habet γνωσιμαχήσαιεν. POSSIN.

(14) *Ὅτι ἡ θεία*. Videtur deesse πρόνοια, vel ἀγαθότης, vel φιλανθρωπία, vel quid simile, nisi quis malit legere τὸ Θεῖον. RITT.

(15) Cod. Vat. omittit vocem λαμπρὰ, pro illa substituens ἄλλα παρῶ. Vers. pen. et ult. pag. et ep. pro ἄπρακτον εἶναι scribit idem ἀπεκτονέναι. POSSIN.

(16) *Τῷ γὰρ βασιλεῖ*. Forte redundat γάρ. RITT.

(16') Cum hac epistola conferri debet ep. 218, infra, hujus libri IV, ep. 166 et 285 lib. II. ID.

XCVIII. — NILAMMONI MONACHO.

Si oportuit Christum pati, quare ab iis, qui ipsum crucifixerunt pœnæ sunt repetitæ?

Quoniam per litteras ex me quæsivisti: Si Christum oportuit pati, quid causæ fuerit, cur illi qui eum crucifixerunt, pœnas persolverint? respondeo, quod illa verba: Oportuit pati [73], voluntarium studium erga passionem et divinam dispensationem ostendunt: non defensionem aut excusationem ullam iis, qui actores hujus tragœdiæ exstiterunt, pollicentur. Non enim consentiebant cum divina voluntate sceleratorum hominum insidiosæ machinationes. Hæc vero id quod disposuerat Deus, convellere studuerunt. Quapropter improbis quidem illis sua actio fuit impietas: Deo autem sapiens gubernatio, et hominibus liberatio, dum et malitiam illorum ad beneficentiam erga humanum genus adhibuit, et carnibus viperæ usus est ad auxilii mala depellentis præparationem.

ϞΗ'. — ΝΕΙΛΑΜΜΩΝΙ ΜΟΝΑΧΩ (17).

Εἰ ἔδει τὸν Χριστὸν παθεῖν, διὰ τί οἱ σταυρώσαντες ἀπητήθησαν δίκας;

Ἐπειδὴ γέγραφας, Εἰ ἔδει τὸν Χριστὸν παθεῖν, διὰ τί οἱ σταυρώσαντες ἀπέτισαν δίκας; φημὶ, ὅτι τὸ, Ἔδει παθεῖν, τὴν ἑκούσιον ὁρμὴν τὴν εἰς τὸ πάθος καὶ τὴν θείαν οἰκονομίαν δείκνυσιν, οὐκ ἀπολογίαν τοῖς δεδρακόσι μνᾶται· οὐ γὰρ συνῇδε τῇ θείᾳ βουλήσει ἡ τῶν ἀλιτηρίων ἐπιβουλή. (18) Ἡ δὲ τοῦτ' ἐσπούδαζεν ἀναλῦσαι, ὅπερ ᾠκονόμει ὁ Θεός. Ὥστε τοῖς μὲν ἀλάστορσιν ἐκείνοις τὸ δρᾶμα ἀσέβημα ἦν· Θεῷ δὲ σοφὴ οἰκονομία, καὶ ἀνθρώποις ἐλευθερία· τὸ καὶ (19) τὴν πονηρίαν ἐκείνων εἰς τὴν τοῦ γένους εὐεργεσίαν προστρίψαι (20), καὶ χρήσασθαι σαρξὶν ἐχίδνης (21) πρὸς ἀλεξιφαρμάκου βοηθήματος κατασκευήν.

XCIX. — EUDÆMONI PRESBYTERO.

De Nicæna synodo.

Quandoquidem ex hominibus, ut scripsisti, alii nec quidem esse Deum perhibent, qui omnes impietate superarunt; alii vero esse quidem, sed nulla providentia uti; alii providentia sane præditum esse, sed cœlestium duntaxat rerum; alii autem terrenarum quidem etiam rerum procurationem habere, non tamen omnium, sed tantum regum et principum; alii omnium quidem rerum (nam etiam ad formicas usque providentiam ipsius pertinere), at Trinitatem consubstantialem non volunt adorare. Et alii quidem omnia cæco ac temerario casu ferri, alii vero omnia fato fieri contendunt; et alii quidem per Moysen solum Deum legem tulisse arbitrantur; alii vero adversariam potestatem; et alii quidem ex Deo natum Verbum non venisse in carnem; alii vero venisse quidem, sed tantum specie tenus et spectri instar. Et alii quidem confusionem et misturam atque abolitionem naturarum tradiderunt; alii vero, ipsum in homine fuisse; **467** et alii quidem Patre minorem: alii vero creaturam

ϞΘ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

Ἐπειδὴ τῶν ἀνθρώπων, ὡς γέγραφας, οἱ μὲν μηδ' εἶναι τὸ θεῖόν φασιν, οἵτινες τὰ ἐπ' ἀσεβείᾳ νικητήρια ἤραντο (22)· οἱ δὲ εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δέ· ἄλλοι δὲ προνοεῖν μὲν, ἀλλὰ τῶν ἐπουρανίων· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν ἐπιγείων μὲν, οὐ πάντων δὲ, ἀλλὰ καὶ βασιλέων (23) καὶ ἀρχόντων· ἄλλοι δὲ πάντων (24) μὲν (καὶ γὰρ καὶ μέχρι μυρμήκων τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ διήκειν), οὐ μὴν Τριάδα ὁμοούσιον προσκυνεῖν· καὶ οἱ μὲν αὐτοματισμὸν, οἱ δὲ εἱμαρμένην εἶναι ὁρίζονται· καὶ οἱ μὲν διὰ Μωϋσέως μόνου τὸ Θεῖον νενομοθετηκέναι οἴονται, οἱ δὲ ἐναντίαν δύναμιν· καὶ οἱ μὲν μὴ ἐπιδεδημηκέναι τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον, οἱ δὲ κατὰ φαντασίαν ἐπιδεδημηκέναι· καὶ οἱ μὲν σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν καὶ ἀφανισμὸν τῶν οὐσιῶν ἐδογμάτισαν· οἱ δὲ ἐν ἀνθρώπῳ γεγενῆσθαι· καὶ οἱ μὲν ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς, οἱ δὲ κτίσμα ὡρίσαντο· καὶ οἱ μὲν τὸ θεῖον Πνεῦμα οὐ Θεὸν ὁμολογοῦσιν· οἱ δὲ λειτουργικὸν καὶ ἁγιαστικὸν ὀνομάζουσιν· οὐ χρὴ ταῖς τῶν νοσούντων ἕπεσθαι ψήφοις (25)· ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ὑγιαινόντων κρίσεως

[73] Luc. XXIV, 46.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) Cod. Vat. in titulo pro μοναχῷ scribit σχολαστικῷ. Vers. 2 ep. pro ἀπέτισαν idem legit ἀπητήθησαν. POSSIN.

(18) Videtur tale quidpiam desiderari, ἡ μὲν γὰρ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐζήτησε σωτηρίαν. Postea sequitur antithesis, ἡ δέ. RITT. — Hæc editi verba, ἡ δὲ τοῦτ' ἐσπούδαζεν ἀναλῦσαι, quæ sane parum apte quadrant, omittit cod. Vat. 650, hæc alia substituens, οὐδὲ τοῦτο ἔσπευδον ἀνύσαι ὅπ. POSSIN.

(19) Τὸ καί. Forte τῷ καί. RITT.

(20) Cod. Vat. προστρίψαι mutat in περιτρέψαι. POSSIN.

(21) Χρήσασθαι σαρξὶν ἐχίδνης. Præclara comparatio: ut medicus ad confectionem remedii alexipharmaci utitur carnibus viperæ, sic Deus improborum consilia et facta nefaria in bonum sua ineffabili providentia et incomprehensibili sapientia convertit. Confer cum hac epist. insignem locum Leonis M. serm. 16. *De passione Domini*. RITT.

(22) *Τὰ ἐπ' ἀσεβείᾳ νικητήρια ἤραντο*. Legebatur in ms. ἐπ' εὐσεβείᾳ. Idque fuit cum non improbarem, ita vertens, *omnia pietatis præmia sustulerunt*. Sed quia νικητήρια αἴρειν, vel αἵρεσθαι (quod alias etiam est νικητήρια φέρειν) significat *palmam auferre* seu *reportare*, mutavi sententiam, et conjeci ἀσεβείᾳ pro εὐσεβείᾳ legendum; nam εὐ in ἀ vel ᾶ in εὐ sæpe etiam alibi depravarunt librarii. Itaque verti, *omnes impietate superarunt*. Possis etiam, *palmam impietatis abstulerunt*. Niceteria etiam Latini usurparunt, ut Juvenal. satyr. 3. ID.

(23) Huc pertinet illud vetus, sed falsum atque impium, *Dii magna curant, parva vero negligunt.* Vid. Cic. *De nat. deorum*. ID.

(24) Inter πάντων et μὲν cod. Vatic. 650 inserit ὁμοῦ. Vers. post 2 προσκυνεῖν idem mutat in προσκυνοῦσι. Vers. inde nono, inter μὲν et ἐλάττονα idem infindit εἶναι. POSSIN.

(25) Vide eamdem sententiam lib. III ep. 242. RITT.

λαμβάνειν τὰς ἀποδείξεις· καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ συγκροτηθείσῃ κατὰ Νικαίαν ἀκολουθεῖν, μήτε προστιθέντας, μήτε ἀφαιροῦντας. Ἐκείνη γὰρ θεόθεν ἐμπνευσθεῖσα, τἀληθὲς ἐδογμάτισεν.

A esse definiverunt; et alii quidem divinum Spiritum non Deum confitentur; alii vero ministratorium et sanctificum appellant. Non oportet eorum, qui morbo laborant, sequi suffragia; sed ex judicio sanctorum hominum demonstrationes mutuari, et sanctæ synodo, quæ Nicææ habita fuit, adhærere, neque addentes ei quidquam, neque detrahentes. Illa enim divinitus inspirata, veritatem dogmatum tradidit.

Ρʹ. — ΙΣΙΔΩΡῼ (26) ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τί ἐστιν, « Εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. »

Ἐπειδὴ γέγραφας, Τί ἐστιν, « Εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ; » φημὶ, ὅτι ἐπειδὴ ὅτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἐμάνη, καὶ ἀνύποιστος ἦν τῶν ἁμαρτημάτων ἡ τυραννὶς, καὶ καιρὸς ἀποφάσεως ἦν, πανολεθρίᾳ καταδικαζούσης τὸ γένος (πᾶς γὰρ ἰατρείας ἐξηλέγχθη τρόπος, καὶ οὔτε νόμος, οὔτε προφητικὸς λόγος τὸν ἐπιπολάσαντα λοιμὸν ἀπελάσαι ἴσχυεν)· τότε δὴ λύτρον τὸν Μονογενῆ ἐπεισήγαγεν, ἵν' ἔχῃ λόγον ἡ χάρις· διὰ τοῦτ' ἔφη ὁ Ἀπόστολος· « Εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. » Ἱερεῖον γὰρ προσηνέχθη ἐν ὑπὲρ πάντων, καὶ ὑπὲρ τὴν ἁπάντων ἀξίαν. Καὶ τότε ἡ ὀργὴ ἐλύθη, καὶ ἡ καταλλαγὴ γέγονε, καὶ ἡ ἔχθρα εἰς φιλίαν μετεῤῥυθμίσθη, καὶ ἀντὶ τῆς ἀποφάσεως, τὸ ὑπερφυὲς τῆς υἱοθεσίας ἐδόθη χάρισμα, καὶ μυρία δῶρα ἐχόρευσε κοσμοῦντα τὴν Ἐκκλησίαν, ἵν' ὁμοῦ καὶ ἡ δικαιοσύνη δειχθῇ, καὶ ἡ περιουσία τῆς ἀγαθότητος δηλωθῇ.

C. — ISIDORO DIACONO.

Quid sit, « Ad ostensionem justitiæ suæ [74]. »

Quoniam per litteras quæsivisti, quid sit quod Paulus dixit: « Ad ostensionem justitiæ suæ: » respondeo; » Quia posteaquam humana natura insanivit adversus Deum, et peccatorum tyrannis intolerabilis facta erat, et tempus aderat ferendæ B sententiæ, quæ exitio universali damnaret totum genus humanum (omnis enim ratio medicationis deprehensa fuerat inanis et nihili, ac neque lex, neque propheticus sermo pestilentem morbum, qui omnia occuparat, depellere valebat); tunc Deus pretium redemptionis introduxit unigenitum suum Filium, ut locus esse posset gratiæ ac veniæ: eam ob rem hoc dixit Apostolus: « Ad ostensionem justitiæ suæ. » Victima enim oblata est una pro omnibus, quæque omnibus dignitate ac pretio superior esset. Ac tunc soluta est ira, et reconciliatio facta est, redintegrataque gratia, conversum est odium in amicitiam: et pro sententia capitali abdicationis datum est excellens illud adoptionis in filios donum, et infinita accesserunt dona, quibus exornaretur Ecclesia: ut ita simul et justitia ostenderetur, et abundantia bonitatis declararetur.

ΡΑʹ. — ΜΑΡΤΥΡΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ (27).

Εἰς τὸ, « Δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. »

Ἐπειδὴ τὸ, « Δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, » σαφηνισθῆναί σοι ἠξίωσας, ἄκουε· Τὸ, *ἔδωκε*, καὶ τὸ *παρέδωκε*, κατὰ τοὺς τῆς ἱερᾶς Γραφῆς νόμους καὶ τὰ ἰδιώματα, *ἀφῆκεν* εἰσὶ (28) καὶ *συνεχώρησεν*. Εἰ δὲ οὐ καταδέχῃ, δι' ἀποδείξεως ὁ λόγος βαδιεῖται· Φησὶν ὁ Παῦλος περὶ τῶν τὸ θεῖον σέβας (29) εἰδώλοις ἐπιφημισάντων· « Παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας· » τουτέστιν, ἀφῆκεν, ἐγκατέλιπε. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον καὶ τὴν φύσιν ἀγνοεῖν καὶ ὑπερορίοις ἐγκαλινδεῖσθαι πταίσμασιν, οἱ τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίστην προσκυνήσαντες; Καὶ πάλιν· « Παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. » Εἶτα ἑαυτὸν ἑρμηνεύων ἔφη· « Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πλεονεξίᾳ. » Εἰ τοίνυν πεπληρωμένοι ἦσαν, πῶς παρέδωκε; Θέα τῆς ἀκριβείας (30). Οὐχ

C CI. — MARTYRIO PRESBYTERO.

In illud Paulinum dictum: « Dedit ipsis Deus spiritum compunctionis [75]. »

Quoniam a me petiisti, ut tibi exponerem illud: « Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, ut non videant: et aures, ut non audiant, usque in hodiernum diem; » ausculta. Illa verba, *dedit* et *tradidit*, secundum leges et proprietates modosque peculiares loquendi sacræ Scripturæ, significant, *reliquit* vel *permisit*. Quod si hoc non recipis, per demonstrationem procedet oratio. Ait Paulus de illis, qui divinitatem idolis tribuebant: « Tradidit eos (Deus) in affectus ignominiæ [76]; » hoc est, reliquit, dimisit. Quo modo namque fieri poterat, D ut non ignorarent naturam, et volutarentur in sceleribus naturæ terminos excedentibus, illi, qui creaturam, omisso Creatore, adorabant? Et iterum: « Tradidit eos in reprobum sensum, ut facerent quæ non decent [77]. » Deinde seipsum interpretans, dicit: « Repletos omni iniquitate, malitia, ava-

[74] Rom. III, 25. [75] Rom. XI, 8. [76] Rom. I, 26. [77] Ibid. 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(26) Cod. Vat. 650 Isidorum, cui hæc inscribitur epistola, episcopum facit, pro διακόνῳ scribens ἐπισκόπῳ. Vers. 8 ep. pro ἴσχυεν idem habet ἴσχυσεν, et vers. 4 a fine pro ἐχόρευε scribit, haud paulo aptius, ἐχορήγησε. POSSIN.

(27) Inscriptio sumitur ex cod. Vatic. 650. EDIT.

(28) Εἰσὶ cod. Vat. mutat in ἐστί. POSSIN.

(29) Vox σέβας, quæ in edit. Paris. deerat, suppletur ex cod. Vatic. EDIT.

(30) Τῆς ἀκριβείας cod. Vat. mutat in τὴν ἀκρίβειαν. POSSIN.

ritia [78], » etc. 468 Si igitur erant repleti, quomodo tradidit eos? Vide quam accurate loquatur. Non dixit : Tradidit replendos, sed jam repletos reliquit atque destituit : haud aliter ac si quis pastor bonus oves pestilentiali lue correptas extra gregem abire, et quodammodo lupis tradere consueverit : non quod eas in fauces luporum projiciat, sed quod sua cura ac præsidio eas denudet ac destituat. Illud itaque verbum, *dedit*, talem habet sensum. Spiritus autem compunctionis, nihil aliud est, quam stuporis et percussionis. Nam compungere est idem quod vulnerare ac percutere, secundum id quod in Evangelio dicitur : « Compunxerunt latus Christi lancea [79]. » Quia igitur *compungere* significat *percutere*, recte atque ordine factum est, quod etiam κατανυγῆναι, hoc est compungi, dictum est pro convulnerari. Deinde ipse exponens verbum *compungendi*, quod idem sit cum verbo *obstupefaciendi*, dixit : « Oculos, ut non videant, et aures, ut non audiant [80]. » Hoc enim usu venire solet iis qui stupore sunt correpti. Nam cum mens perturbata sit, sensus officia et actiones suas abnegant. Quod autem hoc ipsum innuat, audi Scripturam, dicentem : « Beatus, qui non est stimulatus sive compunctus in tristitia delicti [81]. » Atqui tristitia secundum Deum pœnitentiam in salutem non pœnitendam operatur. Quid est ergo quod ait? Si igitur ex quorumdam opinione dixerimus ; eum qui nunquam omnino peccarit, hic beatum prædicari, fortasse nemo hac beatitudine fruetur. Omnes enim pœnis obnoxii sumus. Nam quis gloriabitur, se purum cor habere? Aut quis libere loquetur, se a peccato mundum esse? Sin autem dixerimus, quod non eum qui non sit affectus tristitia beatum prædicet, sed eum qui non sit in stuporem datus a mœrore, neque suam salutem prodiderit : id quod Judæ accidit, qui suspendio sibi vitam eripuit (quod etiam metuens Paulus ne accideret illi qui apud Corinthios stuprum admiserat, præcipiebat ipsum acta jam pœnitentia, denuo in cœtum fidelium recipi, ne immoderato mœrore talis absorberetur [82]) : tum fortassis verum sensum dicti attingemus. Mi-

A εἶπε· Παρέδωκε πληρωθησομένους, ἀλλ' ὅτι πεπληρωμένους ἀφῆκεν· ὥσπερ ἂν εἴ τις ποιμὴν ἀγαθὸς πρόβατα λοιμικῇ νόσῳ ἑαλωκότα, ἔξω τῆς ἀγέλης ἀπελάσειε, καὶ τρόπον τινὰ τοῖς λύκοις παραδοίη, οὐ τῷ εἰς τὰ τῶν λύκων ἐκβαλεῖν στόματα, ἀλλὰ τῷ γυμνῶσαι τῆς οἰκείας ἐπιμελείας καὶ προστασίας. Τὸ μὲν οὖν, *ἔδωκε*, τοιαύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν. Τὸ δὲ πνεῦμα τῆς κατανύξεως, καταπλήξεως (31) καὶ κατατρώσεως. Τὸ γὰρ νύττειν, τιτρώσκειν ἐστὶ καὶ πλήττειν, κατὰ τὸ, « Ἔνυξαν τὴν πλευρὰν τοῦ Χριστοῦ τῇ λόγχῃ. » Ἐπεὶ οὖν *πλῆξαι* ἐστὶ τὸ *νύξαι*, τὸ κατατρωθῆναι καὶ κατανυγῆναι εἰκότως εἴρηται. Εἶτα ἑρμηνεύων αὐτὸς τὸ *κατένυξεν*, ὅτι *κατέπληξεν* ἐστὶν, ἔφη· « Ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν. » Τοῦτο γὰρ συμβαίνειν εἴωθε B τοῖς καταπληττομένοις. Ἅτε γὰρ τοῦ νοῦ ταραχθέντος, αἱ αἰσθήσεις τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἀρνοῦνται. Ὅτι δὲ τοῦτο μηνύει, ἄκουε τῆς Γραφῆς, λεγούσης· « Μακάριος, ὃς οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτίας (32). » Καὶ μὴν ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. Τί οὖν ἐστι ὅ φησιν; Εἰ μὲν οὖν εἴποιμεν, ὡς οἴονταί τινες, τὸν μηδ' ὅλως ἁμαρτήσαντα μακαρίζεσθαι ἐνταῦθα, τάχα οὐδεὶς τοῦ μακαρισμοῦ τούτου ἀπολαύσειε. Πάντες γὰρ ἐν ἐπιτιμίοις ἐσμέν. Τίς γὰρ καυχήσεται, ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; Εἰ δὲ φαίημεν, ὅτι μακαρίζει οὐ τὸν μὴ (33) λυπηθέντα, ἀλλὰ τὸν μὴ καταπληγέντα (34) ὑπὸ τῆς λύπης, καὶ προδεδωκότα τὴν οἰκείαν σωτηρίαν, οἷον ἔπαθεν Ἰούδας, ἀγχόνῃ ἑαυτὸν ἀνελὼν (ὃ C καὶ δεδιὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος μὴ καὶ ὁ πεπορνευκὼς παρὰ Κορινθίοις πάθοι, ἔλεγεν· προσέσθαι αὐτὸν μετανοήσαντα, μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος)· τάχα πως τῆς ἀληθείας ἀψόμεθα τοῦ ῥητοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ καλοῦ γίνεται ἡ κατάνυξις, θαυμαζέτω μηδείς· κἀκεῖ γὰρ τὸ τρωθῆναι τοῖς καλοῖς ἑρμηνεύει· ὡς καὶ ἡ τὸν θεῖον ἔρωτα ἐρῶσα ψυχὴ ἐβόα· « Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. » Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι οὐ πάντως τὰ αὐτὰ ὀνόματα ἢ ῥήματα τὸ αὐτὸ παρίστησι νόημα. Ἐπειδὴ καὶ ὁ Δαβὶδ ἔλεγεν· « Ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ, ὅπερ, οἶμαι, δηλοῦν τὸ, Οὐ μὴ κατα-

[78] Rom. I, 29. [79] Joan. XIX, 34. [80] Rom. XI, 8. [81] Eccli. XIV, 1. [82] II Cor. II, 7, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Post καταπλήξεως idem cod. addit ἐστι. Possin.

(32) *Μακάριος, ὃς οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτίας.* Sirachi est sententia c. XIV, v. 1, quamvis Salomoni ab aliis tribuatur : ut incertus facit auctor *Ἀντικειμένων* I. Quomodo Salomon dicat, *Beatus, qui non est compunctus tristitia delicti*, cum Jacobus præcipiat : *Miseri estote, et lugete, et plorate* ; respondet : Beatum utique illum dicit qui nullum attigit delictum, cujus delicti tristitia compungeretur. Potest fieri, ut nonnulli beate viventes non tristitia flagitiorum, sed æternorum desiderio compungantur. Hoc autem quod Jacobus lugendum et plorandum præcepit, in utrumque accipi potest, seu in his qui mala sua deplorant, seu in illis, qui solum de cœlestis patriæ amore suspirant. Ritt.

(33) Vox μὴ additur ex cod. Vat., quam etiam conjicit Rittershusius. Edit.

(34) *Οὐ τὸν λυπηθέντα, ἀλλὰ μὴ τὸν καταπληγέντα.* Forte legendum οὐ τὸν μὴ λυπ., ἀλλὰ τὸν μὴ καταπλ. Observanda est ex hac epist. insignis sententia, in interpretatione sacræ Scripturæ attendi a nobis debere τοὺς τῆς ἱερᾶς Γραφῆς νόμους καὶ τὰ ἰδιώματα. Sic B. Hilarius lib. VIII *De Trinit.* : « Non est humano aut sæculi sensu in Dei rebus loquendum, neque per violentam atque imprudentem prædicationem cœlestium dictorum sanitati alienæ atque impiæ intelligentiæ extorquenda perversitas est. » Idem lib. II ejusdem operis : « Non est iste sæculi sermo, quia de quo agitur, non sæculi res est. » Ritt.

πλαγῶ (35) οὐδὲ μεταστῶ εἰς τὸ μηκέτι ὑμνεῖν. » Ἐπήγαγε γάρ· « Κύριος ὁ Θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι. » Καὶ οἱ περὶ Συμεῶνα δὲ καὶ Λευΐ, μετὰ τὸ ὑβρισθῆναι εἰς αὐτὴν τὴν σωφροσύνην τὴν ἀδελφὴν, κατενύγησαν, τουτέστι, κατεπλάγησαν καὶ κατετρώθησαν ὑπὸ ζήλου· καὶ οὕτως εἰς ἀμετάθετον ἐξέπεσαν ὀργὴν, ὡς καὶ δόλῳ οὐ μόνον τὸν ὑβριστὴν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν πόλιν ἡβηδὸν κατασφάξαι.

A rari autem nemo debet, si etiam in bonam partem sumitur compunctionis verbum. Nam ibi quoque significat, vulneratum esse rebus bonis : verbi gratia, cum etiam divino amore correpta anima clamat : « Quia dilectione vulnerata sum ego [83]. » Sciendum est autem, non omnino eadem nomina aut verba eumdem semper intellectum præbere. Nam David quoque dixit : « Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar [84], hoc est, ut puto, ne eo redigar, ut non amplius canam hymnos. » Addidit enim : « Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi [85]. » Sed et qui circa Simeonem et Levi erant, post violatam suæ sororis pudicitiam, compuncti sunt, hoc est in stuporem acti, et convulnerati sunt zeli et indignationis vehementia : atque ita in pertinacem iram inciderunt, ut dolose quoque non **469** solum ipsum injuriæ auctorem Sichem, sed una etiam totam ipsius civitatem a prima pubertate mactarent.

ΡΒ'. — ΦΙΛΗΤΡΙῼ.

Ἐπειδὴ γέγραφας· Εἰ συνεβούλευσεν ὁ Παῦλος· « Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς· » πῶς μετὰ βραχέα φησίν· « Ἀπόδοτε τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον; » οἶμαι, ὅτι εἰ μὴ περὶ τοῦ Θεοῦ τινες αὐτὸ βούλονται εἰρῆσθαι (γέγραπται γάρ· « Τίμα τὸν Κύριον, καὶ ἰσχύσεις· πλὴν δὲ αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον ») · ἐκεῖνο μὲν εἶπε, τῷ τὸν φόβον ἀπὸ τοῦ ξίφους τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπηρτημένον διαδιδράσκειν τὸν φιλάρετον, καὶ τοῦ ἀρχοντικοῦ ἐπαίνου τυγχάνειν· τοῦτο δὲ τὸν ἐκ τῆς συντυχίας καὶ τῆς αἰδοῦς καὶ τῆς τιμῆς τῆς κεχρεωστημένης τοῖς ἡγουμένοις χρεωστεῖν φόβον. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀτελὴς τούτου, τοῦ μηδὲν αὐτὸν παραβλάπτοντος, ἀλλὰ καὶ αἰδεσιμώτερον καὶ λαμπρότερον ἀποφαίνοντος. Εἴκειν γὰρ χρὴ παντὶ σθένει, ἐν οἷς μήτ' εὐσέβεια μήθ' ἡ ἀρετὴ καταβλάπτεται, ἀλλὰ καὶ βασιλικωτέρα καὶ ἐπιφανεστέρα ἐκ τῆς τῶν μετιόντων ἐπιεικείας ἀναφαίνεται.

B CII. — PHILETRIO.

Quoniam per litteras quæsivisti quo pacto Paulus, si consilium dedit his verbis : « Vis autem non timere potestatem, fac bonum et habebis laudem ab ea [86]; » paulo post dicat : « Reddite ei cui timorem (debetis) timorem [87] : » sic existimo. Si qui nolint forte illud dictum esse de Deo (scriptum est enim : « Honora Dominum, et potens eris : præter ipsum vero non timebis alium [88]; ») illud quidem prius dixisse Paulum ideo, quia virtutis studiosus timorem illum, qui a gladio facinorosis impendet, effugiat, et laudem magistratus consequatur : hoc autem posterius (protulisse eum) ideo, quia etiam metus quidam debeatur magistratibus C ex reverentia et honore ipsis, quando nobis cum illis agendum est, debito. Neque enim is qui virtuti dat operam, immunis est a talis timoris (ut sic loquar) reverentialis præstatione, qui nullatenus ipsum lædit, quin potius venerabiliorem atque illustriorem declarat. Cedere enim oportet (magistratui) omnibus viribus, in illis rebus, in quibus neque pietati, neque virtuti ullum affertur detrimentum, imo etiam præstantior atque insignior ex cultorum suorum moderatione demonstratur.

ΡΓ'. — ΕΠΙΜΑΧῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Εἰς τό· « Ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ. »

Ἐπειδὴ γέγραφας· Τί ἐστιν· « Ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους; » οἶμαι, ὅτι ἐπειδὴ οἱ μὲν ἁπανταχοῦ τῆς ὑφ' ἡλίῳ Ἐκκλησίας σῶμα Χριστοῦ, Κορίνθιοι δὲ μέρος ἦσαν τούτου τοῦ σώματος, διὰ τοῦτο ἔφησεν· « Ἐκ μέρους· » οἷον, Μέλος ἐστὶν ἡ παρ' ὑμῖν Ἐκκλησία τῆς ἁπανταχοῦ. Ὥστε δίκαιοι ἂν εἴητε οὐ μόνον πρὸς ἑαυτοὺς (ἐστασίαζον γάρ), ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ὁμοπίστους ὁμονοεῖν, πᾶσαν διχόνοιαν ἐκ ποδῶν ποιησάμενοι.

CIII. — EPIMACHO LECTORI.

In illud, « Vos estis corpus Christi [89]. »

Quoniam per litteras quæsivisti, quid sibi velit illud : « Vos estis corpus Christi, et membra ex parte; » arbitror, quia quotquot ubique vivunt homines, Ecclesiæ universalis sub sole per totum orbem D dispersæ corpus constituunt Christi; Corinthii vero pars erant hujus corporis, ideo Paulum hoc dixisse : « Ex parte. » Quasi diceret : Ecclesia quæ apud vos est, membrum est Ecclesiæ universalis ubique locorum diffusæ. Quamobrem æquum esset, vos non solum inter vosmetipsos (discordias enim fovebant), verum etiam cum omnibus per orbem terrarum degentibus passim fidei sociis concordiam colere, omni discordia procul relegata.

[83] Cant. IV, 9. [84] Psal. XXIX, 13. [85] Psal. CXVII, 27. [86] Rom. XIII, 3. [87] ibid. 7. [88] Prov. III, 9, 10. [89] I Cor. XV, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(35) Hæc, ὅπερ, οἶμαι usque ad καταπλαγῶ, omittebat ed. Paris., et recte supplentur a codice Vaticano 650. EDIT.

CIV. — HIERACI DIACONO.

In dictum, « Vobis dedit Deus, non modo ut in ipsum crederetis, sed etiam ut pro ipso pateremini [90]. »

Præclara atque egregia facinora non sine magnis etiam laboribus perfici solent. Cum igitur exigua et futilia nescio quæ opera tute facias, noli putare te maximis præmiis potiturum : nec est quod speres, cum vitam elegeris periculi expertem ac mollitie diffluentem, fore tamen in fronte aciei, ut sis conspicuus atque insignis. Ejus enim est etiam voce præconis victorem proclamari, qui pericula adierit, quique tropæa statuerit. Quod si etiam contigerit ut in prælio occumbat, memoria perpetuo vivit, et præmia majora quam pro homine consequetur. Generosus autem ille Christi dux militiæ ea quæ pro ipso sustinet, merito pro coronis habet, **470** dum ait : « Vobis dedit Deus, non solum in ipsum credere, sed etiam pro ipso pati. » Nam ut jam omittam, inquit, futura bona, etiam ipsæ passiones, per quas etiam ipsi Domino communicamus, maxima sunt præmia et coronæ longe pulcherrimæ.

A

ΡΔ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Εἰς τὸ, « Ὑμῖν ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

Τὰ μεγάλα κατορθώματα μεγάλοις καὶ τὰ μέγιστα μεγίστοις (36) πόνοις κατορθοῦσθαι πέφυκε (37). Μὴ τοίνυν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττων, οἴου τῶν μεγίστων ἐπάθλων τεύξεσθαι· μηδὲ τὸν ἀκίνδυνον καὶ ὑγρὸν ἑλόμενος βίον, ἔλπιζε ἐν τῷ μετώπῳ τῆς φάλαγγος λάμψειν. Τοῦ γὰρ κινδυνεύσαντος καὶ τρόπαια στήσαντός ἐστι καὶ τὸ ἀνακηρύττεσθαι. Εἰ δὲ καὶ τελευτήσειεν ἐν τῇ μάχῃ, τῇ μνήμῃ ἀτελεύτητος μένει (38), καὶ τὰ ἔπαθλα μείζονα ἕξει ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Ὁ δὲ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατηγὸς, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ παθήματα στεφάνους εἶναι εἰκότως νο- B μίζει, λέγων· « Ὑμῖν ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν (39) πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. » Ἵνα γὰρ παρῶ, φησὶ, τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, αὐτὰ τὰ πάθη, δι' ὧν καὶ τῷ Δεσπότῃ κοινωνοῦμεν, μέγιστά ἐστι βραβεῖα, καὶ στέφανοι κάλλιστοι.

CV. — OPHELIO GRAMMATICO.

De dæmonibus.

Quoniam te mirari dicebas, quomodo nonnulli ex noxiis dæmonibus postularint, suum cultorem justum esse, illi vero injusta agere sustinuerunt, existimo idcirco ipsos postulasse ut cultor suus justitiæ operam daret, quia se pro diis gerebant, et ab omnibus haberi volebant. Injusta vero subministrabant, quod improbi essent instituto animi et sua voluntate. Nam cum scirent multos mortales virtutem in pretio habere, simulantes se virtutis studiosos amare, ut videlicet opinionem probitatis sibi conciliarent, non multo post sceleratis actionibus prodebant suum ad mala propendens ingenium.

ΡΕ'. — ΩΦΕΛ[Ε]Ιῼ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῼ.

Περὶ δαιμόνων.

Ἐπειδὴ θαυμάζειν ἔφης, πῶς τινες τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων δίκαιον ἠξίουν εἶναι τὸν θεραπευτὴν αὐτῶν, οἱ (40) δὲ τὰ ἄδικα δρᾷν πραττόμενοι ὑπέμενον· ἡγοῦμαι, ὅτι δίκαιον μὲν ἠξίουν εἶναι τὸν θεραπεύοντα, διότι θεοὶ εἶναι ὑπεκρίνοντο. Ὑπηρέτουν δὲ τὰ ἄδικα, διότι πονηροὶ γεγόνασιν ἐκ προαιρέσεως. C Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδεσαν πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρετὴν τιμῶντας, τοὺς φιλαρέτους ἀγαπᾷν προσποιούμενοι, ἵν' ἀγαθοὶ νομισθεῖεν εἶναι, μετ' οὐ πολὺ ταῖς ἐναγέσι πράξεσιν ἤλεγχον ἑαυτῶν τὴν ἐπὶ τὰ κακὰ ῥέπουσαν διάνοιαν.

CVI. — EPIMACHO LECTORI.

De eo cui quinque et eo cui duo talenta credita [91].

Quoniam quæsivisti, quid causæ sit, cur is qui quinque talenta acceperat, et lucrando duplicarat,

ΡϚ'. — ΕΠΙΜΑΧῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Περὶ τοῦ τὰ ε' καὶ τοῦ τὰ β' τάλαντα πιστευθέντος.

Ἐπειδὴ ἔφης· Διὰ τί ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, καὶ διπλασιάσας, καὶ ὁ τὰ δύο, τῆς αὐτῆς ἔτυχεν (41)

[90] Philipp. I, 29. [91] Matth. XXV, 15 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(36) Ed. Paris., μεγάλοις [μεγίστοις]. Locus suppletur e cod. Vatic. EDIT.

(37) Sententia est Pindarica, ab aliis quoque auctoribus celebrata. Redundare autem hic puto μεγίστοις. Pindarus, *Olymp.* 5 :

Ἀεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα
Τε μάρναται, πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.

Et *Olymp.* 6 :

Ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ, οὔτε παρ' ἀνδράσιν,
Οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι· πολλοὶ
Δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ.

Quæ his versibus, qui scazontes appellantur, reddidit eruditissimus Fabricius :

Sudoris expers et periculi virtus,
Nec a viris, nec in triremibus famam
Meretur : at quod cum labore perfectum est ;
Ejus viget perenne et inclytum nomen. RITT.

(38) Sententia eadem est Tyrtæi poetæ et copiarum ducis Laconicarum : necnon Justiniani imp. tit. Instit. *De excusat. tut. vel cur.* Qui pro repub. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Tyrtæi carmina apud Joan. Stobæum videri possunt. ID.

(39) Cod. Vat. 650, Χριστὸν legit, et vers. seq. ἀλλὰ pro αὐτά. POSSIN.

(40) Cod. Vat. 650 verba θεραπευτὴν αὐτῶν, οἱ omittit, et pro iis hæc ponit, θεραπεύοντα· αὐτοὶ δὲ, etc. Mox pro πραττόμενοι idem melius scribit, προσταττόμενοι. ID.

(41) Pro ἔτυχεν cod. Vat. 650 habet ἔτυχον. Mox 4 inter ἐπειδὴ γὰρ et οὐχ inserit τὸ διάφορον. ID.

ἀποδοχῆς· φημὶ, ὅτι εἰκότως. Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἡ ῥᾳθυμία τούτου, οὐδὲ ἡ προθυμία ἐκείνου, ἀλλ' ἡ τῆς παρακαταθήκης ποσότης παρεσκεύασεν (42), ἣν πρὸς τὴν δύναμιν τῶν ἐργασαμένων δέδωκεν ὁ δεσπότης· εἰκότως οὖν ὁ ἔπαινος ὁ αὐτὸς, εἰ καὶ μὴ ἡ πρόσοδος ἡ αὐτή.

A quique duo, eodem potius uterque sit præmio : respondeo id merito factum esse. Quia enim differentiam inter illos fecerat non hujus quidem socordia, alterius vero industria, sed depositi quantitas (diversa), quam accommodatam ad vires eorum, qui id exercebant, dedit herus : idcirco jure ac merito eadem utrique laus tributa est, quamvis lucri proventus non esset idem.

ΡΖ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ (43).

Διὰ τί γέγραπται περὶ τῆς γῆς· « Οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. »

Ἐπειδὴ τὸ περὶ τῆς γῆς εἰρημένον, « Οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, » παραβάλλων τῷ, « Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, » ἐνόμισας ἐναντίον τι μηνύειν, ἴσθι, ὅτι σαλευθήσεται μὲν, οὐ κλιθήσεται δέ. Σαλευθήσεται μὲν, ἵνα δείξῃ τὸν φόβον· οὐ κλιθήσεται δὲ, ἵνα δείξῃ τὸν ὅρον. Τῷ μὲν τρόμῳ τὴν δουλείαν ὁμολογεῖ· τῷ δὲ μὴ ἐξίστασθαι τῆς οἰκείας στάσεως, τὸν θεῖον ὅρον μηνύει.

CVII. — THEODOSIO.

Quare scriptum sit de terra, « Non movebitur in sæculum sæculi [92]. »

Quoniam id quod de terra dictum est : « Non movebitur in sæculum sæculi, » conferens cum illo : « Qui respicit super terram, et facit eam tremere [93] : » putasti (hæc duo loca) contrarium quiddam significare : B scire debes terram concussum quidem iri, attamen non movendam. Concutietur quidem, ut ostendat timorem (quo Creatorem metuit), non autem movebitur, ut ostendat terminum qui est fixus ac stabilis. Tremore quidem servitutem profitetur (qua Deo subjecta est); stabilitate autem firmitateque sua qua ex propria statione non dimovetur, divinum terminum indicat.

ΡΗ'. — ΝΕΙΛΩΝΙ.

Εἰς τὸ, « Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισε, θριαμβεύσας ἐν αὐτῷ. »

Ἐπειδὴ τοῦτο (44) τὸν ἀθλητὴν ῥωμαλεώτερον καὶ τεχνικώτερον ἀποδείκνυσιν, ὅταν ταῖς τῶν ἀντιπάλων κεκρατημένος λαβαῖς, ἀπεκδυσάμενος αὐτοὺς προσρήξῃ τῷ σκάμματι (45)· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τὴν διὰ σταυροῦ πρὸς τοὺς δαίμονας κατεδέξατο μάχην, ἵν' ἐπιφανέστερον αὐτοὺς τροπαίοις θριαμβεύσῃ· καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅπερ ἠθέλησας μαθεῖν· « Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. » Τῷ γὰρ ὄντι ἐθριαμβεύθησαν δαίμονες, προσηλωμένῳ χεῖρας καὶ πόδας ἀθλητῇ ἡττηθέντες. Τῷ ὄντι ἐστηλιτεύθη ὁ διάβολος, σαρκὶ μιᾷ ἐπὶ σταυροῦ κρεμαμένῃ ἡττηθεὶς καὶ παραχωρήσας.

CVIII. — NILONI.

In illud Pauli dictum, « Exspolians principatus et potestates, ostentavit, triumphans in semetipso [94]. »

Quoniam hæc res athletam robustiorem et artificiosiorem declarat, quando adversariorum licet constrictus apprehensionibus, tamen **471** eos spoliatos ad ipsum fossatum superavit : C idcirco etiam Christus pugnam adversus dæmones per crucem suscepit, ut videlicet tanto illustrioribus tropæis de ipsis erectis triumpharet. Atque hoc ipsum est, quod discere cupiebas : « Exspolians principatus et potestates, ostentavit palam, triumphans de illis in semetipso. » Re enim vera triumphati sunt dæmones, ab athleta, manus pedesque clavis transfixo, superati. Revera traductus est diabolus, carne una in cruce pendente superatus, eique manus dans et concedens palmam.

ΡΘ'. — ΠΙΣΤῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τῶν Παροιμιῶν. Τί ἐστιν· « Ὁ εἰσελθὼν εἰς γυναῖκα ὕπανδρον, οὐκ ἀθωωθήσεται; »

Ἐπειδὴ γέγραφας· Δι' ἣν αἰτίαν μετὰ τὸ γεγράφθαι, « Ὁ εἰσελθὼν πρὸς (46) γυναῖκα ὕπανδρον οὐκ ἀθωωθήσεται· » ἐῤῥέθη· « Οὐδὲ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς; φημὶ, ὅτι τὸ μὲν εἰσελθεῖν ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ συνεισελθεῖν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τῆς Σάῤῥας πρὸς τὸν Ἀβραάμ· « Εἴσελθε πρὸς τὴν παιδίσκην

CIX. — FIDELI DIACONO.

Ex Proverbiis (Salomonis), quid sibi velit illud; « Qui ingreditur ad mulierem nuptam, non innocens erit [95]. »

D Quoniam per litteras quæsivisti, quam ob causam postquam scriptum fuerat : « Qui ingreditur ad mulierem nuptam, non innocens erit, » dictum sit præterea : « Neque omnis tangens eam, » respondeo ingrediendi quidem verbum usurpasse (Salomonem) de coitu : secundum id quod dictum est a Sarra

[92] Psal. XIV, 5. [93] Psal. CIII, 32. [94] Coloss. II, 15. [95] Prov. VI, 29.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(42) Παρεσκ. cod. Vat. mutat in κατεσκεύασεν. Possin. — Videtur deesse τὴν διαφοράν. Ritt.

(43) Cod. Vat. 650 apponit μονάζοντι. Vers. 7 ep. ὅρον idem mutat in νόμον. Possin.

(44) Ed. Paris., ἐπειδὴ τότε. Corr. ex cod. Vat. Edit.

(45) Pro σκάμματι cod. Vat. scribit σκώμματι aut σκέμματι, nam ambiguus illic est ductus styli. Mihi utrobique editi lectio magis placebat. Illud probaverim, quod versu post secundo ἐπιφανέστερον cod. Vat. 650 in ἐπιφανεστέροις commutat. Possin.

(46) Cod. Vat. 650 πρὸς mutat in εἰς. Vers. 5 ep. συνεισελθεῖν idem mutat in συνελθεῖν. Id.

ad Abrahamum: « Ingredere ad ancillam meam, et liberos ex ea procrea [96]. » Tangendi autem de basiando, aut contrectando. Quanquam enim ista si cum coitu conferantur, peccata esse non videntur, verumtamen Veritate judicante ipsa quoque merito lapsus quidam censenda fuerint. Nam si curiosa contemplatio adulterium esse judicata est (a Christo,) contrectatio certe multo magis pro adulterio judicabitur. Quemadmodum enim in imaginibus depictis color magis afficit spectatores quam nuda lineamenta, sic etiam in corporibus comparatum est, ut tactus quam visus majorem movendi vim habeat. Si igitur aspectus quamvis subtilior sensus sit ac purior, condemnatus est tamen, non immerito tactus, ut qui sit crassior atque impurior sensus, prohibitus est.

A μου, καὶ τεκνοποίησον ἐξ αὐτῆς. » Τὸ δ' ἅψασθαι, ἐπὶ τοῦ φιλεῖν, ἢ ἐφάψασθαι (47). Εἰ γὰρ καὶ παραβαλλόμενα τῇ συνόδῳ, οὐ δοκεῖ ἁμαρτήματα εἶναι, ἀλλά γε ἀληθείας δικαζούσης πταίσματα καὶ αὐτὰ εἰκότως ἂν εἴη. Εἰ γὰρ ἡ περίεργος θέα μοιχεία εἶναι κέκριται, ἡ ἀφὴ πολλῷ πλέον κριθήσεται. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν εἰκόνων χρῶμα γραμμῆς κινητικώτερόν ἐστιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν (48) σωμάτων ἀφὴ θέας κινητικώτερον. Εἰ τοίνυν ἡ θέα λεπτοτέρα οὖσα καταχέκριται, ἡ ἀφὴ παχυτέρα οὖσα ἀπόλαυσις, οὐκ ἀπεικότως ἀπηγόρευται.

CX. — LEONTIO EPISCOPO.

Quid sit illud: « Et erunt in montibus ut columbæ meditantes [97]. »

Quoniam per litteras quæsivisti, quid sit illud quod ab Ezechiele scriptum est: « Et erunt in montibus ut columbæ meditantes; » respondeo, tametsi multis verbis indigeat ejus interpretatio, me tamen quam potero compendiosissime id expositurum. De illis erat sermo prophetæ, qui ut a Babylonii (regis) invasione tuti essent, in montes confugerant: quos ait, quamvis hostes effugisse viderentur, tamen justitiæ divinæ animadversionem non evasuros. Nam quando in solitariis locis commorantes extra omnem teli jactum se constitutos esse arbitrabuntur, tunc et uxores suas et liberos, et cæterorum propinquorum exitium perpetuis gemitibus ac lamentationibus prosequentur. Columbarum autem sub imagine acerrimos animorum cruciatus ob oculos proposuit. Qui enim clamant, et angores **472** animi sui ad proximos efferunt, non exiguum percipiunt doloris solatium et levamentum. Nam quodammodo leviora fiunt narrando mala (ea quæ nos cruciant). Qui vero aut metu aut aliam quampiam ob causam silentio calamitates suas involvunt atque occulunt, sed solo suspirio cruciatum subindicant, illi intolerabilem experiuntur mali invasionem, quippe quæ ad sanationem non inclinet, sed potius ad augmentum et intensionem spectet. Cum igitur magnitudinem vellet indicare supplicii, neque id solum verum etiam vehementissimum et acerrimum metum, siquidem neque exclamare audemus, suspicione semper hostilem impressionem velut in somno obversantem ac repræsentatam cogitante, imagine ejusmodi usus est.

ΡΙ'. — ΛΕΟΝΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Τί ἐστι· « Καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς περιστεραὶ μελετητικαί; »

Ἐπειδὴ γέγραφας· Τί ἐστι τὸ γραφὲν παρὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· « Καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς περιστεραὶ μελετητικαί; » φημὶ, ὅτι πολυεπείας μὲν χρήζει ἡ ἑρμηνεία· ὅμως, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συντεμὼν φράσω· Περὶ τῶν ἐν τῇ Βαβυλωνίου ἐφόδῳ ἀνασωθέντων εἰς τὰ ὄρη, ἦν τῷ προφήτῃ ὁ λόγος, ὅτι οὐδ' ἂν δόξωσι διαπεφευγέναι τοὺς πολεμίους, διαφεύξονται τὴν δίκην. Ὅταν γὰρ τὰς ἐρήμους κατειληφότες ἔξω τῶν δεινῶν εἶναι ἡγήσωνται, τότε γυναῖκάς τε καὶ παῖδας καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων τὸν ὄλεθρον θρηνοῦντες διατελοῦσι· τῷ δὲ τῶν περιστερῶν παραδείγματι τὸ περιώδυνον τῶν ψυχῶν παρέστησεν. Οἱ C μὲν γὰρ βοῶντες καὶ πρὸς τοὺς πέλας τὸ πάθος ἐκφέροντες οὐ μικρὰν λαμβάνουσι τοῦ πάθους παραμυθίαν. Κουφίζεται γὰρ τρόπον τινὰ τῇ διηγήσει τὰ πάθη (49)· οἱ δ' ὑπὸ δέους, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας σιγῇ τὰς συμφορὰς κατακρύπτοντες, μόνῳ δὲ τῷ στεναγμῷ τὴν ὀδύνην ἐμφαίνοντες, ἀνύποιστον ἔχουσι τοῦ κακοῦ τὴν ἔφοδον, ἅτε εἰς θεραπείαν μὲν μὴ νεύουσαν, εἰς ἐπίτασιν δὲ βλέπουσαν. Δηλῶσαι οὖν βουλόμενος (50) τῆς τιμωρίας τὸ μέγεθος, ἀλλὰ καὶ τοῦ δέους τὴν ὑπερβολὴν, εἴγε μηδὲ ἐκβοᾷν τολμῶμεν, τῆς ὑποψίας ἀεὶ τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων ὀνειροπολούσης, τῇ τοιαύτῃ εἰκόνι ἐχρήσατο.

CXI. — LAMPETIO DIACONO.

Cum obtuleris munus tuum ad altare [98]. »

Maximæ curæ sunt Deo Verbo hominum inter se

D

ΡΙΑ'. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

« Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. »

Μέγιστον (51) τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁ περὶ τῶν πρὸς

[96] Gen. XVI, 2. [97] Ezech. VII, 16. [98] Matth. V, 23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(47) Pro ἐφάψασθαι idem cod. scribit ἐπαφῆσθαι. POSSIN.

(48) Pro his, καὶ ἐπὶ τῶν, idem cod. solum habet κἀπὶ τῶν. ID.

(49) Non solum igitur, ut ait Ovid.,

Expletur lacrymis egeriturque dolor,

sed etiam querulis narrationibus in aliorum sinum exoneratur. Confer locum similem apud Isidorum nostrum lib. III ep. 8. RITT.

(50) *Βουλόμενος*. Post βουλόμενος puto addendum, quod in ms. omittitur, οὐ μόνον. ID.

(51) Pro μέγιστον cod. Vat. 650 habet μέγιστος, et vers. 2 ante λόγος addit ὁ. POSSIN.

ἀλλήλους καταλλαγῶν λόγος. Ὁ γὰρ διαλλάξας τὰ A οὐράνια τοῖς ἐπιγείοις, οὗτος καὶ τὰς ἔχθρας παραλύει, μήτε φῦναι συγχωρῶν, καὶ βλαστησάσας ἀπὸ τῶν ῥιζῶν αὐτὰς κατασείων· λέγει μὲν γάρ· « Μὴ ὀργίζου τῷ ἀδελφῷ σου εἰκῇ. » Ἐπειδὴ δὲ οἶδε τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ὀλισθαίνουσαν (52), καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι διαλύει (53) τὰς ῥίζας, καὶ τὸ οἰκεῖον δῶρον μένειν ἀτέλεστον ἀνέχεται, ἕως ἂν πρὸς ἑαυτοὺς σπεισώμεθα· ἔχει μὲν οὖν φιλανθρωπίαν ἀκροτάτην τὸ λεχθέν· οὐκ ἀμοιρεῖ δὲ καὶ λογισμοῦ δικαίου. Σὺ μὲν γάρ, φησί, φιλανθρωπίαν ζητεῖς· ἀλλ' ὁ ἠδικημένος ἐκδίκησιν. Σὺ μὲν καλεῖς (54) ἐλεήμονα· ἀλλ' ἐκεῖνος δίκαιον. Σὺ συγγνώμην αἰτεῖς, ἀλλ' ἐκεῖνος μὴ βοηθηθεὶς καταβοᾷ. Παῦσον ἐκεῖνον δικαίως καταβοῶντα, καὶ οὐκ ἀμοιρήσεις τῆς ἐμῆς εὐμενείας· διάλλαξον σαυτῷ τὸν ἀδικηθέντα, καὶ τότε B ἐμὲ διαλλαγῆναί σοι ἀντιβόλησον. Οὐ πιπράσκω δώρῳ ἀλλοτρίας ἐκδικήσεως δίκαιον. Οὐ νοθεύω τὸ ἀδέκαστον κριτήριον (55)· οὐ μεταδίδωμί σοι τῷ ἀδικήσαντι τῆς (56) εὐμενείας, ἕως ἂν ὁ ἀδικηθεὶς ὀλοφύρηται· ἐκεῖνό σοι δωροῦμαι, οὐ μικρὸν ὄν, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ μέγιστον· ὑπερτίθημι τὴν διάγνωσιν· οὐκ ἐκφέρω εὐθὺς αὐτοτελῆ ἀπόφασιν. Δίδωμί σοι καιρὸν ἀπολογήσασθαι τῷ ἀδικηθέντι.

reconciliationes. Nam idem ille, qui cœlestium cum terrestribus gratiam redintegravit, odia quoque hominum dissolvit, neque enasci ea permittens, etsi forte germinaverint, radicitus illa concutiens atque evellens. Ait enim : « Noli irasci fratri tuo temere [98*]. » Quia vero probe cognitam habet humanam infirmitatem, quæ levi momento ad lapsum impellitur, etiam exortis inimicitiis dissolvit earum radices, adeoque proprium munus imperfectum manere æquo animo fert, quoad usque inter nos in concordiam redeamus. Cum igitur id quod dictum est, summam in se humanitatem complectatur : tum etiam ratione justa non destituitur. Nam tu quidem, inquit, humanitatem benignitatemque apud me quæris; at is qui abs te injuria affectus est, ultionem poscit. Tu quidem misericordem me vocas : at ille justum. Tu veniam postulas : at ille nondum adjutus reclamat. Tranquilla illum qui juste reclamat (ne tibi veniam concedam), et tunc mea tibi non deerit benevolentia. Reconcilia prius tibi eum quem læsisti ; et tunc mihi, ut tibi reconcilier, supplica. Non vendo munere jus alienæ ultionis : non adultero incorruptum judicium meum : non facio te, qui alterum injuria affecisti, meæ participem gratiæ, quam diu injuria affectus, mihi de te conqueritur. Illud tibi largior, quod quidem neutiquam exiguum, sed longe maximum est : protelo causæ dijudicationem : non statim perfectam ac definitivam pronuntio sententiam. Concedo tibi spatium ad satisfaciendum ei quem injuria affecisti.

ΡΙΒ'. — ΩΡΙΩΝΙ.

Περὶ (a) *συντάξεως τοῦ ἀποστολικοῦ ῥήματος, ἔνθα φησί· « Κωλυόντων γαμεῖν* (57). »

C Ἐπειδή, τί ἐστι τὸ εἰρημένον τῷ Παύλῳ, « Κωλυόντων γαμεῖν· καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων, » ἠθέλησας μαθεῖν, ἴσθι, ὅτι τινὲς μέν, προσποιούμενοι ἀγνοεῖν ὅτι χάρισμα γνώσεως καὶ σοφίας εἴληφε, καὶ ὅτι Ἑρμῆς εἶναι ἐνομίσθη, φασὶ μὴ κεκρατηκέναι τὸν Ἀπόστολον τῆς φράσεως, ἀλλ' εἰς τοὐναντίον περιενεχθῆναι. Τὸ γάρ, « Κωλυόντων γαμεῖν, » κατὰ

473 CXII. — ORIONI.

De constructione apostolici dicti, ubi ait : « Prohibentium matrimonium contrahere [98**]. »

Quoniam quid sit quod apud Paulum dicitur, « Prohibentium nubere, et abstinere a cibis, » discere voluisti, scire debes quosdam simulantes se nescire quod donum scientiæ et sapientiæ consecutus, quodque ob id etiam Mercurius existimatus sit Apostolus, dicere non servasse eum loquendi rationem, sed in contrarium delatum esse. Cum enim dixisset,

[98*] Matth. v, 22. [98**] I Tim. iv, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(52) *Τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ὀλισθαίνουσαν.* Sic Chrysostomus, πρᾶγμα εὐόλισθον φύσει ἄνθρωπος. Ritt.

(53) Διαλύει mutat idem cod. in διασαλεύει, et vers. post tertio, ἀκροτάτην in ἄκρατον. Possin.

(54) *Σὺ μὲν καλεῖς.* Videtur deesse με, aut ita pro μὲν reponendum. Ritt.

(55) *Οὐ νοθεύω τὸ ἀδεκάστῳ ἀδέκαστον κριτήριον.* Fort. legend. οὐ ν. τ. ἀδίκῳ τὸ ἀδέκαστον κρ. Ita certe sensus postulat. Possin.

(56) Inter τῆς et εὐμενείας idem cod. inserit ἐμῆς. Id.

(57) Hanc epistolam non satis commode nec sine difficultate magna Latinam ab interprete fieri posse, facile mihi assentietur, qui velata paulisper mea versione tentarit novam ac propriam. Causa difficultatis et confragositatis non una est, quam quivis lector facilius ipse per se deprehendet, quam ego necesse habeam pluribus exponere. Ea me a vertendo pene deterruerat : certe ad extremum hanc reservari jussit, ne dicam coegit. Tentavi tum aliquid. Sed me ubique sensum scriptoris assecutum esse, id vero non ausim dicere : imo negare propalam non vereor. Nec præstare lectionis integritatem volo, tametsi quædam correxerim probabiliter. Doctiores dent meliora, et inprimis ostendant nobis, tum quo pacto varia dicta Scripturæ in hac epistola cohæreant, atque ad unum scopum referantur : tum quid sibi in uniuscujusque allegatione et expositione Isidorus velit, quod equidem non ubique capio. Cur enim τὴν ἀμβλυωπίαν dissimulem? Ritt.

(a) Eruditam sane et utilem sancti Isidori epistolam novis adjicere idcirco placuit, quod interpres Germanus, cætera eruditus, vel ipsius confessione, sensum minus est assecutus, vitio scripti exemplaris Bavaraci. Nam in suis codd. abbas Billius non reperit. Equidem allaboravi, Vaticani cod. ope, ut legi nunc et intelligi melius queat epistola sacræ Scripturæ illustrandæ peridonea, viamque aliis bis commonstrans. Initio vero Paulum Iconii Mercurium eloquentiæ gratia appellatum discas Actor. xiv, 11, cujus et in proxima epist. 113 Uranio diacono missa commeminit. Pro περιενεχθῆναι erat in Rom. cod. script. περιενηνέχθαι.

« Prohibentium nubere, » abstinentiam a cibis in contrariam separavit classem. Neque enim prohibebant abstinere. Dicendum namque erat : Prohibentium nubere, et jubentium abstinere a cibis. Igitur etsi forte alibi hoc usu venit admirando illi viro, sane concedatur hoc quoque : non enim contentionibus danda est opera. Vide autem ne forte hoc loco circa unam litteram unumque apicem commissum sit erratum : videlicet, « Prohibentium nubere, accipere cibos » (ut scriptum sit ἀπέχεσθαι, cum scribi debuerit ἀντέχεσθαι). Ecclesia vero sicut conjugium honorabile ducit, ita cibos quoque non abominatur; sed neque eos capere jubet, quin potius medium locum et nuptiis et cibis tribuit. Nam est quidem ille præstantior, qui harum rerum usu est superior. Verumtamen qui moderato earum usu fruitur, non ob id reprehendendus est. At qui eas calumniatur ac traducit, is extra sacra castra commoratur. Quod autem sæpenumero una littera, vel transposita vel prætermissa vel addita, mentem eorum quæ dicuntur conturbare soleat : ex eo, quod in Actis aposto-

A κοινοῦ θεὶς τῷ ἀπέχεσθαι (b), εἰς τὴν ἐναντίαν ἀφώρισε τάξιν. Οὐ γὰρ ἐκώλυον ἀπέχεσθαι· ἐχρῆν γὰρ εἰπεῖν· Κωλυόντων γαμεῖν, καὶ κελευόντων ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἀλλαχόσε τοῦτο ὑπέμεινεν (c) ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ, δεδόσθω καὶ τοῦτο. Οὐ γὰρ φιλονεικητέον (58). Ὅρα δὲ μή ποτε περὶ ἓν στοιχεῖον ἢ μίαν κεραίαν (d) γέγονε τὸ σφάλμα· Κωλυόντων γαμεῖν, ἀντέχεσθαι βρωμάτων (e)· ἢ, Κωλυόντων γαμεῖν, καὶ ἔχεσθαι βρωμάτων. Ἡ δὲ Ἐκκλησία, ὥσπερ τὸν γάμον τίμιον ἡγεῖται, οὕτω καὶ τὰ βρώματα οὐ βδελύττεται· ἀλλ' οὐδὲ ἀντέχεσθαι προστάττει, ἀλλὰ μέσην χώραν (f) καὶ τῷ γάμῳ καὶ τοῖς βρώμασιν ἀπονέμει. Κρείττων μὲν γὰρ ὁ τῆς ἀπολαύσεως αὐτῶν ὑψηλότερος· ὁ δὲ μετρίως ἀπολαύων, οὐ μεμπτός· ὁ δὲ διαβάλλων, B ἔξω ἱερῶν περιβόλων ἐσκήνωται (59). Ὅτι δὲ πολλάκις ἓν στοιχεῖον ἢ μεταστοιχειωθὲν, ἢ παραλειφθὲν, ἢ προστεθὲν, τὸν νοῦν τῶν λεγομένων συνταράττει, δῆλόν ἐστιν ἐκ τοῦ φερομένου ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων· « Εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος. » Καὶ τὸ (g) ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους (60)·

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(58) *Οὐ φιλονεικητέον*. In medio deesse puto γάρ. Aureum est autem hoc præceptum, et maxime necessarium generi hominum cujus est naturalis facilitas ad dissentiendum et fovendas contentiones. Sed has amputare jubet prudentia et pietas et Christiana moderatio atque charitas. Ritt.

(59) *Ἔξω ἱερῶν περιβόλων ἐσκήνωται*. Ita restitui, cum in ms. B. legeretur, ἐξ ἱερ. περιβ. ἐσκήνωται. Significat autem appellatione ἱερῶν περιβόλων Ecclesiam Christi, a qua alienos atque exclusos esse ait τοὺς διαβάλλοντας τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν γάμου τε καὶ βρωμάτων. Doctrina plane apostolica. Id.

(60) *Καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Ἑβρ.* Leg. καὶ τοῦ, ut paulo ante, ἐκ τοῦ φερομ. Id.

(b) *Τὸ γὰρ κωλυόντων κατὰ κοινοῦ θεὶς τῷ ἀπέχεσθαι*. Pro his editum una dictione κωλυόντων γαμεῖν καταχωλυθεὶς τὸ ἀπέχεσθαι. Scripta lectio magis perspicua est. Subjicit : Οὐ γὰρ ἐκώλυον ἀπέχεσθαι, ἀλλ' ἀντέχεσθαι· ἐχρῆν γὰρ εἰπεῖν, φασι· Κωλυόντων γαμεῖν. Ubi leg. videri quis opinetur κελευόντων γαμεῖν καὶ ἀνέχεσθαι βρωμάτων, sensu contrario, sed qui eodem revolvitur, *jubentium nubere, et abstinere a cibis*. Et forte κωλυόντων prius scripsit Apost. I Tim. iv, 3, et postea, κελευόντων, quod ob vocum affinitatem librarius omisit, ut accidit interdum et alibi Isidorus a se observatum testatur : qui tamen hic ἀντέχεσθαι καὶ ἔχεσθαι pro ἀνέχεσθαι, tueri ac probare videatur. Alii hic ἔλλειψιν contrarii faciunt, ut planum ex ipsa sententia. Sic supra Apostolus, ibid. c. ii, vers. 12, Οὐχ ἐπιτρέπω διδάσκειν, ἀλλὰ εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ, ubi deest ἐπιτάττω, vel id genus aliud verbum. *Mulierem docere non permitto, sed ut sit in silentio*. Supplendum *mando*.

(c) *Τοῦτο ὑπέμεινεν*. In Vaticano cod. est τοῦθ' ὑπέμεινεν.

(d) *Περὶ ἓν στοιχεῖον, ἢ μίαν κεραίαν*. Respexit illud Christi dictum Matth. v, 18 : *Iota unum aut unus apex non peribit a lege*.

(e) *Ἀπέχεσθαι βρωμάτων*. Addit Vaticanus cod., οὐ κωλυόντων γαμεῖν καὶ ἔχεσθαι βρωμάτων, ἡ δὲ Ἐκκλησία, etc.

(f) *Ἀλλὰ μέσην χώραν*. In eodem illo μεγίστην erat scriptum, sed nihil muto. Mox pro οὐ μεμπτὸς est ἄμεμπτος, ibid.

Primus itaque hic sacræ Scripturæ expositus locus est Pauli I Timoth. iv, 3. Alter est Actorum xxiii, 9. Tertius ad Hebræos vii, 11, ubi de εἰ particulæ in sacris Litteris varia notione disseritur : de qua et singularem libellum Bessarion card. Nicænus olim conscripsisse fertur, et Georg. Trapezuntius edidit in illud Joan. xxi, 22 : *Si* (vel *sic*) *illum volo manere, quid ad te?* Et de templi Delphici εἰ inscriptione singulari commentario Plutarchus philosophatur. Actorum autem huic loco rursum Vatic. liber adjicit, τὸ γὰρ, εἰ ἢ ἐστὶ, τουτέστιν, ἢ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος.

(g) *Καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους*. Qui locus supra allatus est.

Quartus locus est Pauli ad Philip. iv, 3, Γνήσιε σύζυγε. Vulgatæ edit. interpres reddidit *germane compar*. Conradus hic interpres vertit quasi γνησία legendum esse Isidorus censuerit. At in membranis Vaticanis Isidori reperio, quasi syllaba annexa συνίζυγε legi velit beatus Isidorus. Quæritur hic an de uxore sua Apostolus agat, quam habuisse beatus Ignatius martyr epist. ad Philadelphens. ait ; negat vero hic de sua loqui conjuge Joan. Chrysostomus ; affirmat autem Clemens Alexand., Origenis præceptor, attestante Eusebio, *Ecclesiast. Hist.* lib. iii, cap. 30. Verius tamen est Apostolum sine uxore vixisse, qui I Cor. vii, 7, omnes secum cœlibem agere vitam exoptet.

Quintus locus est Proverb. xxiii, 31, quem integre e LXX apponam : Εἰ γὰρ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷς τοὺς ὀφθαλμούς σου, ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου. *Nam si ad phialas et pocula tenderis oculos tuos, postea ambulabis nudior pistillo*. In Hebræo vero Pagnino interprete est : *Ne intuearis vinum quando rubescit, cum dederit in calice colorem suum : ambulabit directe*. At in Vulgata longe etiam aliter quam in Græco : *Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus, ingreditur blande*. Proverbii autem specie dictum quis non videt : *Pistillo nudior*, et *calvior multo pistillo?* quæ et

« Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν. » *Εἰ* μὲν οὖν ἐστιν *ἐπεὶ*, καὶ συγκόπτεται τὸ νόημα, καὶ τοὐναντίον τῇ ἀποστολικῇ γνώμῃ κατασκευάζεται, καὶ τὸ, *γνήσιε σύζυγε*, *γνησία* ἐστὶ, τοῦ ἰῶτα στοιχείου ἢ προστεθέντος ἢ συγγραφομένου μὲν, μὴ συνεκφωνουμένου δέ. Καὶ τὸ ἐν ταῖς Παροιμίαις· « Ὕστερον περιπατήσει γυμνότερος ὑπέρου· » *ὕπερον* εἰ ἔστι τοὔνομα· οὐ γὰρ εἶπε γυμνὸς ἢ γυμνότατος, ὥσπερ ὕπερον, ὅπερ, εἴτε τὸ *ὕπερον* εἴτε τὸ *ὑπερῷον* μηνύει, ὤφειλε λεχθῆναι, ἀλλὰ γυμνότερον (61). Καὶ τὸ εἰς τὸν ψαλμὸν, « Ἔσται εἰς αὔραν, » εἰρημένον, τουτέστιν εἰς πραεῖαν καὶ ἐαρινὴν κατάστασιν μετεποιήθη, Ἔστη εἰς αὔραν. » Καὶ πάλιν· « Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικιεῖ, καὶ καθιεῖται· » τουτέστι, καταπραΰνεῖ, καὶ καταπραϋνθήσεται ὁ κατακλυσμός. Οὐχ εἶπε τὸ, Κατοικίσει (*h*), ὥς τινες
B οἴονται, ἀλλὰ *κατοικιεῖ*· ὡς τὸ, « Κατοικίζει στεῖραν ἐν οἴκῳ· » καὶ τὸ, « Κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ· » καὶ, « Σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με· » ἄλλο γὰρ τὸ *οἰκίσαι*. Τινὲς δ' ἴσως μὴ νοήσαντες ἔγραψαν, « Καὶ καθιεῖται Κύ-

A lorum fertur, manifestum fit : « Si vero spiritus cum ipso locutus est, vel angelus [99] : « Necnon ex eo, quod exstat in Epistola ad Hebræos : « Siquidem igitur consummatio erat per Leviticum sacerdotium [100]. » Itaque particula *ei* valet tibi ἐπεὶ, et concisus fit sensus, contrariusque apostolicæ menti concinnatur. Et (quod alibi est apud eumdem [1]) γνήσιε σύζυγε, hoc est germane conjux, ita capiendum est, quasi scriptum foret γνησία, littera *iota* vel adjecta, vel una quidem scripta, non autem simul pronuntiata : Quod item in Proverbiis est : « Tandem obambulabit nudior pistillo; » ὕπερον si est nomen, non enim dixit, *nudus*, aut *nudissimus*, tanquam pistillum, quod dici debebat, siquidem ὕπερον idem quod ὑπερῷον significat; sed *nudiorem* dixit.
B Quanquam etiam, quod dicitur in Psalmo ἔσται, hoc est, erit in auram, hoc est in mitem ac vernam constitutionem mutatum est, ἔστη, hoc est, stetit in auram. Et rursum : « Dominus diluvium statuet et residebit [2]; » hoc est, sedabit sive componet, et tranquillabitur diluvium. Non usus est verbo κατοικίσει,

[99] Act. xxiii, 9. [100] Hebr. vii, 11. [1] Philipp. iv, 3. [2] Psal. xxviii, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(61) *Ἀλλὰ γυμνότερον*. F. leg. γυμνότερος. Ritt.

Chiliastes posuit chil. iv, cent. vii, nadgio 48 et 49, nullum laudans dicti auctorem. At chiliad. iii, cent. vi, adag. 21, *Pistillo retusior*, ex epist. quadam S. Hieronymi. In Græco Latinis proverbiis a nobis evulgatis Zenobius ex Philemone ἐν ἥρωσιν. cent. vi, adag. 25, ὑπέρου περιτροπή· Michaeli. Apostolio et Hesychio est περιστροφή. Suidas v, utroque habet modo. Adhiberi autem solitum cum quis moveat, promoveat vero nihil. Lege Apostolium nuper editum cent. xix, adag. 95, 96, 97. In Diogeniani v. Collectaneis cent. iv, ad. 33, Δοῖδυξ αὔξει, *Crescit pistillum*. Et in vaticana appendice, cent. iv, adag. 31, ὕπερον κοσμεῖς. Quale illud : *Ollam exornas*. Cæterum τὸν καὶ τὸ ὕπερον masc. et neutro genere dici observatum e Luciano, Suida, Polluce et Varino; Clemente item Alexandrino, ac Theodoreto Cyri episcopo lib. vi et vii *Therapeuticæ*. Sic et ὁ καὶ τὸ δεῖπνος et ξύστος utroque elata genere reperire est.

Sextus e Psalmographo, locus e psal. cvi, 29 : *Et statuit procellam ejus in auram, et siluerunt fluctus ejus*. LXX habent, Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησαν τὰ κύματα αὐτῆς. Ex Hebræo vertunt, *Et statuit procellam in tranquillitatem*. At Symmachus quidem sic : Σήσοντος αὐτοῦ τὴν καταιγίδα εἰς γαλήνην. Aquila vero, Ἀναστήσει λαίλαπα εἰς αὔραν. *Aura* autem etiam Latinis lenior est ventus, et contra λαῖλαψ, *turbo*, cum, ut Hesychius ait, αὔραν πνοὴν λεπτήν, sic blandum teneramque constitutionem exponat. Itaque Isidorum ad illum Regii Vatis locum respicientem suspicor scripsisse ἔστη, non ἔσται, εἰς αὔραν, *statuit in auram*.

Septimus, alter e psalmo xxviii, 10, locus est in voce κατοικιεῖ· et post καθιεῖται interpungendum videtur : et segregandum : Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα· quod ἀκριστιχία sit (sic enim Vaticanus Isidori codex legit, pro ἀκρόστιχα) quadruplex in Κύριος. Qualia sunt octonariis comprehensa versibus tota alphabeti serie in psalm. bene longe cxviii, *Beati immaculati in via*, et ut in Salomonis cap. xxxi Proverbiorum de forti muliere : et in Jeremiæ Threnis atque in Jobi planctu lugubri. Variantes et hic scripturæ cum in Romano, tum in Bavarico cod. diversæ initio καταπραϋνθήσεται ὁ κατακλυσμὸς, *diluvium sedabitur, mitigabitur ac lenietur*.

(*h*) *Οὐχ εἶπε γὰρ κατοικίζει*. Quidam libri supra etiam κατοικεῖ pro futuro illo κατοικιεῖ. Symmachus reddidit et Hebr., ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐκάθισεν. Aquila vero, εἰς κατακλυσμὸν ἐκάθισεν. Hic vero κατοικίσει potius legendum esse exempla ostendunt allata e psal. cxii, 9 et lxvii, 7; item e psalmo iv, 10, in quibus a κατοικίζω tempora mutuatur. Hic κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με, ubi Aquila ex Hebr. vertit, κατ' ἰδίαν εἰς πεποίθησιν καθίσειέ με. Idemque illud psalmi lxvii, 7, ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ, sic reddit, καθίζει μονομενεῖς ἐν οἴκῳ. Symmachus, δίδωσι μοναχοῖς οἰκεῖν οἰκίαν. Ad hæc subjicit idem Vaticanus Isidori cod. plenius quam Bavaricus cod., Ἄλλο γὰρ τὸ οἰκίσαι καὶ ἄλλο τὸ οἰκῆσαι, Quidam forte per ignorantiam scripserunt, καὶ καθίεται (in editis est κάθηται) Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα· εἶτα ἄλλοι ὡς διορθούμενοι καθιεῖται ἔγραψαν, quæ postrema in edito desunt, quo plana ac perspicua sunt omnia. Interpungendum itaque, ut dixi, ante Κύριος, quæ vox extremo psalmo xxviii, 10 et 11, quater iteratur ἀκροστίχως.

Octavus sacræ Scripturæ locus, e Canticis canticorum est c. ii, 7. ubi Vulgata vetus editio : *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit*. Hic vero et in ms. est, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι (in edito est ἴχνεσι) τοῦ ἀγροῦ, ἐᾷν ἐγείρεσθαι (*sinere excitari*) καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως τοῦ θελήσῃ. Editum vero hic, ἐὰν ἐγείρεσθε καὶ ἐξεγείρεσθε τὴν ἀγάπησιν ἕως οὗ θελήσει. Subjicit deinde, ἀντὶ τοῦ συγχωρῆσαι τὴν ἀγάπην εἰς ὕψος, ὅσον ἂν βουληθείη, ἀναπτῆναι. Mox etiam, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην. Pro hac voce editum supra male ἀγάπησιν, *delectionem*. Verius est ἀγαπητὴν, *dilectam*, ut reddidit interpres. Nodus certe est in ἐᾷν ab ἐάω, et ἐὰν, *si*.

ut quidam putant, sed dixit κατοικεῖ, ut illud : Κατοικίζει στεῖραν ἐν οἴκῳ, hoc est, « habitare facit sterilem in domo [a]. » Et hoc : Κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ · hoc est, « Dominus inhabitare facit unius moris in domo [b]. » Et, Σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με · aliud enim est οἰκίσαι. Quidam vero id fortasse non intelligentes scripserunt : **474** Καὶ καθιεῖται κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, hoc est : « Et sedebit Dominus rex in sæculum [c]. » Sed refellunt ipsos acrosticha sive initia versuum, quæ a dictione Κύριος, hoc est Dominus, incipiunt : « Dominus rex in sæculum. » Et, « Dominus virtutem populo dabit. Dominus benedicet populum suum in pace [d]. » Et in Canticis canticorum : « Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, in virtutibus et vestigiis agri, ubi excitabimini, et excitabitis dilectionem, quoad usque volet [7]; » pro eo quod est, ut una in altum contendant, quos sursum voluerit evolare. Cum autem non intelligerent vim particulæ ἐὰν, quod hoc loco esset excitantis ad una contendendum in altum, quasi dixisset imperandi modo, Συγχωρήσατε · scripturam ita immutarunt : ut modo conjunctivo ponerent, Ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, hoc est, Si surrexeritis et exsuscitaveritis dilectionem. Oportuisset igitur adjungi, Si excitaveritis, hoc fiet : neque in suspenso relinquere orationem. Sed ne epistolam justo longius producam, posteaquam hæc dixi, quæ Scripturarum mentem non solum nullo afficiunt detrimento, verum etiam stabiliunt, et firmam fixamque declarant, eamque obscuritatem, quæ ei circumfusa videbatur, dissipant ac dissolvunt, finem hoc loco faciam, si prius lectores obtestatus fuero, ut ad ista, quæ attuli, remoto contentionis et contradicendi studio, attendant : et siquidem recte dicta sunt, Deo gratiam habeant ; sin minus, scriptori veniam tribuant, qui nihil præfracte definivit sed lecturis calculi et judicii libertatem permisit.

ριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἐλέγχει δ' αὐτοὺς τὰ ἀκρόστιχα, ἀπὸ τοῦ *Κύριος* τὴν ἀρχὴν ἔχοντα. « Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. » Καί · « Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει. Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ. » Καὶ εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων · « Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρεσθε καὶ ἐξεγείρεσθε τὴν ἀγάπησιν ἕως οὗ θελήσει · » ἀντὶ τοῦ, Συγχωρῆσαι τὴν ἀγάπην εἰς ὕψος οὓς ἂν βουληθείη ἀναπτῆναι. Τὸ δὲ, *ἐὰν*, μὴ νοήσαντες ὅτι *συγχωρήσατε* ἐστὶ, μετέγραψαν, « Ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην. » Ἐχρῆν οὖν προστεθῆναι, Ἐὰν ἐγείρητε, τόδε γενήσεται, καὶ μὴ μετέωρον αὐτὸ ἀφιέναι. Ἀλλ' ἵνα μὴ πλέον τοῦ δέοντος μηκύνω τὴν ἐπιστολὴν, ταῦτα εἰπὼν, ἃ τὸν νοῦν τῶν Γραφῶν οὐ μόνον οὐ λυμαίνεται, ἀλλὰ καὶ συνίστησι, βέβαιόν τε καὶ πάγιον ἀποφαίνει, καὶ τὴν δοκοῦσαν ἀσάφειαν διαλύει, καταπαύσω, τοῖς ἐντευξομένοις παραινῶν, ἄνευ φιλονεικίας (62) συνιδεῖν · καὶ εἰ μὲν ὀρθῶς εἴρηται, τῷ Θεῷ χάριν εἰδέναι · εἰ δὲ μὴ, τῷ γεγραφότι συγγνώμην νεῖμαι, τῷ μὴ ἀποφηναμένῳ, ἀλλὰ τοῖς ἐντευξομένοις ἐπιτρέψαντι τὴν ψῆφον.

CXIII. — URANIO DIACONO.

In illud Pauli dictum, « Testamentum enim in mortuis firmum [8]. »

Dum lex eos qui majora gravioraque quam **510** quibus ignosci posset, admiserant peccata, absque remissione ulla puniret: superveniens gratia (Evangelii), quæ mortalem et perturbationibus obnoxiam vitam per baptismum mortificavit, per regenerationem denuo homines quasi ex machina in aliam regeneravit vitam, præcepitque ut per optimam vivendi rationem corporis perturbationes non tam tabefactas compesceremus, quam omnino enecaremus. Eos autem qui adhuc peccare non destituri essent, neque pœnitentiam acturi, gravioribus atque acerbioribus etiam, quam lex, pœnis se affecturam comminata est. Qui enim tanto digni habiti dono, et in honorem regium evecti, et divinorum facti participes mysteriorum et donorum gratiæ, tamen etiam sic ignavi esse (ad bona opera) perseverant, majori supplicio digni censebuntur. Atque

ΡΞΗ'. — ΙΩΑΝΝΗ ΔΙΑΚΟΝΩ.

Εἰς τό, « Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. »

C Τοῦ νόμου τοὺς συγγνώμης ἁμαρτάνοντας μείζονα ἀπαραιτήτως κολάζοντος, ἡ χάρις ἐπιφοιτήσασα, καὶ τὸν θνητὸν καὶ ἐμπαθῆ θανατώσασα διὰ τοῦ βαπτίσματος βίον, διὰ παλιγγενεσίας αὖθις ὥσπερ ἐκ μηχανῆς εἰς ἄλλον ἀνεγέννησε βίον, καὶ προσέταξεν, διὰ πολιτείας ἀρίστης τὰ τοῦ σώματος μαρᾶναι, μᾶλλον δὲ νεκρῶσαι πάθη· τοῖς δὲ πταίσασι, καὶ μὴ μετανοήσασι, μᾶλλον ἢ ὁ νόμος πικροτέρως ἐκόλασε, καὶ ἠπείλησε τὰς τιμωρίας. Οἱ γὰρ τοσαύτης ἀξιωθέντες δωρεᾶς, καὶ εἰς τιμὴν βασιλικὴν ἀνακομισθέντες, καὶ θείων γενόμενοι μυστηρίων τε καὶ χαρισμάτων κοινωνοί, εἶτα ῥᾳθυμήσαντες, μείζονος ἂν εἶεν τιμωρίας ἄξιοι. Καὶ τοῦτ' ἐγγυᾶται ὁ Παῦλος φράζων τοῦθ' ὅπερ μαθεῖν ἠθέλησας· « Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν, ἀντὶ τοῦ D χωρὶς ἐλέους καὶ παραιτήσεως καὶ συγγνώμης, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει (45), τοῦτ' ἔστι

[99] Philipp. II, 6. [1] Rom. VIII, 3. [2] Psal. XXXIX, 7; Hebr. X, 5. [3] Zachar. IV, 11. [4] I Cor. II, 8. [5] Joan. I, 14. [6] Hebr. I, 1. [7] Hebr. X, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(43) In titulo post Νείλῳ cod. Vatic. 650 addit Διακόνῳ, et verbum ultimum epistolæ non ἀποφῆναν sed ἀποφῆναι scribit. POSSIN.

(44) Vide supra epist. 115. RITT.

(45) Inter ἀποθνήσκει et τοῦτ' ἔστι hæc cod. Vat. 650 inserit: Δύο, φησίν, ἢ τριῶν μαρτύρων μαρτυρησάντων ἀποθνήσκει [quæ ex margine in textum irrepsisse videntur]. POSSIN.

λιθοβολεῖται· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν ἐλευθερώσαντα, φησὶ, καὶ τιμήσαντα, δι' ὧν πράττει, καθυβρίζων;

A hoc ipsum Paulus significat, cum id profert, quod tu discere voluisti: « Irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla miseratione (hoc est absque misericordia, et excusatione, et venia), duobus vel tribus testibus moritur, hoc est, lapidibus obruitur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui eum a quo liberatus, inquit, et honore affectus est, contumelia afficit? »

ΡΞΘ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰς τὸ, « Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί. »

Τοὺς εἰρηνοποιοὺς ὁ Σωτὴρ ἐμακάρισε, καὶ υἱοὺς ἐπηγγείλατο Θεοῦ γενέσθαι (46)· τοὺς πρῶτον μὲν ἐν ἑαυτοῖς εἰρηνεύοντας, καὶ μὴ διαστασιάζοντας, ἀλλὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον καταλύοντας, τῷ τὸ σῶμα τῷ πνεύματι ὑποτάττειν, καὶ πείθειν τὸ ἔλαττον τῷ κρείττονι δουλεύειν, δουλείαν πάσης ἐλευθερίας καὶ βασιλείας ἀμείνω· ἔπειτα καὶ τοῖς ἄλλοις B τοῖς τε πρὸς ἑαυτοὺς τοῖς τε πρὸς ἀλλήλους στασιάζουσιν εἰρήνην βραβεύοντας. Οὐκ ἂν δέ τις ἄλλῳ πρυτανεῦσαι δίκαιος ἂν εἴη, ὃ μὴ αὐτὸς ἔχει. Ὅθεν καὶ ἄγαμαι τῆς θείας φιλανθρωπίας τὴν ἀνυπέρβλητον φιλοτιμίαν, ὅτι τὰς ἀγαθὰς ἀντιδόσεις, οὐ μόνον πόνοις καὶ ἱδρῶσιν, ἀλλὰ καὶ εὐπαθείαις τρόπον τινὰ (47) ὀρέγειν ὑπισχνεῖται, εἴ γε ἡ κορυφὴ τῶν εὐφραινόντων ἡ εἰρήνη ἐστὶν, ἧς ἀπούσης, οὐδὲν τῶν εἰς θυμηδίαν ἡκόντων ἰσχύσει, πολέμου τὴν εἰρήνην κατασβεννύντος· εὖ δὲ καὶ φάναι, υἱοὺς Θεοῦ κληθήσεσθαι τοὺς εἰρηνοποιούς· καὶ τὸ ἔπαθλον ἐκεῖνο τούτῳ τῷ ἄθλῳ ἀπονενεμηκέναι. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς, γνήσιος ὢν Υἱὸς, εἰρηνοποίησε τὰ πάντα, τὸ μὲν σῶμα ὁρμητήριον τῆς ἀρετῆς ἀποφήνας, τοὺς δὲ δύο (48) τόν τε ἐξ Ἰουδαίων καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας κτίσας εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· τά τε οὐράνια C τοῖς ἐπιγείοις συνάψας, εἰκότως τοὺς τὰ αὐτὰ ὡς ἐνδέχεται ποιοῦντας, τῆς αὐτῆς ἀξιωθήσεσθαι προσηγορίας ἔφη, καὶ εἰς τὴν τῆς υἱοθεσίας εἰσποιηθήσεσθαι ἀξίαν, ἥτις ἐστὶν ὁ ἀκρότατος τῆς μακαριότητος ὅρος.

CLXIX. — ISIDORO EPISCOPO.

In illud, « Beati pacifici [8]. »

Pacificos beatos prædicavit Salvator, et filios Dei futuros esse promisit: qui primo quidem in semetipsis pacem colunt, nec laborant seditione, sed bellum quasi civile et intestinum dirimunt, dum corpus spiritui subjiciunt, et partem sui inferiorem eo adducunt, ut præstantiori serviat servitutem quavis libertate, adeoque et regno quovis, potiorem: deinde, qui aliis quoque, vel secum ipsis vel cum aliis dissidentibus pacis sunt auctores. Nemo autem ad id alteri conciliandum idoneus fuerit, quod ipse non habet. Unde fit etiam ut immensam divinæ bonitatis vim demirer, quæ bonas retributiones non tantum laboribus ac sudoribus, sed quodammodo etiam voluptatibus sese daturam pollicetur, si quidem fastigium rerum delectabilium omnium pax continet: qua absente, nihil quidquam eorum valebit, quæ ad animum demulcendum sunt comparata, bello videlicet pacem exstinguente. Sed et hoc pulchre atque concinne dictum esse putandum est, filios Dei vocatum iri pacificos: quodque illud præmium huic certamini sit tributum. Cum enim ipse, ut qui genuinus sit Filius, ad pacem composuerit omnia, dum et corpus reddidit virtuti pronum atque obediens, et populos duos, qui, inquam, et Judæis pariter ac gentibus crediderunt, in unum novum hominem condidit, et denique cœlestia terrenis compaginavit: recte **511** atque ordine fecit, quod eadem, quantum quidem in ipsis est, præstantes, eadem quoque appellationis dignitate decorandos pronuntiavit, et in filiationis honorem cooptandos: qui supremus est beatitudinis terminus.

ΡΟ'. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ποίων ἁμαρτημάτων ἄφεσιν ἐδίδου ὁ νόμος διὰ θυσιῶν.

Τῶν μὲν δοκούντων εἶναι ἁμαρτημάτων, ὁ νόμος ἄφεσιν, ἢ διὰ θυσιῶν, ἢ δι' ἐλεημοσύνης, ἢ διὰ καθαρσίων, παρεῖχε· τῶν δὲ ὄντων οὐχί. Τὰ γὰρ συγγνώμης μείζονα, κατεδίκαζε θανάτῳ. Καταλύεσθαι (49) γὰρ παντὶ τρόπῳ τοὺς ταῦτα δρῶντας προσέταττεν, οὐχ ἵνα τὰ αὐτὰ δρῶμεν· λαθὼν (50) δὲ λίθον ἀκοντίσαι κατὰ τοῦ ἁλόντος· ἀλλ' ἵνα οἱ τῶν ἀσυγγνώ-

CLXX. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Qualium peccatorum remissionem dederit lex per sacrificia.

Apparentium quidem peccatorum remissionem lex vel per sacrificia et victimas, vel per eleemo- D synam, vel per lustrationes præbebat: verorum autem non item. Nam venia majora morte condemnabat. Omnino enim eos qui talia perpetrabant, de medio tolli atque aboleri præcipiebat: non ut eadem faciamus, quasi clanculum lex lapidem con-

[8] Matth. v, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Pro γενέσθαι idem cod. scribit κληθήσεσθαι. POSSIN.

(47) Inter τινὰ et ὀρέγειν inserit idem, καὶ θυμηδίαις. Vers. post 2, ἰσχύσει mutat in ἰσχύει. Paulo post pro εἰρήνην scribit εὐφροσύνην. Vers. seq. inter καὶ et φάναι, interserit τό. ID.

(48) *Τοὺς δὲ δύο.* F. deest λαούς, nisi pro τοὺς gas λαούς. RITT.

(49) Cod. Vat. καταλύεσθαι mutat in καταλεύεσθαι. POSSIN.

(50) Pro λαθὼν idem scribit λανθάνων, et pro ἀκοντίσαι, ἀκοντίζει. Vers. post 2, πταιόντων mutat in ἁλόντων. Vers. penult. ep. post καταλιθοῦν quæ sequuntur ad finem sic exhibet idem cod., τὸν ἐλάττονι πταίσματι φωραθέντα. ID.

tra deprehensum in ejusmodi peccato projecisset, sed ut illi qui a peccatis venia indignis atque carentibus mundi et immunes essent, supplicium illis qui peccarunt, irrogarent. Est enim absurdissimum et gravissimum, eos quidem, qui longe majora peccant, sed occulti latent, negligenter transmittere; lapidibus autem obruere eum qui minori quidem in re lapsus est, sed deprehensus in delicto.

A στων πταισμάτων καθαρεύοντες, τὴν τιμωρίαν κατὰ τῶν πταιόντων ἀποφέροιεν. Ἀτοπώτατον γάρ ἐστι καὶ λίαν δεινότατον, τοὺς μείζονα πολλοὺς πταίοντας μὲν, λανθάνοντας δὲ, παρορᾷν· καταλιθοῦν δὲ τὸν ἐπὶ ἐλάττονι μὲν πταίσαντα, φωραθέντα δέ.

CLXXI. — HERONI SCHOLASTICO.

Non solum ea, quæ non sunt in nostra potestate, ut tu, vir sapiens, arbitraris, sed ea quoque quorum nos sumus domini, si non magna auxilii copia nobis a divina providentia adveniat, non poterimus ad perfectum finem exitumque perducere. Aderit autem id præsto, omnino iis hominibus, qui absque tergiversatione ac prætextu ullo ea quæ penes se sunt inferunt, nihilque eorum, quæ ad illud impetrandum conducere videntur, prætermittunt. Nam (divina providentia) quæ non volentes excitat et hortatur ut velint, profecto eos, qui volunt, omniaque faciunt et sollicite agunt, omnino in ipsum præclare factorum subvehet fastigium.

ΡΟΑʹ. — ΗΡΩΝΙ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Οὐ μόνον τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ὦ σοφὲ, ὡς ἡγῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς ἐφ' ἡμῖν, εἰ μὴ πολλὴ ἡμῖν ῥοπὴ παρὰ τῆς θείας προνοίας ἐπιφοιτήσει, οὐκ ἂν δυνηθείημεν αὐτὰ εἰς τέλος ἄρτιον (51) ἀγαγεῖν. Ἐπιφοιτήσει δὲ πάντως, τοῖς πάντα τὰ παρ' ἑαυτῶν ἄνευ σκήψεως εἰσφέρουσι, καὶ μηδὲν παραλιμπάνουσι τῶν εἰς τοῦτο B φερόντων. Ἡ γὰρ τοὺς μὴ βουλομένους προτρέπουσα, τοὺς βουλομένους, καὶ πάντα ποιοῦντας, καὶ πραγματευομένους, πάντως εἰς αὐτὴν τῶν κατορθωμάτων ἀνοίσει τὴν κορυφήν.

CLXXII. — ÆMILIANO PRESBYTERO.

Non exigua ex maximorum præclarissimorumque virtutis operum commemoratione promanat utilitas. Nam et dormientes animas ad virtutem capessendam exsuscitat, et ignavas ac socordes excitatiores efficit, et vitiis indulgentes erubescere docet, atque ad pœnitentiam agendam adducit. Idque ostendens sapiens ille Proverbiorum scriptor dixit: « Favi mellis sunt sermones honesti [9]. » Honestos vocat eos, qui de pietate ac virtute habentur; non illos, qui ascititia quadam venustate se venditant, sed qui ex se ipsis quasi domo afferunt veritatis pulchritudinem: non qui tanquam in curru poetico aut oratorio vehuntur, sed quia nativam atque a Deo datam pedestrem semitam terunt. **512** Et quid tandem hinc redit utilitatis? doce nos, quæso, o Sapiens. « Dulcedo autem eorum (inquit) est sanatio animæ [10]. » Quoniam igitur constat priscorum hominum præclara facinora, si crebris usurpentur sermonibus, non exiguam parere utilitatem; assidue ipsorum egregia facta in cœtibus et colloquiis in medium proferamus. Multi enim morbi animorum, tam latentes quam manifesti, hinc medicinam appositam et convenientem consequentur.

ΡΟΒʹ. — ΑΙΜΙΛΙΑΝῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

(52) Οὐ μικρὰ (53) ἐκ τῶν μεγίστων κατορθωμάτων διηγήσεως ὠφέλεια. Τὰς μὲν γὰρ κοιμωμένας ψυχὰς διεγείρει πρὸς ἀρετήν· τὰς δὲ νωθρὰς ὀξυτέρας παρασκευάζει· τὰς δὲ κακίαν ἀσπαζομένας ἐρυθριᾷν διδάσκει, καὶ εἰς μετάνοιαν ὁδηγεῖ. Καὶ C τοῦτο ὁ σοφὸς δεικνὺς Παροιμιαστὴς ἔφη· « Κηρία μέλιτος λόγοι καλοί. » Καλοὺς λέγει, τοὺς περὶ εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς κινουμένους, οὐ τοὺς ἐπικτήτῳ κομμωτικῇ σεμνυνομένους, ἀλλὰ τοὺς οἴκοθεν ἐπαγομένους τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος· οὐ τοὺς ἐφ' ἅρματος ποιητικοῦ ἢ ῥητορικοῦ ὀχουμένους, ἀλλὰ τοὺς τὴν ἔμφυτον καὶ θεοδώρητον πεζὴν πορείαν ποιουμένους· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος; Δίδαξον, ὦ σοφέ. « Γλύκασμα δὲ αὐτῶν ἴασις ψυχῆς. » Ἐπεὶ τοίνυν οὐ μικρὰν ὠδίνει τὴν ὠφέλειαν τὰ τῶν παλαιῶν ἀνδραγαθήματα, συνεχῶς τὰς τούτων ἀριστείας ἐν συλλόγοις καὶ διαλόγοις ἐν μέσῳ φέρωμεν. Πολλὰ γὰρ ψυχικὰ νοσήματα, καὶ λανθάνοντα, καὶ δῆλα, θεραπείας προσφόρου τεύξεται.

CLXXIII. — HELIÆ DIACONO.

In illud, « Disponet sermones suos in judicio [11]. »

Sapientissime vir, qui ad gratiam laudant, et ad odium vituperant alios, non sunt in hominum numero habendi: sed illi, qui certo judicio et amant et reprehendunt. Quæ causa quoque est, cur Psalmorum scriptor virum justum prædicans, inter alia quibus excellit, etiam hoc apposuit eique tri-

D

ΡΟΓʹ. — ΗΛΙᾼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

τὸ, « Οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει.

Οὐ χρὴ, ὦ σοφώτατε, τοὺς πρὸς χάριν ἐπαινοῦντας, καὶ πρὸς ἀπέχθειαν ψέγοντας, εἰς ἀνθρώπους ἀριθμεῖν· ἀλλ' ἐκείνους τοὺς κρίσει καὶ φιλοῦντας καὶ ἐλέγχοντας. Διὸ καὶ ὁ Μελῳδὸς τὸν δίκαιον ἀνακηρύττων, μετὰ τῶν ἄλλων πλεονεκτημάτων καὶ τοῦτο προσέθηκεν· « Οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ

[9] Prov. xvi, 24. [10] ibid. [11] Psal. cxi, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(51) Ἄρτιον mutat in αἴσιον cod. Vat. 650. Possin.

(52) Confer gnomicam epigraphen ep. 167 lib. ii. Ritt.

(53) Post οὐ μικρὰ sic scribit codex Vat. 650, ἡ ἐκ τῆς διηγήσεως, et v. 2 omittit vocem διηγήσεως. Possin.

ἐν κρίσει.» Κρίσεως γὰρ ὑγιοῦς ἴσον οὐδέν. Οἱ γὰρ ταύτης ἄμοιροι, καὶ ταῖς οἰκείαις ἐπιθυμίαις ἑπόμενοι, καὶ τοὺς μὴ ἐλέγχεσθαι (54) ὀφείλοντας, κολακεύοντες, τοὺς δὲ ἐγκωμιάζεσθαι δικαίους κακίζοντες· οὗτοι ἀνδραποδωδέστατοί εἰσι, μᾶλλον δὲ εἰς τὴν τῶν ἀλόγων δικαίως ἂν καταχθεῖεν φύσει ψῆφον (55).

A buit: «Disponet sermones suos in judicio.» Sane enim judicio nihil est quod comparari queat. Hoc enim qui carent et suis obsecuti cupiditatibus, eos quidem quos reprehendere oportebat, adulantur; eos autem qui laudari merebantur, reprehendunt; illi vero servili admodum sunt ingenio præditi; ac potius in brutarum pecudum classem merito referendi.

ΡΟΔ'. — ΜΑΡΩΝΙ (56) ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Εἰς τὸ εἰρημένον· «Ἰδοὺ ἡ θεοσέβειά ἐστι σοφία.»

Οὔ μοι δοκεῖ ὁ ἀοίδιμος Ἰὼβ, ὁριζόμενος τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἐπιστήμην, εἰρηκέναι· «Ἰδοὺ ἡ θεοσέβειά ἐστι σοφία.» Τὸ δὲ ἀπέχεσθαι κακῶν, ἐστὶν ἐπιστήμη· τῷ ὄντι γὰρ ἡ ἀκροτάτη σοφία ἐστὶν ἡ ὀρθὴ περὶ Θεοῦ διάληψις· καὶ ἡ θειοτάτη ἐπιστήμη, ἀρίστη πρᾶξις· ἡ μὲν τὸ Θεῖον ὀρθῶς δοξάζουσα, ἡ δὲ κακῶν ἀπεχομένη· ἡ μὲν διὰ πραγμάτων (57) θεολογοῦσα, ἡ δὲ διὰ πράξεων εὐδοκιμοῦσα. Εἰ τοίνυν ὁ θεοφιλὴς καὶ φιλόθεός (58) ἐστι καὶ ἐπιστήμων, καὶ τὴν θεωρητικὴν ἔχει ἀρετὴν, καὶ τὴν πρακτικὴν, τὴν μὲν ὡς ψυχὴν, τὴν δὲ ὡς σῶμα· τί περιττὰ δοκοῦμεν φιλοσοφεῖν, πολιτείας μὲν ἀρίστης ὀλιγωροῦντες, εὐγλωττίας δὲ μόνης ἐπιμελόμενοι.

CLXXIV.—MARONI EPISCOPO.

In id quod dictum est, «Ecce pietas, sive cultus Dei, est sapientia [12].»

Non videtur mihi celebris ille et decantatissimus Jobus, quod sapientiæ scientiæque definitionem tradere vellet, dixisse ista: «Ecce Dei cultus est sapientia; et abstinere a malis, est scientia.» B Revera enim summa sapientia est recta de Deo existimatio, et divinissima scientia, optima actio: quarum illa recte de Deo sentit; ista a vitiis abstinet. Altera per dogmata de Deo philosophatur; altera per actiones laudem consequitur. Si igitur ita est, ut Deo charus sit is, qui et Deum amat et scientia est præditus, quique et contemplativam habet virtutem et activam: alteram quidem velut animam, alteram vero tanquam corpus; quid est quod nobis persuadeamus, nos eximie sapientes esse, dum optimam quidem vivendi rationem parum curamus; belle vero ornateque dicendi studio solum dediti sumus.

ΡΟΕ'. — ΗΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ (59).

Εἰς τὸ, «Τῷ τύπτοντί σε εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα.»

Οὐκ ἂν, ὦ σοφὲ, εἰ τὸ τυπτηθῆναι καὶ ἀδικηθῆναι ἧττα ἦν, καὶ ὁ Χριστὸς καὶ ὁ Παῦλος τἀναντία ἔφησαν. Ὁ μὲν γὰρ Δεσπότης τῷ τύπτοντι εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, καὶ τὴν ἄλλην παρέχειν ἐθέσπισεν· ὁ δὲ Ἀπόστολος· «Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε;» παρῄνεσε. Καινὸς γὰρ οὗτος τῶν παλαισμάτων ὁ νόμος, ἐπειδὴ καὶ καινότερος τῶν ἐπάθλων ὁ τρόπος· οὐ γὰρ κότινος, καὶ σίτησις ἐν πρυτανείῳ, οὐδὲ χαλκαῖ εἰκόνες χρυσῷ ἀπαστράπτουσαι· τὰ οἰκτρὰ ταῦτα καὶ εὐτελῆ ἔπαθλά εἰσιν· ἀλλὰ καὶ βασιλεία οὐρανῶν, καὶ ζωὴ τέλος μὴ ἐπισταμένη. Μὴ τοίνυν, εἰ ὑποχωρήσεις καὶ φιλοσοφήσεις, νόμιζε ἡττᾶσθαι· ἀλλὰ δίωκε τὴν νίκην ἐν τῇ δοκούσῃ ἥττῃ κειμένην. Εἰ δὲ θαυμάζεις τὸ εἰρημένον, παραδείγματι, ὃ λέγω, ποιήσω σαφές. Λέγεταί τις βασιλεὺς μέλλων ναυμαχεῖν πρὸς τοὺς ἐναντίους, καὶ ἰδὼν πολλῷ πλέονας τὰς τῶν πολεμίων ναῦς, καὶ ὑποχωρήσας τοῖς πολεμίοις ἐπερχομένοις, εἰρηκέναι· Οὐ φεύγω· ἀλλὰ καὶ διώκω τὸ συμφέρον ὀπίσω κείμενον. Εἰ τοίνυν κἀνταῦθα ἐν τῇ δοκούσῃ ἥττῃ καὶ ὑποχωρήσει

CLXXV.—HERONI PRESBYTERO.

In illud (Christi dictum), «Percutienti te in dextram maxillam [13],» etc.

C Si percuti et injuria affici, esset succumbere, neque Christus neque Paulus unquam **513** contraria dixissent. Dominus enim præcepit percutienti in dextram maxillam, præbere etiam alteram; Apostolus autem admonuit in hæc verba: «Quare non potius injuriam patimini [14]?» Nova namque hæc est lex certaminum, quandoquidem magis etiam novus est præmiorum modus, videlicet non oleaster, et cibatio in prytaneo, neque æneæ statuæ auro fulgentes (misera ac vilia sunt ejusmodi præmia); sed regnum cœlorum, et vita finem nesciens. Noli igitur putare te, dum cedis et Christianæ meditationi das operam, succumbere ac vinci: sed potius persequere victoriam, quæ in eo ipso, dum succumbere videmur, sita est. D Quod si miraris id quod dictum est, exemplo manifestum faciam quod dico. Perhibent regem quemdam, cum vellet pugnam navalem adversus hostem pugnare, vidissetque hostium naves longe plures quam suas, cedentem hostibus invadentibus, dixisse: Non fugio, sed

[12] Job XXVIII, 28. [13] Matth. V, 39. [14] I Cor. VI, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) *Καὶ τοὺς μὴ ἐλέγχ.* Videtur redundare μὴ, vel pro eo leg. μέν. Ritt.

(55) Pro ψῆφον cod. Vatic. 650 habet tantum φύσιν. Possin.

(56) Cod. Vat. 650 legit Μαρίνῳ. In principio ep. pro οὔ μοι idem habet, εὖ μοι. Id.

(57) *Πραγμάτων*. Legend. arbitror δογμάτων vel ῥημάτων. Nam πραγμάτων quidem tolerari hic non potest, cum mox sequatur πράξεων. Ritt.

(58) Inter φιλόθεος et ἐστι idem cod. inserit καὶ σοφός. Possin.

(59) Inscriptio nulla erat in editione Parisiensi; suppletur ex codice Vaticano 650. Edit.

potius utilitatem persequor retro sitam. Si igitur etiam hac in vita (interdum), in eo dum quis superatur et cedit, utilitas et victoria consistit: ne paribus passibus procedamus cum iis qui nos percutiunt aut injuria afficiunt; sed potius ipsis concedamus. Hæc enim etiam cœlestium certaminum lex est et ratio.

A τὸ συμφέρον καὶ ἡ νίκη κεῖται, μὴ ὁμόσε τοῖς τύπτουσιν ἢ ἀδικοῦσι χωρῶμεν, ἀλλὰ παραχωρῶμεν αὐτοῖς. Οὗτος γὰρ καὶ τῶν οὐρανίων ἄθλων ὁ νόμος.

CLXXVI. — EULOGIO.

Non historiam simpliciter animos legentium oblectare valentem propheta Moyses descripsit: sed quoniam legem ferre volebat, opificem et judicem universitatis rerum præponit, necnon hujus mundi creationem, ne (homines) cultum Deo debitum partibus mundi tribuerent: deinde posteaquam et piorum præmia et peccatorum supplicia adjunxit, ita ad legislationem processit, ut futuris fidem ab iis quæ jam facta erant astruens, subditos ad pietatem et justitiam exhortaretur atque excitaret.

ΡΟϚ'. — ΕΥΛΟΓΙῼ.

(60) Οὐχ ἱστορίαν ἁπλῶς ψυχαγωγῆσαι δυναμένην ὁ ἱεροφάντης ἔγραψε Μωσῆς· ἀλλ' ἐπειδὴ νομοθετεῖν ἔμελλε, τὸν δημιουργὸν καὶ κριτὴν τοῦ παντὸς προτάττει, καὶ τὴν τοῦ κόσμου δημιουργίαν, ἵνα μὴ τοῖς μέρεσι τοῦ κόσμου τὸ σέβας ἀπονέμοιεν (61)· εἶτα τῶν ὁσίων τὰ γέρα, καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς κολάσεις προσθεὶς, οὕτως ἐπὶ τὸ νομοθετεῖν ὥρμησεν, ἵνα ἀπὸ τῶν γεγενημένων καὶ τὰ μέλλοντα πι- B στωσάμενος, εἰς εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην τοὺς ὑπηκόους προτρέψειεν.

CLXXVII. — PHILITRIO.

In illud, « Oportebat te dare argentum [15], » etc

Adeo procul a probro remotum est, cum optima quis et egerit et dixerit, tamen non potuisse persuadere, ut ipse Judex calculum tulerit ac dixerit illi qui nihil ad salutem proximorum contulerat: « Oportuit te dare argentum meum mensulariis, et ego cum venissem, id repetiissem; » hoc est dicere, Oportuit contestari. Oportuit vitam inculpatam ostendere. Nam opus rectum ac perfectum ad finem perducere, non est ejus qui dicit, sed ejus videlicet qui audit, ut incorruptus Judicis calculus declaravit.

ΡΟΖ'. — ΦΙΛΙΤΡΙῼ.

Εἰς τό· « Ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριον. »

Οὕτω πόῤῥω καθέστηκεν αἰσχύνης, τὸ τὰ βέλτιστα πράττοντά τε καὶ φράζοντα μὴ δυνηθῆναι πεῖσαι, ὡς αὐτὸν τὸν κριτὴν ψηφίσασθαι καὶ εἰπεῖν, τῷ μηδὲν εἰς τὴν τῶν πέλας σωτηρίαν εἰσενηνοχότι· « Ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας, κἀγὼ ἐλθὼν ἀπῄτησα ἂν αὐτό· » τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν· Ἐχρῆν διαμαρτύρασθαι· ἔδει βίον ἄληπτον ἐπιδεικνύμενον. Τὸ γὰρ εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὸ κατόρθωμα, οὐ τοῦ λέγοντος, ἀλλὰ τοῦ ἀκούοντος δῆλον ὅτι καθέστηκεν (62)· ὡς ἡ ἀδέκαστος ψῆφος τοῦ Χριστοῦ δε- C δήλωκεν (63).

514 CLXXVIII. — DOROTHEO SCHOLASTICO.

In Abrahamum encomium, de mactatione Isaaci [16].

Nullum hoc quod dico illustrius, ac ne quidem huic simile proferre potes tropæum, quod statuit patriarcha Abrahamus. Non enim id contra tyrannos, sed contra ipsam, quæ maxime tyrannicam vim habet, naturam, erexit. Nam cum omnes ratiocinationes cogitationesque adversus ipsum insito paternæ storges affectu armatæ essent, et ipsum convulnerare niterentur, tamen ipse mansit invulnerabilis: et erat cernere naturam quidem ipsam cum suis armis atque copiis omnibus humi prostratam; ipsum vero stantem, et manum extendentem, non

ΡΟΗ'. — ΔΩΡΟΘΕῼ (64) ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Εἰς τὸν Ἀβραὰμ ἐγκώμιον, ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰσαὰκ σφαγῇ.

Οὐδὲν οὗ φημι λαμπρότερον, ἀλλ' οὐδὲν ἴσον ἔχεις εἰπεῖν τρόπαιον, οὗ ἔστησεν ὁ πατριάρχης Ἀβραάμ· οὐ γὰρ κατὰ τυράννων, ἀλλὰ κατὰ τῆς τυραννικωτάτης φύσεως (65) τοῦτ' ἤγειρε. Πάντων γὰρ τῶν λογισμῶν οὐδὲ δρασιν, ἀλλὰ τῇ ἐμφύτῳ συμπαθείᾳ (66) ὡπλισμένων, κἀκείνων κατατιτρωσκόντων, αὐτὸς ἔμενεν ἄτρωτος· καὶ ἦν τὴν μὲν φύσιν αὐτὴν ἰδεῖν χαμαὶ ἐῤῥιμμένην μετὰ τῶν ὅπλων καὶ τῶν στρατοπέδων· αὐτὸν δὲ ἑστηκότα, καὶ τὴν χεῖρα ἀνατείνοντα, οὐχὶ στέφανον ἔχουσαν, ἀλλὰ μάχαιραν D παντὸς στεφάνου λαμπροτέραν. Διὸ καὶ πάντες μὲν

[15] Matth. xxv, 27. [16] Gen. xxii, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(60) Cum hac epistola plane congruit quod scribit de Mosaica historia Philo in lib. *De opificio mundi*. Idcirco ipsum a mundi conditione ordiri, ut ostendat, et mundum legi, et legem mundo consentire: legem, inquam, quam laturus erat, a mundo pendere; virumque bonum legis observantem, simul ac mundi civis factus est, ad voluntatem et arbitrium naturæ, quæ est lex mundi, suas omnes actiones dirigere et huic parare debere. Ritt.

(61) Cod. Vat. 650, ἀπονείμοιεν. Possin.

(62) Ut persuadeatur auditori quod vult orator, non est in manu oratoris, sed in potestate auditoris. Pluribus hanc sententiam probat Isidorus infra epist. 205, et rationibus et auctoritatibus etiam Arist., ubi vide not. Ritt.

(63) Cod. Vat. pro δεδήλωκεν scribit κεκύρωκεν. Possin.

(64) Θεοδώρῳ Cod. Vat. 650. Vers. 1 ep. pro ἴσον idem habet ἴσως. Id.

(65) *Τῆς τυραννικωτάτης φύσεως*. Videtur alludere ad illum ex tragœdia versum: Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή. *Magna est tyrannis, uxor atque liberi*. Ritt.

(66) Συμπαθείᾳ cod. Vat. mutat in συνηθείᾳ. Possin.

οἱ λογισμοὶ καταπτήξαντες τὸ παράστημα τἀνδρὸς, ἑστήκεσαν αὐτῷ ὑποτεταγμένοι, καὶ τρέμοντες μᾶλλον ἢ βασιλέα οἱ δορυφόροι· βλέμματι γὰρ βλοσυρῷ πάντας κατέστειλεν. Ὁ δὲ τῶν ἀγγέλων ἄνωθεν ἐπεκρότει δῆμος· καὶ ὁ Θεὸς ἀνεκήρυττεν. Εἰ δὲ βούλει (67) τοῦτ' ἀληθὲς (68) σκοπῆσαι, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν τοῦτο θεάσῃ πραγμάτων. Εἰ γὰρ ἀθλητοῦ νικήσαντος μὴ κήρυξ κάτωθεν ἑστὼς, ἀλλ' ἄνωθεν καθήμενος αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἀνακηρύξειε τὸν Ὀλυμπιονίκην, οὐχὶ τῶν στεφάνων αὐτῷ τοῦτο λαμπρότερον εἶναι δόξῃ (69); Δῆλον ἅπασίν ἐστιν. Ὅταν οὖν μὴ βασιλεὺς θνητὸς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀΐδιος, οὐχ ἐν θεάτρῳ ἀνθρωπίνῳ (70) μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων, ἀνακηρύττει (71), λαμπρᾷ τῇ φωνῇ βοῶν οὐρανόθεν· οὐχὶ πάντα ὑπερβάλλει (72) τοῦτο λαμπρότητος B ὅρον; Κομιδῇ ἔγωγε ἰσχυρισαίμην. Οὐκοῦν εἰ καὶ ἡμεῖς βουλοίμεθα ἀνακηρυχθῆναι, καὶ στεφανωθῆναι, ἑαυτοὺς ἀφιερώσωμεν, καὶ μηδὲν θνητὸν, μηδὲ βιωτικὸν χορευέτω ἐν ἡμῖν πάθος· ἀλλὰ πᾶσι χαίρειν φράσαντες, τὰ τῶν οὐρανῶν ἄξια καὶ φράζωμεν καὶ πράττωμεν.

A corona præditam, sed gladio quavis corona illustrius fulgente armatam. Unde factum est, ut omnes quidem ratiocinationes humanæ obstupefactæ ad conspectum congressumque viri starent ab ipso subactæ, et magis etiam contremiscentes quam ad conspectum regis solent ejus stipatores. Terribili namque vultu omnes perculit. At desuper angelorum populus applausit; et Deus præconium fecit victoriæ. Quod si libet veritatem ejus, quod dixi, considerare, ab externis rebus hoc licebit contemplari. Nam si, posteaquam aliquis athleta victoriam reportavit, non præco inferius consistens, sed superius residens ipse rex, de solio suo consurgens proclamet victorem certaminis Olympici, nonne ea res ipsi coronis splendidior esse videbitur? Manifestum hoc B videlicet est omnibus ita visum iri. Quando igitur non terrenus quispiam ac mortalis rex, sed ipse Rex sempiternus, non solum in theatro humano, sed etiam in visorio Angelorum, et Archangelorum, et supernarum Virtutum, victorem suo præconio aliquem renuntiet, clara voce cœlitus emissa, nonne ea res omnem splendoris terminum excedit? Equidem id firmiter asseveraverim. Quapropter nos quoque siquidem victores proclamari et coronari expetimus, nosmetipsos consecremus, nullumque mortalem, nullum ad hanc vitam pertinentem affectum in nobis exsultare sinamus, sed, omnibus valere jussis, cœlis digna et loquamur et faciamus.

ΡΟΘ'. — ΝΕΙΛΩ.

Εἰς τὸ εἰρημένον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, Εἰς ἐμὲ βλέπετε.

Οὐδένα, οἶμαι, τοιαῦτα πεπαρφνῆσθαι (73), οἷα ὁ τῶν οὐρανίων βασιλεὺς, δεῦρο ἐπιφοιτήσας, πεπαρῴνηται παρ' ἐκείνων, οὓς ἀφῖκτο σώσων· ὅς γε C οὐδὲ λῃστοῦ καὶ ἀνδροφόνου προεκρίθη, ἀλλὰ καὶ (74) ἐκολαφίσθη. Εἰ δὲ καί τις τὰ ὅμοια πέπονθε (δεδόσθω γάρ), ἀλλὰ τὸ μὴ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀξίας ὁρμᾶσθαι τοὺς πεπονθότας, ἄνισα πάλιν δείκνυσι τὰ πάθη. Οὐ γὰρ ταὐτὸν, βασιλέα ὑβρίσαι (75) καὶ ἰδιώτην· οὐδὲ δεσπότην καὶ δοῦλον· ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τοῦ βασιλέως, κἂν μικρὰ ᾖ, μεγάλα τῇ ἀξίᾳ τοῦ πεπονθότος κρίνεται· τὰ δὲ κατὰ τοῦ ἰδιώτου, κἂν μέγιστα ᾖ, ὑποτέμνεται τὴν ὀργὴν, καὶ εἰς συγγνώμην πολλάκις ὁρᾷ. Ταῦτα δ' ἔφην, ἐπειδὴ γέγραφας, τί ἐστι τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ λεχθέν· « Εἰς ἐμὲ βλέπετε. » Ὃ γὰρ λέγει, συντόμως τοιοῦτόν ἐστιν. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πάντολμοι Ἰουδαῖοι ἐπιλυττήσαντες ἐδραματούργησαν τραγῳδίαν, κατὰ Θεοῦ μὲν τολμηθεῖσαν, σαρκὸς D δὲ ἁψαμένην (ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον κυρίως)· οἱ δὲ μετὰ ταῦτα μέλλοντες ὑβρίζεσθαι, ἴσως ἀγανακτεῖν ἤμελλον, ὡς παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν τοιούτοις περι-

CLXXIX. — NILO.

In id quod a Domino dictum est, « In me intuemini [17]. »

Neminem ego unquam tot tantisque arbitror injuriis et contumeliis affectum esse, quot quantisque affectus est cœlestium Rex cum in terras venisset, et quidem ab illis, quos servatum venerat: qui neque latroni et homicidæ prælatus est, sed et colaphis cæsus. **515** Etsi enim similia forte quis perpessus est (detur enim ita esse), attamen hoc dissimiles et impares ostendit perpessiones, quod illi qui perpessi eas sunt, non a pari dignitate descenderunt. Non enim est idem, injuria afficere regem, et hominem privatum, neque dominum et servum; sed quæ adversus regem quidem committuntur, quantumvis per se exigua sunt, magna tamen ut judicentur, ejus qui talia patitur dignitas efficit. Quæ vero in aliquem privatum perpetrantur, ut maxima sint, tamen iram minorem habent, et sæpe ad veniam spectant. Hæc autem ideo dixi, quia per litteras ex me quæsivisti, quid sit quod a Christo dictum est: « In me intuemini. » Nam quod dicit, in summa tale est. Etenim quia audacissimi Judæi

[17] Psal. XXIV, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) Post εἰ δὲ βούλει loco τοῦτ' ἀληθὲς idem ponit καὶ τοῦτο ἀκριβῶς. POSSIN.

(68) *Τοῦτ' ἀληθές.* F. τἀληθὲς, deleto τοῦτ'. RITT.

(69) *Δόξῃ.* F. δόξει. ID.

(70) Cod. Vat., ἀνθρώπων. POSSIN.

(71) *Ἀνακηρύττειν.* F. ἀνακηρύττῃ, præcessit enim ὅταν. RITT.

(72) Ὑπερβάλλει cod. Vat. vertit in ὑπερβαίνει, et vers. post tertio ἀνακηρυχθῆναι breviat in ἀναῤῥηθῆναι. POSSIN.

(73) Pro πεπαρῴνηται cod. Vat. 650 legit ἐπαρῳνήθη. ID.

(74) Inter καὶ ἐκολαφίσθη idem inserit, ἐκωμῳδήθη καί. ID.

(75) *Ὑβρίσαι* idem recte mutat in ὑβρισθῆναι. ID.

in furorem acti tragœdiam egerunt; quæ Deum quidem appetiit, carnem vero attigit (proprie enim loquendo divinitas passioni obnoxia esse nequit): quibus autem postea aliqua inferetur injuria, ii forsitan indignatione corripientur quasi præter meritum in tales inciderint calamitates: idcirco dixit: « In me intuemini. » Maxime enim, inquit, intolerabilia erant, quæ a sceleratis ac nefariis Judæis perpetrata sunt. Verumtamen concedatur sane, tolerabilia esse. Quid dixerit quis etiam de proditore, qui mea longanimitate et tolerantia ad extremam saturitatem repletus, contra me satietatem illam extulit? Hisce quasi quibusdam incantamentis illatas vobis injurias lenite atque cicurate. Facile namque cedent iis, qui adversus eas occinent.

A πεπτωκότες πάθεσιν, ἔφη· « Εἰς ἐμὲ βλέπετε. » Μάλιστα μὲν γάρ, φησί, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἀλιτηρίων Ἰουδαίων τολμηθέντα, ἀφόρητα ἦν· πλὴν δεδόσθω φορητὰ εἶναι· τί ἄν τις φαίη καὶ περὶ τοῦ προδότου, ὅς γε τῆς ἐμῆς ὑπερεμπλησθεὶς ἀνεξικακίας, κατ' ἐμοῦ τὸν κόρον ἤνεγκε; Ταύταις ταῖς ἐπῳδαῖς καταπραΰνετε τὰς ὕβρεις (76), καὶ τιθασσεύετε. Εἴξουσι γὰρ ῥᾳδίως τοῖς ταῦτα κατεπᾴδουσιν.

CLXXX. — THEODOSIO PRESBYTERO.

Quare ad crucem proficiscens Christus lugentes mulieres objurgarit [18].

Neque luctatorem generosum, qui in certamen descendit, et pulvere aspergitur, et percutitur, deflere lacrymisque prosequi decet: labores enim ipsi in coronas desinunt; neque strenuum aliquem militem ad bellum proficiscentem, ubi et vulnera et mactationes perpetietur, lamentis afficere convenit: redibit enim victor gloriosus et columnis et præconiis potietur. Sed illos potius lacrymis prosequi dignum est, qui ad latrocinia cædesque patrandas currunt, maxime quidem tunc cum maleficium exercuerint; deinde vero etiam tunc quando suppliciis afficiuntur. Quomodo igitur discere quæsivisti, quam ob causam Christus, quo tempore ad crucem victoris et triumphatoris instar proficiscebatur, lamentantes mulieres non modo non amplexus fuerit, verum etiam reprehenderit? Constat enim, si quis vicem doleat patientis, id ei quidem qui invitus patitur, solatio esse; ei vero qui sua sponte, injuriam afferre. Injuria enim est illi condolentia ac commiseratio, cui non præter aut contra voluntatem evenit quod patitur. **516** Quoniam igitur et ipse volens ad passionem veniebat, et mortem exstincturus, et diabolum enervaturus; illæ vero deflebant ipsum, qui laudari potius et plausu excipi merebatur: eam ob rem etiam, ut quorumdam fert opinio, diris ipsas defigebat; ut autem veritas habet, præsignificabat ea quæ ipsis ventura essent mala. Nam lacrymis eum prosequi fas non est, qui de peccato tropæum statuebat, et præterquam quod ad mortem morte multandam festinabat et ad vinciendum diabolum, ad eos quoque, qui ab his omnibus captivi tenebantur, liberandos se conferebat.

ΡΠ'. — ΘΕΟΔΟΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

B *Διὰ τί ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος ὁ Χριστὸς ταῖς κοπτομέναις γυναιξὶν ἐπετίμησεν.*

Οὔτε τὸν γενναῖον ἀθλητὴν εἰς τὸν ἀγῶνα καθέντα, καὶ κονιζόμενον, καὶ τυπτόμενον, θρηνητέον· εἰς στεφάνους γὰρ αὐτῷ οἱ πόνοι τελευτῶσιν· οὔτε τὸν ἀριστέα ἐν πολέμῳ ἐξιόντα, καὶ τραύματα, καὶ σφαγὰς μέλλοντα ὑπομένειν, ὀλοφυρτέον· τροπαιοῦχος γὰρ ἐπανήξει, καὶ στηλῶν καὶ ἀναῤῥήσεων τεύξεται· ἀλλ' ἐκείνους θρηνητέον, τοὺς ἐπὶ λῃστείαις καὶ ἀνδροφονίαις θέοντας, μάλιστα μὲν ὅταν κακουργῶσιν, ἔπειτα δὲ καὶ ὅταν κολάζωνται. Πῶς οὖν ἐζήτησας μαθεῖν, δι' ἣν αἰτίαν θρηνούσας τὰς γυναῖκας, ὅτε ἐπὶ τὸν σταυρὸν ὡς τροπαιοῦχος ἀπῄει ὁ Χριστὸς οὐ μόνον οὐκ ἀπεδέξατο, ἀλλὰ καὶ ἐπετίμησε; Δῆλον γὰρ ὅτι τῷ μὲν ἄκοντι πάσχοντι ἡ συμπάθεια παράκλησις, τῷ δὲ ἑκόντι ὕβριν φέρει. C Ὕβρις γὰρ ἐκείνῳ τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ τὸ πάθος ἀβούλητον. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ αὐτὸς ἑκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἤρχετο, καὶ τὸν θάνατον σβέσων, καὶ τὸν διάβολον ἐκνευρίσων· ἐθρήνουν δὲ ἐκεῖναι τὸν εὐφημεῖσθαι καὶ κροτεῖσθαι δίκαιον ὄντα· διὰ τοῦτο καὶ, ὡς νομίζουσί τινες, κατηράσατο· ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια ἔχει, προεμήνυσε τὰ μέλλοντα αὐταῖς συμβήσεσθαι κακά. Θρηνεῖσθαι γὰρ οὐ θέμις τὸν τροπωσάμενον τὴν ἁμαρτίαν, καὶ σπεύδοντα ἐπὶ τῷ καὶ τὸν θάνατον θανατῶσαι, καὶ τὸν διάβολον δῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων ἁπάντων ἁλόντας (77).

CLXXXI. — HIERACI PRESBYTERO.

In illud, « Nolite sancta dare canibus [19], *» et quæ sequuntur.*

Revera dignum admiratione est oraculum, quod

D

ΡΠΑ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Εἰς τὸ « Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὄντως ἀξιάγαστος ὁ θεῖος χρησμὸς, ὃν ἑρμηνευ-

[18] Luc. XXIII, 27, 28. [19] Matth. VII, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(76) Confer ep. 131, lib. II. Videtur alludere ad Pythagoreorum sapientiam. Qui enim de vita Pythagoræ accuratius commentati sunt, testantur illum suas quasdam habuisse ἐπῳδάς, quibus non minus animorum perturbationes quam corporum ægritudines depellere solitus sit. Vide Jamblichum et Malchum in Vita Pythagoræ. Quid autem de epodis sive incantationibus, quæ vetustissimo, sed improbato more, curandis vulneribus ac morbis adhibentur, sentiendum sit, multis SS. Patrum auctoritatibus docui in *Sacrarum Lectionum* libris. RITT.

(77) Ἁλόντας. Omissum et addendum videtur verbum λυτρῶσαι, vel ἀπολυτροῦσαι. RITT.

θῆναί σοι παρεκελεύσω. Τὸ γάρ· « Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, » τοιοῦτόν τινα ὠδίνει νοῦν. Ἐπειδὴ ἅγιος καὶ μαργαρίτης ὄντως τιμαλφέστατος ὁ θεῖος λόγος, κύνες δὲ καὶ χοῖροι οὐ μόνον οἱ περὶ τὰ δόγματα, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ τὰς πράξεις πταίοντες, καταπάτησις δὲ ἡ περὶ αὐτῶν ἔρις καὶ ζυγομαχία, τῶν μὲν τὴν ὀρθότητα τῶν δογμάτων ἀνατρέπειν πειρωμένων, τῶν δὲ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐξυβριζόντων· ῥῆξις δὲ τῶν τὸν θεῖον λόγον πρεσβευόντων, καὶ τῶν (78) ἄριστα συμβουλευόντων, ἡ τῶν οὐκ ὀρθῶς βιούντων καταφρόνησις καὶ ἀτιμία· διὰ τοῦτο ἔφη· Μὴ ὡς εὐωνόν τινα καὶ εὐπόριστον ῥίπτετε τὸν λόγον, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς παροινηθείη, καὶ ὑμεῖς κωμῳδηθείητε παρὰ τῶν ὀρθῶς (79) μηδὲν μήτε λεγόντων, μήτε πραττόντων. Τινὲς δέ φασιν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, ὅτι καὶ τὴν ἱερωσύνην διαγορεύει μὴ δοθῆναι τοῖς ἀσελγέσι καὶ ἀκαθάρτοις, ἵνα μὴ καὶ αὐτὴν ὑβρίσειαν, καὶ κατὰ τῶν χειροτονησάντων ὁρμήσαιεν, ἣν εἶχον πρὸ τούτου σεμνὴν δόξαν διαῤῥηγνύντες. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι λαϊκοῖς, τὰ θεῖα μὴ δίδοσθαι μυστήρια, ἐπίστησον. Εἰ δὲ καὶ τοῖς προσποιουμένοις μὲν προσιέναι τῇ πίστει, μὴ ἀφισταμένοις δὲ τῶν παρόντων ἐπιτηδευμάτων, ἀπαγορεύει τὸ θεῖον δίδοσθαι βάπτισμα, ἐπίστησον.

tibi exponi petiisti. Illud enim dictum: « Nolite sancta dare canibus, neque projicite margaritas vestras ante porcos, nequando conculcent eas pedibus suis, et conversi lacerent vos; » talem quemdam parit sensum. Quia verbum divinum est sacrosanctum, et margarita revera pretiosissima: canes autem et porci sunt, non solum qui circa dogmata Christianæ religionis, sed etiam qui circa actiones labuntur; conculcatio autem est contentio atque concertatio de illis suscepta, dum alii dogmatum rectitudinem sinceritatemque evertere conantur; alii optimam vivendi rationem contumelia afficiunt. Laceratio denique eorum qui divinum verbum tanquam legati annuntiant, optimaque dant consilia, est contemptus et ignominia, qua eos afficiunt qui non recte vivunt; hanc ob causam dixit: Ne tanquam rem aliquam vilem ac paratu facilem projicite verbum, ne et ipsum contumelia afficiatur, et vos traducamini ac ludibrio habeamini ab iis, qui nihil recte neque dicunt, neque faciunt. Sunt autem qui non absurde dicant, quod etiam sacerdotium prohibeat dari improbis atque impuris, ne et ipsum injuria afficiant, et in eos a quibus electi sunt irruant, bonam atque honestam, qua prius præditi erant, existimationem dilacerantes. Quod si etiam peccantibus laicis dixeris non esse danda divina mysteria, scias te recte accipere. Si denique etiam dixeris, quod prohibeat divinum impartiri baptismum illis, qui simulant quidem, se ad fidem Christianam accedere, sed interim non desistunt a præsentibus vitæ institutis, scito nihil te a vero aberrare.

ΡΠΒ'. — ἸΣΙΔΩΡῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Τοῦ ψαλτηρίου. Περὶ τῆς τῶν Ψαλμῶν ἐπιγραφῆς.

Ὅτε μὲν ὁ Μελοποιὸς ἐμελῴδει, ἐπεγράφετο ψαλμός· *Ὠδὴ τῷ Δαβίδ* (80). Ὅτε δὲ αὐτὸς μὲν ἐμελῴδει, ἄλλος δὲ ἐμελοποίει, ἢ εἰς αὐτὸν τὸ μέλος παρ' ἄλλων ᾔδετο, ἢ εἰς τὸν ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸν ἀνήγετο, *Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*. Οὐ γὰρ πάντες οἱ μελογράφοι ᾖδον, οὐδὲ πάντες οἱ ᾄδοντες ἐμελογράφουν· ἀλλ' οἱ μὲν τοῦτο, οἱ δὲ ἐκεῖνο· οἱ δὲ καὶ ἀμφότερα διεπράττοντο, τοῦ θείου Πνεύματος ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον ἀπονέμοντος.

CLXXXII. — ISIDORO DIACONO.

Ex Psalterio, de Psalmorum inscriptione.

Quando ipse Psalmorum auctor canebat, inscribebatur psalmus, *Ode Davidi*. At quando ipse 517 quidem canebat, alius vero modos faciebat, vel quando ab aliis carmen in ipsum canebatur, vel ad Christum, qui ex ipso secundum carnem erat nasciturus, referebatur, inscriptio fiebat hæc: *Psalmus Davidi*. Non enim omnes qui carmen componebant, etiam canebant: neque omnes qui canebant, etiam carmen componebant; sed alii hoc, alii illud faciebant, alii vero etiam utrumque, divino videlicet Spiritu unicuique id, quod ipsi conveniens et aptum esset, attribuente.

ΡΠΓ'. — ΠΑΥΛῼ ΔΙΑΚΟΝῼ (81).

Ἐπὶ τῆς θείας ἐνεργείας, τὸ Πῶς μὴ ἐχέτω χώραν.

(82) Ὅταν ἡ θεία δύναμις ἐνεργῇ, τὸ Πῶς μὴ ἐχέτω χώραν. Εἰ γὰρ πολλὰ ὑπὲρ φύσιν, καὶ λογι-

CLXXXIII. — PAULO DIACONO.

Cum Deus aliquid facit, quæstio, quomodo, ne habeat locum.

Quando divina potentia aliquid operatur, quæstio, quomodo, ne habeat locum. Nam utut multa

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(78) Inter τῶν et ἄριστα cod. Vat. 650 inserit τὰ. Vers. inde 2, tollit τινά. POSSIN.

(79) Ὀρθῶς mutat in ὀρθόν. Vers. inde 3, pro αὐτὴν ὑβρίσειαν scribit εἰς αὐτὴν ὑβρίσοιεν. Vers. pen. ep. παρόντων mutat in παρανόμων, et vers. ult. ἐπίστησον in ἐπίσκεψαι. ID.

(80) Cod. Vat. 650 omittit ᾠδὴ τῷ Δαβίδ, pro his solum post ψαλμὸς ponens τοῦ Δαβίδ. ID.

(81) Inscriptio deerat in editione Parisiensi; suppletur ex codice Vaticano 650. EDIT.

(82) Confer epist. 476 lib. I, et quod alibi est apud Isidorum, ἕωλος πᾶς λόγος μετὰ τὴν θείαν ψῆφον. Sic Justinus Martyr: σαφὴς ἔλεγχος ἀπιστίας τὸ πῶς περὶ Θεοῦ λέγειν. Similia multa habent D. Chrysostomus, Ambrosius et alii, quæ parco ascribere. RITT.

supra naturam supraque ratiocinationum (humanarum) sensum et consequentiam tum facta fuerint, tum adhuc fiant: nihil tamen fit supra Deum, qui nullo negotio etiam ea quæ spem omnem superent, operatur.

A σμῶν ἀκολουθίαν, καὶ γέγονε καὶ γίνεται, ἀλλ' οὐδέν ἐστιν ὑπὲρ Θεὸν, τὸν εὐμαρῶς καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα δημιουργοῦντα.

CLXXXIV. — MARTIANO, ZOSIMO, MARONI.

III Regnorum. Quod injustus non effugiet pœnam, sicut neque Joab.

Quod impius non evasurus sit animadversionem (divinam), sed aut in hac, aut in altera vita certo subiturus supplicium: multi vero utrobique, et hic et illic puniantur; id non nostra tantum ratiocinatio collectioque, sed et divina oracula suggerunt. Ac plures quidem (quos pro exemplo adducere poteram) inpræsentiarum omittam, sed unius mentionem faciam, et quidem ejusmodi hominis qui, tametsi videretur sapientia quadam atque vafritie sua impunitatem sibi conciliasse, tamen pœnas effugere non potuit. Joab, ille Davidis militiæ dux, animo imperatorio, et robore et hasta insignis, cum collegas quosdam suos, qua invidia, qua fraude de medio sustulisset, tandem divinæ justitiæ ultionem non latuit. Nam cum existimaret se arte atque astutia quadam hanc depulisse, Adoniam affectantem regnum, amicum non est aversatus, sed eum in electione adjuvit sperans fore, ut hoc pacto non solum supplicium cædibus a se perpetratis debitum effugeret, si prius benevolentiam sibi adjunxisset novi regis, verum hoc amplius gratiam quoque ab ipso iniret: sed magis propterea punitus est. Nam cujus rei metu, ne fieret, tyrannum adjutum ibat, eam ipsam rem illa præparatio ei acceleravit: et quarum rerum præsidio se diras Davidis declinare posse confidebat, per eas ipsas res in opus et in effectum illas produxit, et callidum inventum ipsi in laqueum est conversum: quodque fugiebat ne pateretur, id fugiens passus est: et id, quod (ipsius quidem opinione) avertere omnes molestias omniaque adversa debebat, vice versa tale deprehendit, quod potius accerseret calamitates. **518** Si igitur animadversionem divinam nulla ratione licet effugere (ut certe non licet), quo pacto, quæso, vos, o animum habentes omni genere crudelitatis et feritatis armatum, dolis et machinationibus ac vaframentis stratagematum, putatis vos eorum, quæ inique et scelerate perpetrastis, supplicia evasuros?

ΡΠΔ'. — ΜΑΡΤΙΑΝΩ, ΖΩΣΙΜΩ, ΜΑΡΩΝΙ.

Βασιλειῶν γ'. Ὅτι παράνομος οὐ διαφεύξεται δίκην, ὡς οὐδὲ Ἰωάβ.

Ὅτι παράνομος οὐ διαφεύξεται τὴν δίκην, ἀλλ' ἢ ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖθεν τηρηθήσεται (83)· πολλοὶ δὲ κἀνταῦθα κἀκεῖσε ἐτιμωρήθησαν, οὐχ ὁ ἡμέτερος λογισμὸς ὑποβάλλει, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα λόγια. Τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς παραλείψω· ἑνὸς δὲ ἐπιμνησθήσομαι, δόξαντος σοφίᾳ τινὶ καὶ πανουργίᾳ κατεσκευακέναι τὸ διαφεύγειν (84) τὴν δίκην, καὶ μὴ δυνηθέντος ὁ Ἰωάβ,
B ὁ τοῦ Δαβὶδ στρατηγὸς, γνώμῃ μὲν στρατηγικῇ, καὶ ῥώμῃ καὶ δόρατι διαπρέπων, φθόνῳ τε καὶ δόλῳ τοὺς συστρατηγήσαντας ἀνελὼν, οὐκ ἔλαθεν εἰς τέλος τὴν δίκην. Νομίσας γὰρ τέχνῃ τινὶ καὶ μεθόδῳ διακρούεσθαι ταύτην, τὸν Ἀδωνίαν βασιλειῶντα φίλον οὐκ ἀπεστρέψατο (85), ἀλλὰ συνέπραξεν εἰς τὴν χειροτονίαν, προσδοκῶν, μὴ μόνον ἀποφεύξεσθαι τὴν τιμωρίαν ὧν ἔπραξε (86) φόνων, εἰ προεξευμενίσαιτο τὸν βασιλεύσοντα, ἀλλὰ καὶ χάριν ἀπολήψεσθαι· ὃς δὲ διὰ τοῦτο μᾶλλον τετιμώρηται. Ὅπερ γὰρ φοβούμενος γενέσθαι συνέπραξε τῷ τυράννῳ, τοῦτο ἡ κατασκευὴ αὐτῷ προυξένησε· καὶ δι' ὧν ᾤετο ἐκφεύγειν τὰς ἀρὰς τοῦ Δαβὶδ, διὰ τούτων αὐτὰς εἰς ἔργον ἤγαγε· καὶ τὸ σόφισμα παγὶς ἐγίνετο· καὶ ὅπερ ἔφυγε μὴ παθεῖν, φεύγων (87) ἔπαθε· καὶ τὸ ἀπο-
C τρεπτικὸν τῶν λυπηρῶν, κατασκευαστικὸν ηὑρίσκετο τῶν συμφορῶν. Εἰ τοίνυν οὐκ ἔστι διαδράναι τὴν δίκην, πῶς, ὦ πᾶσαν ὠμότητα καὶ ἀγριότητα κατὰ ψυχὴν ὡπλισμένοι, δόλοις, καὶ μηχαναῖς, καὶ στρατηγίαις νομίζετε τὰς, ἐφ' οἷς ἐπλημμελήσατε, διαδιδράσκειν τιμωρίας;

CLXXXV. — PETRO SCHOLASTICO.

In illud Christi dictum, « Remittite et remittetur vobis [20]. »

Sat scio te, si quidem pecunias haberes, daturum eas indigentibus. Quod autem rogatus veniam, te difficilem præbeas, id sane miror. Atqui non mi-

ΡΠΕ'. — ΠΕΤΡΩ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩ.

Εἰς τό· Ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.

D Ὅτι μὲν, εἰ χρήματα ἔσχες (88), παρέσχες ἂν τοῖς δεομένοις, εὖ οἶδα· ὅτι δὲ συγγνώμην ἀπαιτούμενος δυσχεραίνεις, θαυμάζω. Καίτοι τὸ ἀδάπανον

[20] Luc. vi, 37.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(83) Pro ἐκεῖθεν τηρηθήσεται melius rescribit cod. Vat. 650, ἐκεῖσε τιμωρηθήσεται. Possin. — Et sic legendum conjicit Ritters. in notis.

(84) Idem cod. διαφεύγειν mutat in διαφυγεῖν uti septimo post versu διακρούσεσθαι in διακρούσασθαι Possin.

(85) Pro ἀπεστρέψατο idem scribit ἀπετρέψατο. Id.

(86) Idem ponit ἔδρασε pro ἔπραξε, et sexto post versu ἐκφυγεῖν pro ἐκφεύγειν. Id.

(87) Pro φευγων idem cod. substituit διὰ τῆς φυγῆς. Id.

(88) Cod. Vat. 650 scribit εἶχες pro ἔσχες. Vers. 5 εἴωθεν mutat in πέφυκεν et vers. 7 tollit μὴ ante συγχωρεῖν. Id.

τοῦτο βοήθημα, τοῦ πολυτελοῦς οὐχ ἧττον ἡμᾶς ὠφελεῖν εἴωθεν. Ἐν γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιεικείᾳ, καὶ τῷ μὴ συγχωρεῖν τοῖς εἰς ἡμᾶς πταίουσι, κινδυνεύεται ἡμῖν τὰ τῆς σωτηρίας. Ἄφετε γάρ, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν, ὁ θεῖος βοᾷ χρησμός.

norem nobis utilitatem afferre consuevit auxilium illud nullo constans impendio, quam illud alterum genus sumptuosum. Nam inter nostram mansuetudinem æquitatemque animi, et inter asperitatem nolentem remittere offensam illis qui in nos deliquerunt, salutis nostræ negotium periclitatur. « Remittite enim, et remittetur vobis, » divinum clamat oraculum.

ΡΠϚʹ. — ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡῼ.

Ὅπου τάξις, ἐκεῖ ἀναγκαῖος ταξίαρχος· καὶ ὅπου ἱππικὸν τεταγμένον, ἐκεῖ ἵππαρχος. Καὶ ὅπου ἡ ναῦς, δῆλος ὁ τεχνίτης· καὶ ἔνθα μουσικὰ ὄργανα, δῆλος καὶ ὁ ἁρμονικός. Οὐκοῦν χρὴ καὶ ἀπὸ τοῦ κόσμου τὸν ἀόρατον καθορᾷν λογισμοῖς, οὐκ ὀφθαλμοῖς, νῷ, οὐ βλέμματι.

CLXXXVI. — OLYMPIODORO.

Ubicunque ordo aliquis est, ibi necessarius est ordinis auctor et princeps; et ubicunque equitium aliquod, ibidem præfectus equorum requiritur; et ubi navis, ibi gubernator atque artifex; et ubi musica instrumenta, ibi et musicus est manifestus. Oportet igitur etiam in opificio mundi illum invisibilem (ejus opificem) contemplari, ratiocinationibus, non oculis; mente, non aspectu corporeo.

ΡΠΖʹ. — ΗΣΑΪᾼ (89) ΣΤΡΑΤΙΩΤῌ.

Ὅτι μείζονα τίσουσι δίκην, τῶν πάλαι ἁμαρτησάντων, οἱ μετὰ τὴν χάριν τὸν Θεὸν παροργίζοντες.

Ὄντως ἐστὶ τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, τὸ μὴ μόνον τὰ ἔμφυτα τῆς ἀρετῆς σπέρματα ἡμᾶς νεκρῶσαι (90), ἃ τῶν ἀρχαίων ἐπιεικέστερα (91) ἐγεώργησαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπὸ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας κρείττονα λόγου συμμαχίαν προδοῦναι.

CLXXXVII. — ISAIÆ MILITI.

Majores daturos pœnas eos qui post datam gratiam Deum ad iram provocant, quam qui olim peccarunt.

Est hoc revera turpe, vel potius turpissimum, quod non solum insita nobis per naturam semina virtutis enecamus (quæ accuratius etiam exculta sunt hodie, quam antiquis fuere temporibus), sed etiam illud auxilium omni oratione præstantius, quod Christi in carnem adventus afferre nobis potuit, prodimus.

ΡΠΗʹ. — ΛΟΥΚΙῼ ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝῼ ΠΗΛΟΥΣΙΟΥ.

Περὶ τῶν ἐκ φιλαργυρίας νοσούντων.

Οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπισκόπου τυγχάνουσιν οἱ τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου διάκονοι· σὺ δὲ (92) τούτων κατὰ Θεοῦ συγχώρησιν ἄρχεις, ὅλος ὀφθαλμὸς ὀφείλεις ὑπάρχειν, ὡς τὰ ζῶα τὰ πολυόμματα· ἐπειδὴ καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἐκεῖνα μιμῆσαι ἐγγύτητι, οὐχὶ βίῳ, ὡς μανθάνω, ἀλλὰ μόνῃ τῇ λειτουργίᾳ· καὶ μὴ σκοτίζειν τοῖς φαύλοις ἐπιτηδεύμασι καὶ τὸν τίμιον ἐκεῖνον θίασον καὶ χορόν, καὶ τὸν πειθόμενόν σοι ἀκρίτως ἐπίσκοπον, καὶ χραίνειν τὸ θεῖον βῆμα πλεονεξίᾳ, καὶ πόρους ἑαυτῷ ἀπὸ τιμῆς χειροτονιῶν ἀθροίζειν. Τοὺς γὰρ πωλοῦντας τὰς περιστερὰς ἐξέβαλεν ἀπὸ τοῦ ναοῦ μαστίξας ὁ Κύριος. Ἵνα τοίνυν μὴ σὺν ἐκείνοις ὠσθῇς, παῦσαι οὕτως πλουτῶν, καὶ ὕλην τῷ μέλλοντι ἑτοιμάζων πυρί.

CLXXXVIII. — LUCIO ARCHIDIACONO PELUSII.

De iis qui avaritiæ morbo laborant.

Oculi sunt episcopi venerandi altaris diaconi. Tu vero cum horum sis permissione divina princeps, totus oculus esse debes, perinde ut illa multis oculis prædita animalia (quæ propinquo ad Deum accessu imitaris, non vita, ut audio, sed sola sacri muneris functione), neque per improbas actiones offundere tenebras et venerabili illi sodalitio ac cœtui, et episcopo, qui tibi absque judicio obsequitur: neque divinum altare avaritiæ iniquitate contaminare: neque electiones quæstui habere, ut ex illarum pretio opes ac reditus tibi compares. **519-520** Nam eos qui columbas vendebant, Christus flagellatos ex templo proturbavit [31]. Quare ne tu quoque una cum illis expellere, desine tales divitias colligere et materiam ac pabulum futuro igni sempiterno præparare.

ΡΠΘʹ. — ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

Πῶς οἱ Φαρισαῖοι ἐπελάβοντο τοῦ Σωτῆρος, ὡς μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίοντος.

Οἱ Φαρισαῖοι ἐπελάβοντο τοῦ Σωτῆρος, ὡς μετὰ

CLXXXIX. — APOLLONIO EPISCOPO.

Quomodo Pharisæi reprehenderint Salvatorem; ut qui cum publicanis et peccatoribus cibum caperet [32].

Reprehendebant Salvatorem Pharisæi, quasi qui

[31] Matth. xxi, 12. [32] Luc. v, 30.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(89) Cod. Vat. omittit Ἡσαΐᾳ. Possin.

(90) Non est absimilis querela Ciceronis in proœmio II *Tusculan.* Argumentum huic epistolæ præpositum fluxit ex illo Christi: *Cui multum datum est, multum reposcetur ab eo;* item: *Servus sciens voluntatem heri sui, nec faciens, vapulabit pluribus.* Ritt.

(91) Pro ἐπιεικεστέρα rescribe ex cod. οἱ ἐπιεικέστεροι. Vers. 4 idem mutat ὑπὸ in ἀπό. Possin.

(92) *Σὺ δὲ τούτων.* Videtur deesse ὃς vel ἐπειδὴ ante τούτων nisi quis infra post ὅλος supplere malit οὖν. Ritt.

A cum Publicanis et peccatoribus cibum caperet, quandoquidem lex inter sanctum et profanum discernebat, ignorantes interim, quod Christus supra legale judicium exhibuisset benignam gratiam. Illud enim exscindebat; ista vero plane amoliebatur malum et in bonum convertebat. Eique rei testimonium perhibent Zacchæus, et Matthæus, et quotquot præterea priores culpas posterioribus recte factis emendarunt.

τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἑστιωμένου· ἐπειδήπερ ὁ νόμος διέστελλεν ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου, ἀγνοοῦντες, ὅτι Χριστὸς ὑπὲρ τὴν νομικὴν κρίσιν παρεῖχε τὴν φιλάνθρωπον χάριν. Ἡ μὲν γὰρ ἐξέκοπτεν, ἡ δὲ μετέβαλε τὸ κακόν· καὶ μαρτυροῦσι Ζακχαῖος, καὶ Ματθαῖος, καὶ ὅσοι ἀνεμαχέσαντο τὰς ἥττας.

CXC. — ATHANASIO.

In illud Christi dictum, « Beati estis, cum probro vos affecerint [23]. » (Sciendum has epistolas posterius inventas fuisse.)

Dominus Christus beatos prædicavit, qui propter ipsum fanda atque nefanda omnia audirent, dummodo ii qui ea dicerent, mentientes deprehenderentur. Sciendum est igitur oportere ei, qui ad supremam beatitudinem aspiraret, utrumque adesse, ut nimirum et propter ipsum (Christum) patiatur, et ut falsa conficiaque sint quæ dicuntur. Quorum nisi utrumque adsit, alterutrum solum non poterit tantum prodesse. Proderit quidem aliquid, sed non tantum. Nam sive propter ipsum patientes, vera audiverimus, erubescere nos necesse est (altera enim ex parte reportantes gloriam, ex altera redarguimur); sive non propter ipsum, et tamen falsa, patientiæ quidem reportabimus mercedem; attamen supremæ beatitatis prædicationem minime consequemur: qua quidem potiri potuissemus, si ambo concurrissent.

ΡϞ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ.

Εἰς τό· « Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, » καὶ τὰ ἑξῆς. (Ἰστέον, ὅτι αὗται ὕστερον εὑρέθησαν ἐπιστολαί [93].)

Ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐμακάρισε τοὺς δι' αὐτὸν ἀκούοντας ῥητά τε καὶ ἄῤῥητα, εἰ ψευδόμενοι οἱ λέ-
B γοντες ἁλοῖεν. Χρὴ οὖν εἰδέναι, ὅτι ἀμφότερα δεῖ προσεῖναι τῷ εἰς τὴν ἀκροτάτην μακαριότητα ἀφιξομένῳ· καὶ τὸ δι' αὐτὸν πάσχειν, καὶ τὸ ψευδῆ εἶναι τὰ λεγόμενα, ὧν εἰ μὴ θάτερον προσῇ, καὶ τὸ ἕτερον οὐ τοσοῦτον ὠφελεῖ· ὠφελεῖ μὲν γάρ, οὐ τοσοῦτον δέ. Εἴτε γὰρ δι' αὐτὸν πάσχοντες, τἀληθῆ ἀκούοιμεν, ἐρυθριᾷν ἀνάγκη· καθ' ἓν γὰρ μέρος εὐδοκιμοῦντες, κατὰ τὸ ἕτερον ἐλεγχόμεθα. Εἴτε μὴ δι' αὐτὸν μέν, ψευδῆ δὲ, ὑπομονῆς μὲν κομιούμεθα μισθόν· οὐ μὴν τοῦ ἄκρου τύχοιμεν μακαρισμοῦ, οὗ τύχωμεν ἄν, εἰ ἀμφότερα συνδράμοι.

CXCI. — ATHANASIO PRESBYTERO.

C Qui non solum difficillimo laborat morbo (vitium dico), sed ne quidem eo liberari cupit; imo insuper etiam eos, qui tali morbo liberati sunt, quasi infelices deplorat; is omnium mortalium est miserrimus atque infelicissimus, quantumvis ipsemet sese per incurabilem socordiam beatum prædicare non erubescat.

ΡϞΑ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ [93'] ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ὁ μὴ μόνον νοσῶν τὴν ἀργαλεωτάτην νόσον, τὴν κακίαν φημὶ, ἀλλὰ μηδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος· πρὸς δὲ τούτους καὶ τοὺς ἀπηλλαγμένους ὀδυρόμενος· ἁπάντων ἀθλιώτερός ἐστι καὶ ἐλεεινότερος, κἂν αὐτὸς ἑαυτὸν δι' ἀνήκεστον ῥᾳθυμίαν μακαρίζει.

CXCII. — THEODOSIO SCHOLASTICO.

In dictum, « Honorabile est conjugium [24]. »

Habeat sane suas laudes honorabile conjugium, ut quod a Deo datum sit, et ab **521-522** hominibus in honore habitum, sed cum virginitate ne contendat, verum intra suos se terminos contineat. Quanquam
Ad ultimum tendit finem mundus: neque enim fallit ipsa Veritas consummationem fore denun- B tians. Qui mundi finis, etsi longius abesse quibusdam videatur, cujusque tamen dies abit quotidie, transit, finem parturit, respicitque extremum. Senum enim patet in dies exitus, ætate florentium incertus quidem vitæ dies, nulli etenim certa ætas vitæ terminus est, sed omnis ætas morti obnoxia. Vigilandum itaque omnibus, exspectandumque quod semel accidet. At nos hodie quidvis potius quam mortis tempus exspectamus. Insperata enim atque inexspectata singulis horis quasi per somnium conjicimus ac speramus. Quod vero semper et ubique futurum est, ac sæpe jam instans, ne cogitare quidem nos dignamur, sed corpore mortalitati obnoxii, et imbecilles, tamen immortales nos C esse opinamur. Verum de immortali anima nihil hic solliciti, anima etiam ipsa carere nos existimamus, in corpore vero cuteque curanda operam omnem oleumque consumimus; quam igitur veniam adipiscemur morte, animam damnantes, quæ mortis tamen expers est: quod autem mortale est corpus omni honore afficientes, atque illam lædentes, ut hoc ornemus; fame illam macerantes, ut hoc saltui deliciisque indulgeat? Quamobrem æquum sane est primas animæ partes dare, corpori secundas tribuere: non enim hoc ipsi adversatur, sed instrumentum est et cithara. Cura enim indiget, non inutili diligentia, cibis non deliciis, edulio sufficienti non saturitate, ne hostis animæ fiat, sed subsidium potius animæ corpus exsistat.

ΤΛʹ — ΜΑΡΚΙΑΝῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

D CCCXXX. — MARCIANO PRESBYTERO.

Inveteratæ opiniones hominum quomodo evertendæ. (*Confer. epist.* 236.)

Τὸν μέλλοντα διασαλεύειν (97) καὶ ἀναμοχλεύειν δόξαν παλαιὰν καὶ πεπηγυῖαν, καὶ καλὴν εἶναι τῷ κακῶς προληφθέντι νομιζομένην, ἐπειδὴ τὸ κομιδῇ παράδοξον, οὐκ ἂν εἴη προοιμίων ἄνευ (98) εὐπαράδεκτον· οὐκ εὐθὺς τἀναντία φράζειν χρή. Ἐπεὶ καταγέλαστος ἔσται καὶ κωμῳδηθήσεται ὑπὸ τῶν προκαταληφθέντων τῇ ἐναντίᾳ ψήφῳ· ἀλλὰ πρότερον ὑπορύξαντα καλῶς δι' ἑτέρων πολ-

Qui inolitam et usu confirmatam opinionem, quæ male informatis pulchra videatur, effodere atque eruere voluerit, cum rem valde arduam aggrediatur, non id auspicabitur sine animorum præparatione, neque continuo repugnabit. Ridiculus siquidem erit, reprehendeturque judicio contraria opinione præceptorum: sed antea demonstrata male ab aliis multis, tunc in contrarium vertet.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Pro ἀδόκητα codd. Vat. 650 et Alt. scribunt ἀδόκιμα. Possin.

(97) *Διασαλεύειν*. An non leg. potius videatur διασκαλεύειν, vel διασκαλουδεύειν, quod est *sarculo terram effodere, versare, suscitare*. Mox etiam ἀπορύξαντα legendum censeo. Schott.

(98) Codd. Vat. 650 et Alt. omittunt ἄνευ. Possin.

Sic enim fiet plausibilis et suadelam effinget A deam.

λῶν, τότε εἰς τοὐναντίον περιτρέπειν. Οὕτω γὰρ εὐπαράδεκτος ἔσται, καὶ τὴν πειθὼ δημιουργήσει.

659 CCCXXXI. — ALEXANDRO POETÆ.

ΤΛΑ'. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ ΠΟΙΗΤῌ.

Cur Socrates Gratias virgines nudas (99) *finxerit : Aristophanes Comicus notatur.*

Valde equidem miror homines quosdam, quo in numero et te esse arbitror, cum liceat sæpe qua scriptis, qua picturis utilitatem capere, illud non cogitare, ad injuriam vero respicere. Si enim modestissimus, idemque sapientissimus fuit Socrates (nam Plato, Æschines Socraticus, Xenophon atque Euripides eum laudando inter se certant. Aristophanes vero non audiendus, quia nihil æque novit ac maledicere, præceptorem accusans, forte quod ad philosophiam invitaret), ejus philosophi opus est Gratias nudas, ut dicitur, ac virgines sculpere : non B ut ad libidinem juvenes provocet, ut tu quidem opinaris, id excogitavit, sed ut naturam ipsarum (hoc enim in re explicanda imprimis valuit) imaginibus explicaret, quando plerique vel lucri spe, aut mercedis, vel famæ, aliave de causa munera largiantur. Id enim mea quidem sententia, repræsentare omnino voluit, beneficia sua danda, nudas quidem ut virgines innuptas, omnisque lucri experies, carentesque omni tegumento, ut ad nihil aliud quis respiciens quam ad honestatem, indigentibus beneficia conferat, ut laudem inde capiat, quod cedit in damnum accipientium.

Λίαν θαυμάζω, πῶς τινες τῶν ἀνθρώπων (ὧν εἷς καὶ αὐτὸς κινδυνεύεις εἶναι) ἐνὸν πολλάκις διὰ τῶν γραφῶν, ἢ διὰ τῶν ἀγαλμάτων ὠφελεῖσθαι· τοῦτο μὲν οὐκ ἐννοοῦσιν, εἰς ὕβριν δὲ βλέπουσιν. Εἰ γὰρ σωφρονέστατος καὶ σοφώτατος ἦν ὁ Σωκράτης. (Πλάτων γὰρ καὶ Αἰσχίνης καὶ Ξενοφῶν καὶ Εὐριπίδης τοῦτο διισχυρίσαντο· Ἀριστοφάνει γὰρ οὐ προσεκτέον, ὡς οὐδὲν οὕτω καλῶς εἰδότι, ὡς τὸ κακῶς εἰπεῖν, καὶ κωμῳδήσαντι τὸν διδάσκαλον, ἴσως περὶ φιλοσοφίας αὐτῷ παραινέσαντι (1)), Αὐτοῦ δέ ἐστιν ἔργον τὸ τὰς χάριτας γυμνὰς, ὥς φασι, καὶ παρθένους γλύψαι, οὐχ εἰς ἀσέλγειαν τοὺς νέους παρακαλῶν, ὡς ἡγῇ, τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ τὴν φύσιν αὐτῶν (δεινὸς γὰρ ἦν καὶ περὶ ταῦτα) διὰ τῶν ἀγαλμάτων ἐξηγούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ἢ κέρδους, ἢ ἀμοιβῆς, ἢ φιλίας, ἢ δόξης, ἢ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν τὰς χάριτας διδόασι· τοῦτο αὐτὸ παιδεῦσαι τοὺς ὁρῶντας (ὥς γε ἐμαυτὸν πείθω) ἠθέλησεν, ὅτι δεῖ τὰς χάριτας δίδοσθαι, παρθένους μὲν καὶ ἀμιγεῖς παντὸς κέρδους, παντὸς δὲ ἐπικαλύμματος ἐλευθέρας· ἵνα πρὸς μηδὲν ἄλλο τις βλέπων, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ καλὸν, εὐεργετῇ τοὺς δεομένους, καὶ μὴ λήμματος ἐφιέμενος, ἢ δόξης, ἐκτραγῳδῇ τῶν λαμβανόντων τὰς συμφοράς.

CCCXXXII. — CYRO MONACHO.

ΤΛΒ'. — ΚΥΡῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Beneficium qui accipit, libertatem vendit.

Admiror sane inexplebilem quorumdam cupiditatem plane servilem, qui semper exigunt beneficium, C dant vero nunquam, idque argumentum esse existimo illiberalis mentis atque insatiabilis. Gratia enim accipientes beneficia in vilem conjicit servitutem, dantes vero honesta donat libertate. Liberale est etenim aliis impartiri; contra servile, beneficium accipere. Obnoxius enim et subjectus semper idcirco manet. Necessario enim qui beneficio obstrictus est, non prius animum erigit, quasi capiti impendens onus sustinens, neque directe bene de se meritum antea aspicere audet, quam debitum, velut æs alienum dissolverit. Hæc dico non quasi legem statuens, ut qui indigent, nihil postulent beneficii; neque ut suadens exorta jam tempestate in portum ne intres; neque eos qui non possunt D rependere accusans; absit! ac neque eos qui opere non queant, saltem verbo gratiam profiteri cogens. Si vero etiam beneficia dantem tacere oportet, accipientem certe decet beneficii meminisse. Verum non id nunc agitur, **660** sed illos accuso nullius

Λίαν θαυμάζω τὴν ἀπληστίαν καὶ τὴν δουλοπρέπειαν τῶν ἀεὶ μὲν χάριν αἰτούντων, μὴ παρεχόντων δὲ, καὶ τεκμήριον εἶναι τοῦθ' ἡγοῦμαι ἀνελευθέρου καὶ ἀκορέστου ψυχῆς. Ἡ μὲν γὰρ χάρις τοὺς λαμβάνοντας εἰς ὑπόχρεω καθίστησι ταπεινότητα, τοὺς δὲ παρέχοντας εἰς ἐλευθεροπρέπειαν αὔξειν πέφυκεν. Ἐλευθέριον γὰρ τὸ κατάρχειν εἰς ἕτερον χάριτος (2), οἰκετικὸν δὲ τὸ λαμβάνοντα χάριν, ὑπεύθυνον ἀεὶ διὰ ταύτην διατελεῖν. Ἀναγκαίως γὰρ ὁ χάριτι δουλωθεὶς, καθάπερ ἄχθος ἔχων ἐπὶ κεφαλῆς, οὐ πρότερον ὀρθοῦται τὴν ψυχὴν, οὐδὲ ἐξ ἴσης πρὸς τὸν εὐεργετήσαντα βλέπει, πρὶν ἂν διαλύσηται τὸ χρέος. Ταῦτα δέ φημι, οὐ τοὺς ὄντως δεομένους μὴ αἰτεῖν χάριν νομοθετῶν, οὐδὲ συμβουλεύων τοῖς χειμαζομένοις μὴ καταφεύγειν εἰς λιμένα· ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἔργῳ μὴ δυναμένους ἀμείψασθαι αἰτιώμενος· Ἄπαγε· οὐδὲ μὴν τοὺς ἔργῳ μὴ δυναμένους, κἂν λόγῳ τὰς χάριτας ὁμολογεῖν ἀναγκάζων. Εἰ γὰρ καὶ χρὴ τὸν μὲν εὐεργετήσαντα ἐπιλανθάνεσθαι, τὸν δὲ εὐεργετηθέντα μεμνῆσθαι τῆς χάριτος. Ἀλλ' οὐ τοῦτο νυνὶ φράσαι βούλομαι· ἀλλ' ἐκείνους αἰτιῶμαι τοὺς

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(99) *Gratias nudas*, ut dicitur. Proverbium exponunt Zenobius, Diogenianus. Socrates vero apud Stobæum, cum quemdam videret passim et sine delectu beneficia largientem : Κακῶς, ὁ εἶπεν, ἀπόλοιο· ὅτι τὰς Χάριτας παρθένους οὔσας, πόρνας ἐποίησας. *Male sit tibi*, inquit, *qui Gratias virgines, scorta fecisti*. De Gratiis tribus Seneca Philos. lib. I. *De beneficiis*, cap. 3, et sæpe Plutarch., ut in *Erotico*, et *Principi cum philosopho agendum*, trium Gratiarum recenset nomina. SCHOTT.

(1) Παραινέσαντι codd. Vat. 650 et Alt. mutant in παραινέσαντα. POSSIN.

(2) Pro χάριτος idem habent χάριτας. ID.

μηδενὸς μὲν δεομένους, διὰ δὲ φιλοχρηματίαν ἀεὶ μὲν λαμβάνειν σπουδάζοντας, παρέχειν δὲ οὐ βουλομένους. Τοὺς μὲν γὰρ ἐν χρείᾳ τυγχάνοντας, οὐκ ἄτοπον χάριν αἰτεῖν, τούς τε παρέχειν δυναμένους αἰτεῖν, ἀτοπώτατον. Δὶς (3) γὰρ ἁμαρτάνουσι μέγιστα, ἓν μὲν, αὐτοὶ διὰ πόθον ἀκόρεστον αἰτοῦντες· ἕτερον δὲ, καὶ τοῖς ὄντως δεομένοις ἀποκλείοντες τοὺς τῆς φιλανθρωπίας λιμένας· ἀναλίσκουσι γὰρ κακῶς τὰ καλῶς δοθῆναι ὀφείλοντα.

A quidem indigos. Quare habendi cupiditate accipere semper beneficium satagunt, dare autem nolunt. Qui vero inopia laborant, beneficia postulare non absurdum est. At qui dare aliis possunt postulare ab aliis, id absurdissimum. Bis enim peccant gravissime, semel quidem exigentes beneficium insatiabili cupiditate, deinde quia revera indigentibus humanitatis claudunt ac beneficentiæ portum. Male enim consumunt quæ honeste dare aliis oportebat.

ΤΛΓ'. — ΠΑΛΛΑΔΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

CCCXXXIII. — PALLADIO DIACONO.

In beneficiis dandis laudanda est voluntas : ex animo, non ex eventu judicandum.

Τοὺς εὐεργέτας οὐ μόνον ἀφ' ὧν ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ἠβουλήθησαν μὲν, οὐκ ἠδυνήθησαν δὲ, ἀνυμνεῖσθαι χρὴ, καὶ εἰδέναι μὲν αὐτοῖς χάριν ἀφ' ὧν ἠθέλησαν, τὸ μὴ δεδυνῆσθαι δὲ μὴ αἰτιᾶσθαι. Ὁ γὰρ μὴ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως τὰ πράγματα κρίνων, ἀπαίδευτός ἐστι, καὶ τῶν πραγμάτων οὐ γινώσκει τὴν φύσιν, τὴν οὐ πάντως τῇ βουλήσει ἑπομένην, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ἐναντιουμένην.

Ut benefici non modo laudandi sunt in iis quæ non potuerunt dare, sed etiam in iis quæ voluerunt B largiri, nec potuerunt, habendaque iis gratia de iis quæ sunt conati : quod vero non potuerint minime culpandi sunt. Est enim hominis imperiti ab eventu, non a consilio res judicare, ac ne naturam quidem negotiorum novit, quæ ad voluntatem non omnino fluunt : imo sæpe contra cadunt.

ΤΛΔ'. — ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΟΝΙ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῼ.

CCCXXXIV. — AGATHODÆMONI GRAMMATICO.

Tarda etiam ingenia discendo processum faciunt. Non ex quovis ligno fit Mercurius.

Ἡ παίδευσις τὸν μὲν ὀξὺν, ἄκρον ποιεῖ· τὸν δὲ βραδὺν ἀμείνονά πως ἑαυτοῦ καθίστησιν. Ὥσπερ γὰρ οὐ πάντες οἱ ἐν παιδοτριβίοις (4) γυμνασθέντες ἀθληταὶ ἀποτελοῦνται, οὕτως οὐδὲ πάντες οἱ ἐν μουσείοις φοιτήσαντες ῥήτορες· ταῖς γὰρ εὐφυΐαις καὶ ταῖς δυνάμεσιν αἱ μελέται προσομιλοῦσαι ἄκρους ἀποτελοῦσιν. Εἰ δὲ μήτε ἀλκὴν, μήτε εὐφυΐαν εὕρωσιν, ἀσκοῦσι μὲν τῶν μὲν τὰς ψυχὰς, τῶν δὲ τὰ σώματα, οὐ μὴν ἀοιδίμους αὐτοὺς δημιουργοῦσιν.

Acutum quidem ingenium institutio ac disciplina provehit, tardum vero seipso reddit meliorem. Utque non omnes qui in gymnasiis exercentur, athletæ absoluti fiunt ; ita nec omnes scholas frequentantes oratores evadunt. Optimæ naturæ ac facultati C juncta studia summos perficiunt. Si vero neque robur, neque naturæ aptitudinem inveniant, exercent quidem animos quorumdam, aliorum vero corpus. celebres tamen ipsos non reddunt.

ΤΛΕ'. — ΙΣΙΔΩΡῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

CCCXXXV. — ISIDORO EPISCOPO.

« Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis. » (Matth. v, 48.) Imitationis ratio, inferior.

Ἐπειδὴ εἰκότως νομίζων τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνέφικτον καὶ ἀμίμητον, γέγραφας θαυμάζων, πῶς ὁ Σωτὴρ καὶ τὸν Πατέρα καὶ ἑαυτὸν μιμεῖσθαι ἡμᾶς παρακελεύεται. Φημὶ, ὅτι εἰκότως τὰ πράγματα ἀπὸ τῶν μειζόνων λαμβάνει τὰ παραδείγματα, ἵνα κἂν τοῦ ἐλάττονος ἐφικοίμεθα. Εἰ γὰρ καὶ ἀμίμητος ἡ Δεσποτικὴ ἀρετὴ, ἀλλ' οὖν γε ὅταν κατὰ δύναμιν μιμεῖσθαι αὐτὴν σπουδάζωμεν, τῆς μιμήσεως οὐκ ἀπολειφθησόμεθα. Ὥσπερ γὰρ οἱ γραμματισταὶ λαμβάνοντες τὴν γραφίδα, τοῖς παισὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ κάλλους τὰ στοιχεῖα γράφουσιν, ἵνα κἂν πρὸς τὸ καταδεέστερον ἔλθωσι τῆς μιμήσεως, οὕτω καὶ ἡ θεία χάρις ὑποδείγματα ἡμῖν ἀρετῆς προὔθηκεν, ἵν' ὡς ἐφικτὸν μιμησώμεθα. Μὴ τοίνυν τὸ μὴ ἄκρως δύνασθαι μιμεῖσθαι, τοῦ ἐνδεχομένου ἡμᾶς ἀποσοβείτω, ἀλλὰ τοῦτο μάλιστα μέγα ἡμῖν φαινέσθω, τὸ ἠξιῶσθαι μερικῶς μιμήσεως θείας εἰκόνος ἐντὸς γενέσθαι.

Cum incomprehensibilis sit Deus, atque inimitabilis, admirari te scribis, cur Salvator et Patrem cœlestem, et sese ad imitandum proposuerit. Equidem respondeo res jure optimo a majoribus exempla capere, ut saltem minus consequamur. Quamvis enim inimitabilis Dei virtus est, illam tamen pro virili imitari conantes, ab imitatione non discedemus. Ut qui scribere pueros docent, D arrepto stylo pueris quam elegantissimos præscribunt characteres, etsi inferiores sint in imitatione futuri : ita et divina gratia virtutis nobis exempla proposuit, ut tanquam quod queat comprehendi imitemur. **661** Ne igitur quod summa quæque imitari non possimus, id nos absterreat ab iis, quæ consequi valemus, imo magnum illud nobis videatur, quod digni simus habiti, vel ex parte divinam imitari imaginem.

ΤΛϚ'. — ΓΕΝΝΑΔΙῼ.

CCCXXXVI. — GENNADIO.

De gloriæ cupiditate, vel contemptu. Vulgi judicium contemnendum.

Εἰ καὶ παράδοξόν σοι εἶναι δόξει τὸ λεχθησόμενον,

Etsi quod dicam paradoxon tibi visum iri satis

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) Iidem δὶς mutant in δύο. Possin.

(4) Pro παιδοτριβίοις iidem scribunt παιδοτριβίου. Id.

scio, dicendum tamen. Gloriam igitur inanem censeo A ab animo abjecto vilique proficisci. Despicientiam contra laudisque contemptum ex magnanimitate nasci, vel verius a cœlesti mente. Illa siquidem laudem admiratur humanam, quæ instar arescentis est feni: hæc vero eam aversatur. Illa maximi ducit aberrantem labentemque vulgi opinionem, hæc contra facit minimi. Quod cum ita sit, sciscitari ex te libet, quid æstimas vulgus virtutem nihili ducens; haud dubie quasi nullius pretii sit, ac negligens. Ut enim vulgus de virtute, ita et de ipso sentire sapientes æquum sit. Elige igitur: haudquaquam a vulgi parte stare mihi videris. Quomodo igitur non admodum miserum, imo et ridiculum fuerit horum sectari opinionem quorum nolles similis esse? si dixeris multos in uno consentientes B fide dignam posse statuere sententiam, idipsum dixeris de iis ob quæ vere despiciendi sunt. Qui enim ex se ipsi despicabiles sunt, multo magis id inter se commissi patientur. Singulorum enim amentia simul collecta major fit a multitudine adaucta. Quapropter et singulatim quisque corrigatur, si quando deprehendatur. Simul vero exsistentes corrigi non possunt, eo quod in majus amentiam provehant, et mutuis applaudant opinionibus.

ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται· φημὶ γὰρ ὅτι ἡ κενοδοξία ἀπὸ ψυχῆς ταπεινῆς καὶ εὐτελοῦς τίκτεται, ἡ δὲ ὑπεροψία τῶν ἐπαίνων καὶ ἡ καταφρόνησις ἀπὸ μεγαλοφυοῦς, μᾶλλον δὲ ὑπερφυοῦς. Ἡ μὲν γὰρ θαυμάζει τὸν χόρτου δίκην μαραινόμενον τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, ἡ δὲ ἀποστρέφεται· ἡ μὲν μεγίστην ἡγεῖται τὴν πεπλανημένην καὶ ἐσφαλμένην τῶν πολλῶν ψῆφον, ἡ δὲ εὐτελεστάτην. Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἔρεσθαί σε βούλομαι. Τί νομίζεις τοὺς πολλοὺς, οἷς οὐδεὶς περὶ ἀρετῆς λόγος; εὔδηλον ὅτι ῥαθύμους, καὶ οὐδενὸς ἀξίους λόγου. Ὅπερ γὰρ αὐτοὶ περὶ τῆς ἀρετῆς ψηφίζονται, τοῦτο τοὺς σοφοὺς δίκαιον ἂν εἴη περὶ αὐτῶν ψηφίζεσθαι. Ἕλοιο τοίνυν· κατ' ἐκείνους γενέσθαι οὐκ ἄν μοι δοκεῖς. Πῶς οὖν οὐ κομιδῇ σχέτλιον, μᾶλλον δὲ γελοῖον, τὴν τούτων θηρᾶσθαι δόξαν, ὧν οὐκ ἂν ἕλοιο γενέσθαι παραπλήσιος; εἰ δὲ φαίης, ὅτι οἱ πολλοὶ κατὰ ταυτὸν συνεστηκότες ἀξιόπιστον ἔχουσι τὴν ψῆφον· αὐτὸ τοῦτο λέξεις, δι' ὃ καταφρονεῖσθαι ὀφείλουσιν. Οἱ γὰρ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες εὐκαταφρόνητοι, πολλῷ μᾶλλον συγκροτηθέντες τοῦτο πείσονται. Ἡ γὰρ ἑκάστου ἄνοια ὁμοῦ συναχθεῖσα, μείζων ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐξηθεῖσα γίνεται. Διὸ καὶ καθ' ἕνα μὲν ἄν τις αὐτῶν καὶ διορθώσειεν, εἰ λάβοι ποτέ· ὁμοῦ δὲ ὑπάρχοντας οὐκ ἂν δυνηθείη, διὰ τὸ τὴν ἄνοιαν ἐπὶ τὸ μεῖζον αἴρεσθαι, καὶ ταῖς παρ' ἀλλήλων δόξαις συγκροτεῖσθαι.

CCCXXXVII. — EIDEM.

ΤΛΖ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Φιλοδόξου καὶ κενοδόξου *differentia*. (*Vide epist.* 411.)

Gloriæ studiosus non idem inanis est laudis C cupidus. Et ille quidem virtutem exercens, hic autem non exercens gloriam venatur. Et ille quidem convenienti, hic vero minime ipsi convenienti accedit opinioni. Propria ille pulchritudine ornatur, hic vero vult aliena decorari forma. Suis ille thesauris extollitur, hic iis qui ad ipsum minus pertineant. Ille quidem juste, hic vero injuste honorari exoptat. Primus quidem, tametsi non sit perfectus (exercenda enim virtus est et non expetenda gloria), secundo tamen melior est, et tantum ab eo distat, quantum ipse a perfecto deficit. Quin potius si accuratius rem dicere velimus, ne conferri quidem cum illo dignus est, qui nihil boni egerit, sed gloriam captet quasi quid egerit, **662** sed cum illo qui et aliquid gesserit, et gloriam quæ ex facto sequitur contemnat. D

Οὐκ ἔστιν ὁ φιλόδοξος κενόδοξος· ὁ μὲν γὰρ ἀρετὴν ἀσκῶν, ὁ δὲ μὴ (5) ἀσκῶν δόξαν θηρᾶται· καὶ ὁ μὲν τῆς προσηκούσης, ὁ δὲ τῆς μηδαμόθεν αὐτῷ προσηκούσης ὑπολήψεως ἐφίεται· ὁ μὲν οἰκείῳ κάλλει σεμνύνεται, ὁ δὲ ἀλλοτρίῳ καλλωπίζεσθαι βούλεται· ὁ μὲν τοῖς οἰκείοις θησαυροῖς μέγα φρονεῖ· ὁ δὲ τοῖς μηδαμῶς αὐτῷ προσήκουσιν· ὁ μὲν δικαίως, ὁ δὲ ἀδίκως τιμᾶσθαι βούλεται· ὁ μὲν οὖν πρῶτος, εἰ καὶ μὴ τέλειός ἐστι (χρὴ γὰρ καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖν, καὶ δόξης μὴ ὀρέγεσθαι), ἀλλ' οὖν γε τοῦ δευτέρου κρείττων ἐστί· καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ πλέον ἀπέχει, ἢ ὅσον τοῦ τελείου αὐτὸς ἀπολείπεται· μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ παραβάλλεσθαι πρὸς ἐκεῖνον ἂν εἴη δίκαιος, τὸν μηδὲν μὲν πράξαντα χρηστὸν, τῆς δὲ ἐπὶ τῷ πεπραχέναι ἀντιποιησάμενον δόξης, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνον, τὸν καὶ πεπραχότα, καὶ τῆς ἐπὶ τῷ πεπραχέναι καταφρονήσαντα δόξης.

CCCXXXVIII. — EIDEM.

ΤΛΗ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Μεγαλοψυχία *et* φιλοτιμία *quid differant*.

Non est, ut dicis, ambitio honorisque appetitus magnanimitas quædam. Hæc enim ardua difficiliaque generose, quæque alios inflare solent moderare fert. Ambitio gloriam duntaxat respicit. Magnanimitas vero sibi sufficit, tametsi laudetur a nemine. Illa nisi laudatores habeat, nil recti facit. Hæc esse, illa vero videri optima cupit. Magnanimitas bonum ipsum expetit, illa vero laudem tantum complectitur.

Οὐκ ἔστι μεγαλοψυχία ἡ φιλοτιμία, ὡς ἔφης· ἡ μὲν γὰρ πάντα μὲν τὰ δυσχερῆ γενναίως, πάντα δὲ τὰ τοὺς ἄλλους φυσῶντα μετρίως φέρει· ἡ δὲ πρὸς δόξαν μόνον ὁρᾷ. Καὶ ἡ μὲν ἀρκεῖται ἑαυτῇ καὶ μηδενὸς ἐπαινοῦντος, ἡ δὲ ἐὰν μὴ ἔχῃ τοὺς ἐγκωμιάζοντας, οὐδὲ καλόν τι δρᾷ. Ἡ μὲν εἶναι, ἡ δὲ δοκεῖν ἀρίστη βούλεται· ἡ μὲν δι' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, ἡ δὲ διὰ τιμὴν ἀσπάζεται· ἡ μὲν εὐεργετεῖ, μέγιστον

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(5) Cod. Alt. omittit μή. POSSIN

εἶναι χρῆμα τὴν εὐποιΐαν ἡγουμένη· ἡ δὲ διὰ δόξαν ἐλεεῖ. Ὅσα οὖν κρείττων ὁ αὐτὸς τὸ ἀγαθὸν δι' αὐτὸ δρῶν τοῦ δρῶντος μὲν, ἐπὶ μισθῷ δὲ τοῦτο ποιοῦντος, τοσοῦτον καὶ ἡ μεγαλοψυχία τῆς φιλοτιμίας, εἰ καὶ δοκεῖ τὰ αὐτὰ δρᾷν, διενήνοχεν.

A Hæc bene meretur, maximum esse bonum beneficentiam rata. Ambitio laudis tantum causa miseretur. Quanto igitur præstat bonum per se agens, quam agens quidem, sed mercedis gratia tantum. Magnanimitas gloriæ studio tametsi facere eadem videatur, longe antecellit.

ΤΛΘ'. — ΣΕΡΗΝΩ ΤΡΙΒΟΥΝΩ.

CCCXXXIX. — SERENO TRIBUNO.

Humilitati danda est opera. (*Conf. epist.* 127, 251.)

Εἰ πάντα τὰ ὀνόματα τὰ τῇ θείᾳ καὶ ἀκηράτῳ περιαπτόμενα φύσει, ὑπερβαίνει τὰ μέτρα τῆς ἀνθρωπότητος, ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἡμῖν καὶ δυνατῷ τὸ Θεῖον μιμεῖσθαι πρεπωδέστατον. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἡ ταπεινοφροσύνη. Τί γὰρ ἔχομεν τοιοῦτο, ὃ καὶ ἐπᾶραι ἡμᾶς εἰς ἀλαζονείαν δεινὸν ὑπάρχει; κατὰ μὲν τὸν πατριάρχην, « Γῆ ἐσμεν καὶ σποδός· » κατὰ δὲ τὴν νομοθέτην, *χοῦς*· καὶ κατὰ μὲν τὸν Μελῳδὸν, ποτὲ μὲν *σκώληξ*, ποτὲ δὲ *χόρτος*· κατὰ δὲ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, *ταλαιπωρία*· οἷς γὰρ ἑαυτὸν οἰκτίζεται, πάσης τῆς ἀνθρωπότητος καταψηφίζεται. Διατί μὴ ἐν ᾧ ἡ τῆς φύσεως ἡμᾶς ἀνάγκη κατείργει, ἐν τούτῳ « Τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα καὶ ἑαυτὸν ταπεινώσαντα μιμησώμεθα. » Πᾶσαν τοίνυν παρὰ φύσιν ἡμῖν ὑπάρχουσαν φλεγμονὴν καταστείλαντες, τὴν ταπεινοφροσύνην, τὴν τῇ φύσει καὶ συνυπάρχουσαν καὶ σύντροφον ἀσκήσωμεν.

Cum nomina universa divinæ puræque naturæ attributa humanæ superent conditionis mensuram, in uno congruenter naturæ et viribus nostris divinum numen nos imitari maxime decet. Quid autem istud est! Animi submissio. Quid enim habemus ejusmodi quod extollere nos ad arrogantiam valeat? B ut patriarcha Abraham ait : « Terra sumus et cinis [82]; » ut vero legislator ait *pulvis* [83]; et juxta Psaltem regium : *Vermis et fenum* [84]; electionis vero vas Paulus, *miseria* [85]. Ob quæ enim seipsum miseratur, miserumque prædicat, ob ea, et de universo genere humano intelligi vult. Quamobrem illum, « qui cum in forma Dei esset semetipsum humiliavit [86] » imitemur. Omnem itaque fastum turgidum naturæ nostræ repugnantem abjicientes, humilitatem naturæ convenientem, nobisque cognatam exerceamus.

ΤΜ'. — ΜΑΡΚΙΑΝΩ.

CCCXL. — MARCIANO.

Adhortatio qualis esse debeat. (*Confer. epist.* 290.)

Δύσκολον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸν παραινοῦντα τῷ ἃ μὴ θέμις δρῶντι, μὴ εἰς ἀπρεπεῖς ἐμπεσεῖν (6) λόγους· ἃ γὰρ μὴ πράττειν θέμις, οὐδὲ λέγειν θέμις. Τί οὖν ποιητέον; Ἂν μὲν γὰρ σεμνῶς εἴπῃς, οὐ δυνήσῃ καθάψασθαι τοῦ ἐνόχου τοῖς λεγομένοις ὄντος· ἂν δὲ βουληθείης καθικέσθαι σφοδρῶς, ἀνάγκην ἔχεις ἀπαμφιάσαι, καὶ τὸ παραπέτασμα ἀνελεῖν. Διὸ καὶ ἐπαινεῖται ὁ εἰρηκώς· « Φοβοῦμαι, μὴ τὰ προσήκοντα περὶ σοῦ λέγων, εἰς οὐ προσήκοντας ἐμαυτῷ λόγους ἐμπέσω. » Οὐκοῦν μέσην τινὰ χώραν βαδιστέον, δι' ἧς μήτε ἑαυτόν τις αἰσχύνῃ λέγων ἃ μὴ δεῖ, μήτε ἐκεῖνον ἀνωφελῆ καταλείψῃ.

Equidem difficile opinor hortando ad ea quæ C factu nefas, non incidere in indecoram orationem. Quæ enim facere non licet, dicere non licet. Quid igitur facto opus? Si enim graviter quid dicas, non poteris eum qui reus est, dictis perstringere. Si vehementer insurgere volueris, insinuatione est opus, et velamento utendum. Laudatur itaque quisquis dixit : « Vereor ne, si quæ conveniunt de te dixero, me indigna dicam [87]. » Media igitur gradiendum est via, ne quis pudore afficiatur, dicendo quæ non oportet, neque alteri inutilia assumat.

ΤΜΑ'. — ΕΡΜΙΝΩ ΚΟΜΗΤΙ.

663 CCCXLI. — HERMINO COMITI.

Boni invidiæ obnoxii. (*Conf. epist.* 29 et 326.)

Εἰώθασι πολλοὶ τῷ ἐκ τῆς ἄγαν ἀρετῆς λαμπρυνομένῳ φθονεῖν, ἐπαχθῆ γὰρ καὶ φορτικὸν ἡγούμενοι τὸν μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς αὐτοῖς δρῶντα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν καλλίστων προνομίων ἐναβρυνόμενον, ἅτε τὸν σφῶν βίον ἐλέγχοντα, ταῖς κακηγορίαις καὶ ταῖς ἐπιβουλαῖς βάλλουσιν, ὃν καὶ ζηλοῦν καὶ στεφανοῦν ὤφειλον.

Solent plerique ei invidere, qui virtute sit clarus, D rati molestum et intolerabilem esse eum qui non eadem quæ ipsi agat, sed optimorum prærogativa gloriantem, quasi illorum vitam reprehendat, maledictis atque insidiis petunt, quem imitari potius ac collaudare oportebat.

ΤΜΒ'. — ΑΝΔΡΟΜΑΧΩ ΚΟΜΗΤΙ.

CCCXLII. — ANDROMACHO COMITI.

Religio non contemnenda ex perversis profitentium moribus.

Λίαν τῆς σῆς καταψηφίζομαι ἀβελτηρίας, ὅτι οὐκ αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν κρίνει τὴν θείαν θρησκείαν,

Equidem tuam magnopere damno vesaniam, quod ipsam non ex se judicet religionem, sed ex

[82] Gen. XVIII, 7. [83] Gen. III, 19. [84] Psal. XXI, 6. [85] Rom. VII, 24. [86] Philipp II, 6. [87] Cicer. lib. IX, epist. 22, Ad fam.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(6) E regione ἐμπεσεῖν ambo codd. in margine scribunt ἐμπίπτειν. POSSIN.

quorumdam nequitia eam male accipiat. Quid enim illa injuste egit, si Zosimus et Maron, ut ais, atque Eustathius non audenda audentes, et se jactantes de iis, quorum pudere par esset, omnesque flagitiis nobilitatos obscurantes, et qui ne inter laicos quidem esse deberent, in clero videantur? Cur non ob recte facta clerum prædicas, sed ob delicta traducis? viderisque speciosam consecutus quietem, quod propter illos ad divinissimam philosophiam contendere nequeas? Si ex iis quæ liquent, sententiam ferre non libet, negotium per se expende atque explora, videbisque laude dignum, ut et disertissimi oratores, de illo verba facturi vereantur etiam laudem ejus contexere, quæ major est, quam ut sermone queat explicari. Quod si neque ipsum clerum censes explorandum, neque de bonis sententiam pro ipso tuleris, sed ob quorumdam peccata, audeas damnare, non juste feceris, nec merito. Si vero illud admittens indigneris illis qui non debito modo illo utantur, sapientis ac prudentis viri laudem auferes, delinquentium errores ad negotium divinum, et justum non vertendo, et ultionem consequendo propter amentiam illorum qui illegitime illud aggrediuntur.

A ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐνίων πονηρίας αὐτὴν κακίζει. Τί γὰρ ἐκείνη ἠδίκησεν, εἰ Ζώσιμος, καὶ Μάρων, ὡς φῄς, καὶ Εὐστάθιος ἀτόλμητα τολμῶντες, σεμνυνόμενοί τε ἐφ' οἷς ἐπαισχύνεσθαι δίκαιον· πάντας τε ἀποκρύψαντες τοὺς (7) κακίᾳ βεβοημένους, καὶ μηδὲ ἐν τοῖς λαϊκοῖς εἶναι ὀφείλοντες εἰς κλῆρον δοκοῦσί τε; Διὰ τί δὲ μὴ ἀπὸ τῶν κατορθούντων αὐτὴν ἀνακηρύττεις, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πταιόντων διασύρεις; καὶ δοκεῖς εὐπρόσωπον ῥᾳθυμίαν τεθηρευκέναι τοῦ μὴ δύνασθαι δι' αὐτοὺς τῇ θειοτάτῃ προσελθεῖν φιλοσοφίᾳ; εἰ δὲ οὐ βούλει ἀπὸ τῶν διαλαμπόντων τὴν ψῆφον ἐνεργεῖν, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καθ' ἑαυτὸ βασάνισον· καὶ ὄψει αὐτὸ τοσούτων ἐπαίνων ἄξιον, ὡς καὶ τοὺς λίαν ῥητορικωτάτους ἀπαγορεῦσαι, εἰ δεήσειεν αὐτοῦ ἐγκώμιον ὑφῆναι. Μεῖζον γάρ ἐστιν, B ἢ ὡς ἂν λόγῳ τις εἴποι. Εἰ δὲ μήτε αὐτὸ (8) ἐξετάσειας, μήτε ἐκ τῶν εὐδοκίμων αὐτῷ ψηφίσαιο, ἀλλ' ἐκ τῶν πταιόντων κακίσαι τολμήσειας, οὔτε δίκαια ποιήσειας, οὔτε εἰκότα. Εἰ δὲ ἐκεῖνο ἀποδεχόμενος, ἀγανακτοίης κατὰ τῶν οὐ δεόντως αὐτῷ χρωμένων, εὐγνώμονος καὶ φρονίμου ἀνδρὸς ἀποίσεις δόξαν, τῷ μὴ τὰ τῶν πταιόντων πλημμελήματα εἰς πρᾶγμα τρέπειν θεῖον καὶ δίκαιον, καὶ ἐκδικήσεως τυχεῖν διὰ τὴν τῶν παρανόμως αὐτὸ μετιόντων παράνοιαν.

CCCXLIII. — THEODORO SCHOLASTICO.

ΤΜΓ'. — ΘΕΟΔΩΡῼ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚῼ.

Bonis sæpe cur male sit: major ut gloria obveniat.

Virtutes eorum qui in calamitates inciderunt affectus solent conduplicare. Indigna enim iis quæ cum laude gesserunt patiendo, audientes comparant, ut maximo dolore impleantur. Hinc et tragœdiæ commiserationem ejulatu concitant, dum optimos intoleranda patientes inducunt. Sed ista quidem apud illos celebrentur, qui hactenus hoc modulo, humana negotia metiuntur. Ignorant enim ob ea se dolere, propter quæ lætari deceat. **664** Nos autem qui ad aliud vitæ institutum mentis oculos merito dirigimus, certo scimus probos, si quid grave patiantur, haudquaquam commiseratione, sed faustis ominibus ac præconio dignos esse. Illustriores enim ipsis ad virtutem apparantur bonæ existimationis coronæ.

Αἱ μὲν τῶν περιπιπτόντων ταῖς συμφοραῖς ἀρεταὶ τὰ πάθη διπλασιάζειν εἰώθασι. Τῷ γὰρ ἀνάξια ὧν C κατώρθωσαν πεπονθέναι τοὺς ἀκροωμένους παρασκευάζουσι μεγίστης ἐμπλησθῆναι λύπης. Διὸ καὶ αἱ τραγῳδίαι τὸν οἶκτον διεγείρουσιν, ὅταν ἀνήκεστα πεπονθότας τοὺς ἀρίστους εἰσάγουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρ' ἐκείνοις θρυλλείσθω, τοῖς ἕως τῶν τῇδε νομίζουσιν εἶναι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. Λελήθασι γὰρ ἐφ' οἷς ἥδεσθαι προσῆκον ἦν, ἐπὶ τούτοις ἀχθόμενοι. Ἡμεῖς δὲ οἱ πρὸς ἄλλην βίου κατάστασιν τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς εἰκότως τείνοντες, ἴσμεν ἀκριβῶς, ὅτι οὐ τοῦ ταλανίζεσθαι οἱ φιλάρετοι ἄξιοι, ὅταν τι πάθωσι δεινὸν, ἀλλὰ τοῦ μακαρίζεσθαι καὶ ἀνακηρύττεσθαι. Λαμπρότεροι γὰρ αὐτοῖς διὰ τούτων κατασκευάζονται οἱ τῆς εὐδοκιμήσεως στέφανοι.

CCCXLIV. — ASCLEPIO SOPHISTÆ.

ΤΜΔ'. — ΑΣΚΛΗΠΙῼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

De Sophistæ oratione libere judicat.

Legi quam ad me orationem misisti, et elegantiam sum admiratus. Non fefellisti me adulandi artificio occultans, ut specie consilii scripsisse videreris. Nam cum adulationis opinionem habeat laudatio potentium, aliud argumentum finxisti, aliud tractasti. Nam quasi ostendere volens causam ob quam aptus esset ad imperandum, ita laudationem absolvisti. Mentem itaque non admittentes artem sumus admirati.

D Ἀνεγνώσθη σου ὁ λόγος, ὃν μοι ἀπέσταλκας. Καὶ θαυμασθεὶς τῆς δεινότητος, οὐκ ἔλαθες κλέψας τὸ κολακευτικὸν τῷ δοκεῖν συμβουλῆς προσχήματι συγγεγραφέναι. Ἐπειδὴ γὰρ δόξαν κολακείας ἔχει τὸ ἐπαινεῖν τοὺς μεγάλα δυναμένους, ἄλλην ὑπόθεσιν πεποίηκας, καὶ ἄλλην εἰργάσω. Ὡς γὰρ δεῖξαι βουλόμενος τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐπιτήδειός ἐστιν ἡγεῖσθαι, οὕτω τὸ ἐγκώμιον ἐπλήρωσας. Τὴν γνώμην οὖν οὐκ ἀποδεξάμενοι τὴν τέχνην ἐθαυμάσαμεν.

CCCXLV. — DANIELI PRESBYTERO.

ΤΜΕ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Quid in Evangelio sit regnum Dei et regnum cælorum. (*Conf. epist.* 206, *lib.* III.)

Quia cognoscere avebas quid sit in Evangelio

Ἐπειδὴ ἐζήτησας μαθεῖν, τί ἐστι *βασιλεία Θεοῦ*,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(7) Inter τοὺς et κακίᾳ uterque codex inserit ἐπί. POSSIN.

(8) Inter αὐτὸ et ἐξετάσειας iidem infundunt καθ' ἑαυτὸ et vers. post 4, ἀποίσεις scribunt ἀποίσει. ID.

καὶ *βασιλεία οὐρανῶν*, ἀντιεπιστέλλω, ὅτι τινὲς μὲν οἴονται *τὴν τοῦ Θεοῦ* μείζονα εἶναι καὶ θειοτέραν, τὴν δὲ *τῶν οὐρανῶν* ἐλάττονα καὶ καταδεεστέραν. Τινὲς δέ φασι μίαν αὐτὴν οὖσαν καθ' ὕπαρξιν, διαφόρως ἐκπεφωνῆσθαι, ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ βασιλεύοντος Θεοῦ, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν βασιλευομένων ἀγγέλων τε καὶ ἁγίων κληθεῖσαν.

A *regnum Dei*, et *regnum cœlorum*, respondeo quosdam opinari Dei *regnum* majus esse atque divinius, *cœlorum* vero, minus atque inferius illo. Alios vero affirmare unum esse idemque regnum, diverse licet efferantur, interdum a Deo regnante ibidem, nonnunquam ab angelis, quibus imperatur illo regno, et a sanctis hominibus sic nuncupari.

ΤΜϚʹ. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

CCCXLVI. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Ad bonam mentem invitat, a libidine.

Εἰ καὶ τὰ ἐφ' οἷσπερ ἄλλους πρώην ἐκολάσθης, νοσῶν ἀγριώτερον αὖθις ἐφωράθης· ἀλλά γε εἰ παύσοιο τῆς μανίας, θεραπείας τεύξῃ· εἰ δὲ δυσχερές σοι δοκεῖ τὸ ἀποφοιτῆσαι τῆς κακίας, χαλεπώτερον εἶναι δοξάτω τὸ τῆς κολάσεως μέγεθος. Εἰ δ' οὐκ οἴει κολάζεσθαι, ἐννόει τοὺς ἐκεῖ τιμωρηθησομένους. Εἰ δ' ἀπιστεῖς τοῖς ἐκεῖσε, θέα τοὺς κἀνταῦθα κολασθέντας, καὶ κολαζομένους· καὶ ἀνένεγκον ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀσελγείας.

Et si quorum convictus fuisti pœnas nuper dederis, gravius ægrotare es iterum deprehensus, verum si insanire desines, medelam consequeris. Sin difficile tibi videatur ab improbitate discedere, difficilius quid esse existimato supplicii gravitatem. Quod si B non putes te puniendum esse, cogita de iis qui ibi æternum cruciabuntur. Quod si non credas ibi cruciandos in altera vita, vide in terra punitos et puniendos, et pedem effer ex barathro libidinis.

ΤΜΖʹ. — ΑΛΥΠΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

CCCXLVII. — ADIPIO EPISCOPO.

Ἀπόνοια unde dicta et Νουθεσία.

Ἐπειδὴ καὶ ἡ ἀπόνοια τῆς συμμετρίας καὶ τοῦ δέοντος ἐκπεσοῦσα, καὶ ἄπο, τουτέστι, *πόῤῥω τοῦ νοῦ γινομένη*, δι' ὃ καὶ ἀπόνοια λέγεται, ἀλαζονείαν ἐργάζεται, τὴν νουθεσίαν παραληπτέον, ἥπερ εἴρηται παρὰ τὴν τοῦ νοῦ θέσιν. Τάχα πως ἀκούσαντες οἱ τοιοῦτοι, ἔνθεσθε καρδίαν, εἰς ταπεινοφροσύνην ἀσμένως βαδίσωσιν.

Quandoquidem ἀπόνοια, id est *amentia*, a modo et debito excedens, et ἀπὸ τοῦ νοῦ, id est, *procul a mente existens*, unde et ἀπόνοια Græcis dicitur superbiam parit. Νουθεσία, id est, *admonitio* adhibenda est quæ etiam dicta Græcis a mentis statu. Forte qui audiunt tales, hinc cor ad humilitatem secure disponunt.

ΤΜΗʹ. — ΑΡΠΟΚΡᾼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

665 CCCXLVIII. — HARPOCRÆ RHETORI.

De docentis officio. (*Sup. epist.* 213, 233, 263, 265, 290.)

Τοῖς δυσηνίοις μαθηταῖς (9), ὦ σοφιστά, τὸν χαλινὸν τοῦ φόβου ὥσπερ πώλοις ἔμβαλλε· καὶ ἐπιστόμιζε αὐτούς, ἐπειδὰν ἀγέρωχόν τι καὶ παρὰ τὴν ἡνίαν πράττοιεν, ἵνα καὶ οἱ εὐήνιοι πλέον ἐπιδοῖεν πρὸς ἀρετήν. Τὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς μὴ τὰ αὐτὰ πράττοντας, ἀτοπώτατόν ἐστι, καὶ τῇ ἀρετῇ ἐμπόδιον. Εἰς ἀθυμίαν γὰρ ἐμβάλλων τοὺς ἀρίστους ναρκᾷν παρασκευάζει. Τρόπων οὖν μᾶλλον, ἢ λόγων ἡγούμενος εἶναι σαυτὸν παιδευτήν, δείκνυε αὐτοῖς ἀρχέτυπόν τινα χαρακτῆρα τὸν σαυτοῦ βίον· οὐ γὰρ ὁ λόγος τοσοῦτον, ὅσον ὁ βίος εἰς ἀρετὴν ἐνάγει.

C Discipulis refractariis, o sophista, velut equis indomitis frenum timoris injice, atque eos capistra, ubi quid insolens, et præter habenas egerint, ut frenis rite parentes, plus ad virtutem proficiant. Nam eadem tribuere iis qui non eadem agunt, absurdissimum est, virtutisque impedimentum. Animos enim optimorum dejiciens ac prosternens torporem inducit. Institutorem igitur te potius morum quam sermonum esse ratus, tuam illis vitam ostende, velut archetypum sive exemplar. Non enim tantum oratio, quantum vita ad virtutem ducit.

ΤΜΘʹ. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

CCCXLIX. — EIDEM.

Erubescit laudatus humilis.

Ὅτι πρὸς τοὺς ἐπαίνους ἐρυθριᾷν πέφυκα, μάλα ἀκριβῶς οἶδέ σου ἡ παίδευσις. Ἡνίκα γὰρ μετὰ τῶν σῶν φοιτητῶν ἐντυχεῖν ἡμῖν κατηξίωσας καὶ ἐρωτῆσαί τι τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἠβουλήθης, ἐγὼ δὲ εἶπον ὡς οἷόν τε ἦν· τὸ τηνικαῦτα παρ' ὑμῶν μὲν κρότος (10) ἐξεφοίτησε καὶ ἐπαίνου ῥόθιον. Ἐγὼ δὲ οὕτω κατεπλάγην καὶ ἠρυθρίασα, ὡς ἐπὶ πολὺ ἀχανὴς μεῖναι. Τί δήποτε τοίνυν ἐπαίνους συνθείς, πολλῷ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνοντα ἀξίαν ἐπέστειλας;

D Ad laudes erubescere me natura solere, probe tua novit prudentia. Cum enim occurrere nobis cum tuis auditoribus dignatus es et quid interrogare e sacris Litteris voluisti, ego vero dixi quoad ejus fieri potuit, tunc plausus a vobis processit laudisque sonitus. Perculsus tamen ita fui ruboreque suffusus, ut diu stupidus hæserim. Cur igitur laudes adornans, quæ merita nostra longe excedant, misisti?

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(9) Pro μαθηταῖς iidem codd. habent φοιτηταῖς. Possin.

(10) Pro κρότος codd. Vat. 650 et Alt. legunt κρότου et vers. antep. epist. ἐπαίνους et ἐπαίνου mutant. Id.

CCCL. — EUTONIO. A

ΤΝ'. — ΕΥΤΟΝΙῼ.

Corporis animique pulchritudo adversis non exstinguitur.

Ut corporis pulchritudo, ne in consternatione quidem mutatur, servatur vero ipsa et in lacrymis subest : ita et animæ venustas virtutum consensu coalita seipsam, etsi in calamitatibus sit, conservat. Exerceamus itaque eam, et nulla tentatio invicta Dei dextra nobis opem ferente nos expugnabit.

Ὥσπερ τὸ σωματικὸν κάλλος οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐκπλήξεων ἀλλοιοῦται, σώζει δὲ αὐτὸ, κἂν ἐν δακρύοις ὑπάρχῃ, οὕτω καὶ τὸ ψυχικὸν, τὸ ὑπὸ τῆς συμμετρίας τῶν ἀρετῶν συγκροτούμενον, σώζει ἑαυτὸ, κἂν ἐν συμφοραῖς τυγχάνῃ. Τοῦτο τοίνυν ἀσκῶμεν, καὶ οὐδεὶς πειρασμὸς τῆς ἀηττήτου προηγουμένως βοηθούσης δεξιᾶς ἡμᾶς καταγωνιεῖται.

CCCLI. — HARPOCRÆ SOPHISTÆ.

ΤΝΑ'. — ΑΡΠΟΚΡᾼ ΣΟΦΙΣΤῌ.

Humilitate cæteris præstandum. (*Conf. epist.* 127, 359, 349. *Sic B. Aug. epist. ad Januarium de humilitate ex dicto simili Demost. de actione.*)

Duobus fidis fratribus, et inter se maxime amantibus ac de virtute certantibus me judicem capientibus, ac jurejurando quod judicatum erit amplexatis : illum judicavi præstare, qui in cæteris sit æqualis, humilitate tamen antecellat.

B Δυοῖν ποτε ἀδελφοῖν πιστοῖν καὶ φιλεῖν ἀρίστοιν, καὶ εἰς ἀρετὴν ἁμιλλωμένοιν, κριτήν με ἑλομένοιν, καὶ ὅρκῳ στέρξειν τὰ κριθησόμενα ἰσχυρισαμένοιν, ἐκεῖνον ἐψηφισάμην κρείττονα εἶναι, ὃς ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἰσάμιλλος ὢν, ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ πλεονεκτεῖ.

CCCLII. — HERONI.

ΤΝΒ'. — ΗΡΩΝΙ.

Parenti merito parendum

Parentem tuum reverere hortantem incitantemque in quibus imperandi jus habeat : in viamque redi virtutis, ne abuti propriis cogatur armis. Difficilis enim expugnatu est, qui legibus ac natura munitus. Id si humanitate non persuaserit, at potestate sua utetur.

Αἰδέσθητι τὸν σαυτοῦ πατέρα, τὸν ἐν οἷς ἔξεστιν ἐπιτάττειν παρακαλοῦντα· καὶ ἐπάνελθε πρὸς ἀρετὴν, ἵνα μὴ ἀναγκάσῃς αὐτὸν χρήσασθαι τοῖς οἰκείοις ὅπλοις. Δύσμαχος γάρ ἐστι φύσει τε καὶ νόμοις δορυφορούμενος· καὶ εἰ μὴ πεισθείσῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ, χρήσεται τῇ ἐξουσίᾳ.

666 CCCLIII. — EIDEM.

ΤΝΓ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

Leges formidandæ.

Si naturam minus vereris, leges saltem metuito, ne quid in Deum pecces et in homines.

C Εἰ οὐκ αἰδῇ τὴν φύσιν, φοβήθητι τοὺς νόμους, ἵνα μὴ καὶ τῶν θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων διαμάρτῃς.

CCCLIV. — AUSONIO.

ΤΝΔ'. — ΑΥΣΟΝΙῼ.

Non ab eventu res judicentur, sed ex animo. (*Conf. epist.* 333.)

Ut qui ulcisci cupit, nec potest, in idem recidit ac si ultus esset : ita qui rependere vult, nec potest tamen, jam rependit. Quod enim in se erat, præstitit : cum enim non semper voluntati facultas respondeat, res ab effectu judicantur.

Ὥσπερ ὁ ἀμύνεσθαι ἐπιθυμῶν μὲν, ἀδυνατῶν δὲ, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, ἠμύνατο· οὕτω καὶ ὁ ἀμείψασθαι βουλόμενος, μὴ δυνάμενος δὲ, ἠμείψατο. Τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν καὶ οὗτος ἐποίησε. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντως τῇ βουλήσει ἡ δύναμις ἕπεται, ἀπὸ τῆς γνώμης τὰ πράγματα κρίνεται.

CCCLV. — URSENORIO (*a*) LECTORI.

ΤΝΕ'. — ΟΥΡΣΕΝΟΦΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Virtus etsi hic præconio careat præmium tamen gloriamque in futuro sæculo habebit

Tametsi in hac ipsa mortali vita, multa antiquis recentiores similia affiniaque, imo et admiranda magis agentes, non parem tamen sunt gloriam adepti (nam propter infirmitatem, aut invidiam aut ob penuriam celebrantium, inferiores esse videntur), sed et in altera vita ea consequentur, quæ par est adipisci, qui honeste quidem vixerunt, inglorii tamen vita abierunt.

D Εἰ καὶ ἐν τῷ δε τῷ βίῳ πολλὰ τοῖς παλαιοῖς οἱ νῦν παραπλήσια ἢ καὶ θαυμασιώτερα δρῶντες, οὐ παραπλησίας δόξης τυγχάνουσιν (παρὰ γὰρ τὴν τῶν ὑμνησάντων ἀσθένειαν, ἢ φθόνον ἢ σπάνιν, ἔλαττον ἔχειν δοκοῦσιν), ἀλλά γε ἐν τῷ μέλλοντι τοσαύτης τεύξονται, ὅσης ἂν τυχεῖν δίκαιον τοὺς εὐκλεῶς μὲν ζήσαντας, ἀκλεῶς δὲ τελευτήσαντας.

CCCLVI. — HERMINO, DOROTHEO, HIERACI VIRIS CLARISSIMIS.

ΤΝϚ'. — ΕΡΜΙΝῼ, ΔΩΡΟΘΕῼ, ΙΕΡΑΚΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΙΣ.

De Dei longanimitate in malis tolerandis. (*Conf. epist.* 535.)

Nolite, boni viri, contra divinam clamare providentiam, quod Zosimum, etsi non jusserit, sed non prohibuerit Deus operari sacris : sed ejus po-

Μὴ καταβοᾶτε, ὦ βέλτιστοι, τῆς θείας προνοίας, ὅτι Ζώσιμον, εἰ καὶ μὴ κεκέλευκεν, ἀλλά γε οὐκ ἐκώλυσεν ἱερᾶσθαι. Ἀλλὰ θαυμάζετε αὐτῆς τὴν

(*a*) Ursephanio, epist. 502.

μακροθυμίαν, τὴν μικρὸν ὕστερον, εἰ μὴ γνωσιμαχήσειε, τοιαύτας αὐτὸν εἰσπραξομένην δίκας, ὡς τοὺς νῦν καταβοῶντας, τὴν ἀδέκαστον αὐτῆς ἀναχηρύξαι ψῆφον.

A tius tolerantiam admiremini, quæ post paulo nisi ille resipuerit tantas brevi pœnas exiget, ut qui nunc acclamant, incorruptum ejus sint judicium prædicaturi.

ΤΝΖʹ. — ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ.

CCCLVII. — IISDEM.

Non est idem jubere, et permittere.

Οὐκ ἔστι ταυτὸν *κελεύειν*, καὶ *μὴ κωλύειν*· οὐδὲ χειροτονεῖν, καὶ συγχωρεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ὡς δέον, γίνεσθαι προστάττεται· τὸ δὲ διὰ τὴν τοῦ αὐτεξουσίου προαίρεσιν, ᾗ τὸ ἀνθρώπινον κεκόσμηται γένος, συγχωρεῖται. Μὴ τοίνυν τῶν ἀγοραζόντων τὴν ἱερωσύνην ἀφέμενοι, τὸν συγχωροῦντα αἰτιᾶσθε. Εἰ μὲν γὰρ ἀνεύθυνος ἦν ἡ ἀρχὴ, εἰκότως ἐδυσχεραίνετε. Εἰ δὲ τοσαύτην ἀπαιτεῖται τὴν δίκην ὁ ταύτην διέπων, ὅσον καὶ τὴν τιμὴν ἔσχε, καταθρηνεῖσθαι B ἂν εἴη δίκαιος, ὅτι τῇ θείᾳ μακροθυμίᾳ εἰς κακίας ἐφόδιον ἐπεχρήσατο.

Differunt sane *jubere* et *permittere*, ut et ordinare manu imposita, et tolerare. Illud enim est quod oportet fieri, jubere; hoc vero propter arbitrii libertatem, qua præditus homo est, permittere. Nolite igitur eos, qui sacerdotia mercantur absolvere, et eum qui eosdem tolerat, accusare. Siquidem enim reddendis rationibus obnoxius non esset magistratus, merito indignemini. Si vero tantarum postuletur pœnarum ille, qui eas dispensat, quantum habuit honorem, potius deplorandus, quod divina bonitate ad malum sit abusus.

ΤΝΗʹ. — ΖΩΣΙΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

CCCLVIII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Bonorum virorum acerbiores reprehensiones non inique ferendas. (*Confer. epist.* 378, 448, 466.)

Εἰ καὶ πέρα (11) τοῦ δέοντος πρώην ὤφθη σοι φορτικὸς καὶ ἐπαχθὴς ὁ παντὸς ἐπαίνου κρείττων, Ἑρμογένης ὁ ἐπίσκοπος, πληκτικωτέρῳ χρησάμενος λόγῳ, καὶ μακρὰν κατὰ τῆς σῆς ῥαθυμίας ἀποτείνας τὴν κατηγορίαν, μὴ δυσχεράνῃς. Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο, λυπῆσαί σε προελόμενος μόνον, τὰ σὰ γεγωνότερον ἐξετραγῴδησε κακὰ, εἰκότως ἐδυσχέραινες. Εἰ δὲ πρὸς τὸ συμφέρον σοι μόνον βλέπων, τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἄωρον καὶ ἐπιβλαβῆ χάριν παρεῖδεν, ἵνα C τὰ πράγματα διορθώσεως τύχῃ, εἰ καὶ μὴ ἀποδέξασθαι βούλει τῆς εὐνοίας αὐτὸν, ἀλλὰ συγγνῶναι τῆς τοσαύτης φιλοστοργίας δίκαιος ἂν εἴης. Καὶ γὰρ σφόδρα δέδοικεν, μὴ παρὰ (12) τῆς θείας προνοίας, οὕτω διὰ τὴν σὴν ῥαθυμίαν καὶ κακίαν δυσφημουμένης, δίκας αὐτὸ ἀπαιτηθείη, ὡς μηδὲ φωνὴν ῥῆξαι τολμήσας τοιούτων δραματουργουμένων τραγῳδιῶν. Ἢ οὖν παῦσαι τοιαῦτα δρῶν, ἢ μὴ ἐπαιτιῶ τοὺς τὴν σὴν καταθρηνοῦντας μανίαν.

Ne indigneris etsi præter jus ac decorum nuper tibi visus gravis est atque onerosus, omni major laude Hermogenes episcopus, **667** mordaci usus oratione, longamque ignaviæ tuæ adhibens accusationem. Si enim hoc ipsum fecisset ut te contristaret solum, et tua magis proscinderet vitia, merito indignareris. Si vero ad tuam solum spectans utilitatem verbis sit usus asperioribus et gratiam præstando te læserit, quo res tuas corrigeret, siquidem benevolentiam ejus admittere nolis, sed ignoscere te ejus amori æquum est. Etenim valde vereor, ne divina providentia, propter ignave atque improbe traductam vitam pœnas des, ut ne vocem quidem ausus mittere ob tales concitatas turbas factionesque. Quamobrem aut hæc patrare desine, aut ne eos accuses qui tuam deplorant amentiam.

ΤΝΘʹ. — ΙΑΚΩΒῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

CCCLIX. — JACOBO LECTORI.

Deum non mutari, e sacris ostensum Litteris.

Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος καὶ ἀήττητος δεξιὰ ἀναλλοίωτός ἐστι (13), καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχει, οὔτε προκοπὴν ἐπιδεχομένη τὴν ἐπὶ τὸ D κρεῖττον· ἀκροτάτη γάρ ἐστιν ἀρετή· οὔτε μεταβολὴν τὴν ἐπὶ τὰ χείρω· οὐ γὰρ οἷόν τε. Μεταβάλλει δὲ καὶ ἀλλοιοῖ τὰ βελτιώσεως δεόμενα. Διὸ καὶ Ψαλμὸς ἐπιγέγραπται « τῶν ἀλλοιωθησομένων· » τουτέστι, τῶν βελτίωσιν ἐπιδεξομένων, καὶ εἰς τὸ κρεῖττον καὶ ἄμεινον ἀναχθησομένων· εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, οὐκ ἔστι περισκελὲς, ὅπερ ἠθέλησας μαθεῖν, « Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ

Divina et incorrupta invictaque Dei dextera immutabilis est eadem semper eodemque modo habens, neque incrementum capiens in majus (summa enim vis Deus est), ac ne in deterius quidem, quod fieri nequit, mutatur. Abscedunt enim et commutantur quæ mutatione indigent. Hinc etiam psalmus sic inscriptus : « Pro iis qui commutati sunt [88], » hoc est qui meliores redditi, nec melius deteriusve susceperunt. Quæ cum ita sint, non est nimis difficile, quod cognoscere optabas : « Hæc mutatio dextræ Excelsi [89]. » Non quod mutetur, qui est immutabi-

[88] Psal. XLIV, 1. [89] Psal. LXXVI, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Pro πέρα legunt παρὰ codd. iidem. POSSIN.

(12) Iidem tollunt παρὰ quod in edito est positum inter μὴ et τῆς. ID.

(13) Ante ἐστὶ codd. Vat. 650 et Alt. inserunt τε. ID.

lis et omni mutatione superior Deus: « Videte enim, A ait, videte quia ego sum, et non mutor [90]; » sed mutat alios, et in melius commutat: meliores itaque efficit atque in statum meliorem, qui eo indigent, traducit.

Ὑψίστου· » οὐχ ἣν ἀλλοιοῦται, ἀναλλοίωτος γάρ ἐστι καὶ πάσης μεταβολῆς κρείττων· « Ἴδετε γάρ, φησὶν, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· » ἀλλὰ ἣν ἀλλοιοῖ, καὶ μεταβάλλει, καὶ βελτιοῖ, καὶ εἰς ἀμείνονα κατάστασιν ἄγει τοὺς ταύτης δεομένους.

CCCLX. — EULOGIO.

ΤΞ'. — ΕΥΛΟΓΙῼ.

In loquendo et scribendo modus adhibendus.

Siquidem plus loqui quam oporteat non est virile: plus etiam scribere quam necesse sit, femineum fuerit. Igitur et loquentes ac scribentes servemus modum.

Εἰ τὸ πλέον τῶν ἀναγκαίων λέγειν, οὐκ ἔστιν ἀνδρὸς, τὸ πλέον τῶν ἀναγκαίων γράφειν, εἴη γυναικός. Οὐκοῦν καὶ λέγοντες, καὶ γράφοντες τὴν συμμετρίαν τιμῶμεν.

CCCLXI. — SERAPIONI.

ΤΞΑ'. — ΣΕΡΑΠΙΩΝΙ.

Amicitiæ improbi renuntiat.

Ita de me existimes, non quasi toleraturus sim, B si quid absurdi commiseris, sed omnino officio meo functurus, teque ex cœtu amicorum exterminaturus.

Ὡς οὐκ ἀνεξομένου μου, εἴ τι ἄτοπον δράσειας· ἀλλὰ πάντως τὸ ἐμαυτοῦ ποιήσοντος καὶ ἐξοστρακίσοντός σε τοῦ χοροῦ τῶν φίλων, οὕτω διανοοῦ.

CCCLXII. — EPIPHANIO DIACONO.

ΤΞΒ'. — ΕΠΙΦΑΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Bonis adversa pati laudi est, mali dedecori; et seq. epist.

Æquum est hunc quidem ob maleficia punitum erubescere, alterum vero virtutis gratia **668** gloriari. Non enim eadem de utroque par est sentire, argumento rerum gestarum plurimum invicem discrepante. Neque enim si latro et martyr pares patiantur cruciatus, eadem sunt ratione æstimandi [91]. Ille enim quæ commisit ea in pœnam vertunt, huic autem coronæ seges suppeditat. Ille igitur miserum se appellet necesse est; hic vero beatum se nuncupet. C

Ὁ μὲν διὰ κακίαν κολαζόμενος αἰσχύνεσθαι, ὁ δὲ δι' ἀρετὴν ἐναβρύνεσθαι δίκαιος ἂν εἴη. Οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ φρονεῖν αὐτοὺς χρὴ, τῆς ὑποθέσεως, ἀφ' ἧς γίνεται, πλεῖστον διαλλαττούσης. Οὐδὲ γὰρ εἰ λῃστὴς καὶ μάρτυς τὰ αὐτὰ πείσονται, ὁμοίως διακείσονται. Τῷ μὲν γάρ ἐστι τιμωρία τὰ γινόμενα· τῷ δὲ στεφάνων ὑπόθεσις· διὸ ὁ μὲν ταλανίζειν ἑαυτὸν ὀφείλει, ὁ δὲ μακαρίζειν.

CCCLXIII. — EIDEM.

ΤΞΓ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

De eadem re.

Non eodem affici debent modo quibus juste, et quibus injuste in hoc mundo tristia obveniunt. Illi enim accidunt mala, ut probetur, huic ex merito sua culpa. Huic itaque illud jure est usurpandum: « Non pro peccatis digne satis flagellamur [92]; » justo vero: « Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam [93]. » Sic quidem ille ferens patienter peccata expiat: hic vero generose, illustrem nanciscetur coronam.

Οὐχ ὁ δικαίως καὶ ἀδίκως πάσχων τι ἐνταῦθα λυπηρὸν, ὁμοίως διακεῖσθαι ὀφείλουσι· τῷ μὲν γὰρ κατ' ἀξίαν συμβαίνει, τῷ δὲ δι' εὐδοκίμησιν. Διὸ καὶ ὁ μὲν λέγειν δίκαιος ἂν εἴη· « Οὐκ ἄξια ὧν ἥμαρτον μεμαστίγωμαι. » Ὁ δὲ οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν. » Οὕτω γὰρ ὁ μὲν εὐγνωμόνως ὑπομείνας ἀποτρίψεται τὰ πταίσματα· ὁ δὲ εἰ γενναίως οἴσει, στεφάνους ἕξει τιμαλφεστέρους.

CCCLXIV. — PETRO MONACHO. D

ΤΞΔ'. — ΠΕΤΡῼ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

Gratulatur de afflictionibus, et quomodo superandæ.

Clarum habuisti certaminum principium, quo nomine gaudemus atque adeo exsultamus: et materiam panegyricæ suppeditas orationis. Par est itaque advigilare, atque huic operam dare quo finis sit felicior, quem consequeris si, « quæ retro sunt obliviscens ad ea quæ sunt priora teipsum extendas [94], » neque existimes coronato abstinendum esse a labore deinceps. Multi enim illustri facto pugnæ initio, mox supine agentes turpem vitæ exitum secuti sunt: quod omen, opto, Deus a sacro tuo capite avertat.

Λαμπρὰν μὲν ἔσχες τῶν ἀγώνων τὴν ἀρχήν· διὰ τοῦτο καὶ σκιρτῶμεν, καὶ χαίρομεν, καὶ πανηγύρεως ὑπόθεσιν τὴν σὴν εὐδοκίμησιν ποιούμεθα. Δίκαιος δ' ἂν εἴης ἀγρυπνεῖν καὶ φροντίζειν, ὅπως λαμπροτέραν ἕξεις τὴν τελευτήν· ἕξεις δὲ, εἰ « τῶν μὲν ὄπισθεν ἐπιλάθοιο, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτείνοιο· » καὶ μὴ νομίσας ἤδη ἐστεφανῶσθαι, τῶν πόνων παύσοιο. Πολλοὶ γὰρ λαμπρῶς προοιμιασάμενοι, καὶ ὑπτιωθέντες, τελευτῶντες αἰσχρῶς κατέστρεψαν· ὅπερ ἀπείη τῆς ἱερᾶς σου κεφαλῆς.

CCCLXV. — LAMPRETIO DIACONO.

ΤΞΕ'. — ΛΑΜΠΡΕΤΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

Severitas judicii divini pro peccatorum qualitate.

Magna quidem Dei judicis summi est accuratio,

Πολλὴ μὲν τοῦ θείου δικαστοῦ ἡ ἀκρίβεια, καὶ ῥη-

[90] Malach. III, 6. [91] I Petr. IV, 15. [92] Judith VIII, 27. [93] Rom. VIII, 18. [94] Philipp. III, 13.

ματα καὶ πράγματα, καὶ ἐνθυμήματα βασανίζουσα, καὶ ἕως ἀδύτων χωροῦσα, καὶ διὰ πάντων ἄγουσα τὴν ἔρευναν. Πολλὴ δὲ καὶ ἡμῶν ἡ ἀμέλεια. Καὶ ταῦτα εἰδότων, ὅτι πάντως δίκην ὑφέξομεν, εἰ καὶ μὴ τὴν αὐτὴν ἅπαντες. Οὐ γὰρ οἱ τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι περιπεσόντες, πάντως τὴν αὐτὴν δώσουσι δίκην, τῷ καὶ αἰτίας ἐξετάζεσθαι, καὶ καιροὺς καὶ τόπους· οἷόν τι λέγω· ἐναγὴς ὁ φόνος. Τίς γὰρ οὐ φήσει; Ἀλλ' ὅταν καὶ ἐν ἁγίαις ἡμέραις γένηται, ἐναγέστερος γίνεται· εἰ δὲ καὶ ἐν ἱερῷ τόπῳ, ἐναγέστατος· τοῦ κακοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου αὐξανομένου, καὶ προσθήκην εἰς τιμωρίαν λαμβάνοντος, καὶ ἡ πορνεία μία εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἀπὸ καιροῦ, καὶ ἀπὸ τόπου βαρυτέρα γίνεται. Ἓν τοίνυν σκοπῶμεν ὅπως τὰ καθ' ἑαυτοὺς εὖ διαθῶμεν· τῷ δὲ κριτῇ ἐπιτετράφθω ἡ ἀκριβὴς βάσανος. Οὐ γὰρ εἰ ἡμεῖς νῦν ὁριοῦμεν, αὐτὸς ἐπιψηφιεῖται. Ἀλλὰ ἀνάγκη ἡμᾶς τὴν ἀδέκαστον ἀναμένειν ψῆφον.

A verba juxta ac res, cogitataque expendens, ad intima usque penetrando ac scrutando cuncta. At ingens nobis ignavia, etsi non fugiat nos pœnas omnino persoluturos, quamvis non easdem omnes. Neque enim omnes, eadem delinquentes, eamdem luent pœnam, quia et causa, et loca, ac tempora examinabuntur. Verbi gratia homicidium exsecrandum flagitium est, quis negel? Quod si festis patratum sit diebus magis est exsecrandum, si in loco sacro maxime exsistit, detestandum, flagitio summopere a loci temporisque circumstantia adaucto, pœna etiam augmentum inde sumente : et scortatio licet una videatur, variatur tamen intenditurque temporis locique adjunctis. Curemus itaque in primis, ut mores componamus nostros : judici vero B Deo optimo maximo relicta sit accurata nostri cognitio et disquisitio. Non enim si quid nunc ipsi definimus, ipse sententiam sic feret, **669** sed integrum incorruptumque ejus oportet exspectare judicium.

ΤΞϚʹ. — ΥΠΑΤΙῼ.

CCCLXVI. — HYPATIO.

Virtus post sudores gaudium et coronam parit cœlestem.

Ἔχει μὲν ἡ ἀρετὴ εὐφροσύνην εἰλικρινῆ καὶ ἔνδοξον καὶ ἀτελεύτητον, ὑπὸ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ συνειδότος τικτομένην, ὑπὸ δὲ τῶν ὑπερκοσμίων στεφάνων τιθηνουμένην (14), καὶ ὑπὸ τῆς τῶν μελλόντων ἐλπίδος τρεφομένην· ἔχει δὲ καὶ πόνους, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ ἀσκήσεις, δι' ὧν κατορθοῦται. Οὐ γὰρ ὁ ῥᾳθυμῶν καὶ καθεύδων τρόπαιον στήσει, ἀλλ' ὁ λαμπρῶς πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀγωνισάμενος. Εἰ δὲ φαίης πάλιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔφης, οἷόν τε εἶναι τὸν τὰ βιωτικὰ πράγματα μεταχειριζόμενον στεφθῆναι, πάντα τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς κατορθώσαντα, καὶ σπουδάζων, ἀλλὰ μὴ παίζων ἀκριβῶς ταῦτα φῄς· μὴ φθονήσῃς διδάξαι με τὸ παράδοξον τοῦτο καὶ νεώτερον μάθημα. Οὐδὲ γὰρ ῥᾳδίας (15), καὶ πλατείας, καὶ ἱππηλάτου οὔσης τῆς τοιαύτης ὁδοῦ, πράγματα βούλομαι αὐτός τε ἔχειν, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχειν, λέγων τὸ ἀποστολικὸν, ὅτι « Διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Ὁ γὰρ Δεσπότης Χριστὸς ἀπεφήνατο, στενὴν εἶναι τὴν πύλην, καὶ τεθλιμμένην τὴν ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγους εἶναι τοὺς εὑρίσκοντας αὐτήν. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο οὐ δύναμαι μαθεῖν, οὐ γὰρ ἐᾷς σὺ καὶ δι' ὧν λέγεις, καὶ δι' ὧν πράττεις, ἀντιφθεγγόμενος ταύτῃ τε τῇ ψήφῳ, καὶ τοῖς θείοις χρησμοῖς, καὶ τἀναντία παιδεύων.

Virtus sane sinceram, gloriosam, atque immortalem perfectamque continet lætitiam, a bona quavis conscientia genitam, coronis autem cœlestibus nutritam educatamque spe futurorum bonorum. Habet vero etiam labores vigiliasque et exercitationes, quibus virtus perficitur. Ignavus enim et dormiens C tropæa non statuet, sed qui valide in hostem pugnaverit. Si iterum objicias, quod facis, fieri posse ut qui ad humanam vitam negotia pertinentia tractet, coronetur omni virtutum ornatus genere. Et serio hæc quidem, accurateque non jocando hæc profers, non moleste tamen feres docere me novum hoc et inusitatum aut incredibile dogma. Neque vero ego tametsi facilis, lata, et prope, ut ita dicam, curulis esset via, quæ ad cœlum ducit, mihi tamen aliisve eam difficilem reddere velim, memor ejus apostolici dicti : « Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei [23]. » Christus vero Dominus ostendit angustam esse portam, viamque laboriosam, quæ ad vitam ducat sempiternam, paucosque adeo esse, qui eam reperiant. D Sed hoc equidem non possum discere : non enim desinis tu per ea quæ jactas agisque quotidie huic sententiæ reclamare, atque divinis oraculis obniti, imo contraria etiam passim docere.

ΤΞΖʹ. — ΘΕΟΓΝΩΣΤῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

A ginando, nec non lumen divinæ philosophiæ. Unum itaque tibi utriusque rei experimento capto, testem omni exceptione majorem adducam, quia nobis credere fortasse recusas. Quis igitur, amabo, fidem apud te reperiat? Placetne Salomonem in medium proferam? Hic rex, earum rerum, quæ ad vitæ sunt usum necessariæ, amore captus, maximas eas ducebat, et admiratione majores, omnemque ad eas res curam cogitationemque convertit: magna nempe amplaque incolens palatia, atque domus augustas, aurum iis adhibens, ac musicos componens choros, mensæ structorum, atque coquorum varia possidens genera: vestimentorum ad hæc rege dignorum luxum, hortorum etiam amœnitatem, et e splendidis corporibus voluptatem opipare B ac laute sibi apparans, omnemque adeo viam, quod aiunt, adaperiens oblectamentis animi ac deliciis. Ubi vero inde paulisper, velut ab amentia recessit, ac veluti ex obscuro labyrintho ad clarissimum supernæ philosophiæ lumen potuit aspicere, in hanc adeo sublimem ac cœlo dignam erupit vocem: « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. » Si itaque qui eo sæculo natus non est, quod tantum perfectæ vitæ studium exigit, potuit rerum conspicere æquo animo inanitatem, ingentemque ipsarum cognoscere vanitatem: quam nos, quæso, veniam consequemur, qui ad sublimiorem jussi conscendere contemplationis verticem, neque hanc ipsam emittere vocem possumus, et umbris somniisque undique adeo capti sumus, ut salutem ipsi negligamus?

C

ΥΠϚʹ. — ΛΑΜΠΕΤΙῼ, ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ, ΚΑΣΙῼ.

CDLXXXVI. — LAMPETIO STRATEGIO, ET CASSIO.

De quodam quem illi ad quos scribit accusare instituerant.

Ἆρα μὴ χρόνῳ φανὲν, τὸ γράμμα γραφῇ παραδοῦναι τῷ πόθῳ κεκμηκότες ἐσκέψασθε; Πείθομαι μέν· οὐ μὴν ἐρήμην ἁλώσεται, τῇ σιγῇ τὴν κατηγορίαν καθ' ἑαυτοῦ βεβαιῶσαν· ἀλλὰ καὶ ῥᾷον καὶ θᾶττον ἀπολογήσεται, ὅτι σωματικὴ ἀῤῥωστία τὴν σιγὴν ἐγέννησεν.

An scriptionem non tempestive apparentem accusationi tradere desiderio victi cogitastis? Credo equidem: nec solitariam deprehendetur contra se accusationem firmasse, sed facilius etiam et citius defendetur, quod corporis infirmitas silentium pepererit.

ΥΠΖʹ. — ΝΕΙΛῼ.

704

CDLXXXVII. — NILO.

Pro acceptis a parente beneficiis, liberis vicem esse rependendam monet.

Ὅτι ὁ δεῖνα (51) ὀρφανῷ σοι γεγενημένῳ, ἀντὶ πατρὸς γέγονεν, οἶσθα. Ἐπεὶ τοίνυν ἐκεῖνος μὲν ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο· οἱ δὲ τούτου υἱεῖς δέονται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴν ὀρφανίαν παραμυθησομένου· εὖ ποιεῖς, εἰ καὶ αὐτὸς ἀντὶ πατρὸς αὐτοῖς γένοιο, τὴν πατρῴαν εὐεργεσίαν εἰς τοὺς υἱοὺς κατατιθέμενος.

Nosti quemdam tibi orphano facto patris loco fuisse. Is porro ex hac vita sublatus est. Igitur D illius filii manus tendentes te rogant, ejus qui tibi olim manus porrexit, et orbitatem tuam miseratus est. Recte feceris, si et ipse loco patris illis sis, paternum beneficium in filios reponens.

ΥΠΗʹ. — ΜΑΡΩΝΙ.

CDLXXXVIII. — MARONI.

Divitiarum nulla satietas. (*Vide epist.* 142 *et* 545.)

Εἰ καὶ καταφρονεῖ ἡ φιλοχρηματία πάσης κολάσεως, καὶ διὰ πάντων τῶν δεινῶν χωρεῖ, κόρον ἀκορέστῳ πάθει μηχανωμένη· ἀλλὰ τῷ μηδὲ ἐν τῷ κτᾶσθαι, κἂν τὰ πάντων λάβῃ, τυγχάνειν ἀνακωχῆς

Etsi opum cupiditas omnem contemnat castigationem, et gravia quæque pervadat insatiabili affectui satietatem moliens: tamen quod in possidendo, quamvis omnium facultates ceperit, nullam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(51) Pro ὁ δεῖνα codd. Vat. 630 et Alt. habent ἀντὶ πατρός. Forte legendum uno vocabulo Ἀντίπατρος, ut id nomen sit ejus quo de agitur: quem cur nominare omiserit Isidorus, non apparet. Possin.

quietem nanciscatur, sed ægritudo semper augeatur, ut etiam insanabilis evadat, æquum sit eam cessare, tanquam ob hoc solum venata quod capere per multa pericula suppliciaque non potuit. Quietem enim satietas sequitur. Quærendo autem affectus intenditur. Et ille quidem dives est, paucis contentus; pauper autem, multa appetens. Si igitur contrarium solet evenire divitiarum amatori (quod enim appetit, consequi non valet), ipsum affectum concitato gradu fugiens, et satietate divitiarum, et remissione, et honore frueris.

A τινος, ἀλλ' ἀεὶ κορυφοῦσθαι τὸ νόσημα, καὶ εἰς τὸ ἀνίατον τελευτᾶν, παύσασθαι ἂν εἴη δικαία, ὡς διὰ τούτου μόνου θηρῶσα, ὃ θηρᾶσαι διὰ πολλῶν κινδύνων καὶ κολάσεων οὐκ ἠδυνήθη. Τῷ μὲν γὰρ παύσασθαι ὁ κόρος ἀκολουθεῖ, τῷ δὲ ἐπιζητεῖν τὸ πάθος ἐπιτρίβεται· καὶ τῷ μὲν ὀλίγοις ἀρκεῖσθαι ὁ πλοῦτος ὁρίζεται, τῷ δὲ πλειόνων ἐφίεσθαι ἡ πενία γνωρίζεται. Εἰ τοίνυν τοὐναντίον φιλεῖ συμβαίνειν τῷ τῶν χρημάτων ἐραστῇ (οὗ γὰρ ἐφίεται τυχεῖν οὐ δύναται), αὐτὸ τὸ πάθος προτροπάδην φεύγων, καὶ κόρου πλούτου, καὶ ἀνέσεως, καὶ τιμῆς ἀπολαύσεις.

CDLXXXIX. — EIDEM. / ΥΠΘ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audit.

Nihil boni de bonis rebus dicentes, nihil boni accipere oportet. Qui vero etiam maledicunt, malum vicissim eos accipere consentaneum est.

B Τοῖς μὲν μηδὲν χρηστὸν περὶ τῶν χρηστῶν λέγουσι, τὸ μηδὲν ἀγαθὸν λαβεῖν· τοῖς δὲ καὶ κακηγοροῦσι τὸ κακόν τι προσλαβεῖν ἀκολουθεῖ.

CDXC. — THEODOSIO, EPIMACHO, ET PAULO MONACHIS. / ΥϞ'. — ΘΕΟΔΟΣΙΩ, ΕΠΙΜΑΧΩ, ΠΑΥΛΩ ΜΟΝΑΖΟΥΣΙΝ.

Continentiæ et virginitatis discrimen. (*Confer epist.* 167.)

Continens, o optimi, post cladem vicit; virgo autem puram ab omni clade victoriam obtinet.

Ἡ μὲν ἐγκρατὴς, ὦ βέλτιστοι, μετὰ τὴν ἧτταν ἐνίκησεν, ἡ παρθένος καθαρὰν ἥττης ἁπάσης ἔχει τὴν νίκην.

CDXCI. — ZOSIMO PRESBYTERO. / ΥϞΑ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Mortui lingua non lædendi.

Vivi incessunt etiam mortuos, et hostes fœdus ineunt. Cur igitur et naturæ leges, et inimicitiarum superas terminos, vita functo maledicens? Videris enim in cinerem ac favillam linguam acuere; sed primo violas sanctimoniam, cui omnes mortales studeant oportet. Deinde immortalem habet animam, cujus vindex est oculus Dei pervigil.

Οἱ μὲν ζῶντες, καὶ βάλλωνται (52) δὲ τοὺς τεθνεῶτας, καὶ οἱ πολέμιοι σπένδονται. Τί τοίνυν καὶ τοὺς τῆς φύσεως θεσμοὺς, καὶ τοὺς τῆς ἔχθρας ὑπερβαίνεις C ὅρους, τὸν τεθνεῶτα κακηγορῶν; Σὺ γὰρ πρὸς κόνιν καὶ τέφραν ἀκονᾷν τὴν γλῶτταν ἡγῇ· ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὴν ὁσίαν αὐτὴν ὑβρίζεις, ἧς πάντες ἄνθρωποι ἀντιποιοῦνται. Ἔπειτα ψυχὴν ἀθάνατον ἔχει, ἧς ἔκδικός ἐστιν ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός.

705 CDXCII. — NILO. / ΥϞΒ'. — ΝΕΙΛΩ.

Locus et tempus peccatum aggravant.

Vitia ipsa a loco et tempore graviora fiunt. Verbi gratia, cædes omnis detestanda; si vero in sacro committere loco quis audeat, magis fit detestanda, at si sacrificii tempore, censenda scelestissima. Quare si hæc sua natura scelesta, accipiat vero e loci temporisque circumstantia accessionem majorem, fit longe cædes gravissima.

Τὰ αὐτὰ ἁμαρτήματα καὶ παρὰ τὸν τόπον καὶ παρὰ τὸν καιρὸν ἀργαλεώτερα γίγνεται. Οἷον ὁ φόνος ἐστὶν ἐναγής· ἐὰν δὲ καὶ εἰς τόπον ἅγιον τολμηθῇ, ἐναγέστερος γίνεται· ἐὰν δὲ καὶ ἐν καιρῷ ἁγίῳ, ἐναγέστατος. Εἰ τοίνυν αὐτὸς καθ' ἑαυτόν ἐστι χαλεπὸς, προσλάβοι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου D καὶ τοῦ καιροῦ προσθήκην, μείζων καὶ ἀργαλεώτερος γίγνεται.

CDXCIII. — PAULO HYPODIACONO. / ΥϞΓ'. — ΠΑΥΛΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ.

Nemo nisi a seipso læditur. (*Epicteti dictis similia.*)

Ne cogites illud, o bone vir, quomodo tibi nemo nocuerit, sed quomodo etiam si voluerit, nocere non possit. Id aliunde neutiquam oritur, quam rei usu contentum esse, neque amplius appetere.

Μὴ τοῦτο ἐννόει, ὦ βέλτιστε, ὅπως μηδείς σοι ἐπηρεάσῃ, ἀλλ' ὅπως κἂν βούληται μὴ δύνηται. Τοῦτο δὲ οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν ἐντίκτεται, ἢ ἐκ τοῦ τῆς χρείας ἔχεσθαι, καὶ μὴ πλειόνων ὀρέγεσθαι.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(52) *Οἱ ζῶντες καὶ βάλλ.* Melius legas, ut verto sic fortasse, Οἱ ζῶντες διαβάλλονται πρὸς δὲ τοὺς τεθνεῶτας, καὶ οἱ πολ. Non placet ergo ad oram vetus conjectura. Verum huc pertinens Solonis apud Plutarch. lex erat: Τὸν τεθνηκότα κακῶς μὴ ἀγορεύειν. Et Græcus est senarius.

Θνητὸς πεφυκὼς μὴ γέλα τεθνηκότα.
Et Naso:
Pascitur in vivis livor, et post fata quiescit. Schott. — Cod. Alt. inter βάλλωνται et δὲ hæc supplet τῷ φθόνῳ καὶ βάλλουσι, sed βάλλωνται scribe in indicativo præsenti per o. Possin.

ΥϞΔʹ. — ΕΛΙΣΑΙΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

A

CDXCIV. — ELISÆO MONACHO.

Commendat ob virtutem et doctrinam, quam ex Theodosii monachi convictu imbiberat. (*De quo supra epist.* 216.)

Εἰ καὶ τὴν συνουσίαν σοι τὴν πρὸς τὸν ἅγιον Θεοδόσιον μικρὰν ὁ χρόνος, ἀλλά γε τὴν ἀπ' αὐτῆς ὄνησιν οἱ πόνοι καλὴν καὶ γενναίαν κατεσκεύασαν. Οὕτω γὰρ ταχέως καὶ πρὸς τὰ τῶν τρόπων ἤθη, καὶ πρὸς τὴν τῶν θείων Γραφῶν γνῶσιν ἐξετυπώθης, καὶ μιμητὴς ἀκριβέστερος τῶν ζωγράφων κατέστης, ὡς μήτε ἐκεῖνον ἄλλον πρὸ σοῦ, μήτε νομίζειν, μήτε ἔχειν ὁμιλητήν· σέ τε, κἂν μὴ φράζοις παρ' ᾧ ἐφοίτησας, δῆλον εἶναι τοῖς δρωμένοις.

Etsi familiaritas tibi cum optimo viro Theodosio brevis fuit temporis, utilitatem tamen honestam generosamque labores tui pepererunt. Adeo enim celeriter et honestate morum, et sacrarum es scientia litterarum informatus, ut habeat neminem, qui se magis assequatur, ad vivumque exprimat quam tu : quo familiariorem habet neminem. Etsi vero non dixeris quo sis usus familiari, cuivis tamen ex his quæ facis notum est.

ΥϞΕʹ. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ.

CDXCV. — STRATEGIO MONACHO.

De rerum omnium vicissitudine. Animus neque caducis rebus attolli neque dejici debet.

Ὁ φιλοσόφως ἐπισκεπτόμενος τῶν πραγμάτων B τὴν φύσιν, ὅτι ποταμίων ῥευμάτων, καὶ καπνοῦ εἰς ἀέρα διαλυομένου, καὶ σκιᾶς θεούσης οὐδὲν ἄμεινον, ἀλλὰ καὶ χεῖρον διάκειται, οὔτε ὑπὸ τῶν χρηστῶν ἐπαρθείη ποτὲ, οὔτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν ταπεινωθείη· ἀλλ' ἐν τῇ τούτων μεταβολῇ ἀμετάβλητον τηρήσει τὴν γνώμην. Ὁ γὰρ παρόντων τῶν χρηστῶν μὴ ἀντεχόμενος, οὐδὲ ἀπόντων ἀνιαθήσεται.

Quisquis philosophorum more res considerat humanas, instar cursus fluviorum, fumique in aere dissipati, umbræque apparentis, nihil esse comperiet, sed potius inaniores, neque idem secundis efferetur, neque adversis dejicietur : verum in hac rerum omnium mobili vicissitudine, immobili persistet mente. Qui enim terrenis minime adhæret bonis, næ ille futura non fastidiet bona.

ΥϞϚʹ. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

CDXCVI. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Gulæ atque ingluviei accusat.

Εἰ, ὥς φασί τινες, φαύλως δι' ἐσχάτην πενίαν ἤχθης, δι' ἣν αἰτίαν νῦν τὸν ἁβροδίαιτον διώκεις βίον; Καὶ ταῦτα οὐκ οἶδ' ὅθεν παρατιθέμενος τὴν τράπεζαν, ἀλλὰ τοῖς τὰς Σικελικὰς παρατιθεμένοις C ἐπιῤῥίπτων, ὧν εἷς ταῦτα ἐξεβιάσατο χαράξαι τὰ γράμματα. Εἰ γὰρ πολλοὶ τῶν ἁβροδιαίτων καὶ τῶν εὖ γεγονότων διὰ φιλοσοφίαν εὐτελῶς ἐπαίδευσαν ἑαυτοὺς ζῆν, μεγίστην ὠφέλειαν καὶ δόξαν ἐκ τούτου θηρώμενοι· πῶς σὺ ἔχων καὶ τὴν σύντροφον συνήθειαν συναγωνιζομένην, εἰς τοὐναντίον μετέπεσας; Ἐπανάγαγε τοίνυν σαυτὸν ἐπὶ τὴν φίλην σου καὶ ὁμοτράπεζον εὐτέλειαν, ἵνα μὴ καὶ σαυτῷ χειμῶνας (ἡ γὰρ τρυφὴ ὕβρεώς ἐστι μήτηρ), καὶ τῇ θειοτάτῃ θρησκείᾳ ὄνειδος κατασκευάσῃς. Οἱ γὰρ διαφερόντως αὐτῇ ἀνακείμενοι, κομιδῇ κατὰ σοῦ ἀγανακτοῦσιν, ὅτι διὰ τὴν σὴν λαιμαργίαν ἐκείνη κωμῳδεῖται.

Si, ut falso quidam narrant, ad extremam redactus es inopiam, quomodo, quæso, cibis delicatis vitam transigis? idque ut non modo domi mensam instruas, sed etiam superes Sicularum mensarum apparatum? Narrantium unus has me exarare litteras compulit. Si enim delicati multi ac nobiles per philosophiam frugaliter vivere seipsi docuerunt, maximam utilitatem et gloriam ex eo aucupantes, qua ratione tu qui ab educatione consuetudinem habes auxiliantem in contrarium es delapsus? **706** Quamobrem revoca teipsum ad gratam mensæque propriam parcimoniam, ne tibi tempestates (deliciæ enim injuriam plerumque pariunt), ac sacrosanctæ religioni dedecus obveniat. Qui enim religioni valde sunt addicti, de te prope modum expostulant, quod ob tuam ingluviem, illa audiat male.

ΥϞΖʹ. — ΘΕΟΓΝΩΣΤΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

CDXCVII. — THEOGNOSTO PRESBYTERO.

Qui vere sapientes appellandi. (*Conf. epist.* 477.)

Οἱ τὴν σοφίαν τὴν πάντα τὰ καλὰ ἐν ἑαυτῇ περι- D έχουσαν (ὡς καὶ τὸν πάντων Δεσπότην τοῦτο μᾶλλον ἤ τι ἕτερον χαίρειν ἀκούοντα, ἐπειδὴ πολλοῖς ὀνόμασι καλεῖται) (53), φαῦλον καὶ πεπατημένον πρᾶγμα ἡγούμενοι, πάντολμοι ἂν εἶεν παρ' ἐμοὶ κριτῇ. Ἀλλ', οἶμαι, ἔχειν μὲν ἐπιθυμοῦντες, τοὺς δὲ πόνους ὑπομεῖναι μὴ ἀξιοῦντες, οἷς ἡ θεία σοφία ἐπιφοιτᾷ, τῷ μὴ διὰ ῥᾳθυμίαν δοκεῖν αὐτοὺς ἀπολελεῖφθαι, φθονοῦντες τοῖς σοφοῖς διασύρουσι τὸ ἐκείνης ὄνομα. Σοφοὺς δέ φημι οὐ τοὺς τὸ Πλάτωνος ὕψος,

Qui sapientiam omnia in se bona complectentem (quippe cum universi Dominus hac magis quam re ulla se oblectet, unde et de pluribus hinc nomen sortitur) falsam rem et contumeliosam existimant, mea quidem sententia, audaces sunt habendi. Verum opinor esse quidem qui eam desiderent, sed laborem qui sit sustinendus refugiant, quo divina potissimum acquiritur sapientia. Ne autem negligentia sua videantur illam non assecuti, sapientibus invident, et illis obtrectant. Cæterum sapientes

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(53) Inter καλεῖται et φαῦλον insere τοῦτο ex utroque cod. Possin.

nomino, non qui sectantur Platonis dicendi genus sublime, vel Thucydidæ gravitatem, aut Demosthenis grandiloquentiam imitantur, sed qui de divinis loqui præceptis possint, neque ignavia propria suo silentio superentur. Qui enim audiunt, non dicentis imperitiam, sed dogmatis causantur imbecillitatem.

καὶ τὴν Θουκυδίδου σεμνότητα, καὶ τὴν Δημοσθένους δεινότητα ζηλοῦντας, ἀλλὰ τοὺς λόγον ἀποδοῦναι δυναμένους ὑπὲρ τῶν θείων δογμάτων, καὶ μὴ διὰ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας σιγῇ τὴν ἧτταν καταδεχομένους. Οἱ γὰρ ἀκούοντες, οὐ τὴν τοῦ λέγοντος ἀπειρίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ δόγματος αἰτιῶνται σαθρότητα.

CDXCVIII. — ALPHIO. / ΥϞΗ'. — ΑΛΦΙῼ.

In eos qui publica Ecclesiæ bona in sua vertunt commoda. Immutata prisci temporis facies.

Cum suum quisque commodum ac lucrum communi anteponat bono, idcirco res Ecclesiæ pessumeunt. Contra vero accidit iis qui majorum tuebantur fidem. Tunc enim privata in commune conferebant. At hodie communia publicaque domum conferentes, ex aliorum incommodis lucrum prædando reportare non erubescunt.

Ἐπειδὴ ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον κέρδος τοῦ κοινῇ καταστήσασθαί τι χρηστὸν προτιμότερον, διὰ τοῦτο τὰ τῆς Ἐκκλησίας προπέποται πράγματα. Καὶ τοὐναντίον συνέβη τοῖς γεγενημένοις ἐπὶ τῶν τῆς πίστεως προγόνων. Τότε μὲν γὰρ τὰ ἴδια εἰς τὸ κοινὸν προὐτίθεσαν, νῦν δὲ τὰ κοινὰ οἴκαδέ τινες μετακομίζοντες, οὐκ αἰσχύνονται ἐξ ἀλλοτρίων κερδαίνοντες συμφορῶν.

CDXCIX. — NILO. / ΥϞΘ'. — ΝΕΙΛῼ.

Ab aliis irrideri vel a gravibus, vel a perditis discrimen est.

A viris gravibus atque cordatis irrideri molestum est quidem; at vero a libidinosis lascivisque minime hodie molestum est. Qui enim a recto rerum aberrant judicio, subsannant ea etiam quæ admiratione sint digna.

Τὸ μὲν παρὰ τῶν σεμνῶν καὶ σωφρόνων γελᾶσθαι, δεινόν· τὸ δὲ παρὰ τῶν ἀσελγῶν καὶ λάγνων, οὐ δεινόν. Τῆς γὰρ ὀρθῆς τῶν πραγμάτων διαμαρτάνοντες κρίσεως, γελῶσι τὰ θαύματος κρείττονα.

D. — PETRO. / Φ'. — ΠΕΤΡῼ.

Cœlestia meditantium vel terrestria quid intersit. (*Confer. epist.* 485.)

Ingens ac vehemens prudentia, ab exilia malaque gerentibus parari nequit. Cogitationes enim opera comitantur. Qui enim quæ ad usum vitæ pertinent tractat, **707** nihil cœleste, nihil angelicum cogitabit. At qui cœlo dignam degit vitam, nugas ineptiasque, umbras quoque ac somnia ducit esse mundi hæc negotia. Quare angusti esse animi merito is est appellandus, qui de parvis sese rebus jactat: magnanimus contra, qui quæ vere excelsa sunt, iis quæ tantum talia apparent, anteponit.

Μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα οὐχ οἷόν τε τεχθῆναι τῷ μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντι. Τοῖς γὰρ ἔργοις καὶ τὰ φρονήματα ἕπεσθαι φιλεῖ. Ὁ μὲν γὰρ τὰ βιωτικὰ μεταχειριζόμενος, οὐδὲν οὐράνιον, οὐδὲν ἀγγελικὸν φαντασθήσεται· ὁ δὲ τὴν οὐρανῷ πρέπουσαν πολιτείαν πολιτευόμενος, λήρους καὶ φλυαρίας, σκιάς τε καὶ ὀνείρατα, τὰ βιωτικὰ ἡγήσεται πράγματα. Διὸ καὶ ὁ μὲν, μικρόψυχος εἰκότως ἂν κληθείη, ἐπὶ μικροῖς ἐναβρυνόμενος· ὁ δὲ μεγαλόψυχος, τὰ ὄντως μεγάλα τῶν δοκούντων προκρίνων.

DI. — EUTONIO DIACONO. / ΦΑ'. — ΕΥΤΟΝΙῼ ΔΙΑΚΟΝῼ.

A seipso decipi facile.

Etsi prompta multa sunt, factuque facilia, nihil tamen facilius, magisque obvium quam a se quemque decipi. Magnum enim cuique suum apparet consilium. Cum enim res non ut sint, ita illi appareant, sed sententiam omni ope suam studet quisque stabilire, quod ipse vult, idem et probat, etsi res sæpe aliter sese habeat.

Οὐδὲν οὕτως εὐκολώτατόν ἐστιν, ὄντων πολλῶν εὐκόλων, ὡς τὸ ἕκαστον ἑαυτὸν ἐξαπατῆσαι. Μέγα γὰρ ἑκάστῳ τὸ βούλημα. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ τὰ πράγματα ὅπως πέφυκε σκοπεῖ, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην παντὶ σθένει κυρῶσαι προαιρεῖται, ὃ βούλεται, τοῦτο καὶ οἴεται· καίτοι πραγμάτων πολλάκις ἀντιφθεγγομένων.

DII. — URSENOPHIO. / ΦΒ'. — ΟΥΡΣΕΝΟΥΦΙῼ.

Meticulosi timore, fortes adulatione superantur.

Fortes quidem viros assentatio domat, imbecillos contra metus frangit. Illis quidem suadela vim afferre non videtur, his vero metus impotenter imperat. Et illi causam adversariis prodendo vincuntur, hi non se dando deduntur. Noli itaque putare una ope utrosque juvandos, verum pro affectionibus, ac cujusque facultate, medicina adhibita, rem confectam iri confidito.

Τοὺς μὲν ἀνδρείους κολακεία χειροῦται, τοὺς δὲ ἀνάνδρους φόβος· τοῖς μὲν γὰρ ἡ πειθὼ δοκεῖ ἀβίαστος εἶναι, τοῖς δὲ ὁ φόβος ἀπαραίτητος δεσπότης. Καὶ οἱ μὲν τῷ καθυφεῖναι τοὺς ἀντιπάλους, ἡττῶνται· οἱ δὲ τῷ μὴ ἐνδιδόναι ἐνδιδόασι. Μὴ τοίνυν πάντας ἑνὶ βοηθήματι θεραπεύειν οἴου· ἀλλὰ τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς δυνάμεσι τῶν πασχόντων κατάλληλα προσφέρων τὰ παιώνια, ἔλπιζε αὐτῶν κρατήσειν.

A

ΦΓ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

DIII. — PALLADIO DIACONO.

Perstringit, quod rebus bonisque terrenis, ambitionis et gloriæ causa, in speciem se abdicarat.

Εἰ μὲν ὄντως τῶν βιωτικῶν κατέγνως πραγμάτων, μηδέν σοι κοινὸν πρὸς αὐτά. Εἰ δὲ δόξαν θηρώμενος, διαβάλλεις μὲν αὐτά, περιέχῃ δὲ ὡς ἀϊδίων, μὴ ἔλπιζε ἀπατᾷν τοὺς διὰ τῶν πραγμάτων τἀναντία παρὰ σοῦ παιδευομένους.

Si quidem vitæ hujus negotia revera cognita habeas, nihil tibi cum illis commune sit. Si vero gloriam venando illa crimineris, complectaris vero ut diuturna, cave putes eos qui de rebus ipsis, contra atque tu sentiant, aberrare.

ΦΔ'. — ΣΕΡΗΝΩ ΔΙΑΚΟΝΩ.

DIV. — SERENO DIACONO.

Honorari vis? honorem fugito. (*Conf. epist.* 522.)

Εἰ δόξης ἐρᾷς, καταφρόνει δόξης, καὶ τότε αὐτῆς ἀπολαύσειας. Φιλόνεικον γάρ πως τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐστὶ, καὶ πρὸς μὲν τὸ ὑπεραυχοῦν διακινδυνεύειν φιλεῖ· πρὸς δὲ τὸ ταπεινὸν μεθ' ἡδονῆς σπένδεσθαι πέφυκε. Νικᾷν μὲν γὰρ σπουδάζει τὸν νίκης ἐφιέμενον, ἡττᾶσθαι δὲ φιλεῖ μεθ' ἡδονῆς τῷ νίκης μὴ ἐφιεμένῳ.

Si gloriam sectaris, eam fac contemnas: sic fiet ut illa potiaris. Contentiosum est enim hominum genus, et de præstantia libenter dimicat. Vincere enim studet eum, qui victoriæ inhiat. Cum jucunditate autem submittere se illi, qui vincere non B desiderat, consuevit.

ΦΕ'. — ΤΟΙΣ ΚΛΗΡΙΚΟΙΣ ΤΟΥ ΠΗΛΟΥΣΙΟΥ.

DV. — PELUSIANO CLERO.

Βοήθεια, *unde Græcis dicta.*

Ἐοίκατε ἀγνοεῖν τὸ τῆς βοηθείας ὄνομα, ὅπερ εἴρηται παρὰ τὸ *μετὰ βοῆς θέειν*· καὶ διὰ τοῦτο βραδύτερον ἀφικόμενοι, καὶ σχολαιότερον βαδίζοντες ἀποτετυχήκατε τῆς θήρας. Ὁ γὰρ δεηθεὶς τῆς ἐπικουρίας, θήραμα καὶ ἔργον τῆς τῶν ἐπιβουλευσάντων ὠμότητος γέγονεν.

Videmini ignorare βοήθειας etymon quod Græcis dictum παρὰ τὸ μετὰ βοῆς θέειν, *ad vocem accurrere.* Quapropter tardius vos accedentes atque ignavius currentes, feram non cepistis. Qui enim auxilio indigebat, captura et opus insidiantium crudelitatis evasit.

ΦϚ'. — ΑΛΥΠΙΩ.

708 DVI. — ALYPIO.

A teneris assuescere multum est in pietatis studio. (*Vide epist.* 9.)

Τοῖς παισὶν ἔτι νηπίοις τυγχάνουσιν, πρῶτον μὲν τὸν περὶ τῆς ὑπεροχῆς τε τοῦ Θεοῦ καὶ προνοίας, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν περὶ ἀρετῆς χρὴ κατασπείρεσθαι λόγον· ἵνα συναυξανόμενος καὶ συνανδρούμενος θεοφιλεῖς καὶ ἐναρέτους ἄνδρας ἀποτελέσειεν.

Pueris etiamnum teneris de Dei excellentia ac C providentia, postea de virtute præcepta sunt inserenda, ut grandiores jam facti in virosque jam formati, cum Dei Optimi Maximi amantes, tum præditi evadant virtute.

ΦΖ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

DVII. — ZOSIMO PRESBYTERO.

Vitia verecunde perstringenda. (*Supr. epist.* 453.)

Ἐχρῆν μὲν νεανικώτερον ἐκτραγῳδηθῆναι τὰς σὰς πράξεις, τάχα κἂν οὕτως ἐρυθριάσαις· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ χρὴ τοὺς σεμνότητος ἀντιποιουμένους μολύνειν ἑαυτῶν τὰς γλώττας, τάχιστα καὶ εὐπρεπέστατα λελέξεται, ὅτι μεγάλων κακῶν αἴτιαί εἰσιν αἱ μετὰ γαστέρα ἡδοναί.

Oportebat juvenilius ac vehementius tuas actiones tragice exaggerari, ut sic forte erubescas: verum quando non decet gravitatem præferentes suas inquinare linguas, decentissima potius proferentur. Quæ enim juxta ventrem libidines sunt, maximorum exsistunt causæ malorum.

ΦΗ'. — ΘΕΟΠΕΜΠΤΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

DVIII. — THEOPEMPTO PRESBYTERO.

In concionatores quorum vita doctrinæ non respondet. Ad illud : « Dicunt et non faciunt. » (*Matth.* XXIII, 3.) *Facere quam dicere magis persuadet.* (*Sup. epist.* 213, 233, 265.)

Οὔτε λόγος, οὔτε σκῆψις ὑπολείπεται τοῖς διδάσκειν μὲν τολμῶσι, τἀναντία δὲ ὧν λέγουσι πράττουσι. Τοὺς μὲν γὰρ μήτε πράττοντας, μήτε διδάσκειν ἐπιχειροῦντας, εἰκὸς μετριωτέραν ἀπαιτηθῆναι τιμωρίαν. Τοὺς δὲ ἐναβρυνομένους μὲν ἐπὶ τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ, μὴ ποιοῦντας δὲ ἃ φασιν, ἀπαραίτητον καὶ ἀσύγγνωστον.

D Neque oratio, ac ne excusatio quidem docere alios ausis relicta est, si contra atque docent faciant. Qui vero neque agunt, neque docere aggrediuntur, pœnam daturos tolerabiliorem verisimile est. At qui docendo se jactant atque ostentant, quæ vero docent, non agunt, inexorabilem veniaque carentem pœnam luent.

ΦΘ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

DIX. — EIDEM.

Bellum spiritale alacriter aggredi decet, divino fretum auxilio. Neque enim ex copiarum multitudine semper victoria.

Εἰ καὶ περὶ τῶν σωματικῶν πολέμων, οὐ χρὴ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας, ὡς φανερᾶς οὔσης τῆς νίκης, διαβεβαιοῦσθαι· πολλὰ γὰρ παράδοξα πολλάκις ἐγένετο· καὶ τὸ μὲν εἶξαν εὐθὺς ἀνέλπιστον, τῷ δὲ

Et si bello corporali eos qui viribus superiores sunt, quasi sit certa victoria, se jactare non decet. Accidunt enim hic multa sæpenumero inopinata et insperata : et quidem statim recedere, spe caret.

Contra vero niti volentem, bona spes comitatur. Multo vero magis in spiritali lucta adversarii impetu consternari non decet, sed vincentium cogitando copiam, Deique adjutorio audentes ad pugnam decet accingi.

A ἀντιδρᾷν ἐθέλοντι ἐλπὶς ἀγαθὴ ἀκολουθεῖ· πολλῷ μᾶλλον τοὺς περὶ ψυχῆς ἀγωνιζομένους οὐ τὴν τῶν ἀντιπάλων χρὴ καταπτήσσειν δύναμιν, ἀλλὰ τὴν τῶν νικησάντων ἐνθυμουμένους πληθὺν, τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ θαῤῥοῦντας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα χωρεῖν.

DX. — ZOSIMO PRESBYTERO.

ΦΙ'. — ΖΩΣΙΜΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

De eleemosyna. (*Conf. epist.* 79, 133, 181, 183, 210.)

Eo immanitatis, atque inhumanitatis prolapsum te quidam asseverant, ut contra Dei præcepta grasseris. Jubent enim illa Dei mandata, in eleemosyna facienda nulla duci inani gloria. Te vero, ne ob inanem quidem gloriam, flecti quidem posse ad inopum preces affirmant. Noveris itaque melius esse quidem occultare eleemosynam, at nihil omnino præbere inhumanum esse. Media itaque via insistito. Præstat enim utcunque quid agere, quam nihil agere: hoc enim summam meretur pœnam, illud vero spectantium etiam laudem meretur.

Εἰς τοσαύτην ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν τινὲς ἐληλυθέναι σέ φασιν, ὡς καὶ τὴν ἐναντίαν τῶν θείων χρησμῶν ἀνατέμνειν ὁδόν. Ἐκείνων γὰρ παρακελευομένων, μὴ κενοδοξεῖν ἐπὶ τῷ ποιεῖν ἐλεημοσύνην, σὲ οὐδὲ διὰ κενοδοξίαν ἐπικλᾶσθαι πρὸς τὰς δεήσεις ἰσχυρίζονται. Εἰδὼς τοίνυν ὡς ἄμεινον μὲν τὸ κρύπτειν, τὸ δὲ μηδ' ὅλως παρέχειν ἀπάνθρωπον, B κἂν τὴν ἀμφοῖν μέσην βάδισον ὁδόν. Βέλτιον γὰρ τοῦ μηδ' ὅλως ποιεῖν τὸ ὅπως δήποτε ποιεῖν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς ἐσχάτην τελευτᾷ τιμωρίαν, τὸ δὲ κἂν τὸν παρὰ τῶν θεωμένων ἔπαινον κερδαίνει.

709 DXI. — EIDEM.

ΦΙΑ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Luxum valetudinis etiam gratia fugiendum.

Paucarum indigentia rerum, paucisque contentum esse, et animo prodest, et corporis confirmat valetudinem. At luxus utrumque labefactat: animi quidem sensus corrumpit, corporis vero pellit sanitatem. Et hoc quidem innatos appetitus sedat, illud ea etiam quæ præter naturam sunt desideria concitat. Deliciæ enim ventrem implent, conjunctasque ventri libidines aperiunt. Vitanda itaque et fugienda luxuria est.

Ἡ μὲν ὀλιγόδεια καὶ τὴν ψυχὴν ὠφελεῖ, καὶ τὸ σῶμα ὑγιὲς καθίστησιν· ἡ δὲ πολυτέλεια ἄμφω λυμαίνεται, τῆς μὲν τὴν φρόνησιν, τοῦ δὲ τὴν ὑγίειαν ἐξοστρακίζουσα· καὶ ἡ μὲν καὶ τὰς ἐμφύτους ἐπιθυμίας κατευνάζει, ἡ δὲ καὶ τὰς παρὰ φύσιν διεγείρει. Τρυφὴ γὰρ γαστέρα πληρώσασα, καὶ τὰς ὑπογαστρίους ἀναστομοῖ ἡδονάς. Οὐκοῦν ἐκείνη μὲν χρηστέον, ταύτην δ' ἀτιμαστέον.

C

DXII. — MARONI.

ΦΙΒ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Avari animus quibus agitetur fluctibus et malis.

Nemo ignorat animum pecuniæ cupiditate flagrantem, mille plerumque jactari procellis. Notum et illud, in hisce tempestatibus, nullum esse sensum quietis, satietatis ac libertatis, quasi anima sit ab hisce ventorum turbinibus elisa. Ecquis ergo talem ducat vitam, in qua scopuli, feræ bestiæ, ac turbines fluctusque vigent, exsulat vero pax atque lætitia?

Ὅτι μὲν μυρίοι χειμῶνες κατασκηνοῦσιν εἰς τὴν τοῦ ἐρασιχρημάτου ψυχὴν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ὅτι δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις χειμῶσιν, οὔτε ἀναπαύλης, οὔτε κόρου, οὔτε ἐλευθερίας, οὔτε ἄλλου τινὸς αἰσθάνεται, ἅτε ὑπὸ τοσούτων πνευμάτων διακοπτομένη, καὶ τοῦτο δῆλον. Τίς οὖν τοιοῦτον ἕλοιτ' ἂν βίον, ἐν ᾧ πάντα μὲν σκόπελοι, καὶ θηρία, καὶ καταιγίδες, καὶ κύματα, εὐφροσύνη δὲ καὶ εἰρήνη ἐκποδών;

DXIII. — ESAIÆ.

ΦΙΓ'. — ΗΣΑΙΑ.

Pauperes quare non contemnendi et lædendi.

Etsi dives tibi et locuples videaris, cave pauperes ut viles fastidias, justitiæ potissimum causa, quæ injustos consequitur. Quam si contemnas, sic etiam ab injuria abstineto, ratus, ut quamvis lædere te nequeant inopes, commori tamen simulque perire possint. Multi enim ad accusandum conversi, neque solum everterunt injuste agentium domos, sed et animo ipsos exspoliarunt.

D Εἰ καὶ πλουτεῖν δοκεῖς, μὴ καταφρόνει τῶν πενήτων ὡς εὐαλώτων· μάλιστα μὲν διὰ τὴν δίκην, τὴν τοῖς ἀδικήμασι παρεπομένην. Εἰ δὲ ταύτης καταφρονεῖς, καὶ οὕτως ἀπέχου τῆς κατ' αὐτῶν ἀδικίας· εἰδὼς, ὅτι κἂν ἀδικῆσαί σε οὐ δύνανται, ἀλλὰ συναπολέσθαι σοι δυνήσονται. Πολλοὶ γὰρ εἰς κατηγορίαν ἐτράπησαν, καὶ οὐ μόνον εἰς ἔδαφος κατήνεγκαν τὰς τῶν ἀδικησάντων ἑστίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς στερηθῆναι παρεσκεύασαν.

DXIV. — EIDEM.

ΦΙΔ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Sponte, non coacte, virtus exercenda. De piis qui ante promulgatam vixere legem.

Equidem summis laudibus atque coronis ornandos semper censui, qui absque præceptis, ad bene vivendum compositis officium facientes, et innatos ad honestatem appetitus excolant, et ingenue insito

Μεγίστων ἐγκωμίων καὶ στεφάνων ἀξίους εἶναί φημι τοὺς ἄνευ ἐγγράφων ὑποθηκῶν τὸ δέον πράξαντας, καὶ τὰς ἐμφύτους ἀφορμὰς εἰς καλοκἀγαθίαν γεωργήσαντας, ἐλευθέρως τε ταῖς πρὸς τὴν ἀρετὴν

ὁρμαῖς χρησαμένους. Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, οἱ A μετὰ νόμον καὶ χάριν πταίοντες, καὶ μηδὲ αὐτὴν ὁδεῦσαι ἐθέλοντες ὁδὸν, ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ὥδευσαν, τίνος τύχοιεν ἐλέου;

ad virtutem impetu utantur. Quæ cum ita sint, qui post legem gratiamque peccant, ac ne viæ quidem ab illis ordinatæ, quam majores nostri ingressi sunt, volunt insistere, quanam hi digni misericordia videantur?

ΦΙΕ'. — ΑΝΑΤΟΛΙΩ. — DXV. — ANATOLIO.

Vitanda improborum commercia.

Λίαν σέ τινες αἰτιῶνται, ὅτι οὓς μὲν οὐδ' ὁρᾷν θέμις, τούτοις ὡς ἥδιστα λαλεῖς. Οἷς δὲ λαλεῖν αἴσχιστον, τούτους συνήθεις πεποίησαι. Οὓς δὲ παρόντας τιμᾷν ἀτιμίας ἄξιον, τούτους καὶ ἀπόντας ἀγαπᾷς. Εἰ τοίνυν ἀληθεύουσι, γνωσιμάχει· εἰ δὲ B μὴ, δήλου· ἵνα ἐπιστομίσωμεν τοὺς ἐπὶ ταῖς σαῖς διαβολαῖς ἀγαλλομένους.

Accusant te quidam, quod quos ne aspicere quidem sit fas, cum iis quam lubentissime colloquaris. Cum quibus vero colloqui turpissimum sit, his familiariter utaris. Quos vero præsentes honorare turpe sit, hos licet absentes adamas. **710** Resipisce ergo, si vera illi narrant; sin secus, ostende falsum esse, ut os iis obturemus qui his in te calumniis exsultant.

ΦΙϚ'. — ΝΕΙΛΩ, ΠΕΤΡΩ, ΠΑΥΛΩ. — DXVI. — NILO, PETRO et PAULO.

De patientiæ bono.

Ἡ ἐπὶ ταῖς ὕβρεσιν ἀνεξικακία λίαν τὴν ψυχὴν ὠφελεῖ· ἣν εἰ (54) συμφέρουσαν μὲν ᾔδειν, χαλεπὴν δὲ γενέσθαι, κομιδῇ ἂν ἠχθέσθην· μὴ τὸ τὴν προσοῦσαν πραγματείαν φεύγειν, τὸ λυσιτελὲς προέσθαι· εἰ δὲ καὶ ῥᾳδία καὶ βελτίστη τυγχάνει. Τὸ γὰρ ἐπεξιέναι καὶ δύσκολον καὶ ἐργωδέστερον, καὶ χειμῶνος τὴν ψυχὴν πληροῖ· ἄμεινον τὸ φιλοσοφεῖν.

Patientia injuriarumque tolerantia animo valde prodest; quam si utilem quidem esse sciebam, difficilem tamen, moleste tuli, quod præsentem fugiens difficultatem, emolumentum ejus amiserim, etsi facilis bonaque obveniat. Ulcisci enim injuriam et grave est et laboriosum, animum turbulentis agitans motibus. Philosophari itaque beneque vivere longe præstabilius est.

ΦΙΖ'. — ΩΦΕΛΙΩ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ. — DXVII. — OPHELIO GRAMMATICO.

A spectaculis dehortandos monet homines, ut epist. 185, 186.

Εἰ ἐν μὲν τῇ σκηνῇ γελῶσιν οἱ φιλοθεάμονες ἁπαλώτερον τοῦ δέοντος, ἐν δὲ τῷ ἱπποδρόμῳ θυ- C μοῦνται πλέον ἢ προσῆκεν· ἐκεῖ μὲν ὑπὸ τῶν αἰσχρῶν δραμάτων ἐκθηλυνόμενοι, ἐνταῦθα δὲ ταῖς τῶν ἁμίλλαις πρὸς μανίαν ἐκβακχευόμενοι (μικροῦ γὰρ τὰ τῶν κενταύρων μιμοῦνται)· πότε ἐν τῇ προσηκούσῃ καταστάσει ὀφθήσονται; ἢ πότε τὰ ἀνδράσι πρέποντα πράξειαν; Οὐκοῦν χρὴ εἴτε πειθοῖ, εἴτε ἀνάγκῃ εἴργειν τοὺς τοιούτους ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀκοσμίας.

Si quidem in scena spectandi perstudiosi, mollius quam par sit rideant, in circensibus vero ludis amplius quam oportet indignentur: illic quidem turpium spectaculo enervati, hic vero certaminibus dementati (centauros enim propemodum imitantur) quando cernentur in statu decenti? vel viris digna quando fecerint? nonne igitur oportet, sive persuasione, sive necessitate arceri tales a re tam indecora?

ΦΙΗ'. — ΛΑΜΠΕΤΙΩ ΔΙΑΚΟΝΩ. — DXVIII. — LAMPETIO DIACONO.

Constantia et censoria gravitas sine austera et rigida morositate laudanda.

Ὅταν τις, ὦ σοφίας αὐτοφυὲς ἄγαλμα, ἄνευ μὲν προπετείας παρέχηται τὸ ἀνδρεῖον, ἄνευ δὲ ὕβρεως τὸ βλοσυρόν· καὶ τὸ μὲν ἐμβριθὲς καθαρεῦον στυγνότητος, τὸ δὲ σῶφρον οὐκ ἀπάνθρωπον, ἀλλ' ἀρρήτῳ κεκραμένον φαιδρότητι· τότε καθαρὰς τῶν κακιῶν D τῶν παραπεπηγυιῶν ταῖς ἀρεταῖς, αὐτὰς τὰς ἀρετὰς ἐπιδεικνύμενος, ἀοίδιμος ἔσται καὶ εὐκλεής.

Cum quis, o sapientiæ genuina imago, sine linguæ petulantia fortem se ostentet, et rigorem absque conviciis, et gravitatem molestia carentem, temperantiam vero non inhumanam, sed inexplicabili mistam hilaritati, tunc qui puras et illæsas omni vitiorum confinio virtutes exhibet, celebris erit et gloriosus.

ΦΙΘ'. — ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ ΜΟΝΑΖΟΝΤΙ. — DXIX. — STRATEGIO MONACHO.

Improborum fraudes homini sapienti deprehendere facile est.

Εἰ καὶ εἰσί τινες δεινοὶ μὲν ἀπατῶντες λαθεῖν, δεινοὶ δὲ φωραθέντες παραλογίσασθαι· ἀλλ' ὁ θεοφιλὴς κρείττων τούτων εὑρίσκεται. Σοφὸς μὲν ὢν συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, σοφώτερος δὲ διελέγξαι τὴν ἐν τοῖς λόγοις κρυπτομένην δεινότητα.

Etsi quidam industrii sint in aliis occulte fallendis, acres etiam cum sint deprehensi in se excusandis, Deo charus his omnibus exsistit superior. Prudens quidem fallaciam cognoscendo, prudentior vero in rationibus, captionibusque occultis deflectendis.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) Εἰ ante συμφέρ. mutant in μὴ codd. Vat. 650 et Alt. Vers. 5 pro προέσθαι Alt. suggerit in margine aliam lectionem προσῆσθαι. POSSIN.

A

DXX. — EIDEM.

ΦΚ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

Non lingua tantum, sed et mens excolenda.

Discenda sunt non ea modo, quibus dicendi acrimonia quis summus evadat, vel tardius loquendo sapiat magis, sed et ea, quibus animo meliores homines evadant, ne duntaxat linguam expurgando, sed mentem quoque exornando gloriam sibi pariant.

Οὐ ταῦτα χρὴ μανθάνειν μόνον, δι' ὧν ὁ μὲν ὀξὺς ἄκρος εἰπεῖν, ὁ δὲ βραδὺς ἀμείνων πως καθίσταται, ἀλλὰ καὶ τὰ δι' ὧν αἱ ψυχαὶ βελτιοῦνται· ἵνα μὴ μόνον τῷ τὴν γλῶτταν ἐκκεκαθάρθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ τὴν γνώμην κεκοσμῆσθαι εὐδοκιμῶσιν

711 DXXI. — ALYPIO PRESBYTERO.

ΦΚΑ'. — ΑΛΦΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Frustra persuaderi quibusdam. (*Inf. epist.* 20, 219, 250, 257, 568.)

Indignum est culpam eorum qui bene monentibus non paruerunt, transferre in eos, qui persuadere non potuerunt, idque potissimum quando videntur percurrisse, quæ consequi quis posset omnia, quibus persuasio comparatur.

Ἄτοπον τὰς αἰτίας τῶν οὐ πεισθέντων τοῖς καλοῖς ἐπὶ τοὺς μὴ πεπεικότας μεταφέρειν· καὶ μάλιστα ὅταν φαίνωνται διὰ πάντων τῶν ἐνδεχομένων ἐλθόντες, δι' ὧν ἡ πειθὼ δημιουργεῖται.

B

DXXII. — EIDEM.

ΦΚΒ'. — ΤΩ ΑΥΤΩ.

De gloriæ contemptu, quam fugiendo assequeris. (*Conf. epist.* 504.)

Nihil laudis gloriæque mancipio abjectius, ut contra nihil ejus contemptore grandius. Ille nihil domi magnum habens, quo magnopere exornetur, externa specie clariorem se esse debere opinatur. Hic vero utpote domestico hauriens fonte venerandus est, neque externo indiget ornamento. Quamobrem ut nihil illo miserius, sic hoc nihil exsistit gloriosius.

Οὐδὲν τοῦ δόξης ἐρῶντος ταπεινότερον, οὐδὲ τοῦ καταφρονοῦντος ὑψηλότερον. Ὁ μὲν γὰρ οἴκοθεν μηδὲν ἔχων μέγα, ἐφ' ᾧ ἐγκαλλωπισθείη, διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας λαμπρότερος οἴεται δεῖν εἶναι. Ὁ δὲ ὥσπερ ἐξ οἰκείας πηγῆς σεμνυνόμενος, οὐδὲν τῆς ἔξωθεν δεῖται προσθήκης. Διὸ καὶ τοῦ μὲν οὐδὲν ἀθλιώτερον, τοῦ δὲ οὐδὲν εὐκλεέστερον γένοιτ' ἄν.

DXXIII. — ALEXANDRO PRESBYTERO.

ΦΚΓ'. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

Virtus laudatur et alget. (*Conf.* 44, 510, *et* 528.)

C

Quanto præstabilius est admirari quam repudiare, tanto mihi distare videntur, qui virtutem non esse virtutem opinantur, ab iis qui virtutem quidem prædicant, non amplectuntur tamen. Illi enim corruptum esse judicium, rationemque vacillare suo ipsi demonstrant judicio. Hi vero ipsam laudando, etsi non exerceant, bene tamen de virtute se confirmant existimare.

Ὅσῳ τοῦ διαπτύειν τὸ θαυμάζειν κρεῖττόν ἐστι, τοσοῦτόν μοι διαλλάττειν δοκοῦσιν οἱ μηδ' ἀρετὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι νομίζοντες, τῶν ἀρετὴν μὲν εἶναι αὐτὴν φασκόντων, μὴ ἀσπαζομένων δέ. Οἱ μὲν γὰρ κρίσεως διεφθαρμένης, καὶ τοῦ μὴ ὑγιαίνειν τὸν λογισμὸν, καθ' ἑαυτῶν ψῆφον ἐκφέρουσιν. Οἱ δὲ τῷ ἐπαινεῖν αὐτὴν, κἂν μὴ πράττοιεν, δεικνύουσι μεγίστην περὶ αὐτὴν ἔχοντες δόξαν.

DXXIV. — MARONI.

ΦΚΔ'. — ΜΑΡΩΝΙ.

Male agens reprchendi non vult.

Ob nequitiam accusatis fas non est ea dicere quæ possint illi, qui virtutis gratia in invidiam vocati, ferendo id patienter, proloqui. Quare vel hæc facere cessa, vel si non desinis, ne dixeris illa, quæ probos deceant viros; indecens enim illos eadem dicere, quibus idem dicendi non est argumentum.

D

Οὐ θέμις τοῖς διὰ μοχθηρίαν κατηγορουμένοις ἐκεῖνα λέγειν, ἃ τοῖς φθονουμένοις δι' ἀρετὴν, καὶ τοῦτο πάσχουσι, λέγειν θέμις. Ἢ πέπαυσο τοίνυν τοιαῦτα δρῶν, ἢ μὴ παυόμενος, ἐκεῖνα μὴ φράζε, ἃ τοῖς εὐδοκίμοις πρέπει. Ἄτοπον γὰρ τὰ αὐτὰ λέγειν, τῆς ὑποθέσεως, ἀφ' ἧς ἑκατέροις γίγνεται, διαλαττούσης.

DXXV. — PALLADIO LECTORI.

ΦΚΕ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ.

Fide, sed vide cui te doctori committas.

Cave, fidas cuivis qui virtutem se docere profiteatur: neque enim omnes digni aut idonei quibus credatur: sed illis potissimum, qui reapse, virtutis se operibus ornatos exhibent. Nunc enim conor persuadere non uno esse magistro utendum; at non esse passim adhibendos omnes, qui se ad docendum ingerunt.

Μὴ πᾶσι σαυτὸν πίστευε, ὦ φιλότης, τοῖς διδάσκειν περὶ ἀρετῆς ἐπαγγελλομένοις· οὐδὲ γὰρ πάντες ἐφεξῆς ἄξιοι λόγου· ἀλλ' ἐκείνοις, οἷς ὄντως ἡ ἀρετὴ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπρέπει. Νῦν γὰρ ἀξιῶ πείθειν οὐχ ἑνὶ χρῆσθαι διδασκάλῳ, ἀλλὰ μὴ χρῆσθαι πᾶσι τοῖς βουλομένοις.

DXXVI. — PALLADIO ET SERENO, DIACONIS.

ΦΚϚ'. — ΠΑΛΛΑΔΙΩ, ΣΕΡΗΝΩ, ΔΙΑΚΟΝΟΙΣ.

Dei longanimitate non abutendum.

Nos quasi divina se justitia non contineat, si neque longanimitate ejus emendabimur, sed omnino quasi

Ὡς μὴ ἀνεξομένης τῆς θείας δίκης, εἰ μηδὲ μακροθυμίᾳ βελτιωθησόμεθα, ἀλλὰ πάντως δίκας πρα-

ξομένης πικροτέρας τοὺς μηδὲ τῇ ἀνοχῇ εἰς βελτίονα προθυμηθέντας πολιτείαν ἑαυτοὺς μεταῤῥυθμίσαι, οὕτω διακειώμεθα.

A pœnas exactura sit acerbiores ab iis, qui patientia illius ad meliorem vitæ statum se comparare non cupiunt, sic afficiamur.

ΦΚΖ'. — ΗΡΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠῼ.

712 DXXVII. — HERONI EPISCOPO.

Virtus non tam prædicanda, quam exercenda. (*Vide supr. epist.* 523.)

Τῷ λόγῳ μὲν τὴν ἀρετὴν κοσμοῦντι, ἔργῳ δὲ τὴν κακίαν πρεσβεύοντι· καὶ ἐοικότι τοῖς ἐπὶ σκηνῆς παίζουσιν· καὶ λέγοντι μὲν ἃ μὴ γινώσκει, μηδὲ τοῖς ἔργοις βεβαιοῦντι ἃ λόγοις σεμνύνει· παραινῶ τοῦ μὲν ἐπαινεῖν τὴν ἀρετὴν μὴ λήγειν (οὐδὲ γὰρ δίκαιον), ἀλλὰ λήγειν τῆς κακίας, ἵνα κατ' ἄμφω εὐδόκιμος εἴη.

Verbis quidem virtutem ornanti, opere autem vitio primas tribuenti in scena ludentibus simili, ac dicenti ea quæ non intelligit, neque operibus stabilienti, quæ sermonibus jactat, equidem suadeo ut virtutem laudare non desinat (neque enim par est), sed ut a malitia desinat, ut utroque nomine laudem reportet.

ΦΚΗ'. — ΔΟΜΙΤΙῼ ΚΟΜΗΤΙ.

DXXVIII. — DOMITIO COMITI.

De corporis exercitatione et valetudine tuenda in cibo potuque, Isocratis oratoris, et Hippocratis medici sententiæ. (*Confer epist.* 73, 413.)

Ὅπερ ἐπὶ τῶν γυμνασίων τῶν τὴν ὑγίειαν διατηρούντων Ἰσοκράτης παρῄνεσεν (55), « Ἄσκει γυμνασίων μὴ τὰ πρὸς ῥώμην, ἀλλὰ πρὸς ὑγίειαν συμφέροντα. » Τούτου δ' ἂν ἐπιτύχοις, εἰ λήγοις τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Τοῦτο καὶ ἐπὶ βρώσεως καὶ πόσεως, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἄνευ ζῆν οὐκ ἔστιν, εἰ μετενέγκοις, κομιδῇ ὠφεληθήσῃ· χρῶ τοῖς σιτίοις καὶ πότοις, μὴ τοῖς πρὸς ῥώμην, ἀλλὰ τοῖς πρὸς ὑγίειαν βλέπουσι. Τούτου δ' ἂν ἐπιτύχοις, εἰ λήγοις ἐσθίων καὶ πίνων, ἔτι φαγεῖν καὶ πιεῖν δυνάμενος. Εἰ δὲ φαίης· Διατί δὲ μὴ τὰ πρὸς ῥώμην; φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν οὐκ ἀθλητῇ, ἀλλὰ φιλολόγῳ παρῄνει. Ἔπειθ' ὅτι καὶ κατ' αὐτὸν τὸν ῥήτορα, ῥώμη μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφελεῖ, ἄνευ δὲ ταύτης τοὺς ἔχοντας βλάπτει. Καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων κοσμεῖν δοκεῖ, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπισκοπεῖ (56). Εἰ δὲ νομίζεις, τὸν σοφιστὴν ἰατρικῆς ὄντα ἄπειρον, καὶ τὸ ἀκριβὲς μὴ ἐπιστάμενον, ἀλλοτρίᾳ τέχνῃ οὐ δεόντως ἐναβρύνεσθαι· ἴσθι, ὅτι καὶ Ἱπποκράτης ὁ Κῷος, ᾧ πάντες εἴκουσιν, ἔφη « Τὴν ὑγίειαν διατηρεῖσθαι τῇ ἀκορίῃ. » Διὸ καὶ ἡ ἔνδεια μήτηρ ὑγιείας εἰκότως εἴρηται. Σοφὼ δὲ ἄνδρε εἰπάτην ὁ μὲν, « Μηδὲν ἄγαν· » ὁ δὲ, « Μέτρον ἄριστον. » Εἰ τοίνυν καὶ ἐπὶ τροφῶν, καὶ ἐπὶ τῶν γυμνασίων τὸ « παρὰ μικρὸν οὐκ ἔστι μικρὸν » (εἰς ὑγίειαν γὰρ βλέπει)· φυλάξωμεν, μήποτε τῷ κόρῳ τὴν ὑγίειαν ἐξορίσωμεν.

B De corporis exercitationibus valetudinem conservantibus Isocrates orator sic adhortatur : « Exercitationes corporis eas amplectere, non quæ ad robur, sed quæ valetudini prosint. » Id autem consequeris, si laborare cesses, cum laborare adhuc posses. Idemque de cibo potuque, deque aliis rebus quibus vitam tuemur, si effectum dabis, magnopere proderit. Utere ergo cibo potuque non ad robur, sed ad tuendam corporis valetudinem. Hanc consequeris, inquam, si edere ac bibere desines, cum edere amplius possis ac bibere. Dices, Cur illud, «non ad robur» adjecit? nimirum, quod non tam pugili quam studioso potissimum litterarum præcepta traderet. Deinde juxta illum oratorem, robur corporis, cum prudentia utile quidem est, nocet tamen C iis qui robore præditi sunt, et corpora quidem pugilum videtur ornare, animi vero studia obfuscat. Quod si dixeris sophistam illum medicæ expertem artis fuisse, neque satis novisse, alienaque arte illegitime sese ostentare, scito Hippocratem etiam Coum, cui omnes libenter assentiuntur, afferre : « Valetudinem conservari si non satieris nimium. » Propterea inedia atque jejunium mater dicta sanitatis. Igitur cum sapiente viro utroque dixero et ego, partim : « Ne quid nimis, » partim : « Modus in omni re optimus. » Idem si servemus in cibis exercitationibusque illud, « quod supra modicum est, haud est modicum, » ad hominis tuendam pertinens valetudinem, certe saturitate ne unquam sanitatem exterminemus, caveamus.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

55) Isocratis locus est in Παραινέσει ad Demonicum, legendusque Hieronym. Mercurialis, medicus excell., in *Gymnasticis* : Hippocratis vero, ex lib. v *Epidemicorum*, sect. 4 : Ἄσκησις ὑγίης · ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. *Exercitatio sanitatis : vesci citra satietatem, non defugere laborem.* Illas infra gnomas Μηδὲν ἄγαν, καὶ μέτρον ἄριστον, uni Cleobulo Lindio tribuit Ausonius, in *septem Sapientum ludo*, Solon vero, Chiloni, et Stratodemo cuidam Tegeatæ attributum scribit Clemens Alexand. Stromateo primo. Euripides et Terentius in *Andria* usurpant, et in Adag. Chiliastes exponit Batavus, ut Isidorus supra epp. 73 et 413. Theognis autem vers. 335 sic conjungit :

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν · πάντων μέσ' ἄριστα.

Et rursum vers. 401.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν · καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν [ἄριστος.

Schott.

(56) Pro ἐπισκοπεῖ codd. Vat. 650 et Alt. habent ἐπισκοτεῖ. Vers. antepen. et pen. ep. cod. solus Vat. 650 aliam lect. offert in marg. pro φυλάξωμεν, nempe φυλαξώμεθα. Possin.

DXXIX. — PYRATIO.

A

ΦΚΘ'. — ΥΠΑΤΙῼ.

Virtus in utraque utilis fortuna.

Hic etiam, bone vir, quandoquidem futuris difficilis temporibus, virtus clariores reddit sui amore captos, sive res sint secundæ, sive adversæ. Qui enim bene feliciterque agunt, clariores evadunt : qui vero cum adversa colluctantur fortuna, eos non patitur virtus animis concidere. Illis enim ornamento est, his vero portum præbet.

Κἀνταῦθα, ὦ βέλτιστε, ἐπειδὴ τοῖς μέλλουσι διαπιστεῖς, ἡ ἀρετὴ λαμπροτέρους ἀποφαίνει τοὺς ἑαυτῆς ἐραστὰς, εἴτε εὐημερίᾳ, εἴτε δυσημερίᾳ χορεύσειαν. Εὖ πράττοντας γὰρ λαμπροτέρους, καὶ δυσκολίας συμβάσης οὐκ ἀφίησι καταπεσεῖν εἰς ἀγεννῆ δυσθυμίαν, τοῖς μὲν κόσμος, τοῖς δὲ ὅρμος γιγνομένη.

713

DXXX. — ATHANASIO PRESBYTERO.

ΦΛ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Ex se quisque de aliis judicat, ut Zosimus pessimus alios quoque malos esse censebat. (*Vide epist.* 18.)

Omnes mortales ut ita dicam, de se ipsi, aut de aliis ex se judicant. Qui enim justus est, reliquos credit justos, et temperans temperantes alios ; sic et latro, cæteros latrones, et homicida, homicidas alios æstimat. Noli itaque mirari, etsi Zosimus, qui cæteros omnes improbitate celebres superavit, ex se alios improbos æstimet.

Πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄνθρωποι ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς καὶ περὶ τῶν ἄλλων τὰς ψήφους ἐκφέρουσιν. B Ὁ γοῦν δίκαιος δικαίους εἶναι πιστεύει πολλοὺς, καὶ ὁ σώφρων σώφρονας, καὶ ὁ λῃστὴς λῃστάς· καὶ ὁ ἀνδροφόνος ἀνδροφόνους. Μὴ τοίνυν θαύμαζε, εἰ καὶ Ζώσιμος, ὁ πάντας τοὺς ἐπὶ παρανομίαις βεβοημένους ἀποκρύψας, ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν πάντας πονηροὺς εἶναι ψηφίζεται.

DXXXI. — ZOSIMO.

ΦΛΑ'. — ΖΩΣΙΜῼ.

De eadem re.

Etsi prudentes ac moderati incurabili amentia laboranti insanire videantur, et desipere putes, qui tibi consilium dant, brevi tamen palinodiam canes, feresque in contrarium sententiam.

Εἰ καὶ ἀνηκέστῳ σοι μανίᾳ κεχειρωμένῳ μαίνεσθαί σοι δοκοῦσιν οἱ σωφρονοῦντες, καὶ παραπαίειν οἱ νουθετοῦντες· ἀλλ' εἰ ὀλίγον ἀνενέγκοις, παλινῳδίαν ᾄσεις, καὶ τὴν ἐναντίαν ψῆφον οἴσεις.

DXXXII. — EIDEM.

ΦΛΒ'. — Τῼ ΑΥΤῼ.

De Eusebio Pelusii episcopo, qui Zosimum ordinavit. Quis vere sacerdos. (*Supr. epist.* 426 *et* 481.)

Etsi et ipse, et qui te sacerdotem ordinavit, sive imperandi studio, sive argenti ebrius cupiditate hic emit, ille vendidit nomen, ne rem ipsam dicam ; sed lege Scripturam, hæc te sacerdotem faciet. Si enim hujus Scripturæ parebis legibus, legitime suscipies, quod indebite suscepisti.

C Εἰ καὶ αὐτὸς ὁ προπιών σοι τὴν ἱερωσύνην, ὁ μὲν ὑπὸ φιλαρχίας, ὁ δὲ ὑπὸ φιλαργυρίας μεθύων, ὁ μὲν ἐπώλησεν, ὁ δὲ ἠγόρασε τοὔνομα· οὐ γὰρ ἂν φαίην τὸ πρᾶγμα· ἀλλὰ δὸς σαυτὸν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, καί σε ποιήσουσιν ἱερέα. Ἐὰν γὰρ τοῖς νόμοις αὐτῶν πεισθείης, ὅπερ οὐ δεόντως ἐδέξω, δεόντως μεταχειρίσῃ.

DXXXIII. — AMMONIO LECTORI.

ΦΛΓ'. — ΑΜΜΟΝΙῼ ΑΝΑΓΝΩΣΤῌ.

Præstat hic laborare, ut istic coroneris, quam nunc deliciari, et post æternum cruciari. « Regnum cælorum vim patitur. » (*Matth.* XI, 12.) *Ex Gentium scriptis id comprobat.* (*Inf. epist.* 546.)

Ob eam, quam ignoras, indignaris causam, cujus gratia gaudere potius oportuit. Quod enim fit negligenter, et otiose, non modo corona caret, sed et pœnam affert. Quod vero cum labore ac sudore geritur, præmio est coronaque dignum. Igitur cedo, utris malis aggregari, iisne qui hic in deliciis vitam transigunt, in altero vero sæculo pœnas pendunt, an laborantibus in hac quidem vita, postea vero corona redimiendis? His, opinor, malis. Quare si hos imitaberis, laborem non fugies, sed et gloriam consequeris.

Λέληθας τούτων ἕνεκα δυσχεραίνων, ἐφ' οἷς ἥδεσθαι προσῆκον ἦν. Τὸ μὲν γὰρ ῥᾴθυμον, ἄπονον καὶ οὐ μόνον ἀστεφάνωτον, ἀλλὰ καὶ κολάσεως τινεῖ. Τὸ δὲ μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων βιοῦν, ἀναῤῥήσεων καὶ στεφάνων αἴτιον. Τίσιν οὖν ἀσμένως καταριθμῇ, τοῖς τρυφῶσι μὲν ἐνταῦθα, κολασθησομένοις δὲ μετὰ ταῦτας· ἢ τοῖς ἀθλοῦσι μὲν τῇδε, ἐκεῖσε δὲ στεφθησομένοις; Ἐγὼ μὲν οἶμαι τούτους. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς τούτου· ζηλοῖς, μὴ φεῦγε τοὺς πόνους, ἀλλὰ τὴν εὔκλειαν δίωκε.

DXXXIV. — DIDYMO PRESBYTERO.

ΦΓΔ'. — ΔΙΔΥΜῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

De Zosimi, opinor, desperata malitia. (*Supr. epist.* 510.)

Cave reprehendas eos, qui implacabilem illam feram concitato fugiunt cursu, quæ in pauperes misericordia dignos, immanis est, in turpibus vero impudentissima, quæ eos hostium in numero habet, qui non ex animi sui sententia, vicinos ac proximos, neque ex suo præscripto lædant.

Μὴ μέμφου τοὺς τὸ ἀμείλικτον ἐκεῖνο θηρίον προτροπάδην φεύγοντας, τὸ ἐν τοῖς ἐλεεινοῖς ὠμότατον, ἐν δὲ τοῖς αἰσχίστοις ἀναιδέστατον, τὸ ἐχθροὺς ἡγούμενον τοὺς μήτε κατὰ γνώμην βλάπτοντας τοὺς πέλας, μήτε ἐξ ἐπιτάγματος.

ΦΛΕ'. — ΟΥΑΛΕΝΤΙ.

DXXXV. — VALENTI.

De sacerdotio indignis. (*Vide epist.* 356 *et* 357.)

Τοὺς παρ' ἀξίαν τυχόντας ἱερατικῆς τιμῆς ὑπακούειν ἀνάγκη τοῖς οὐ δεόντως δεδωκόσι, κἂν εἰς αὐτὸ τὸ Θεῖον τὰ δρώμενα βλέπει· διὸ καὶ ἀλλήλοις τὴν ἄδικον ταύτην ἀντίδοσιν παρέχοντες, δύναμιν οὐ μικρὰν εἰς τὸ κατὰ τῶν εὖ βιούντων ὁπλίζεσθαι προσλαμβάνουσιν. Εἰ δέ τις ἢ τούτους, ἢ ἐκείνους αἰτιάσοιτο, παρακινῶσι τοῖς δρωμένοις καὶ εἰρωνείαν, ὃ τῶν δρωμένων ἀλγεινότερον, τῷ συγχωρεῖν γίγνεσθαι, ταῦτα βούλεσθαι τὸ Θεῖον καταψευδόμενοι.

Qui indigne sacerdotii sunt honore affecti, necesse est obediant ei qui non debite ordinavit, cum ad divinum numen ordinatio spectet: unde et mutuo injustam retributionem **714** præbentes, facultatem non modicam sibi vindicant, qua in bene viventes obarmentur. Si quis vero hos aut illos accuset, sacris rebus risum concitet, quod deterius est longe, quam male initiari permittere, quod est Deum velle fallere.

ΦΛϚ'. — ΑΘΑΝΑΣΙΩ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

DXXXVI. — ATHANASIO PRESBYTERO.

De Zosimi amicitia noxia et suspecta.

Μῖσός σοι ἀνεφύη παρὰ πᾶσι διὰ τὴν ἀσέβειαν, τὴν Ζωσίμῳ φίλῳ τῷ σῷ τετολμημένην. Οἱ μὲν γὰρ ἀφειδέστεροί φασι, μὴ ἄμοιρόν σε εἶναι τῆς δραματουργίας· οἱ δὲ ἐπιεικέστεροι, ἄμοιρον μὲν εἶναι, δυνάμενον δὲ κωλῦσαι, μὴ βεβουλῆσθαι· διὸ καὶ δικαίως ἂν εἴης παρὰ πάντων ταῖς κατηγορίαις βάλλεσθαι. Οἱ δὲ βεβουλῆσθαι μὲν, μὴ δεδυνῆσθαι δέ. Ἀλλ' οὐδὲ οὗτοι τὴν ἀφεῖσαν περὶ σοῦ φέρουσι ψῆφον, ἀλλὰ φράζουσιν· Εἰ καὶ μὴ κεκοινώνηκε τοῦ σκέμματος, ὅτι τοιούτου ἀνδρὸς φίλος γεγένηται, μεμόλυνται. Αὐτὸς οὖν δίκαιος εἶ βουλεύσασθαι, ὅπως ταύτην ἀποτρίψαιο τὴν ἀδοξίαν.

B Odium erga te apud omnes recrudescit ob impietatem, quam Zosimus tibi charus patrare est ausus. Qui largius referunt, aiunt consortem te factionis esse: qui vero parcius, exsortem quidem te esse, prohibere tamen potuisse, sed noluisse. Quamobrem merito te ab omnibus accusandum videri aiunt. Alii etiam voluisse quidem te, at non potuisse ab injuria prohibere. Verum neque hi absolutionis de te sententiam ferunt, sed aiunt, etsi non communicaverit, quod tantus tamen amicus fuerit ipsius, contaminatus est, jure inducendus igitur es, ut illam ignominiam deleas.

ΦΛΖ'. — ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

DXXXVII. — EUDÆMONI PHILIPPI F.

Rerum cœlestium, quam terrestrium cura potior. (*Conf. epist.* 108.)

Ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἴσου τῶν διδασκάλων τὴν ἀκρόασιν ποιούμεθα, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐπὶ τὰ βιωτικὰ παρακαλοῦσι προσέχομεν τὸν νοῦν· τῶν δὲ ἐπὶ τὴν οὐράνιον φιλοσοφίαν καλούντων οὐδὲ τὴν φωνὴν ἀνεχόμεθα· διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἔργα, τὰ δὲ ἡγούμεθα πάρεργα.

C Cum non pari affectu docentis accipiamus vocem, sed iis quæ ad sæcularia invitant, animum applicemus; at qui ad cœlestem vocant philosophiam, eorum ne vocem quidem audire sustinemus: idcirco illa quidem utilia, hæc vero inutilia, et ab opere ducimus, aliena.

ΦΛΗ'. — ΗΡΩΝΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

DXXXVIII. — HERONI PRESBYTERO.

Laconismus laudatur. (*Confer. epist.* 121.)

Χρὴ κἂν τῷ λέγειν, κἂν τῷ γράφειν τιμᾷν τὸ μέτριον· καὶ μὴ ἔξω τῶν καιρῶν φέρεσθαι, εἰ μή γε ἡ τῶν ἀκροατῶν βραδυτὴς ἀναγκάσειεν ἄκοντα τὸν λέγοντα, καὶ ἐπὶ τὸ μακρηγορεῖν ἐκβιάζοιτο.

Cum in dicendo, tum in scribendo modus est adhibendus, nihilque immoderate dicendum, nisi forte auditorum tardum ingenium, etiam invitum dicere explanareque cogat copiosius.

ΦΛΘ'. — ΖΩΣΙΜΩ, ΜΑΡΩΝΙ ΚΑΙ ΧΑΙΡΗΜΟΝΙ.

DXXXIX. — ZOSIMO, MARONI, ET CHÆREMONI.

Peccatoribus vere pœnitentibus ignoscit Deus.

Εἰ καὶ μέγιστα καὶ συγγνώμης μείζονα ἐπλημμελήσατε, ἀλλά γε συγγνώμης ταῦτα ἀξιώσει ὁ Κριτὴς, εἴγε εἰλικρινεῖ μετανοίᾳ θεραπευθείη.

D Tametsi et gravia, et venia indigna commiseritis, judex tamen Deus ignoscet, si modo sincera accesserit pœnitentia.

ΦΜ'. — ΙΕΡΑΚΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ.

DXL. — HIERACI PRESBYTERO.

De meticulosis et infidis commilitonibus.

Οἱ πρὸ τῶν κινδύνων τῷ φόβῳ δεδουλωμένοι, καὶ μὴ ἐνεγκεῖν τὴν προσδοκίαν δυνηθέντες, πρὸ τῶν πραγμάτων τοῦ καιροῦ τὴν μεταβολὴν θεραπεύσαντες, πῶς οὐκ ἔμελλον αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς ἐμβεβηκότες ἄνανδροι ὀφθήσεσθαι; Οὐκοῦν εἰ παρόντες οὐδὲν ἂν ὤνησαν τοὺς συναγωνιστὰς, ἀπόντες τὰ μέγιστα ὠφέλησαν, καὶ τὴν λύπην τὴν ἐκ τῆς προδοσίας ἠμαύρωσαν.

Qui in periculis adversisque rebus metu capti, timori subserviunt, neque mali impendentis metum ferre possunt, ante tempus rerum commutationem exoptantes, hi si in gravia mala inciderint, quidni effeminati mollesque habeantur? Igitur si præsentes nullum auxilium tulerunt allaborantibus, absentes maxime profuerunt, et dolorem proditionis dissiparunt.

715 DXLI. — ATHANASIO PRESBYTERO. A

ΦΜΑ'. — ΑΘΑΝΑΣΙῼ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Philosophari quid.

Siquidem non videri philosophari, ut ais, optimam esse arbitraris philosophandi rationem, bene habet. Si vero principium ignaviæ, et commutationem institutæ vitæ imaginatus illud speciose jactasti, pessima es usus sententia. Recte enim vivere decet, non ad ostentationem et pompam. Si quis igitur ignaviæ convictus hoc idem dicere erubescens primum inde cœperit, ne philosophari videretur, postea desierit in eo, ut omnino non philosopharetur, meliorem is ostenderit eum, qui manifestare studuit, se philosophandi studium antea sectatum.

Εἰ μὲν τὸ μὴ δοκεῖν φιλοσοφεῖν, ὡς φῄς, φιλοσοφίαν ἀρίστην εἶναι νενόμικας, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ ἀρχὴν ῥᾳθυμίας, καὶ μεταβολὴν πολιτείας φαντασθεὶς, τοῦτο κατεκομψεύσω, κακίστῃ γνώμῃ ἐχρήσω. Χρὴ μὲν γὰρ ὀρθῶς, καὶ μὴ πρὸς ἐπίδειξιν βιοῦν. Εἰ δέ τις ἁλοὺς ῥᾳθυμίᾳ, αὐτὸ τοῦτο ἐρυθριῶν εἰπεῖν, ἀπὸ τοῦ μὴ δόξαι φιλοσοφεῖν ἀρξάμενος, εἰς τὸ μηδόλως φιλοσοφεῖν τελευτήσειεν, ἀμείνονα ἐπιδείξειε τὸν αὐτὸ τοῦτο σπουδάσαντα ἐπιδεῖξαι, ὅτι φιλοσοφεῖν προῄρηται.

DXLII. — DANIELI PRESBYTERO. B

ΦΜΒ'. — ΔΑΝΙΗΛ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡῼ.

Gratia non corrumpenda, sed referenda tempore alieno.

quem ut maledicum aut maleficum accusas, quod per eum cognovisti viam morbi tui, qua, et quantam tuam ad perniciem grassetur : quare dicta ejus et facta insuavia tibi, debes ab eo accipere tanquam medicinas salutares, missas ad te a Jesu. Quod si non solum non gratias agis : sed doles, sed vicissim conviciaris, [vicissim accusas, et nectis contra ipsum machinationes vindictam meditans, tacite dicis Christo Jesu, aut potius exerte ac diserte : Nolo curari a te : nolo sumere medicinas tuas : volo putrefieri in meis vulneribus : volo dæmonibus obedire. Nescio Dominum. Et quis ille est, ut obediam voci ejus[a]? Quid ergo de cætero faciet Dominus? Cum sit bonus Dominus noster et indulgens erga nostras iniquitates : dedit mandata sancta purgantia ipsas instar cauteriorum et pharmacorum. Qui ergo vult et desiderat curari, admittat oportet et sustineat quæcunque vel offeruntur, vel inferuntur ei a medico, sustineat, inquam, cum patientia doloris et cum silentio. Nam nec qui ægrotat corpore, jucundum experitur, secari, uri, et sorbere amaras potiones; tamen cohibet se, ac sibi persuadet tolerantiam talium acerbitatum, absque his sciens, haud se posse liberari a languore, quocirca totum se permittit medico; gnarus, per istam modicam molestiam expulsum iri a se conceptum visceribus quo male torquetur virus, et diuturnam qua sensim absumitur ægritudinem excutiendam. Chirurgus autem secans urensque Domini Jesu est, iste damni aut injuriæ illator.

B Δ'. Καὶ ἔλεγεν· Ἄπαρον τοὺς πειρασμοὺς καὶ λογισμοὺς, καὶ οὐδεὶς ἅγιος· ὁ φεύγων πειρασμὸν ἐπωφελῆ, φεύγει ζωὴν αἰώνιον· Εἶπε γάρ τις τῶν ἁγίων· Τίς προεξένησε τοῖς ἁγίοις μάρτυσι τοὺς στεφάνους ἐκείνους, εἰ μὴ οἱ ἀδικήσαντες αὐτούς; Τίς ἐδωρήσατο τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ τοιαύτην δόξαν ἣν ἐποίησεν, εἰ μὴ οἱ λιθάσαντες αὐτόν; Καὶ προέφερεν ἀεὶ τὴν χρῆσιν τοῦ ἁγίου, ὅτι Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ κατηγοροῦντας οὐκ αἰτιῶμαι, ἀλλὰ καὶ εὐεργέτας καλῶ καὶ ἔχω ἐμούς· καὶ οὐκ ἀπωθοῦμαι τὸν ἰατρὸν τῶν ψυχῶν φάρμακον ἀτιμίας προσάγοντα κενοδόξῳ ψυχῇ· καὶ δέδοικα μή ποτε καὶ περὶ τῆς ψυχῆς εἴπῃ· *Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη*· καὶ πάλιν· *Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὡς ὄρνις τὴν νοσσιὰν αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἠθελήσας; Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* C

IV. Dixit insuper : Tolle tentationes et cogitationes. Jam nemo est sanctus; qui fugit tentationem per se utilem, fugit vitam æternam. Dixit enim vere quispiam sanctorum : quis procuravit martyribus coronas quibus fulgent, nisi persecutores ipsorum? quis donavit sancto Stephano tam illustrem istam qua fruitur gloriam, nisi qui eum lapidarunt? Et proferebat semper sententiam sancti cujusdam aientis : Ego accusantes me non redarguo : sed et benefactores voco habeoque meos. Nec repello medicum animarum propinantem pharmacum ignominiæ ægræ meæ animæ morbo vanæ gloriæ laboranti : verens ne forte de illa dicatur : *Curavimus Babylonem et non est sanata*[b]; et rursus : *Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, et noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*[c].

Ε'. Καὶ ἔλεγεν· Ἐφοβεῖτο ὁ Εὐάγριος μὴ ἐγκληθῇ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ εἴπῃ αὐτῷ· Εὐάγριε, ἐνόσεις κενοδοξίαν, καὶ ἐπήγαγόν σοι φάρμακον ἀτιμίας, ἵνα δι' αὐτοῦ καθαρισθῇς. Σὺ δὲ οὐκ ἐθεραπεύθης· τοῦτο δὲ μάθωμεν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ἀληθεύων εἰ μὴ οἱ ψέγοντες ἡμᾶς. Ἔλεγε δέ· Ὁ Κύριος, ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, οἶδεν ὅτι ἐὰν πάντες ἄνθρωποι ἐπαινῶσι καὶ μακαρίζωσι τὰ ἐμὰ πάντα, ἄξια ψόγου καὶ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων εἰσίν· ἐὰν δὲ εἴπωσι· Τοῦτο καὶ ἐκεῖνο ἐποίησας· ἐγώ, Τί γὰρ τὸ ἐμὸν καλόν; οὐδεὶς γὰρ ψεύδεται εἰ μὴ οἱ ἐπαινοῦντές με καὶ μακαρίζοντές με· καὶ οὐδεὶς ἀληθεύει εἰ μὴ οἱ ψέγοντές με καὶ ἐξουθενοῦντες· καὶ οὐδὲ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν D λέγουσι· καὶ εἰ ἠξιώθησαν, οὐ λέγω τὸ πέλαγος τῶν ἐμῶν κακῶν· ἀλλά τι μέρος ἰδεῖν· ἀπεστράφησαν ἄν· καὶ ἀπὸ βορβόρου καὶ δυσωδίας καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος τῆς ἡμετέρας ψυχῆς· καὶ ἐὰν γένωνται τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων γλῶσσαι εἰς τὸ λοιδορεῖν ἡμᾶς, πέπεισμαι ὅτι οὐδεὶς δύναται ἀξίως εἰπεῖν τὴν

V. Et dixit : Timebat Evagrius ne exprobraret sibi Christus et diceret : Evagri, laborabas morbo vanæ gloriæ : et ego medicinam tibi applicui dedecus illatum, ut per illud curareris. Tu tamen sanatus non es; et pro certo teneamus, ex iis qui de nobis loquuntur, eos solos vera dicere, qui nos vituperant. Dominus qui scrutatur corda et renes, novit, mea omnia, quantumvis ore consono cunctorum hominum laudentur, et beatificentur, nihilo tamen minus turpia desputabilia et probro digna esse. Si autem adulantes mihi dicant : Hoc et illud bonum fecisti; ego respondeo : Quid enim in his meum est, cum Dei sint in solidum bona omnia? Nemo profecto de me mentitur, nisi qui me laudant, et beatum prædicant. Nemo de me vera dicit, nisi qui me probris onerant, et nihili homunculum aiunt esse. Quod si ipsis contingeret, non dico totum pelagus malorum meorum, sed vel partem horum aliquam videre, averterent utique se a fetore luti

[a] Exod. II, 22. [b] Jer. II, 9. [c] Luc. XIII, 34.

tam fœdi, pestilentem auram flatus nostrarum A animarum ferre non valentes. Quia vel si cuncta humanorum membra corporum nihil nisi linguæ essent ad nos increpandos et conviciis obruendos assidue clamosæ, persuasus sum, nec sic posse satis digne vilitatem nostram et ignominiam traduci. Nam quicunque nos vituperat, partem duntaxat carpit memorans aliquam nostrorum vitiorum : multum autem abest, ab omnibus noscendis. Si enim justus Job ait : *Plenus ignominia ego sum* [8] : et quod plenum est, nullam partem habet vacuam : nos quid dicemus, qui mare malorum sumus? In omni peccato humiliavit nos sibi subjiciens diabolus. Nostra interest grate accipere quoties ab hominibus ob quodvis peccatum humiliamur. Qui enim sic faciunt ulciscuntur diabolum : eum vicis- B sim in omni peccato, cujus pœnam libenter ita luimus, conterentes. Siquidem, ut aiunt sancti Patres, si deprimatur humilitas usque ad infernum, usque ad cœlum exaltabitur. Et si exaltetur superbia usque ad cœlum, usque ad infernum dejicietur.

ἡμῶν ἀτιμίαν· πᾶς γὰρ λοιδορῶν, μέρος λέγει· τὰ δὲ πάντα οὐ δύναται εἰδέναι· εἰ γὰρ ὁ δίκαιος Ἰὼβ εἶπεν, ὅτι *Πλήρης ἀτιμίας εἰμί*· τὸ δὲ πλήρης οὐδὲν ἐπιδέχεται· ἡμεῖς εἴπομεν, πέλαγος ὄντες κακῶν· Ἐν παντὶ ἁμαρτήματι ἐταπείνωσεν ἡμᾶς ὁ διάβολος, καὶ ὀφείλομεν εὐγνώμονες γενέσθαι τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν· οἱ γὰρ εὐγνώμονες γενόμενοι τῆς αὐτῶν ταπεινώσεως συντρίβουσι τὸν διάβολον. Καὶ καθὼς εἶπον οἱ ἅγιοι Πατέρες· ἐὰν κατενεχθῇ ἡ ταπείνωσις εἰς τὸν ᾅδην, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγεται· καὶ ἐὰν ὑψωθῇ ἡ ὑπερηφανία ἕως τοῦ οὐρανοῦ, κατάγεται εἰς τὸν ᾅδην· τίς πείθει ποτὲ τεταπεινωμένον πλέξαι λογισμοὺς κατά τινος, ἢ κἂν ἀνέξεσθαι μέμψασθαί τινα, ἢ βάλλειν ἐπάνω ἄλλου αἰτίαν; πᾶν γὰρ ὁτιοῦν πάθῃ ὁ ταπεινὸς ἢ ἀκούσει, ἀφορμὴν λαμβάνει εἰς τὸ καταμέμφεσθαι καὶ ὑβρίζειν ἑαυτόν· καὶ ἐμέμνητο τοῦ ἀββᾶ Μωϋσέως ὅτε ἐξέβαλλον αὐτὸν οἱ κληρικοὶ τοῦ ἱερατείου, εἰπόντες αὐτῷ· Ὕπαγε ἔξω, Αἰθίοψ. Καὶ ἤρξατο ἑαυτὸν ἐπιπλήττειν καὶ λέγειν· Σποδόδερμε μελανὲ, καλῶς σοι ἐποίησαν· μὴ ὢν ἄνθρωπος ἔρχῃ εἰς τὸ μέσον τῶν ἀνθρώπων· καὶ καλῶς σοι ἐποίησαν.

Quis unquam homini vere humili persuadeat versare animo cogitationes murmurationis aut machinationes vindictæ contra quemquam : aut quantumlibet a quovis patiatur, de vexatore conqueri, ac vicissim recriminari? quin e contrario, humilis, quoties illi probrum infertur, quoties audit sibi convicia cantari, occasionem inde sumit increpandi seipsum, et quasi gratulans adjuvari se, fortius insurgit incumbitque connitens ad suum iniquum fastum justa conculcatione obterendum. Addebat his Zosimas exemplum abbatis Moysis : quando eum e sacrario ejecerunt clerici, dicentes : Abi foras, Æthiops. Tunc enim illis accinens Moyses cepit increpare seipsum in hunc modum loquens : Cutis atræ, carbone nigrior homuncio, digna te pateris : quid enim attinuit, te infra hominem tua dejectum vilitate, tamen audere te ingerere in cœtum hominum cum homo non sis? bene utique fecere te illinc exturbantes.

Adjungebat opportunum huic loco monitum ab- C batis Ammonæ : Observa teipsum, recolens attente ad quid exieris, et quo tendas. Ut si quis in qualicunque tibi re obstiterit, aut gravis fuerit, sileas primum omnino, nec vocem prius ullam emittas, quam longa et attenta oratione cor mitigaveris, et tranquillitate composueris serena. Sic domum convenire fratrem tibi adversatum poteris, et eum prout opportunum judicaveris, admonere : sane enim qui cupit ex animo rectam inire veritatis viam in flagranti sensu injuriæ præsentis, et turbatione animi motuum inde nata, tunc cum maxime ante omnia objurgat seipsum increpatque vehementer, dicens : Quorsum? furis quare insanis, anima mea? cur instar rabiosarum animantium, usque ad spumas ore mittendas perturbaris? Hoc D ipso monstras ægrotare te. Nam nisi te mala febris ureret, haud sic accendereris. Quare, omittens vituperare, uti debueras, te ipsam, succenses fratri, eo quod is morbum tibi tuum ostenderit? Agedum sis, disce non perfunctorie, sed serio et vere mandata Christi ejus exemplis sancita : qui appetitus conviciis non vicissim conviciabatur; accusatus, tacebat; illusus, longanimiter ferebat; patiens non minabatur. Audis quæ dicit jubentem, et quæ jubet exemplo proprio monstrantem : *Dorsum meum dedi*

Καὶ ἐμέμνητο τοῦ ἀββᾶ Ἀμμονᾶ λέγοντος· Τήρει σεαυτὸν ἀκριβῶς δι' ὃ ἐξῆλθες καὶ ἐφ' ᾧ πάρει, ἵνα ἐάν τίς σε ἐν οἱῳδήποτε πράγματι θλίψῃ, σιωπᾷν, τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, ἕως οὗ τῇ ἀδιαλείπτῳ προσευχῇ πραϋνθῇ σου ἡ καρδία· καὶ οὕτω λοιπὸν παρακάλει τὸν ἀδελφόν· καὶ γὰρ ὁ ποθῶν τὴν ἀληθινὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐν τῷ ταράττεσθαι ἐπιπλήττει σεαυτὸν σφοδρῶς καὶ ἀεὶ ἐλέγχει σεαυτὸν καὶ λέγει· Τί μαίνῃ, ψυχή μου; τί ταράττῃ ὡς ἀφρίζοντες; Αὐτῷ τούτῳ δεικνύεις ὅτι νοσεῖς· εἰ μὴ ἐνόσεις, οὐκ ἂν ἔπασχες. Τί ἀφεὶς τὸ ἑαυτὴν μέμφεσθαι, ἐγκαλεῖς τῷ ἀδελφῷ ὅτι ἔδειξέ σοι τὴν νόσον σου; Καὶ πράγματι καὶ ἀληθείᾳ μάθε τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ· ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει, κατηγορούμενος ἐσιώπα, χλευαζόμενος, ἐμακροθύμει, πάσχων D οὐκ ἠπείλει. Ἀκούεις αὐτοῦ λέγοντος καὶ πράγματι δείξαντος· *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων*. Καὶ σὺ, ἀθλία ψυχὴ, ἐπὶ μικρὰν ὕβριν καὶ ἀτιμίαν, καταφρόνησιν, καὶ ἀποστροφὴν, ὀνειδισμὸν ἢ συκοφαντίαν κεῖσαι πλέκουσα μυρίους λογισμοὺς, ἐπιβουλεύουσα ἑαυτῇ ὡς οἱ δαίμονες. Τί πλέον δύναται ποιῆσαι δαίμων τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ, οἷον ποιεῖ αὐτὴ ἑαυτήν; Τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ βλέπεις· τὰ πάθη ἀναγινώσκομεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἃ ἔπαθε

[8] Job VI 2.

δι' ἡμᾶς· καὶ ἡμεῖς οὐδεμίαν ὕβριν φέρομεν. Ὄντως ἐξετράπημεν τῆς εὐθείας ὁδοῦ.

A *in flagella, et genas meas in alapas : faciem autem non averti a contumelia sputorum* [6]. Tu vero, anima misera, ob modicam injuriam, ignominiam, despectum, exprobratiunculam, et criminationem quam putas falsam, instas nectendis plicandisque cogitationibus innumeris : at machinans talia, insidiaris tibi ipsi, operam conjungens cum oppugnantibus te dæmonibus. Haud enim nocere unquam malus dæmon animæ tali posset, quantum ipsa nocet sibi. Vides crucem Christi ; mala, verbera, vulnera, opprobria quæ pro nobis passus est, quotidie legimus : et inducere nolumus in animum, quidquam nobis ingratum ferre patienter. Vere aberravimus a via recta.

Ἔλεγε δὲ ὅτι, Ἐὰν ζήσῃ τις ἔτη τοῦ Μαθουσάλα, καὶ μὴ ὁδεύσῃ ταύτην τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἣν ὥδευσαν πάντες οἱ ἅγιοι· λέγω δὴ τὴν τοῦ ἀτιμάζεσθαι καὶ φέρειν γενναίως· οὐ μὴ προβῇ, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα· οὐδὲ εὑρήσει τὸν ἐν ταῖς ἐντολαῖς κρυπτόμενον θησαυρόν· ἀλλὰ μόνον τὰ ἔτη αὐτοῦ ἀναλίσκει διηνεκῶς διακενῆς. Ἔστι γὰρ ὅτε καταφρονεῖ τις πολλῶν κεντηναρίων, καὶ ἔρχεται εἰς ῥαφίδιον· καὶ ἡ προσπάθεια αὐτοῦ ποιεῖ αὐτὸν ταράττεσθαι, καὶ ποιεῖ τὸ ῥαφίδιον ἐκεῖνο τόπον κεντηναρίου, καὶ γίνεταί τις τοῦ ῥαφιδίου δοῦλος, ἢ τοῦ κουκουλίου, ἢ τοῦ μανδυλίου, ἢ τοῦ βιβλίου· καὶ οὐκ ἔστι δοῦλος τοῦ Θεοῦ· καὶ καλῶς εἶπέ τις τῶν σοφῶν ὅτι ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι καὶ δεσπόται. Καὶ ὁ Κύριος· *Ὅπου ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται ἡ καρδία σου.* Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος· *Ὧ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.*

Dixit etiam Zosimas : si quis vixerit annos Mathusalæ, et non processerit per hanc rectam viam qua incesserunt omnes sancti : viam, inquam, ferendi fortiter contumelias et damna, non proficiet, ne parum quidem, nedum multum ; neque inveniet absconditum in mandatis thesaurum, sed tantum B suos annos consumet continue in vanum : est enim quando exorsus aliquis a generoso contemptu multorum centenariorum, progredietur inde ad amplectendam amore nimio aciculam : et is affectus perturbationis non modicæ causa fit ; et substituit illam aciculam in locum centenarii olim spreti. Et fit aliquis, non jam Dei servus, ut spoponderat : sed servus aciculæ, cucullæ, mantilis, libri : iis adhærens affectu vitioso. Nam bene dixit aliquis sapientum, tot animam subesse dominis quot fovet in se affectus vehementes. Et Dominus ait : *Ubi est thesaurus tuus, ibi erit cor tuum* [7]. Et rursus Apostolus : *A quo quis victus est, ei et servit* [8].

ϛʹ. Καὶ ἔλεγε πάλιν ὁ μακάριος· Ὡδεύομεν ἐγώ τε καὶ εἷς ἀδελφὸς μετὰ καὶ κοσμικῶν, τὴν ὁδὸν Νεαπόλεως, καὶ ἤλθομεν εἰς τόπον ὅπου τελώνειον ἦν· καὶ οἱ μὲν κοσμικοὶ εἰδότες τὴν συνήθειαν ἔδωκαν τὸ τέλος· ὁ δὲ ἀδελφὸς ὁ ὢν μετ' ἐμοῦ ἤρξατο ἀντιτείνειν καὶ λέγειν αὐτοῖς· Τολμᾶτε ἀπαιτεῖν μοναχούς; Ἐγὼ δὲ ἀκούσας εἶπον αὐτῷ· Τί ποιεῖς, ἀδελφέ; οὐδὲν ἄλλο λέγεις αὐτῷ ἢ, Θέλων καὶ μὴ θέλων τίμησόν με ἅγιον; μᾶλλον αὐτὸς ὤφειλεν, ἰδὼν τὴν καλοθελίαν σου καὶ ταπείνωσιν, αἰδεσθῆναι καὶ εἰπεῖν· Συγχώρησον. Οὐκοῦν ὡς μαθητὴς τοῦ πράου καὶ ταπεινοῦ δὸς, καὶ παρέλθωμεν μετ' εἰρήνης. Ἄλλοτε γενομένου μου εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν ἔρχεταί τις φιλοχρίστων καὶ λέγει μοι· Ἐπειδὴ μικρὰν ἀηδίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων ἐγώ τε καὶ ὁ ἀδελφός μου, μὴ θέλει διαλλαγῆναί μοι· ἀλλὰ παρακλήθητι καὶ λάλησον αὐτῷ. Ἐγὼ δὲ μετὰ χαρᾶς δεξάμενος τὸν λόγον, καὶ καλέσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐλάλησα αὐτῷ συντείνοντα εἰς ἀγάπην· καὶ ἔδοξε μὲν πείθεσθαι· ὕστερον δὲ λέγει μοι· Οὐ δύναμαι διαλλαγῆναι αὐτῷ· ὅτι ὤμοσα εἰς τὸν σταυρόν. Ἐγὼ δὲ ὑπομειδιάσας εἶπον αὐτῷ· Ὁ ὅρκος σου τοιαύτην δύναμιν ἔχει, ὅτι Μὰ τὸν τίμιον σταυρὸν οὐ μὴ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου· ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ ἐχθροῦ τοῦ διαβόλου ποιήσω. Καὶ γὰρ οὐ μόνον οὐκ ὤφειλε στῆσαι τὸ κακῶς ὁρισθὲν ὑφ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον μετανοεῖν καὶ θλίβεσθαι ἐφ' οἷς κακῶς ὁριζόμεθα ἑαυτοὺς, καθώς φησιν ὁ θεοφόρος Βασίλειος· « Καὶ γὰρ Ἡρώδης εἰ μετενόησε καὶ μὴ ἔστησε τὸν ὅρκον αὐτοῦ, οὐκ ἂν

VI. Dixit rursus idem beatus : Iter agebamus C ego et frater unus via Neapolitana, cum quibusdam sæcularibus, venimusque ad locum ubi erat telonium, et sæculares quidem scientes consuetudinem ultro solverunt censum. Frater autem requisitus a publicano, repugnavit dicens : Audens exigere a monachis ? Ego autem audiens ei dixi : Quid agis, frater ? Quod ais tantumdem est ac si diceres : Velis nolis, honora me ut sanctum. Decuerat istum forte, visa religione et humilitate tua, verecundia suffundi quadam, et veniam orare quod ex te poposcerit. Nunc quando id omisit, age, ut discipulus mitis et humilis Domini, da quod poscitur et in pace procedamus. Alias cum essem in sancta civitate, venit ad me bonus quispiam Christi amator, dicens : Quoniam ob parvam offensiunculam ego et talis frater meus invicem dissidemus, D egi ut reconciliaremur : sed ille recusavit ; præ seque fert, nolle de cætero redire mecum in gratiam : oro te, Pater, ut eum alloquens, adducas ad iram deponendam. Suscepi libens negotium, et vocato fratre illo, dixi quæ opportuna viderentur ad ei persuadendam pacem et charitatem : et videbatur acquiescere. Cæterum excepit : haud esse sibi licitum reconciliari fratri, quia per crucem jurasset, se nunquam in id consensurum. Ad hoc ego subridens dixi : Tuum juramentum talem vim habet ac si diceres : Per crucem juro, Christe, me nunquam observaturum mandata tua : sed volun-

[6] Isa. I, 6. [7] Matth. VI, 21. [8] II Petr. II, 19.

tatem hostis tui diaboli facturum. Enimvero jusjurandum ejusmodi adeo non debet videri stabilire quod male decrevimus; ut potius nos obliget ad serio concipiendam ejus pœnitentiam : diffingendumque atque in contrarium mutandum quidquid temere per illud statueramus. Sicut ait Spiritu Dei plenus Basilius : « Etenim, inquiens, Herodes, si juramenti temere dati, prout debebat pœnituisset : nec stare illi voluisset, non peccasset enorme illud peccatum, amputando caput præcursoris Christi. »

A εἰργάσατο τὸ μέγα τοῦτο ἁμάρτημα, τὸ ἀποκεφαλίσαι τὸν Χριστοῦ πρόδρομον. »

VII. Interrogatus idem aliquando est : Quomodo fiet ut aliquis spretus et conviciis proscissus a quibusdam, non irascatur? Respondit : Si habuerit ille seipsum pro nihilo, non turbabitur : prout dixit abbas Pœmen : « Si te ipsum pro nihilo habueris, habebis requiem. »

Ζ'. Ἠρωτήθη πάλιν, Πῶς ὀφείλει τις ἐξουδενωμένος ἢ κακολογούμενος παρά τινων, μὴ θυμοῦσθαι; ἀπεκρίνατο γοῦν· Ἐάν τις, εἶπεν, ἔχῃ ἑαυτὸν εὐτελῆ, μὴ ταράσσεται· καθὼς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· « Ἐὰν αὐτὸν εὐτελίσῃς, ἕξεις ἀνάπαυσιν. »

VIII. Dixit præterea : Fuit aliquando fratrum quispiam, ex iis qui mecum manebant, et acceperant a me sacrum habitum, multa a me tractatus indulgentia. Erat enim fluxæ valetudinis ac tener; et condescendebam ipsi ob imbecillitatem ejus. Quadam igitur is die mihi dixit : Abba mi, multum amo te. Aio ego illi : Nunquam adhuc quemquam reperi, qui me tantum amaret quantum ego amo ipsum. Ecce nunc mihi dicis : Amo te; et credo. Si autem tibi quid a me contigerit haud gratum, non manes qualis eras erga me. Me vero quidquid a te patiar haud poterit avertere a charitate tui. Non longum hinc tempus abiit, cum nescio quid accidit a me parum ipsi placens, et cepit murmurare contra me multa, usque ad fœda convicia. Nihil horum me latuit. Auditis tamen omnibus, mihi hæc tacitus subjeci : Chirurgus hic Christi Jesu est, missus ad me cum igne ac ferro ad meam curandam vanæ gloriæ studio ægrotantem animam. E talibus potest aliquis lucrari, si attentus ad sui profectum fuerit. Sicut vicissim idem ab iis qui ei adulantur et applaudunt, plerumque damno afficitur. Qui eum pungit, revera benefactor est. Et recordabar ejus ut medici ac benefactoris mei : dicebamque maledicta ejus in me referentibus : Novit hic manifesta mea mala, nec tamen omnia; sed partem tantum horum quamdam : occulta autem innumerabilia sunt. Longo post hoc tempore occurrit is mihi Cæsareæ; et accessit ex more amplexans et osculans me, egoque vicissim paria feci, tanquam nihil omnino modo dictorum præcessisset. Recordabatur ille tamen, et officiosa verba cumulans, quasi tacite retexere aut compensare olim blaterata nitebatur, inserens etiam occursu alio novos amplexus : me nihilominus in dissimulando cuncta transacta perseverante; nec quidquam agente aut dicente quod ullum suspicionis vestigium aut doloris reliquias signaret. Sciebat tamen ille innotuisse mihi quæcunque iræ obsequens dixerat; quare tandem procidit coram me, pedesque amplexus meos ait : Ignosce mihi, abba, per Dominum; multa et gravia dixi contra te. Ego ipsum osculatus aio illi : Recordatur charitas tua, Pater, dixisse te olim mihi : Multum amo te; meque tibi respondisse : Nondum inveni qui me tantum amaret quantum ego ipsum. Ecce nunc

Η'. Καὶ ἔλεγεν, ὅτι Ποτέ τις τῶν ἀδελφῶν τῶν B μεινάντων μετ' ἐμοῦ καὶ λαβόντων παρ' ἐμοῦ τὸ σχῆμα, πολλὰ συγκροτηθεὶς παρ' ἐμοῦ· καὶ γὰρ τῶν τρυφερῶν ἦν· συγκατέβαινον αὐτῷ διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ. Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ λέγει μοι· Ἀββᾶ μου, πολλὰ ἀγαπῶ σε. Καὶ λέγω αὐτῷ· Ἐγὼ ἀκμὴν οὐχ εὗρόν τινα ἀγαπῶντά με, ὡς ἀγαπῶ αὐτόν. Ἰδοὺ νῦν λέγεις, ὅτι Ἀγαπῶ σε· καὶ πείθομαι. Ἐὰν δὲ συμβῇ τι μὴ ἀρέσκον σοι, οὐ μένεις ὁ αὐτός· ἐγὼ δὲ, πᾶν ὁτιοῦν πάθω παρὰ σοῦ, οὐ δύναται ἀποστῆσαί με τῆς ἀγάπης σου. Μικρὸς χρόνος παρῆλθε, καὶ οὐκ οἶδα τί συνέβη αὐτῷ. Καὶ ἤρξατο λέγειν κατ' ἐμοῦ πολλὰ, ἕως καὶ αἰσχρῶν ῥημάτων· καὶ πάντων ἤκουον· καὶ ἔλεγον ἐν ἑαυτῷ οὕτως· Καυστὴρ ἐστι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπεστάλη ἰατρεῦσαι τὴν κενόδοξόν μου ψυχήν. Ἀπὸ C τῶν τοιούτων δύναταί τις κερδῆσαι ἐὰν νήψῃ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν μακαριζόντων ζημιοῦται. Οὗτος ἀληθῶς ὡς εὐεργέτης ἐστί. Καὶ ἐμεμνήμην αὐτοῦ ὡς ἰατροῦ καὶ εὐεργέτου· καὶ ἔλεγον τοῖς ἀναγγέλλουσί μοι· Τὰ φανερά μου κακὰ μόνον οἶδε, καὶ οὐδὲ ὅλα, ἀλλὰ μέρος τι· τὰ δὲ κεκρυμμένα ἀναρίθμητά εἰσιν. Μετὰ καιρὸν οὖν ἀπαντᾷ μοι εἰς Καισάρειαν· καὶ ἔρχεται κατὰ τὸ ἔθος καὶ περιπτύσσεται καὶ καταφιλεῖ με· κἀγὼ αὐτὸν, ὡς μηδενὸς γενομένου· καὶ ἐν τῷ λέγειν ταῦτα ὅτε συνήντει μοι περιεπτύσσετό μοι πολλά· ἐμοῦ δεικνύοντος αὐτῷ μηδεμίαν ὑποψίαν, μηδ' ὅλως λείψανον λύπης, καίπερ πάντα ἀκούων. Ὅμως προσπίπτει μοι καὶ κατέχων τοὺς πόδας μου λέγει μοι· Συγχώρησόν μοι ἀββᾶ μου, διὰ τὸν Κύριον, ὅτι πολλὰ καὶ δεινὰ ἐλάλησα κατὰ σοῦ. Ἐγὼ δὲ καταD φιλήσας αὐτὸν λέγω αὐτῷ μετὰ χαριεντισμοῦ· Μέμνηται ἡ θεοφιλία σου, Πάτερ, ὅτι εἶπές μοι· Πολλὰ ἀγαπῶ σε· καὶ εἶπόν σοι· Οὔπω εὗρόν τινα ἀγαπῶντά με ὡς ἀγαπῶ αὐτόν. Ἰδοὺ νῦν λέγεις, ὅτι Ἀγαπῶ σε· καὶ πείθομαι· ἐὰν δὲ συμβῇ τι μὴ ἀρέσκον σοι, οὐ μένεις ὁ αὐτός. Ἐγὼ δὲ, εἴ τι πάθω παρὰ σοῦ, οὐ δύναται ἀποστῆσαί με τῆς ἀγάπης σου. Πληροφορηθείη ἡ καρδία σου, ὅτι οὐδὲν ἔλαθέ με ὧν λελάληκας· ἀλλὰ καὶ ποῦ καὶ τίσι, πάντα ἤκουσα· καὶ οὐδέποτε εἶπον, ὅτι Οὐκ ἔστιν οὕτως· οὐδ' ἔπεισέ μοί τις εἰπεῖν κατὰ σοῦ· ἀλλ' ἔλεγον, ὅτι Ἅπερ λέγει, ἀληθῆ λέγει, καὶ ἀπὸ τῆς ἀγάπης· ἰδιοποιούμενός μοι, καὶ οὐ διέλιπον μεμνημένος σου ἐν ταῖς εὐχαῖς μου. Καὶ ἵνα δείξω σοι τεκμήριον ἀγάπης· ποτὲ ἐπόνησα τὸν ὀφθαλμὸν σφοδρῶς, καὶ μνησθεὶς σου ἐποίησα τὸν σταυρὸν, καὶ εἶπον· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ,

διὰ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ ἴασαί με· εὐθέως ἰάθην· καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸν ἀδελφόν.

A dicis : Amo* te, et credo; quod si quidpiam acciderit tibi displicens, non perseverabis. Ego autem quidquid a te patiar, non potero divelli ab amore tui. Plena cordi tuo facta fides est, nihil me latuisse eorum quæ contra me dixisti. Quin et distincte cognovi, quæ, ubi, quibus, effutiveris quæcunque in me blaterasti; nunquam tamen quidquam opposui, aut falsa esse quæ diceres affirmavi. Neque ullus mihi persuadere quantævis gravitatis auctor potuit, ut vel verbum adversum te bisserem. E contrario dixi omnibus de te : Quæ dicit vera sunt. Idque feci ex vera tui charitate ut tibi gratificarer, teque ut amicum meum mihique charissimum colere ut ceperam pergerem. Neque unquam cessavi recordari tui in meis orationibus, et ut indicem experimentum arcanum istius erga te perseverantis in me charitatis : cum aliquando vehementi dolore vexarer oculi, memor tui formavi crucis signum super partem laborantem, et dixi : Domine Jesu Christe, per preces ipsius sana me; et statim sanatus sum. Et hæc quidem illi fratri tunc dixi.

Θʹ. Ἐμέμνητο δὲ ὁ μακάριος τινὸς ἀπαγγείλαντος αὐτὸν ὅτι εἶχεν ἀββᾶν πάνυ πραότατον. Καὶ ἔλεγεν ὅτι διὰ τὴν μεγάλην αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ τὰ σημεῖα ἃ ποιεῖ, εἶχεν αὐτὸν ὅλη ἡ χώρα ὡς ἄγγελον Θεοῦ. Ποτὲ οὖν ἐνεργηθείς τις ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ ἐλθὼν ἐξύβρισεν αὐτὸν ἐσχάτως, πάντων ἱσταμένων, καὶ τοῦ γέροντος στήκοντος, καὶ προσέχοντος εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λέγοντος· Χάρις Θεοῦ εἰς τὸ στόμα σου, ἀδελφέ. Ἐκείνου δὲ μαινομένου καὶ λέγοντος· Ναὶ, φαῦλε φαγοπόλιε, ταῦτα λέγεις ἵνα δόξῃς πρᾶος φαίνεσθαι· λέγει ὁ γέρων· Ὄντως ὃ λέγεις, ἀδελφέ μου, ἀληθῆ λέγεις. Μετὰ ταῦτά τις ἠρώτησεν αὐτὸν λέγων· Ἄρτι οὐκ ἐταράχθης, καλόγερε; Καὶ λέγει· Οὔχ, ἀλλ' οὕτως ᾐσθόμην τὴν ψυχήν μου, ὡς ὑπὸ Θεοῦ σκεπομένην. Καὶ ἔλεγεν ὁ μακάριος· Ἀληθῶς ὀφείλει τις εὐχαριστεῖν τοῖς τοιούτοις.

IX. Memorabat idem beatus quemdam sibi retulisse, habuisse se abbatem supra modum mitem et B mansuetissimum. Addebatque : propter eximiam ejus virtutem et signa quæ faciebat, habitum a cunctis per totam illam regionem ut angelum Dei. Aliquando igitur instinctus quispiam a malo dæmone adiens eum fœdissimis maledictis et conviciis proscidit, multis astantibus, sene ipso stante et fixos in ore maledici oculos tenente, diceuteque : Gratia Dei beet os tuum frater. Illo autem tanto magis furere pergente, ac dicente : Profecto nequam et vorax senicule, hoc dicis ut videaris mitis. Respondit senex : Ita est ut ais, frater. Post hæc interrogavit quispiam ipsum : Non es turbatus hæc audiens, bone senex? et respondit : Non, sed sentiebam cum gustu intimo animam meam quasi Deo ipsam fovente protectam. Et dixit beatus : Vere C debet quis gratias agere pro talibus.

Ιʹ. Ἔλεγε πάλιν ὁ μακάριος, ὅτι Ὄντος μου ἐν μοναστηρίῳ ἐν Τύρῳ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν με, παρέβαλεν ἡμῖν τις γέρων ἐνάρετος· καὶ ἀναγινωσκόντων ἡμῶν εἰς τὰ ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων γερόντων· ἠγάπα δὲ ὁ μακάριος πάντοτε διέρχεσθαι αὐτὰ, καὶ σχεδὸν ἔπνεεν· ὅθεν καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκαρπώσατο πᾶσαν ἀρετήν. Ὅτε ἤλθομεν εἰς τὸν γέροντα ἐκεῖνον πρὸς ὃν ἀπῆλθον οἱ λησταὶ, καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι Πάντα τὰ ἐν τῇ κέλλῃ σου λαβεῖν θέλομεν· καὶ αὐτοῦ εἰπόντος· Ὅσα ἂν δοκῇ ὑμῖν, τέκνα, λάβετε· ἔλαβον δὲ πάντα καὶ ἀπῆλθον· καὶ κατέλιπον ἓν σκαλίδιον. Ὁ οὖν γέρων λαβὼν αὐτὸ ὑπεδίωξεν ὀπίσω αὐτῶν βοῶν καὶ λέγων· Τέκνα, λάβετε ὃ ἐπελάθεσθε. Οἱ δὲ θαυμάσαντες ἐπὶ ἀνεξικακίᾳ τοῦ γέροντος, ἀποκατέστησαν πάντα ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ· καὶ μετανοήσαντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν. Ὡς ἀνέγνωμεν τοῦτο, λέγει ὁ γέρων· Οἶδας, ἀββᾶ μου· τοῦτο τὸ ἀπόφθεγμα πάνυ με ὠφέλησε. Λέγω αὐτῷ· Πῶς, Πάτερ; Καὶ λέγει μοι. Ποτὲ ὄντος μου ἐν τοῖς τόποις κατὰ τὸν Ἰορδάνην, ἀνέγνων τοῦτο, καὶ ἐθαύμαζον τὸν γέροντα· καὶ ἔλεγον· Κύριε, ἀξίωσόν με κατ' ἴχνος τούτων ἀκολουθεῖν, ὁ καταξιώσας με εἰς σχῆμα αὐτῶν ἐλθεῖν. Ὡς οὖν εἶχον τὸν πόθον τοῦτον, μετὰ δύο ἡμέρας λησταὶ παρεγένοντο· καὶ ἐπεὶ ἔκρουσαν τὴν θύραν, καὶ ἔγνων ὅτι λησταί εἰσιν, εἶπον ἐμαυτῷ· Χάρις τῷ Θεῷ, ἰδοὺ καιρὸς ἐνδείξασθαι τὸν καρπὸν τοῦ πόθου. Ἀνοίξας ἐδεξάμην αὐτοὺς μετὰ ἱλαρότητος· καὶ ἅψας λύχνον ἠρξάμην δεικνύειν αὐτοῖς τὰ πράγματα, λέ-

X. Dixit rursus beatus : Cum essem in monasterio quod est apud Tyrum, antequam exirem, supervenit nobis senex multæ virtutis forte legentibus Sententias Patrum, qua ille beatus lectione plurimum delectabatur, identidem illas percurrens; adeoque fere nihil nisi doctrinam ex iis haustam spirans : unde uberrimum fructum tulerat, plenæ notitiæ perfectique exercitii virtutum omnium. Quando autem in illo codice pervenimus legendo ad locum ubi memoratur senex ille ad quem latrones venerunt et dixerunt ipsi : Omnia quæ in cella tua sunt volumus auferre. Quo prompte respondente : Agite, per me licet, quod vultis, filii; illi strenue corrasis universis abierunt. Latuit autem ipsos D unum instrumentum rusticum sarculus, quo senex in manus, postquam advertit, sumpto, cucurrit post latrones clamans et dicens : Etiam hoc quod vos latuit, tollite. Illi autem admirati patientiam senis, redeuntes reposuerunt in cellula quæcunque abstulerant; et tacti pœnitentia invicem dicebant : Vere hic homo Dei est. Hoc cum legissemus, ait senex ille : Scito, mi abba, hoc mihi boni Patris dictum et factum insigniter profuisse. Quomodo, inquam, Pater? Et ille subjecit : Cum essem aliquando in locis ad Jordanem recens a lectione hujus exempli, et plenus admiratione virtutis senis, dixi, Deum orans : Dignare me, Domine, imitatione talium Patrum, quorum mihi concessisti institutum profiteri ac vestem induere. Post duos dies quam

in eo desiderio fueram, venerunt ad me latrones. Quos pulsantes januam, cum qui essent cognovissem, dixi mihi ipsi : Deo gratias : en tempus monstrandi fructum desiderii. Aperto igitur ostio excepi eos hilari vultu, et accensa candela cepi monstrare ipsis res omnes meas, dicens : Ne dubitetis : confido in Domino, me nihil vobis absconsurum. Dicunt illi mihi : Habesne aurum? Ita, inquam, habeo nummos tres. Et aperui coram eis capsulam in qua erant nummi. Iis illi acceptis in pace abierunt. Ea cum senex dixisset, subjeci ego arridens : Redieruntne pœnitentes latrones ut in priori senis quem imitabaris casu? Celeriter reposuit : Ne siverit hoc Deus : nec enim volui redire ipsos. Et addidit Zosimas : En desiderium senis hujus et præparatio animi quantum illi profuit, efficiens non solum ne tristaretur in tam gravi casu, sed lætaretur etiam, ingenti se lucro auctum existimans per jacturam talem.

A γων αὐτοῖς· Μὴ θορυβεῖσθε· πιστεύω ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐ μὴ κρύψω ἀφ' ὑμῶν τι. Καὶ λέγουσί μοι· Ἔχεις χρυσίον; Λέγω αὐτοῖς· Ναί, ἔχω τρία νομίσματα. Καὶ ἤνοιξα σκεῦος ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ λαβόντες αὐτὰ ἀπῆλθον μετ' εἰρήνης. Ἐγὼ δὲ χαριεντισάμενος, εἶπον πρὸς αὐτόν· Ὑπέστρεψαν, ὡς καὶ οἱ ἐπὶ τῷ γέροντι; λέγει μοι εὐθέως· Οὐ μὴ ποιήσῃ ὁ Θεός· οὐ γὰρ τοῦτο ἤθελον ἵνα ὑποστρέψωσι· καὶ ἔλεγεν· Ἰδοὺ ὁ πόθος τοῦ γέροντος ἡ ἑτοιμασία αὐτοῦ τί αὐτῷ παρέσχεν· ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐλυπήθη, ἀλλὰ καὶ ἐχάρη, ὡς τοιούτου ἀγαθοῦ καταξιωθείς.

XI. Narravit mihi beatus Sergius in hunc modum : Aliquando iter agentibus nobis, contigit a via aberrare ita ut temere vagantes ignari deveniremus in agrum consitum, et sata quædam conculcaremus, quo animadverso cepit agricola cuja res erat, vehementibus nos maledictis ira fervens incessere : Vos, inquiens, monachi, si Deum timeretis, et eum haberetis ante oculos, non hæc utique faceretis. Audiens talia, statim ait nobis sanctus : Per Dominum nemo loquatur. Ipse porro respondit rustico cum mansuetudine : Vere dicis, fili. Si enim Dei timor esset in nobis, haud ageremus quæ tibi jure displicent. Nihilo ille secius rursus cum stomacho contumelias ingessit, iterumque mitis senex : Vera, inquit, loqueris; si monachi essemus, talibus abstineremus. Tamen, oro, per Dominum, ignosce nobis quod imprudentes peccavimus. Ea tandem modestia delinitus agricola, projecit se ad pedes ejus dicens : Parce mihi temere locuto, abba, per Dominum, meque tuis volentem aggrega. Addebatque beatus Sergius : Revera hic homo nos secutus sacrum habitum sumpsit. Unde subjungebat hæc referens Zosimas : En mansuetudo et probitas sancti viri quantum, Deo juvante, potuerit, convertens, et in salutis viam inducens animam ad Dei imaginem creatam, quam præfert Deus innumeris mundis, cum cunctis divitiis ipsorum.

B ΙΑ'. Διηγήσατό μοι μακάριος Σέργιος οὕτως, ὅτι Ποτὲ ὁδευόντων ἡμῶν μετά τινος ἁγίου γέροντος, ἐπλανήθημεν τῆς ὁδοῦ· καὶ μηδὲ γινωσκόντων ἡμῶν ποῦ πορευόμεθα, ηὑρέθημεν εἰς τὰ σπόριμα· καὶ κατεπατήσαμεν ὀλίγα τῶν σπορίμων. Αἰσθόμενος δὲ ὁ γεωργὸς, ἤρξατο ὑβρίζειν πολλὰ μετ' ὀργῆς· Ὑμεῖς, μοναχοὶ, εἰ ἐφοβεῖτε τὸν Θεὸν, καὶ εἴχετε αὐτὸν πρὸ ὀφθαλμῶν, οὐκ ἂν ἐποιεῖτε τοῦτο. Εὐθέως οὖν λέγει ἡμῖν ὁ ἅγιος· Διὰ τὸν Κύριον μηδεὶς λαλήσῃ. Καὶ ἔλεγεν αὐτῷ μετὰ πραότητος· Καλῶς λέγεις, τέκνον· εἰ γὰρ εἴχομεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν ἐποιοῦμεν ταῦτα. Πάλιν ἐκεῖνος ὕβριζε μετὰ θυμοῦ· καὶ πάλιν ὁ γέρων ἔλεγεν· Ἐν ἀληθείᾳ λέγεις· εἰ ἤμεθα μοναχοὶ, τοῦτο οὐκ ἐποιοῦμεν· ἀλλὰ διὰ τὸν Κύριον, συγχώρησον ἡμῖν ὅτι ἡμάρτομεν. Ἐκπλαγεὶς δ' C ἐκεῖνος· καὶ ἐλθὼν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγων· Συχώρησόν μοι, ἀββᾶ, διὰ τὸν Κύριον, καὶ λάβε μεθ' ὑμῶν. Καὶ ἔλεγεν ὁ μακάριος Σέργιος, ὅτι Ἐν ἀληθείᾳ μεθ' ἡμῶν ἠκολούθησε, καὶ ἐλθὼν ἔλαβε τὸ σχῆμα. Καὶ ἔλεγεν ὁ μακάριος· Ἰδοὺ ἡ πραότης καὶ τὸ ἀληθὲς τοῦ ἁγίου τί ἠδυνήθη μετὰ Θεὸν ποιῆσαι· καὶ σῶσαι ψυχὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ ποιηθεῖσαν, ἣν θέλει ὁ Θεὸς μᾶλλον ἢ μυρίους κόσμους μετὰ τῶν χρημάτων αὐτῶν.

XII. Dixit præterea : Commisi aliquando libellos describendos cuidam amanuensi in primis perito calligraphicæ artis. Et ille absoluta descriptione, misit ad me qui nuntiaret, perfectum jam opus esse : mitterem, si videretur, qui scripta tolleret. Iis frater quidam auditis, adiit injussus calligraphum, nomine, ut falso aiebat, mandatoque meo, numeratoque, quod convenerat, manus pretio, libellos abstulit. Ego ignarus ejus rei, misi fratrem nostrum, dato illi epistolio, cum mercede pacta ut scripta acciperet ferretque ad me. Intelligens ex hoc calligraphus illusum sibi fuisse a priori monacho, iratus dixit : Ibo profecto et infamabo ipsum ob duo nefaria quæ admisit : primum irridens me; deinde quæ ad illum non pertinebant auferens. At ego audito quid pararet, misi qui a me ipsi diceret : Scis, frater mi, nos eo fine comparare ac tenere libellos, ut ex iis discamus exercere charitatem,

ΙΒ'. Καὶ ἔλεγεν, ὅτι Ποτὲ ὑπέταξα βιβλία τινὰ καλλιγράφῳ εὐφυεῖ· καὶ μετὰ τὸ τελέσαι τὰ γράψιμα, πέμπει καὶ λέγει μοι· Ἰδοὺ ἐτέλεσα· ὅτε δοκεῖ D σοι πέμψον καὶ λάβε αὐτά. Ἀδελφὸς δέ τις ἀκούσας ταῦτα, ἀπελθὼν ἐξ ὀνόματός μου πρὸς τὸν καλλιγράφον, καὶ δοὺς τὸ συμφωνηθὲν ἔλαβεν αὐτά. Ἐγὼ δὲ μὴ γνοὺς τοῦτο ἔπεμψα ἀδελφὸν ἡμέτερον μετὰ γραμμάτων σὺν τῷ κόπῳ, ὥστε λαβεῖν αὐτά. Ὡς οὖν ἔγνω ὁ καλλιγράφος ὅτι ἐνεπαίχθη ἀπὸ τοῦ λαβόντος αὐτά, ταραχθεὶς εἶπεν· Ὄντως ἀπέρχομαι καὶ ἀηδίσω αὐτὸν κατὰ δύο τρόπους, ὅτι ἐχλεύασέ με, καὶ ὅτι ἔλαβε τὰ μὴ ὄντα αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας τοῦτο, πέμψας εἶπον αὐτῷ· Οἶδας, ἀδελφέ μου, ὅτι διὰ τοῦτο κτώμεθα βιβλία, ἵνα μάθωμεν ἐξ αὐτῶν ἀγάπην, ταπείνωσιν, πραότητα, εἰρήνην· εἰ δὲ ἡ ἀρχὴ τῆς κτήσεως τῶν βιβλίων μάχη ἐστὶν, οὐ θέλω κτήσασθαι βιβλίον· καὶ μόνον μὴ μαχήσομαι· δοῦλον γὰρ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι. Ἰδοὺ οὖν καταφρονήσας

τοῦ βιβλίου, ἐποίησα μὴ παντελῶς ὀχληθῆναι τὸν ἀδελφόν.

A humilitatem, mansuetudinem, pacem. Si autem initium possessionis libellorum rixa est: jam eos nolo habere: quo sic vitem rixandi necessitatem. Servum quippe Domini rixari non convenit. Contempta igitur, et insuper habita libri jactura, effeci ne molestiæ quidquam facesseretur illi fratri.

ΙΓ'. Καὶ ἔλεγεν ὁ αὐτὸς, ὅτι Ἀκηκοὼς παρά τινος ἀγαπητοῦ μοι μοναχοῦ, ὅτι ἔσχε τινὰ διάκονον ἀγαπητὸν τῆς λαύρας τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου· καὶ οὐκ οἶδα πόθεν ἔσχεν εἰς ἐμὲ ὑπόνοιαν περὶ πράγματος φέροντος αὐτῷ λύπην, καὶ ἤρξατο στυγνάζειν μοι. Ἰδὼν αὐτὸν ἐγὼ στυγνὸν, ἠρώτησα μαθεῖν τὴν αἰτίαν· καὶ λέγει μοι, ὅτι Τόδε τὸ πρᾶγμα ἐποίησας· ἐγὼ δὲ μὴ συνειδὼς ἐμαυτὸν τοιοῦτον πρᾶγμα ποιῆσαι, ἠρξάμην πληροφορεῖν αὐτόν. Καὶ λέγει μοι· Συγχώρησόν μοι· οὐ πληροφοροῦμαι. Ἀναχωρήσας οὖν ἐγὼ εἰς τὸ κελλίον μου, ἠρξάμην ἐρευνᾷν τὴν καρδίαν μου, εἰ τοιοῦτον πέπραχα πρᾶγμα· καὶ οὐχ εὕρισκον. Βλέπω οὖν αὐτὸν κατέχοντα ποτήριον καὶ διδόντα· καὶ ὤμνυον αὐτῷ ἐν αὐτῷ ὅτι οὐ σύνοιδα ἐμαυτὸν τοιοῦτο ποιῆσαι. Οὐκ ἐπείσθη. Ἐλθὼν οὖν πάλιν εἰς ἐμαυτὸν, καὶ μνησθεὶς τῶν λόγων τούτων τῶν ἁγίων, καὶ πιστεύσας αὐτοῖς, στρέφω μικρὸν τὸν λογισμόν μου, καὶ λέγω ἐμαυτῷ· Ὁ διάκονος γνησίως ἀγαπᾷ με· καὶ ἐξ ἀγάπης κινούμενος ἐθάῤῥησέ μοι ὃ εἶχεν ἡ καρδία αὐτοῦ περὶ ἐμοῦ, ἵνα νήψω καὶ τοῦ λοιποῦ φυλάξω, καὶ μὴ ποιήσω αὐτό· πλὴν ψυχὴ ἀθλία, ἐπειδὴ λέγεις, ὅτι Οὐκ ἐποίησα τὸ πρᾶγμα τοῦτο· μυρία κακὰ πέπρακταί σοι, καὶ ἐπελάθου αὐτῶν· ποῦ εἰσιν ἃ ἐποίησας χθὲς ἢ πρὸ δέκα ἡμερῶν; μέμνησαι αὐτῶν; Οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἐποίησας, ὡς ἐκεῖνα, καὶ ἔλαθες ὡς καὶ τὰ πρῶτα· καὶ ἠρξάμην εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ διακόνῳ, ὅτι δι' αὐτοῦ ἠξίωσέ με Θεὸς ἐπιγνῶναι τὸ σφάλμα μου καὶ μετανοῆσαι περὶ αὐτοῦ. Ἀναστὰς οὖν ἐν τοιούτοις λογισμοῖς, ἦλθον μετανοῆσαι τῷ διακόνῳ, καὶ εὐχαριστῆσαι αὐτῷ· καὶ ἔκρουσα εἰς τὴν θύραν· καὶ ἀνοίξας βάλλει μοι μετάνοιαν πρῶτος λέγων· Συγχώρησόν μοι ὅτι ὑπὸ δαιμόνων ἐχλευάσθην ὑπονοήσας περὶ σοῦ εἰς τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο· ἐν ἀληθείᾳ γὰρ ἐπληροφόρησέ μοι ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ ἔχεις πρᾶγμα· καὶ οὐδὲ ἀφῆκέ με πληροφορῆσαι αὐτὸν, λέγων· Οὐκ ἔστι χρεία. Καὶ ἔλεγεν ὁ μακάριος· Ἰδοὺ ἡ γνησία ταπείνωσις πῶς διέθηκε τὴν καρδίαν τοῦ ποθοῦντος αὐτήν. Σὺν τούτῳ δὲ ἐμέμνητο καὶ τοῦ γέροντος τοῦ κλεπτομένου ὑπὸ τοῦ γειτνιῶντος αὐτὸν, ὅτι εἰδὼς οὐκ ἤλεγξεν αὐτόν ποτε· ἀλλὰ καὶ περισσότερον εἰργάζετο, καί φησι· Τάχα χρείαν ἔχει ὁ ἀδελφός· Ἐθαύμαζε τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων καὶ διηγήσατο λέγων, ὅτι Ποτὲ γενόμενος ἐν τῇ πεδιάδι διηγήσατό μοί τις τῶν ἡγουμένων, ὅτι Ἔμενεν ἐγγὺς τοῦ κοινοβίου ἡμῶν γέρων τις· ἦν δὲ ἀγαθωτάτης ψυχῆς· ἐγειτνίαζε δὲ ἀδελφός· καὶ ἀπόντος τοῦ γέροντος ἐγερθεὶς ὁ ἀδελφὸς ἤνοιξε τὴν κέλλαν αὐτοῦ, καὶ εἰσελθὼν ἔλαβε τὰ σκεύη αὐτοῦ καὶ τὰ βιβλία. Ὡς οὖν ἦλθεν ὁ γέρων ἀνοίξας τὸ κελλίον, καὶ μὴ εὑρὼν τὰ σκεύη αὐτοῦ, ἦλθε πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀναγγεῖλαι αὐτῷ· εὗρεν ἀκμὴν οὖν τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῷ μέσῳ· οὔπω γὰρ ἦν ὁ ἀδελφὸς συστείλας αὐτά· καὶ μὴ θέλων ὁ γέρων καταισχῦναι αὐτὸν μηδὲ ἐλέγξαι, προσεποιήσατο ὅτι ἔνυξεν ἑαυτὸν ἡ γαστήρ· καὶ

XIII. Referebat et hoc idem Zosimas: Audivi e quodam mihi dilecto monacho, cum diceret: Fuit mihi usus familiaris amicitiæ cum diacono quopiam lauræ abbatis Gerasimi: cui oborta, nescio unde, suspicio contra me est, quasi quiddam egissem ipsi molestum: unde cœpit contrahere in mei occursu frontem, vultum exhibens minaci tristitia turbidum. Id animadvertens ultro interrogavi hominem, cur me ita torve intueretur? Fassus statim causam est, aiens quidpiam a me contra se factum, cujus nulla mihi sane memoria vel conscientia restaret. B Itaque multis verbis incubui ad meam illi a tali quidem culpa innocentiam persuadendam. Sed surdo cecini; nam sua se involvens tristitia: Ignosce, reposuit, fidem non facis. Regressus hinc in meam cellulam dedi me ad introspiciendum penitus cor meum, et nullo ibi vestigio talis a me consciti reperto facinoris, factus securior, cum istum diaconum viderem tenentem calicem quem ministrabat, juravi per illum haud esse mihi me conscium ejus quod objectabat facti. Ne tum quidem acquievit, motus ergo revertor ad me ipsum, memor præcepti jubentis reconciliari fratri habenti aliquid adversum nos: aliam inivi rei ejus tentandæ rationem, partes offensi contra meipsum sumens, sicque mecum reputans: C Diaconus iste amat me, et motus charitate fiduciam sumpsit effundendi cor suum accusando quod a me perperam actum queritur. Si sapiam, cavebo ne ulteriori perseverantia negandi offensi pertinaciam irritem. Vitabo id quantum in me erit; et, si possum, in ejus sententiam transibo. Quid enimvero tantum niteris testimonio conscientiæ anima mea misera, quod lapsus forte potius est memoriæ? Innumera perpetrasti mala quorum es funditus oblita. Fortasse istud quoque feceris, sed te ejus recordatio fugerit. Ac quiescens huic sensui cepi et Deo et ministro gratias agere, quoniam nutu illius, hujus opera, velut supplementum adhibebatur oblitæ conscientiæ ad culpam ignotam salutari eluendam pœnitentia. Plenus eo sensu accessi D ad cellam famuli; at pulsato ostio, cum ille aperuisset, prior prostravit se coram me pœnitentiam postulans, et dicens: Ignosce mihi, quoniam a dæmonibus illusus sum male suspicans de te. Plane siquidem, illuminatus jam a Deo, perspectam habeo innocentiam circa hoc tuam. Sic ille me volentem excusare, prout paratus veneram renuit audire, aiens opus non esse. Super his pronuntians beatus Zosimas dixit: En quousque perpulit vera humilitas cor desiderantis ipsam. Cum hoc mentionem conjunxit senis compilati a vicino, ipso sciente, et non modo non querente aut accusante, sed et impense favente ac benefaciente suo sibi notissimo expilatori; eo quod ipsum excusans apud se persuasisset sibi, citra culpam id ab eo factum

ultima scilicet ad id adigente necessariorum ad vitam egestate. In quo admirans Zosimas exempla quæ sancti dedissent visceralis in quoscunque misericordiæ, narrans referebat in hunc modum : Cum essem in campestribus narravit mihi quidam e præpositis, habitasse prope cœnobium ipsius senem quemdam benignissimæ animæ : cui vicinus degebat alius frater. Hic instinctus a malo spiritu, captato tempore, cum aberat a cella senex, ipsam ingressus cuncta ejus vasa et libros exportavit. Reversus bonus senex, et admirans eam exinanitam, cucurrit ad vicinum, rem illi pro amicitia communicaturus. At ecce ingrediens videt in medio res suas, nondum enim illas fur potuerat in apothecas recondere; atque adeo in hoc ipso laborabat. Veritus clemens senex cum pudore afficere, finxit egregie dissimulans pungi desiderio levandi ventris, et locum ei rei sepositum ingressus, tandiu illic hæsit quoad sensit furtum omne jam a fratre fuisse in latebras conditum. Tunc reversus senex de alio negotio solita familiaritate cum vicino egit. Non multi inde dies effluxerant cum ab aliis aliisque clare agnita in vicini cella senis vasa moverunt quosdam indignatione justissima ad scelus indicandum judici; qui furem manifestum comprehendi ac claudi carcere curavit, sene prorsus inscio. Famæ autem indicio vulgaris audiens attineri custodia fratrem, ob causam ignotam sibi, venit ad narrantem hæc ipsa cœnobii præfectum quicum provicinia usum multum habebat crebræ ventitationis, et dixit : Fac charitatem, Pater; commoda mihi ova pauca et cathara. Respondi ego (dicebat cœnobiarcha narrare pergens) : Habes nempe quemdam hodie apud te? Sic est, ait, et quæ poscebat auferens abiit ad carcerem recta consolaturus fratrem eo detentum. Ingresso illuc eo, procidit fur ad ejus pedes, aiens ipsi, Propter te hic sum, abba, ob furtum a me factum rerum tuarum. Verum ut eas possis recuperare, en liber tuus apud illum est, vestis apud alium, quos nominabat. Hæc loquentem interpellavit senex, dicens : Persuasissimum habeto, fili, me haud ea causa huc ingressum : nec prorsus scivisse, te ob res meas compilatas hic teneri. Veni autem ut consolarer te in afflictione tua. Qnare hoc tibi a me habe munusculum, ova et cathara; de cætero omnem movebo lapidem quo te hinc extraham. His dictis, adiit primates illius regionis, apud quos multa valebat gratia, merito ipsius cunctis notissimæ virtutis. Itaque ab his facile obtinuit, ut missis propere ministris fratrem vinculis solutum e custodia emitterent.

A ἀπελθὼν ἔμεινεν εἰς τὰ ἀναγκαῖα ἱκανὴν ὥραν, ἕως οὗ συστείλῃ ὁ ἀδελφὸς ἐκ τοῦ μέσου τὰ σκεύη· καὶ ἐλθὼν ὁ γέρων ἤρξατο λαλεῖν αὐτῷ περὶ ἄλλου πράγματος· περὶ δὲ τῶν σκευῶν οὐκ ἤλεγξεν. Μεθ' ἡμέρας δὲ ἐγνωρίσθησαν τὰ σκεύη τοῦ γέροντος, καὶ λαβόντες τινὲς αὐτὸν ἔβαλον εἰς τὴν φυλακὴν, τοῦ γέροντος μὴ μαθόντος. Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ὅτι ἐς φυλακήν ἐστιν, οὐκ ᾔδει τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἦν εἰς τὴν φυλακήν· ἀλλ' ἐλθὼν φησὶν ὁ ἡγούμενος. Πρός με (ἐπυκνάζετο γὰρ πρὸς ἡμᾶς), λέγει μοι· Ποίησον ἀγάπην· δός μοι ὀλίγα ὠὰ καὶ ὀλίγα καθαρά. Καὶ λέγω αὐτῷ· Πάντως ἔχεις τινὰ σήμερον; Λέγει μοι· Ναί· ἦν δὲ λαβὼν αὐτὰ ὁ γέρων ἵνα ἐλθὼν εἰς τὴν φυλακὴν, ποιήσῃ παράκλησιν τῷ ἀδελφῷ. Ὡς οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὴν φυλακὴν, πίπτει ὁ ἀδελφὸς εἰς τοὺς B πόδας αὐτοῦ καὶ λέγει αὐτῷ· Διά σέ εἰμι ὧδε, ἀββᾶ· ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ κλέψας τὰ σκεύη σου· ἀλλ' ἰδοὺ τὸ βιβλίον σου παρὰ τῷδέ ἐστι, καὶ τὸ ἱμάτιόν σου παρὰ τῷδε. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων. Πληροφορηθείη ἡ καρδία σου, τέκνον, οὐ διὰ τοῦτο εἰσῆλθον, οὐδ' ὅλως ἔμαθον ὅτι δι' ἐμὲ ὧδε· ἀλλ' ἀκούσας ὅτι ὧδε εἶ, καὶ λυπηθεὶς, εἰσῆλθον ποιῆσαί σοι παράκλησιν· καὶ ἰδοὺ ὧδε τὰ ὠὰ καὶ τὰ καθαρά· νῦν οὖν πάντα ποιήσω ἕως οὗ ἐκβάλω σε ἐκ τῆς φυλακῆς. Καὶ ἀπελθὼν παρεκάλεσέ τινας τῶν μεγάλων· ἦν γὰρ γνωστὸς αὐτοῖς διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ· καὶ πέμψαντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἀπὸ τῆς φυλακῆς.

XIV. Alii de hoc eodem sene aliud narrabant. Nempe ipsum profectum aliquando ad mercatum ut pallium emeret, pro modo pacti pretii unum aureum vendenti expendisse : quia vero, ad explendum quod supererat ratiunculæ, opus erat aliquo numero pecuniæ minutæ, assedisse illum ad mercatoris abacum, supposito sibi pallio jam empto, et sic crumena resoluta obolos et quadrantes eduxisse. Dum in eo est, forte conversus videt a tergo se admoventem hominem qui videbatur adjecisse oculos cupiditatis ad pallium, mox, ut apparebat, conaturus ipsum subtrahere. Subiit animum senis misericordis benignissima cogitatio, Forte, secum dicentis, hic miser plus eget pallio quam ego; sine ipsum sibi consulere. Ab hoc apud se statuto, extendit se mensam versus quasi ad explicandam monetæ seriem, sublevavitque suos prius sedentis artus quo facilius detrahi pallium posset : qua strenue commoditate fur usus, ablato abiit pallio; sene de industria in dissimulando perseverante, quoad nummis persolutis tam sine pecunia quam sine pallio domum rediit. Ad hoc B. Zosimas addidit : Quanti et vasa et pallium quæ neglexit, erant? at quanto

C ΙΔ'. Διηγοῦντο δὲ πάλιν περὶ τοῦ γέροντος τούτου, ὅτι ἀπελθόντος ποτὲ εἰς ἀγορὰν ἀγοράσαι ἱμάτιον, ἠγόρασε· καὶ δοὺς τὸ ἓν χρυσίον, ἔλιπεν αὐτῷ ἀναπληρῶσαι νουμία. Καὶ λαβὼν τὸ ἱμάτιον, ἔθηκεν ὑποκάτω αὐτοῦ· καὶ ὡς ἐμέτρει κέρμα εἰς τὸ πλακίον, ἰδού τις ἔρχεται θέλων ἐπᾶραι τὸ ἱμάτιον· καὶ ὡς ᾔσθετο ὁ γέρων σπλάγχνα ἔχων οἰκτιρμῶν, κατὰ μικρὸν ἐκούφιζεν αὐτόν· ὡς δῆθεν ἐπεκτείνων πρὸς τὸ διάστημα τοῦ κέρματος, ἕως οὗ ἀπῆρε τὸ ἱμάτιον καὶ ἀπῆλθε· καὶ οὐκ ἤλεγξεν αὐτὸν ὁ γέρων· καὶ ἔλεγεν ὁ μακάριος· Πόσου ἦν ἄξιον τὸ ἱμάτιον ἢ τὰ σκεύη ἃ ἀπώλεσεν; ἀλλ' ὅμως ἡ προαίρεσις ἦν· ἀμέλει ὅτε ἀπήρθησαν καὶ ἔμεινεν ὁ αὐτὸς, μήτε λυπούμενος, μήτε ταρασσόμενος· καὶ γὰρ, ὡς ἀεὶ λέγω, οὐ τὸ ἔχειν βλάπτει, ἀλλὰ τὸ προσπαθῶς ἔχειν. Οὗτος εἶχεν ὅλον D τὸν κόσμον, οὕτως ἦν ὡς μὴ ἔχων· ἐξ ὧν γὰρ ἐποίησεν ἔδειξεν αὐτὸν ἐλεύθερον ἀπὸ πάντων.

pluris tam præclarus erat animus? ostendens ipsum illa possedisse, ut non possidentem : quippe cum, iis ablatis, idem qui prius permanebat, nec contristatus, nec turbatus. Etenim, quod semper dico, non obest spirituali profectui res habere, sed cum inordinato affectu habere. Hic de quo diximus, vel si mundum possideret universum, perinde futurus erat, quantum ex his ejus factis apparuit, ac si nihil prorsus possideret : perfecte liber ab omni adhæsione ad quidlibet.

Ἀγωνίσωμεν οὖν, ἀδελφοί, καὶ ἡμεῖς τοῦ μιμεῖσθαι καὶ ζηλοῦν τοὺς λόγους τῶν ἁγίων Πατέρων, ἵνα καρποφορήσαντες, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Contendamus ergo et nos, fratres, æmulari et effectu ac imitatione exprimere dicta exemplaque sanctorum Patrum, ut fructu hic, qualis exspectatur e nobis, prolato, æterna in sæculo futuro consequamur bona. In Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

INDICES.

CATALOGUS EORUM AD QUOS SCRIPSIT ISIDORUS PELUSIOTA.

Numerus prior librum, posterior epistolas designat.

INDEX RERUM

QUÆ IN QUINQUE LIBRIS S. ISIDORI PELUSIOTÆ EPISTOLARUM CONTINENTUR.

Numeri Romani Librum, Arabici Epistolam denotant.

—

A

B

C

D

F

I

J

N

P

Q

U

V

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI SEPTUAGESIMI OCTAVI.

Parisiis. — Ex typis MIGNE.


Google